27-a-1-17

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala B
Estante 5
Número 74

C
2
10

1
10-64

3
27-62

i16905283

R. 9684



# THESAVRVS LINGVAE LATINAE, EX ALIIS ETIAM AVTHORIBVS, PRÆTER Ciceronem, collectus.

## AVTHORVM, EX QVIBVS VERBA ET LOQVENDI MODI IN HOC OPERE CITANTUR, nomina, per ætates in certas claſſes diſtributa.

### VETVSTI, IMPERFECTI ET inelegantes, ſed proficientes.

*Plautus poëta.*
*Cato de Re ruſtica.*
*Terentius poëta.*
*Lucretius poëta.*

### MEDII, IN SVO GENERE perfecti & elegantiſſimi.

*Varro.*
*Saluſtius hiſtoricus.*
*Cæſar hiſtoricus.*
*Liuius hiſtoricus.*
*Catullus poëta.*
*VIRGILIVS poëta.*
*Tibullus poëta.*
*Propertius poëta.*
*Horatius poëta.*
*Ouidius poëta.*
*Cornelius Celſus medicus.*

### POSTREMI, IMPERFECTI & deficientes.

*Columella de Re ruſtica.*
*Valerius Max. hiſtoricus.*
*Seneca philoſophus.*
*Seneca poëta.*
*Lucanus poëta.*
*Silius Italicus poëta.*
*Valerius Flaccus poëta.*
*Valerius Martialis poëta.*
*Perſius poëta.*
*Iuuenalis poëta.*
*Statius poëta.*
*Pomponius Mela Geographus.*
*Plinius hiſtoriæ Naturalis author.*
*Plinius nepos.*
*Quintilianus Rhetor.*
*Cornelius Tacitus hiſtoricus.*
*Q. Curtius hiſtoricus.*
*Claudianus poëta.*
*Apuleius.*

### EX QVIBVS AVT GRAMMATICIS, AVT VARII GENERIS correctoribus, interpretationes ſumantur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Aſconio Pædiano.* | *Feſto Pompeio.* | *Nonio Marcello.* | *Calepino.* |
| *Porphyrione.* | *Plinio maiore.* | *Seruio.* | *Eraſmo.* |
| *Priſciano.* | *Strabone.* | *Vegetio.* | *Budæo.* |
| *Probo.* | *Pandectis Iuris ciuilis.* | *Vitruuio.* | *Hadriano Cardinale.* |
| *Diomede.* | *Aulo Gellio,* | *Hermolao Barbaro.* | *Linacro.* |
| *Acrone.* | *Macrobio.* | *Ruellio.* | *Alciato.* |
| *Laurentio Valla.* | *Donato.* | *Perotto.* | *Cælio Rhodigino.* |

### DE NVMERIS QVIBVS AVTHORVM loci citantur.

*In Terentio citando, ternæ numerorum notæ ſunt: quarum prima actum ſignificat, altera ſcenam, tertia verſum.*
*In Plauti teſtimonijs, prior numerus, vel argumentum, vel prologum, vel ſcenam, poſterior, verſum indicat.*
*Plinij Iunioris loci vnico numero notantur, qui epiſtolam indicet: vt ab auunculo, Naturalis hiſtoriæ authore diſtingueretur.*
*In Catone, Varrone, Columella, Plinio maiore, librum & caput notauimus in reliquis, quoniam ex varijs exemplaribus teſtimonia citantur, non ita certi ſunt numeri. Verum hæc tu lector pro tua diligentia, facile & cognoſces, & reperies.*

MM

A ¶ *Vel* Ab, *iunctum cum verbis paſſiuis, cauſam efficientem, ſiue perſonam agentem ſignificat.* Quint.lib.12. c.1. Fabricius reſpõdit, à ciue ſe ſpoliari malle, quàm ab hoſte vęnire, ide li.9.c.2, An ab eo fuſtibus vapulaſſet. [ *Verti poteſt hic ablatiuus in datiuum, Græco more.* Virg. Aeneid.1.Neque cernitur vlli: Id eſt, ab vllo. Ibidem: Nulla tuarum audita mihi, neque viſa ſororum.]

Ab aliquo infeſtus ager, Liu.1.Decad.lib.6.

Ab aliquo perire, id eſt, occidi. Plin.lib.11.cap.37.59.

¶ A & Ab, *interdum poſtponuntur ſuis ablatiuis.* Tacitus Annalium l.b.2. Orſus oppido à Canopo. Ibidem li.2. Quinta ab hora diei ad noctem cæſi hoſtes.

¶ A & Ab, *motum à loco ſignificant.* Virgil.2. Aeneid. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat A Tenedo.

¶ A & Ab, *interdum per Cùm declarantur, ſeruiuntq́; tempori ſignificando.* Huius generis ſunt quæ ſequuntur.

Ab adoleſcentia. Terent. Adelphis, 1.1.16.

A cunabulis. Plaut. Pſeud.11.48. Quid ſapit? CH, vſq; à cunabulis. pro eo quod eſt, ab infantia.

A primis cunabulis. Columel.lib.1.cap.3. Vide Oriundus, in Orior. Vide item Cunæ.

Ab incunabulis. Liu.4 ab Vrbe: Ab incunabulis imbutum odio Tarquiniorum.

Ab ipſis dicendi cunabulis. Quintil.in proœm.lib.1.b.

Ab infante. Colum.lib.1.cap,8.2.

Ab infantibus, id eſt, à pueris. Celſ.lib.7.cap.7.

Ab infantia prima. Tacit.Annal.1.

Ab inuenta Liu 6.bel.Pun.98.

A paruis, Terent And.3.3.8.

A paruulo. Terent. Adel.2.1,23.

A paruulis duritiæ & labori ſtudent. Cæſar 6.Bel. Gall.77.

A primordio ſui. Tacit.li.19. Hic exitus Cremonam habuit anno ducenteſimo ſexto, à primordio ſui.

A principiis ita diligentior fiat puer. Quintil.lib.1,c,1.1.

A puero paruulo. Plaut. Mer.3.89.

A pueritia. Terent. Heaut.1.2.9. Iam inde vſque à pueritia.

A puſillo puero Plaut. Sticho,4.22. Quia iam indè à puſillo puero ridiculus fui.

A tenero, & A teneris. Colum.lib.5.cap.6.17. Eam partem cœli ſpectent, cui à tenero conſueuerunt: Id eſt, cùm adhuc tenerę eſſent. Virgil.lib.2.Georg. Adeò à teneris conſueſcere multum eſt: Subaudiendum, annis.

A & Ab, *finitum rei alicuius aut temporis terminum ſignificant: & ferè ſequitur Ad, vel Vſque ad, aut aliquid idem pollens.*

Ab auo. Terent. Phorm.2.3.48. Progeniem veſtram vſq; ab auo atq; atauo proferens: id eſt, ab aui tempore.

Ab aurora. Plaut. Pœn.4.6. Vſque ab aurora ad hoc quod eſt die.

A capite vſque ad calcem: id eſt, totum. Nonnunquam, ab initio ad finem: interdum, à ſummo ad imum. Plaut.in Epid. Cõtempla Epidice ab vnguiculo ad capillum ſummum. Horat.lib.2.epiſtol.2.1. Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos. Plerunq; etiam *A capite*, idem ſignificat, quo à præcipuo autore, à fonte, ab origine.

A cœlo ad terram percontari: Quaſi dicas, quacunq; de re, ab extremo initio vſq, ad ſupremum finem. Sic apud Plau. in Perſa, 1.36 licitatori roganti, num ex puella quædam ſcitari liceret, venditor, quantum vellet percõtari permittens, A cœlo, inquit, ad terram, quod lubet.

Ab extremo. Liu.1. ab Vrbe, 121. Ab extremo orſi, ad primos exciuère Albanos.

A fundamento. Plaut. Rud.13.55. Qui à fundamento mihi vſq; mouiſti mare. A fundo. Virgil.2. Aeneid. Atq; imo Nereus ciet ęquora fundo. Ab infimo. Plautus Moſtel.10,40.

Ab octaua. Iuuen. Satyr.1.

A manè. Plaut. Milit.9.29. Longum diutinumq; à manè vſque ad veſperum.

A media nocte togatus ero. Martial.lib.10.8.2.

Ab ouo vſque ad mala. Horat.lib.1. Serm. ſaty.3.2. pro eo quod eſt, Ab initio conuiuij vſq; ad finem. Antiquitus enim cœnam ab ouis auſpicabantur, malis finiebant. Erit venuſtius, ſi longiùs trahatur: Ab ouo vſque ad mala, id eſt, toto colloquio, tota nauigatione, aut toto opere.

A pridie Idus Septembris. Plin.libr.11 cap.16. Gignitur mel ericeum maximè Arcturi exortu, à pridie Idus Septembr.

A prima luce. Cæſar bell.ciuil.lib.1. Hoc idem poſtero die à prima luce faciunt.

A primo lucis. Macrob. lib.1. Saturn.cap.5. A primo lucis in cœnæ tempus.

A primo. Terent, Phor.4.2.14. Petam hinc vnde à primo inſtitui.

A principio. Terent. And. 1.1.21. Rem omnem à principio audies.

Ab ſeculo ad ſeculum viuunt. Plaut. Milit.14.86.

A ſummo. Plaut. Milit. 11. Plenam à ſummo: ſubaudi, ad imum

A veſtigio. Plin.lib.7.cap.17. Quod ſit hominum ſpatium à veſtigio ad verticem, id eſſe paſſis manibus inter longiſſimos digitos obſeruatum eſt.

¶ A & Ab *ſeparationem ſignificant*, Terent. And.1.1.121. Ita tùm diſcedo ab illo. Longiſſimè ab occaſu. Vide in Longus.

¶ A vel Ab, *pro Contra, vt nonnullis placet.* Virg. in Melib Dum teneras defendo à frigore myrtos: Hoc eſt, contra frigus. Plin.lib.20.cap.17. Veſtes quoq; à tineis defendit.

¶ A vel Ab, *pro præter ſiue Contra, teſte Donato. Sæpiùs autem vſurpatur cum particula negatiua.* Plaut. Aſin.5.71. Haud ab re aucupis. Plin.lib.33. cap.8. Id quod notaſſe, non ab re: Hoc eſt, non inutile, aut præter propoſitum.

Ab re conſulere alicui: hoc eſt, contra commodum. Plaut. Trinum.5.12. De amore ſubdolè blanditur, ab re conſulit.

Ab re orare. Plaut. Capt. Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam: Id eſt, ne quid ores alienum ab honeſto.

Ab re, pro, Ob eam rem. Liuius 1.ab Vrbe,71. Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annumque interuallum fuit: id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum.

Non ab re. Suet. in Auguſto: Non ab re fuerit, ſubtexere, quæ ei, priuſquàm naſceretur, in ipſo natali die deinceps euenerint: Hoc eſt, Non alienum à propoſito.

¶ A vel Ab, pro Poſt, vel ſtatim, ſeu Continuo poſt. Liu.3. ab Vrbe: Neq; hoſtium à tergo incurſum vidit. Plin.lib.16. cap.39. Scipionis claſſis quadrageſimo die à ſecuri nauigauit: id eſt, poſtquam cæſa eſt materia.

¶ A vel Ab, *pro circa, ſiue, Quod pertinet ad.* Plaut. Epid.3.26. A morbo valui, ab animo æger fui. Idem Curc.2.51. Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit: Id eſt, eam nunquam attigi. Terent. Hecyra.1.2.70. Narratq, vt virgo à ſe integra etiam tum ſiet. Huc etiam illa pertinent: Plaut. Trucul.3.20. Bis perijt amator, ab re, atque animo ſimul. Idem Ciſtel.2.51. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ęgritudine. Terent. Phorm.2.2.26. Otioſus ab animo.

¶ A vel Ab, *pro Per.* Plau. Rud.12,20. Ab ſe cantat, cuia ſit. Idem Bacch.17.22 Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit: id eſt, per tranſennam. Hoc prouerbio ſignificatur quis in magno verſari diſcrimine, ſuoque periculo eſſe proximus.

¶ A vel Ab, *pro De, teſte Donato.* Plaut. Ciſtel. 9.7. Hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli. Idem Merc.8.9 Ab oſtio omnia iſtęc audiui. Suet. in Veſp. cap.23. Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Auguſti pertinere dicebat. alterum ad Parthorum regem. pro, de gente. Mart. lib.10.183. Ipſa protinus à via ſalutes.

A foris. Plin.lib.17. cap.24.12. Quibus omnibus cauſis difficiliùs tolerant frigora, aut æſtus: quoniam in vlcus penetrat omnis à foris iniuria.

¶ A vel Ab, *pro Verſùs, ſeu pro eo quod vulgò A parte dicimus.* Plin. lib. 13. cap.25. Laudatiſſimo à parte Aquilonis, aut cum ſpongijs. Idem lib 12.cap.15. Myrræ caudex craſſior, quàm thuris: & ab radice etiam quàm reliqua ſui parte. Cæſar lib.6 belli Gallici, de vris: Amplitudo cornuum, & figura, & ſpecies, multum à noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſè conquiſita, ab labris argento circumcludunt: Pro eo quod eſt, à parte labrorum ipſorum cornuum.

A contraria aure inſtillare. Plin.lib.24. cap.10. Eraſiſtratus hederæ acinos quinque, tritos in roſaceo oleo, calefactóſque in cortice punici, inſtillauit dentium dolori à contraria aure.

A vento aliquid opponere. Plin.lib.17.cap.2. de arboribus: Aquilone maximè gaudent, denſiores ab afflatu eius lætioreſque, & materiæ firmioris. Qua in re plerique falluntur, cùm in vineis pedamenta non ſint à vento eo opponenda, & id tantum à Septentrione ſeruandum.

A *vel* Ab, *cum Ablatiuo perſonæ, eleganter domicilium ſignificat.* Terent. And. 4.5.15. Vnde eſt? dic clarè. MY. A vobis: id eſt, à domo veſtra. Ibidem: Sed Myſis ab ea egreditur. Sic à milite, à Glycerio, apud eundem. Plaut. Trucul. 17. 74. Ab ſe egreditur foras. Idem Ciſtel. 9.6. Hæc ciſtella númnam hinc à nobis domo eſt? Pro eo quod eſt, ab hac domo noſtra.

¶ A *vel* Ab, *ſequente quoque præpoſitione Ad, vel ipſa ſubaudita, plerunque vtimur, vbi ab vna re ad aliam fit tranſitus.* Quod genus nonnulli ex Grammaticis, motum interiorem, alij commutationem rei appellant. Terent. And. 1.1.51. Ita vt ingenium eſt omnium hominum, ab labore procliue ad libidinem.

¶ A *vel* Ab, *nonnunquam ponitur pro Italica præpoſitione Dal: præſertim vbi res ſignificatur, vnde quid incipiat.* Plin. lib. 7. in præfat. A ſupplicijs vitam auſpicatur, animal cæteris imperaturum.

A fronte & tergo. Liu. 5. bel. Pun. 115. Cætera à fronte pulſa, à tergo atque alijs circumuenta acies.

Ab exteriori parte læuis vncus. Celſus lib. 7. cap. 26.

¶ Ab *illo: id eſt, præ illo, ſeu illius comparatione.* Eraſmus in 18. cap. Lucæ: Scio ſic alicubi loqui Gellium, Friget ab illo, pro eo quod eſt, friget comparatus ad illum.

¶ A *vel* Ab, *pro Ob ſeu propter.* Liuius 6 bel. Maced. Non tam ab ira, nec ab odio, quàm vt miles ſentiret, id eſt, propter iram. Plin. lib. 2. ca. 8. Tertium ſidus Martis, quod quidam Herculis vocant, ignei ardentis à ſolis vicinitate, binis fere annis conuerti.

A ſole dolet. Plin. lib. 24. cap. 5. Cupreſſi folia trita, ſerpentium ictibus imponuntur, & capiti cum polenta, ſi à ſole doleat.

¶ A *vel* Ab, *pro A parte, ſiue Ex parte.* Liu. lib. 1. ab Vrbe: Principes vtrinq; pugnam ciebant: ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hoſtius Hoſtilius.

Ab Romanis tubæ cornuaque cecinerunt. Liu. 3. Decad. lib. 10.

Ab anteſignanis pila non ceſſabant. Liu. 3. Decad. lib. 10. id eſt, non ceſſabant anteſignani pila iaculari.

Ab aliqua re otium vel tempus habere. Terent. Phorm. 5. 5. 3. Ocium à ſenibus ad potandum vt habeam.

¶ A *vel* Ab, *proximitatem loci ſignificat.* Liu. Flauius ſupplementum ab Roma abduxerat: id eſt, de locis vrbi Romæ propinquis.

¶ A *vel* Ab, *iunctum cum certis Nominibus, miniſtros ſignificat. Et in his ſubauditur nomen Seruus: quod interdum etiam exprimitur.*

A commentarijs, qui præſunt commentarijs: id eſt, qui in commentarium cuſtodias referunt, & veluti diarium cuſtodiarum conficiunt. Hos Aſconius vocat Commentarienſes.

Ab epiſtolis, qui præeſt epiſtolis: ſiue vt eas accipiat, ſiue vt ad illas reſpondeat. Vide A ſtudijs.

A latere: id eſt, chari & amici Principum, & qui eorum lateribus ſemper adſunt. Vide Latus, lateris.

A libellis, qui præeſt libellis ſupplicibus quas Requeſtas vocant. Vide Libellus, in Liber. bri.

A manu, à manu ſeruus: & à manibus, Scribæ, quorum manu ad literas ſcribendas Principes vti ſolent. Suet. in Veſp. Poſt vxoris exceſſum Cænidem Antoniæ libertam adamauit: & à manu dilectam quondam ſibi reuocauit in contubernium. Idem in Cæſare dictatore, cap. 74. Philemonem à manu ſeruum. Hi alio nomine Ad manum dicuntur. Cic. lib. 3. de Oratore. 125. Licinium ſeruum ſibi Gracchus habuit ad manum. Sed & Amanuenſes, à Suet. in Nerone. cap. 44. & rurſus in Veſpeſiano, cap. 3.

A pedibus, vel A pedibus ſeruus: qui pedibus iter facit, non equo vehitur. Martial. lib. 5. in Inuitatorem: Omnia cum retrò pueris obſonia tradas,

> Cur non menſa tibi ponitur à pedibus?
> Idem Pedes eos appellat,

lib. 4. in Zoilum.

> At ipſe retrò flexus ad pedum turbam,
> Inter catellas anſerum exta lambentes
> Partitur apri glandulas palæſtritis.

Non tamen deſunt, qui ſic dictos putent, quòd ſuis dominis ſemper adeſſent, quaſi iuxta eorum pedes. Domitius Calderinus putat, ſeruos ad dominorum pedes diſcumbere ſolitos.

A pugione, qui Principis pugionem geſtat, eique ſemper præſto eſt. Lampridius in commentarijs, Inter quos Libertinus, qui à pugione appellatus eſt.

A punctis qui præeſt reditui aquariorum: vt eſt apud Frontinum, lib. 2. de aquæ ductibus.

A ſecretis, ſunt qui ab ore Principis imperia recipiunt diplomatum ſubſcribendorum, dictorumq; quæ in conſilio ſelecto decerni ſolent. Budæus.

A ſtudijs, is intelligitur, qui præeſt ſtudijs alicuius, puta Principis, vtpotè vir eruditiſſimus, cuius opera in ſtudijs literatu vtitur. Sueton. in Claudio: Super hos Polybium à ſtudijs, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallante à rationibus.

A rationibus, ratiociniorum præfectus, qui nunc vulgo apud nos Clericus, aut Magiſter computorum dicitur. Vide Suetonium paulo antè.

A voluptatibus, qui ſtudium habet comminiſcendi voluptates, ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit, ſe præmium daturum ei, qui nouum voluptatis genus reperiſſet. Suet. in Tiberio: Nouum denique officium inſtituit à voluptatibus, præpoſito equite Romano. T. Cæſonio Priſco.

¶ *Sunt & aliæ harum Præpoſitionum ſignificationes: cuiuſmodi ſunt quæ ſequuntur.* Cæſar: Opportuno atque occulto loco, à millibus paſſuum circiter duobus, Romanorum aduentum exſpectabat: pro interuallo duum millium paſſuum. Idem: Poſitis caſtris à millibus paſſuum quindecim, auxilia Germanorum exſpectare conſtituit.

¶ *Aliter quoque in ſequentibus A ſe, vel Ab aliquo,* ſoluere vel dare, hoc eſt, de ſuo, vel alieno. Plaut. Capt. 7.90.

A cauda de ouo exire. Plin. lib. 10. cap. 16. Hylas tradit, noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicem, à cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruerſa oua, poſteriorem partem corporum fouendam matri applicent. *In ſimilibus tamen locutionibus interdum ſupprimitur præpoſitio.* vt apud eundem, libr. 7. cap. 8. Neronem pedibus genitum, parens eius ſcribit Agrippina. Ritu naturæ, capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri.

A matre pulli: id eſt, recentes à nido accepti. Columell. lib. 8. cap. 5. Verùm ſuburbanis locis, vbi à matre pulli non exiguis precijs veneunt.

A lenone manu aſſerere. Plaut. Perſa. 4.81. Continuò tu illam à lenone aſſerito manu. Sermo eſt in compendium redactus, pro eo quod eſt, à lenonis poſſeſſione vel dominio.

Ab exule propè eſſe. Tacit. lib. 17. Syriam & quatuor legiones obtinebat Licinius Mutianus, &c. tam propè ab exule fuit, quàm poſtea à Principe.

A contumelia, quàm à laude propius fuerit, poſt Vitellium eligi. Tacit. li. 18. Hoc eſt, Propius contumeliæ, quàm laudi: Contumelioſum magis, quàm glorioſum.

Ab aſpectu decorus: pro eo quod Gallicè dicimus, Beau à veoir. Col. l. 6. c. 1. Apenninus boues progenerat duriſſimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aſpectu decoros.

A ſtirpe pro Stirpitus & funditus. Liu. 4. bel. Maced. Sall. in Iugur. Iugurtha, &c. Maſiniſſæ me nepotem, etiam à ſtirpe ſocium atque amicum populi Romani, regno fortuniſq; omnibus expulit.

Ab auro fulgorem reuereri. Lucretius lib. 2. 11.

> Audacterq; inter reges, rerumq; potenteis
> Verſantur, neque fulgorem reuerentur ab auro.

A limine diſciplinas ſalutare: hoc eſt, eas leuiter attingere, & earum modò rudimenta deguſtare, non etiam valde diuturnam atque præcipuam operam eis impendere. Seneca epiſt. 49.

¶ Ab *eo, pro Eius.* Terent. Eunuch. 3.5.9. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Vbi Donatus: Hæc eſt elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro Eius gratiam merebor.

Ab illo iniuria. Terent. in And. 1.1.129. Ea primùm ab illo animaduertenda iniuria eſt. Quem locum ſic exponit Donatus: Ab illo iniuria, quam facit, non quam patitur. Quòd ſi dixiſſet, iniuria eius, amphiboliam feciſſet: vtrũ, quam paſſus eſt ab alio, an, quam ipſe alijs intulit.

¶ A *me, pro poſſeſſiuo Meus.* Terent. Adel. 5.3.2. Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? id eſt, meas, ait Donatus.

¶ A, *interdum redundare videtur.* Tacit. lib. 20. Cerialis à metu infamiæ, &c. preſſit iras: Hoc eſt, metu infamiæ, vel propter metum infamiæ. Idem in vita Agricolæ, Quum denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille vultus & rubor, à quo ſe contra pudorem muniebat. Liu. 3. Decad. libr. 8. Dextra Pœnos tenere caſtra, à ſtationibus, vigilijs, omni iuſta militari cuſtodia tuta & firma.

¶ A & Ab *nonnunquam deeſſe videntur.* Tacit. lib. 3. Neque prælium omiſit, donec deſertus ſuis caderet. Idem lib. 12. Modo pecorum Barbaris trahebatur: id eſt, à Barbaris. id quod in hoc autore ſæpe occurrit.

¶ A & Ab, *eleganter vtimur cum his dictionibus Vſque & Propè.* Virgil. Aeneid. 7. Plin. lib. 15. cap. 18. Tam propè à muris habemus hoſtem.

## A B

ABACVS.] apud antiquos planities erat ad ſeſſum habilis, è marmore facta, vel ſtructura. Nam & calcis vſum in abacis fuiſ-

fuiſſe, Plinius docet libro 13. cap. 12.8. Sidonius Apollinaris. Ibi ſtibatium, inquit, & frequens abacus. Ex Hermolao in Plinium.

¶ *Abacus*: Menſæ genus ex opere inteſtino, vbi in triclinijs vaſa omnis generis, aut ad vſum, aut ad elegantiam comparata, exponi ſolent. Iuuen. Sat. 3.

Lectus erat Codro, Procula minor, vrceoli ſex,
Ornamentum abaci: nec non & paruulus infrà
Cantharus. Liu. 9 bel. Maced, 23. Et quæ tùm magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam aduexerunt.

Abacus Solis, dicitur aſtrologis, pro diſco eius, qui ipſius orbis, ſiue latitudo. Cælius lib. 14. cap. 12.

Abacus, Tabula quadra, quæ imponitur epiſtylijs ſiue capitulis columnarum. De quo Vitruuius l. 13. cap. 1.

Abacus item tabula eſt calculatoria, in qua arithmetici & logiſtæ numeros ducunt ſubinde deletiles, prout rationibus commodum eſt. Perſius Saty. 1.

Ne qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas,
Scit riſiſſe vafer. — Veteres menſam Phythagoricam appellabant.

Abacus etiam tabula eſt, in qua mathematici & geometræ ſuas lineas & figuras deſignant. Martianus in lib. geome.

Abacus præterea alueolus eſt aleatorius, ſeu tabula luſoria aut latruncularia. Macrob. l. 1. Saturn. cap. 5.

Abaculos, Plinius intellexiſſe videtur (vt interpretatur Hermolaus) calculos, quibus in diſpunctione ac ſupputatione numerorum vtebātur antiqui: qui mos hodieq; apud omnes ferè gentes ſeruatur. Verba Plinij ſunt lib. 36 ca. 26. 9. Vitri fragmenta teporata agglutinantur tantùm, rurſus affundi non queunt, præter quàm abrupta ſibimet: veluti cùm calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, aliquos etiam pluribus modis verſicolores.

ABALIENO.] Boethius ſuper Cic Top 13 Omnes res, quæ abalienari poſſunt, id eſt, quæ à noſtro ad alterius tranſire dominium poſſunt, mancipi dictæ ſunt. Mancipi res, veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quandam nexus fieret ſolennitatem.

Abalienare ab aliquo alterum. Terent. Heau 5.2.26. Ita nos abalienauit: Sub. à ſe.

Abalienari ab aliquo: Diſiungi. Plaut. Mili. 29. 11. Iſtuc crucior, à viro me tali abalienarier.

Abalienatus, dicitur, quem quis à ſe remouerit. Author Feſtus.

Interdum iungitur Ablatiuo, ſinè præpoſitione. Liuius de bello Punico: Serò nunc deſideratis, diminuti capite, abalienati iure ciuium: Pro, à iure.

Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non ampliùs habent vigoris & officiorum cum alijs communicationem Quintil l.b. 8. cap 3. Vt medici abalienata morbis membra præcidunt: ita turpes & pernicioſos, etiam ſi nobis ſanguine cohæreant, amputandos.

ABBREVIO.] Vegetius in prologo lib. tertio. Quæ per diuerſos authores libroſque diſperſa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iuſſiſti: ne vel faſtidium naſceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deeſſet in paruis.

ABDERA] pen. prod. (Ἄβδηρα) oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ. Teſtes Strabo lib. 3. Ptolemæus libr. 2. Pomp. Mela lib. 2. & Plin. li. 3. cap. 1. Eſt & inſula ad Samothracem, eodem teſte lib. 4. cap. 12. Oppidum item Thraciæ, patria Protagoræ & Democriti philoſophi, iiſdem teſtibus: dicta & condita ab Abdera, Diomedis Thracum regis ſorore. De ea meminit Solinus cap. 15. Helanicus & Stephan. ab Hercule conditam fuiſſe tradunt.

ABDICO.] Ouid. 4. epiſt. 26. Quem fugit, & factis abdicat ille ſuis. Abdicare eſt. Expellere à bonis filium, dum viuit pater. Author Valla lib. 5. Quintil. lib. 7. cap. 5. Abdicationum formæ ſunt duæ: altera criminis perfecti, vt ſi abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, velut pendentis, & adhuc in conditione poſiti: quales ſunt in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri. Et paulò pòſt: Mauult enim pater corrigere, quàm abdicare. Plin. li. 6. cap. 22. 9. Eligi regem à populo, ſenecta, clementiaq;, liberos non habentem: &, ſi poſtea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum.

Abdicare legem, pro Abrogāre. Plin. l. 7. cap. 30.

Abdicare magiſtratum. Salluſt. in Catilina.

¶ Abdicare, pro Reſpuere. Plin. l. 16. cap. 43 Deglutinanda materia: In omni genere, & glutinum abdicat quædam, & inter ſe, & cum alijs inſociabili glutino.

Abdicare ſe aliqua re, deponere. Liu. 2. ab Vrb. 10. Cæſar. 3. bel. Ciuil 6. Piſo apud Gellium: Scriptu ſeſe abdicaſſe.

Abdicare, pro Repudiare. In argumento Andriæ Terentianæ: Generum abdicat. Plin. libr. 5. cap. 17 1. Omni Venere abdicata.



Abdicare cibum vel aurum. Plin. lib. 20. cap. 3. 5. Democritus in totum, raptum abdicauit in cibis: Hoc eſt, omnino damnauit, ex ciborum vſu ſuſtulit, ſiue potiùs tollendum cenſuit: quod eſt, cenſuit omnino edendum non eſſe. Idem libro 33. cap. 1. 1. Vtinamque poſſet è vita in totum abdicari aurum. Idem lib. 13. cap. 22. 5. Nec corticem abdicant: omnia venenata. vt ſit ſenſus: Non abdicant corticem ab vſu medicinæ: omnia tamen ea lac, ſuccus, & cortices thapſiæ, venenata ſunt. Sic Hermolaus.

Abdicare, pro Auerſari. Plinius libro 15. cap. 30. 8. Laurus quidem manifeſto abdicat ignes crepitu, & quadam deteſtatiōne.

Abdicare, pro Reijcere. Plinius libro quarto, capite 8. 4. Accipit amnem Euroton, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem (vt dictum eſt ab Homero) breui ſpatio portatum abdicat.

ABDICATIO.] Ipſe abdicandi actus. Plin. 7. cap. 45. 4. Abdicatio Poſthumi Agrippæ poſt adoptionem.

Abdicatio magiſtratus dicitur, cum magiſtratus ipſe deponitur.
Liu. 6. ab Vrbe 74.
Lex abdicationis. Quint. 117. b.

ABDICERE] pro Abdicare, alienare. Ouid. 1. Metam. 124. de Io, quam ſibi ab Ioue dari petit Iuno: Quid faciat? crudele ſuos abdicere amores, Non dare ſuſpectum. Rectiùs legitur Addicere, quaſi in ſeruitutem dare.

ABDO.] Abdere ſe in aliquem locum, eſt, ſecreti aut latibuli gratia, ſe in aliquem locum recipere. Et ferè cum Accuſatiuo & præpoſitione In conſtruitur. Cæſar lib. 1. Bel. Gal. 45. Seſe in proximas ſyluas abdiderunt.

*Interdum nullus exprimitur locus.* 2. Aene. Illa ſibi infeſtos euerſa ob Pergama Teucros,
Abdiderat ſeſe atque aris inuiſa ſedebat.

Abdere ſe in occultum. Cæſar 7. Bel. Gal. 530. Neque ſe in occultum abdiderat.

Abdere intra veſtem, vel ſub terram. Liu. 2. ab Vrbe. 52. Abdito intra veſtem ferro, proficiſcitur.

Abdere ſe rus. Terent. Hecyr. 1. 12. 20.
— nam ſenex rus abdidit ſe.

Abdere ſe in tectis. Liu. 1. ab Vrbe. Se in ſuis quiſque tectis abdiderunt.

Abdere ſub, cum Ablatiuo Liu 1. ab Vrbe. 257. Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit. De Lucretia.

*Interdum ſubauditur In præpoſitio.* Virgil. 3. Georg.
Hûc quoq; vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis,
Deficit, abde domo. Idem Aeneid. 1.
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris.
Sueton. in Tiberio: Mediterraneis agris abditus.

Abdere ſe ex. Plaut Pſeud 20. Ex conſpectu heri ſui ſi ſe abdiderunt: hoc eſt, latenter ſe amouerunt, ſe ſubtraxerunt.

Abdere aliquem in inſulam, hoc eſt, relegare, deportare. Tacit. Annal. 2. Satis viſum de Viſtilia ſtatuere: eaque in inſulam Seriphon abdita eſt.

Abdere ſtultitiam. Plaut. Trinum. 14. 2.

Abdere verum, id eſt, veritatem occultare. Ouid. Faſt. 3. 68.

¶ *Abdor*, paſſiuum ex abdo. Plin. libr. 9. cap. 8. 3. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo. De delphinis.

ABDITUS] participium.

Abditus agro. Hor. epiſt. lib. 1. epiſt. 1.

Abditus æther tenebris. Senect. in Agam. 7. 28. Et æther abditus tenebris latet.

Ambages abdita, id eſt, obſcura. Tacit. lib. 5. Namque Macroni non abdita ambage, Occidentem ab eo deſeri, Orientem ſpectari exprobrauit.

Conſilia abdita, hoc eſt, arcana. Valer. Flac. 4. Argnaut. 96.

Abditum & opertum. Senec. in Hercu. fur. 99.
— vt iura abdita
Et operta terris liceat impune eloqui.

Abditas cauſas morborum, vocat Celſus in præfat. lib. 1. quibus opponuntur euidentes.

Abdita fata. Tibul. li. 2. eleg. 5. ad Phœbum.

Abditos ſenſus gerere, id eſt, occultos. Senec. in Hippolyto. 8. 12. Tacit. lib. 5 Abditos Principis ſenſus, & ſiquid occultius parat exquirere illicitum.

ABDITUM] ſubſtant. pro ioco occulto. Plin. lib. 8. cap. 5.
Nunquam niſi in abdito coeunt.

Abdita rerum. Horat. in Arte Poet. 10.
Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum.

Abdita terræ. Lucret. lib. 6. 163.
Terrai penitus ſcrutantes, abdita ferro.

ABDOMEN.] Pars eſt humani corporis, quam ſic deſcribit Corn. Celſus, lib. 4. cap. 1. Ipſa autem ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt, à quibus ac pube abdomen ſurſum verſùs ad præcordia peruenit, ab exteriori parte,

euidenti cute, ab interiori, leui membrana incluſum, quæ omento iungitur. [illegible] autem à Græcis nominatur.

Abdomen quid ſit in ſue docet. Plin. lib. 8. ca. 51. Hinc Cenſoriarum, inquit, legum paginæ, interdictaq; cœnis abdomina glandia, teſticuli, vuluæ, ſyncipita verrina: vt tamen Publij mimorum poetæ cœna, poſtquam ſeruitutem exſuerat, nulla memoretur ſinè abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito Placuere autem & feri ſues. Iam Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. Et lib 11. cap. 37. Vulua eiecto partu melior, quam edito. Eiectitia vocatur illa, hæc porcaria, primiparæ ſuis ſuis optima. Contrà effœtis. A' partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, liuida ac macra. Nec nouellarum ſuum, preterquam primipararum, probantur, potiusq; veterum, necdum effœtarum: & biduo ante partum, aut poſt partum, aut quo eiecerint die. Proxima eiectitiæ eſt, occiſæ vno die poſt partum. Huius & ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: eiectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen vocabant: priuſquam calleret id, ſcientes occidere non aſſueti Hactenus Plin.

Abduco.] loco duco: idque aut ſinè vi, aut per vim.

Sine vi. Terent. Eunuch. 3. 1. 17. Tùm me conuiuam ſolum abducebat ſibi.

Per vim. Sic à maritò ad diuortium vxor abducitur, teſte Donato. Virgilius Aeneid. 10. 15. Et gremijs abducere pactas. Liuius 2. ab Vrbe: Conſularibus negotio dato, vt collegam per vim, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent.

Abducere in aliquem locum. Terent. Adelph. 3. 3. 5. Credo abductum in ganeum aliquò. Liu 10. Bell. Pun 63. Abductum in ſecretum Maſiniſſam ſic alloquitur.

Abducere rus. Plaut. Caſina. 3. 20. Abduxi mecum vxorem rus.

Abducere in diuerſum à nido. Plin. lib. 10. cap 33. de perdice & aucupe

Abducere in ſeruitutem Cæſ 1. Bel. Gal. 41. Liberi eorum in ſeruitutem abducti.

¶ Abduci etiam pecora dicuntur. Ouid. epiſt. 15, Paris de ſe loquitur:

Penè puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus, & cauſam nominis inde tuli.

¶ *Abducere*, pro abſtrahere.

Abducere puerum à Grammaticis. Quint. lib. 2. cap. 1. 9.

Abducere ſe, à negotijs: Plaut. Rud. 4. 1. Ab ſtudio: Terent. in prol. Hecyræ.

Abducere aliquem ad nequitiam. Terent. Adelph. 3. 3. 4. In eum locum Donatus ait: Ad nequitiam abducere, quaſi inuitum dixit: non vocare, ſed abducere. Ducimus enim volentes, ſed abducimus inuitos.

Abducere caput ab ictu, id eſt, auertere. Virg. Aeneid. 5. 85.

Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu.

Abducere gradum, Silius l. 10. 4.

Abducere ſomnum. Ouid. Faſto. 5 95.

Viſaq; confugiens ſomnos abduxit imago.

Vincula abducere. Val. Fl. 5. Argon. 32.

Vincula preſſa manu ſaxis abduxerat imis.

Abducere viſum Plin. l. 11. c. 37. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu: hoc eſt, Viſu ab oculis ad animum traducto.

¶ Abducere aliquid, pro auferre, figuratè dictum. Plautus. Trucul. 22. 8. Quid ſi de veſtro quippiam orem abducere? Idem Caſ. Vbi intrò hanc nouam nuptam deduxi viua recta, clauem abduxi.

Abduco tibi, pro, abs te. Diomedes.

¶ Abduce, pro Abduc. dixit Terentius Adelp. Hunc abduce, vinci. *Abductus.*] participium, ſiue nomen ex participio. Montes abducti, id eſt, ſemoti. Val. Flac. Argonaut. 4. 136.

Flumina ponto abducta Val. Flac. Argonaut. 5 33.

Abecedarium.] Ex Cælio l. 14. ca. 28. Quemadmodum autem à primis duabus literis Græcis, dicitur Alphabetum: ſic à quatuor primis, Latinis abecedarium.

Abecedarij, in diſcentium claſſibus nuncupantur ab Hyeronymo, qui prima imbibunt elemēta. Syllabarij, qui iam ſyllabas connectere inſueſcunt. Nominarij, qui deniq, integra proferunt nomina. Ex Cælio l. 14. cap. 28. Abecedarium quoque præceptorem rectè dixeris, qui prima docet elementa.

Abedo.] Idem quod Exedo, abſumo. Cornel. Tacitus lib. 15. Sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nam exorta vis locuſtarum, abederat quicquid herbidum aut frondoſum.

Abemo] verbum obſoletum. Plaut. Abemito veſtem: id eſt, demito, vel auferto Feſtus.

Abeo.] Terentius. Eunuch. — Rogo nunquid velit. Rectè, inquit, abeo: id eſt, diſcedo.

Abire à loco, Plautus, Menech. 12. 75. Sed non abire poſſum ab his regionibus.

Abire hinc, illinc, iſtinc, inde. Terent. Eunuch. 4. 7. 29. 4. 4. 58. Plaut. Rud. Sine me hinc abire.

Abire vrbe vel domo. Plaut. Mer. 12. 69. Cedò, ſi hac vrbe abis, amorem te hic relicturum putas? pro, ab hac vrbe. Terent. Eunuch. 4. 3. 19.

Abire ab aliquo. Plaut. Aul. 7 48.

Abire ab vel ex oculis, è conſpectu. Plaut. Truculen. 9. 24. Idem Ampo. 6. 20. Abin' è conſpectu meo? Liuius 5. Bell. Pun 87. Conſpectique repente ex oculis abierunt.

Abire ab aliquo, pro, Exire ab eius ædibus. Terent. And. 1. 5. 32.

Abire ad vel in. Plin. lib. 2. cap. 15. Plaut. Pœnulo. 17. 28. Iube hanc abire ad te. Terent. Adelph. 5. 2. 11. Interea in angulum aliquò abeam: pro, in aliquem angulum. Liu 5. Bell. Pun. 59. Cuius rei periculum vitantes, plerique in exilium abierunt.

Abire intrò, iſtuc, longè, peregrè, obuiam. Terent. Eunuch. 5. 5. 28. Idem Adel. 2. 1. 17. Nimiùm iſtuc abiſti. Idem Eunuch. 5. 2. 67. Obſecro, abeamus intrò. Idem Adelph. 5. 5. 1 Rogat frater, ne abeas longius Plin libro 35. cap. 12. 1. Illo abeunte peregrè, vmbram ex facie eius, ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit. Terent. Heaut. 2. 3. 2, Abidum tu Dromo illis obuiam.

Abire in infinitum. Plin. l. 17. cap. 25. 2. Ne in infinitum abeamus.

¶ Abire, ſinè præpoſitione, præſertim in vrbium nominibus, vt exigit latinitas. Virg, 1. Aeneid. Ipſa Paphum ſublimis abit. Idem 6. Aeneid. Ripamve iniuſſus abibis? pro, ad ripam vel in ripam figurate.

¶ Abire, cum priore ſupino. Plautus Merc. 12. 16. Si opprimit pater quod dixit, exulatum abijt ſalus. Terent. Heaut. 3. 3. 26, Da illis locum, abi deambulatum.

Abire exulatum, aliquò vel ad aliquem. Liu 5. Decad libro tertio. Idem 2. ab Vrbe. 69. Tarquinius ſpe omni reditus inciſa, exulatum ad generum Mamilium Octauium Tuſculum abijt.

Abire peſſum. Plautus. Truculent, 3. 11, Quando abijt rete peſſum.

Abire Tarentum, vel in Aſiam, ad mercaturam Terent. Heaut. 1. 1. 6. 5. Plaut Menech. 24. 55.

¶ Abijt res aliqua, abſolutè dictum: vt, Fides. Liuius li. 3. ab Vrbe. 46, Quia, occidione propè occiſos Volſcos & Aequos mouere ſua ſponte arma poſſe, iam fides abierit: id eſt, deſit credi, & eſſe veriſimile.

Animus abijt in varios curſus. Ouid 9. Meta, 31.

Ferrum in corpus. Stat. l. 11. Theba. 126.

Haſta trans pectus. Idem Theba. 99.

Memoria. Liu 2, ab Vrbe 15. Vetuſtate memoria abijt: pro perijt, effluxit obliterata eſt.

Modus. Ouid. 11. Metam, 3.

Pedes. Cato de Re ruſt. cap 135. 3. In commiſſura abibunt pedes tres: id eſt, diminentur & conſumentur.

Pretium. Plin. Iun. l. 3. Vt reditus agrorum, ſic etiam pretium retrò abijt: pro, imminutum eſt.

Sol. Plaut. Merc. 22. 32.

Spes. Lucan, li 3. Spes victis telluris abit: hoc eſt, perit, effluit Ouid. 7. Met. 115.

Tempus, aut aliud nomen tempus ſignificans. Terentius. Eunuch. 2. 349. Dum hæc dicit, abijt hora. Idem Adelph. 4. 5. 57. Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem.

Et abire dicitur quod paulatim nos deſerit.

tutela ad propinquos. Horatius li. ſecundo, Sermo. Satyr. 3. 44.

oppidum in villas. Plin, li. 3, cap. 34. 5.

¶ Abire, ſequente Nominatiuo à poſteriore. Liuius 2. ab Vrbe: Præceps Fabius in vulnus abijt: id eſt, pronus cecidit in vulnus. Plautus Stich. 14. 14. Abi tu ſanè ſuperior: id eſt, cape ſuperiorem accumbendo locum. Virg. li. 5. Aeneid, Quò diuerſus abis?

¶ Abire ab emptione. Paulus Iuriſconſul. Abitum eſt à priore emptione: id eſt, diſceſſum à priore contractu. Hîc imperſonale eſt.

Abire e medio, è vita, ex matrimonio. Terent. Phorm. 5. 9. 30. Ea mortem obijt, è medio abijt. Plautus. Milit. 16. 27. Quaſi ex hoc matrimonio abierim.

Abire magiſtratu, conſulatu, &c. pro, Deponere magiſtratum. &c. Liu. ab Vrbe. 144.

Abire incœpto: Omittere incœptum, incœpto deſiſtere. Liu. 4. Bel Punici. 85.

Abire incœpto longiùs, Tacit. lib. 5.

Abire in rem aliquam, pro, In eam rem tranſire, mutari, redigi.

Plin. li. 24. cap. 9. 1. Idem li. 3. 1 cap. 7. Ouid. Metamorph. 2. 67. Liuius li. 1. ab Vrbe. Ciuibus facta ſpes, in aui mores atque inſtituta Tulum regem abiturum. Ouid. epiſt. 21. 17.

Siue

Siue abeunt ſtudia in mores, arteſque magiſtras. Cato de Re ruſt. cap. 61. In radices, vires oleæ abibunt Plinius libro 21, cap 11. Si deuulſa crebro, prohibeatur in ſemen abire.

Abire in malam crucem, & ſimilia, locutiones ſunt imprecandi. Terent. And. Abi hinc in malã crucem. Idem Phor- Vbi Donatus, aduerbialiter: vt. huc viciniæ. Ex cuius verbis apparet, legendum eſſe, Malam crucem, abſque præpoſitione. Vide & in Eunucho, Malã rem hinc abis? Plaut. Aul Aut abi in malum cruciatum ab ædibus.

Abire in diem, Terentius. Phorm 5. 2. 16. Præſens quod fuerat malum, in diem abijt: id eſt, in aliud tempus dilatum eſt.

Abire in ora hominum. Liu. 2 ab Vrbe. 154, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret: Id eſt, Ne in ludibrium & irriſionem veniret.

Abire in ſocietatem Plin. l. 8. cap. 16.

Abire in ventos: Id eſt, obliuioni dari Ouid. l. 1. Triſt. 7.

Abire ſub iugum. Liu 3. ab Vrbe, 122.

Abeunt ſurſum radices: pro, ſurſum tendunt. Cato de Re ruſt. cap. 61, Si male arabit, radices ſurſum abibunt. Plin. lib. 17 cap. 18.

Sic abire Terent. And. 1 2. 4, Mirabar, hoc ſi ſic abiret: Id eſt, Si hæc res ita præteriretur.

Abire præ, pro, Præire, ſiue Præcedere. Plaut. Amph. 6. 45. Abi præ Soſia, iam ego ſequar.

Abire viam, figuratè dictum, ſicut Ire viam. Plaut. Rud. 23. 87. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam.

Abire fuga: Id eſt, fugere. Virg. 4. Aeneid. 57. Ardet abire fuga.

¶ Abi, vt ait Donatus, eſt verbum, vel ſibi, vel alteri, cum laudatione blandientis Terent. Adelph. 4 2. 26. Patriſſas: abi virum te iudico. Ibid. 5. 1. 1. Aedepol Syriſce, te curaſti molliter, lauteq; munus adminiſtraſti tuum: abi.

Abi, item per contemptum dicitur. Terent. Adelph. 2. 2. 12, Nunquam rem facies abi, neſcis ineſcare homines.

Abi, abi. Terent Adelp. 44. 11, Abi, abi iam Aeſchine, ſatis diu verba dediſti nobis.

Abi, dicimus, quaſi hærenti morantique. Terent. And. 1. 1. 1. Vos iſtæc intrò auferte: abite.

Abibitur, imperſonale. Plaut. Merc. 16. 36.

—Scio iam quid velis,
Nempe me hinc abire vis. L. Volo inquam. C. Abibitur.

Abiens.] participium. Terent. And. 1. 157. Obſeruabam mane illorum ſeruulos venientes aut abeuntes.

Abitio.] ipſe abeundi actus, hoc eſt, diſceſſus. Terentius. Heaut. 1. 2. 16. Propterea hæc turba atque abitio euenit.

Abitionem antiqui dicebant mortem. Feſtus.

Abitus] Idem quod abitio. Terentius Heaut 3. 1. 5. Cùm videam, miſerum hunc tam excruciarier eius abitu. Plinius li. 18. cap. 31. hirundinum abitus. Idem libr. ſecundo, cap. 167.

Abitus ſepire. Tacitus li. 14.
Circuniecta vehicula ſepſerant abitus.

¶ Abitus, non ſolùm eſt ipſe diſceſſus & abitio: ſed etiam locus per quem abire poſſumus. Virg 9. Aeneid. 80.

Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota,
Hinc atq; hinc, omnemq; abitum cuſtode coronant.

Abequito] equo abeo vel aufugio Liu. 4 Bel Pun. 240. Vt prætores pauidi inter tumultum abequitarent Syracuſas.

Aberceo.] prohibeo, authore Feſto. Plaut. Atq; eam abercet domo.

Aberro.] Eſt propriè à via recta per errorem digredi, deflectere, diſcedere: quod & deerrare dicitur. Plaut. Menæ. 2. 39 Puer inter homines aberrauit à patrè.

Aberrant inter ſe orationes. Liu. 8 Bal. Maced. 247. Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolùm: ſed orationes quoq; aberrant inter ſe: hoc eſt, diſcrepant.

Aberrare in melius. Plin Iun. li. 4. 93. A qua rogo, vt artificem, quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare: id eſt, ab illo exemplari diſcedere, etiam ſi melius facturus ſis.

Abfore.] Infinitiuus, ex Fore compoſitus, cuius vſus eſt rarior. Virg. 8 Aeneid.

— Nos ſi pellant, Nihil abſore credunt,
Quin omnem Heſperiam penitus ſua ſubiuga mittãt.
Hoc eſt, ſibi abfuturum nihil arbitrantur. Seruius.

Abgrego.] Ab grege duco. Feſtus.

Abhinc] aduerbium temporis, de præterito dictum: iungiturq; ſæpius accuſatiuo, rariùs ablatiuo. Cum accuſatiuo. Terent. And. 1. 1. 42. Abhinc triennium commigrauit huc viciniæ. Cum ablatiuo. Plaut. Mer. 7. 63. Qui abhinc ſexaginta annis occiſus foret.

Abhorreo.] ablatiuo iungitur, cũ præpoſitione à vel ab: & ſignificat, prorſus alienum eſſe. Terent. Hecyra, 4. 4. 92. Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptijs. Sic ab re vxoria, apud eundem in And. 5. 1. 10.

Abhorret à fide, pro Incredibile eſt. Liuius 1. Decad. libro nono.

Abhorrere, ſuppreſſa præpoſitione. Abhorret vero, hoc eſt, à veritate. Tacit. l. 21.

¶ Abhorrere, cũ accuſatiuo, pro exhorrere, deteſtari, & quaſi exſecrari, Suet, de Auguſto, cap. 83. Nam pumilios atq; diſtortos, & omnes generis eiuſdem, vt ludibria naturæ, maliq; ominis, abhorruit. Idem in Cal. cap. 4. Liu. 4. ab Vrbe, 192. parùm abhorrens famam.

*Abhorrens*, ſinè adiecto, quod ratione caret, ſeu alienum eſt à ratione. Liu. li. 10. bel. ſecũdi Pun. Riſus illic nequaquam tam abſurdus eſt, quàm veſtræ abſurdæ & abhorrentes lacrymæ.

Abies.] nomen arboris: de qua ſic Plin. l. 16. ca. 10. Abies è cunctis ampliſſima eſt, & fœmina etiam prolixior: mater mollior vtiliorque arbore rotundior, folio pinnato denſa, vt imbres non tranſmittat. Ibidem cap. 39. Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hæc, qua diximus ratione, fluuiata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa, duriorque ſuſterna. Virgil. eclog. 7. 9. Populus in fluuijs, abies in montibus altis.

Abietem, pro tabellis vſurpauit Plautus in Perſa, 6. 67. quod non recepit proſa oratio, teſte Quintiliano, libro octauo, capite 6.

Abies viſura caſus marinos. Virg. 2. Georg. 14.

Abies audax Stat. li. 6. Theb. quòd ea fiant naues, quibus quid audacius?

Abies enodis. Ouid li 10. Metam.

Abies longa Virg. Aen. 134.

—Cuius apertum.
Aduerſi longa tranſuerberat abiete pectus: Id eſt, haſta abiegali. Seruius.

Abies nigra, id eſt, Vmbroſa. Seruius, Virg. 9. Aen. 118.

Abietes tacitæ: Hoc eſt, ventorum flatibus non commotæ. Val Flac Argonaut. 7. 81.

Abies late vmbroſa. Claudianus li. 3. de raptu.

Abies vncta. Virg. 8. Aen 18. Labitur vncta vadis abies: Id eſt nauis abiegna.

Abies apta fretis, id eſt, mari. Claudianus: Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

Abiegnus.] Columel lib. 12. cap. 43. 4. Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna ſcobe, virides vuas cuſtodiunt. *Dictio eſt quadriſyllaba, ſed interdum apud poetas triſyllaba.* Propert. li. 3. eleg 19. Induit abiegnæ cornua falſa boui. Idem li. 4. eleg 1. Læſerat abiegni venter apertus equi. Idem l. 3. eleg. 1. Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces.

Abigena] bos. Varro de ling. Lat li. 6.

Abigo.] A loco remoueo, atque expello, propriè res infeſtas, odioſas, ſiue moleſtas. Et, præter Accuſatiuum, iungitur fere Ablatiuo, cum præpoſitione A vel Ab: ſed hic Ablatiuus frequenter ſubauditur. Martial, lib. 10. 5. Abigatq; moto noxias aues panno.

Abigere homines. Plaut. Mer. 19. 21, Non viuam veſperi, niſi illam à me ſceleſtam abigam. Abigere delatores, apud Plin. in Pan. 66.

Abigunt nuper venti. Plin l. 2. c. 47.

Abigere à cibo, pro, prohibere. Plaut. Curcul.

Abigere de vel ex frumento anſeres. Plautus Truculentus, 7. 31.

Abigere aliquò. pro, ablegare. Plaut. Merc. 18. 19. Terent. Adel. 3. 3. 47. Abigam hunc rus.

Abigere ab ædibus, pro, arcere. Plaut. Amphit. 3. 150. Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.

¶ Abigere, præterea, eſt furto aut latrocinio pecudes abducere. Liu. 2. ab Vrbe 97. Sed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta.

Abigere item pecus, ſinè vi aut furto, dicimus, pro agere: vt fit cum boues in paſcua mittuntur. Varro 2. de Re ruſt. c. 1. 16. Itaq; greges ouium longè abiguntur, ex Apulia in Samnium æſtiuatum.

¶ Abigere, translatum ad res incorporeas. Plin. lib. 12. cap. 17. 9. Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in fecis abigentes ſuorum faſtidium. Plautus. Mer 4. 1. Agedum Achantium, abige abs te laſſitudinem, caue pigritiæ præuortier.

Abigere partum, vel fœtum. Plin. lib. 14. cap. 18. 1. Col. l. 6. cap. 27. Nam hæc omnia incommoda fœtum abigunt.

Abigere venenatorum morſus. Plin. l. 20. c. 5.

Abigendus.] participium Ouid. 3 Faſtor. 69.

Abactus] participium. Liu. 4. ab Vrbe. 90. Exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ducti, prædæ abactæ hominum pecorumq;.

Abactus furto.Plin.l.8.cap.51.4. Compertum,agnita voce ſuarij furto abactos.

Abacta nox,figurate,pro exacta.Virg.8.Aen.

Abacti magiſtratu dicebantur,qui coacti depoſuerant imperium.Feſtus.

Abactum flamen.Stat.lib.3.Thebaid.52.

Syluarumq; comas,& abacto flamine nubes
Mulcet iners æſtas.

Abacti oculi Stat.l.1.Thebaid.21.de Tiſiphone:

— Sedet intus abactis
Ferrea lux oculis. —

Abacta pauperies, id eſt,reiecta,expulſa.Horat.l.2. Ser. Satyr.2.9. — Nec dum omnis abacta
Pauperies epulis regum. Nam vilibus ouis.
Nigrisque eſt oleis hodie locus.

Abactvs.] ipſe abigendi actus & violenta expulſio. Plin. in Paneg.32.Quàm diſſimilis nuper alterius Principis trãſitus, (ſi ta nen tranſitus ille,non populatio fuit) cùm abactus hoſpitiũ excerceret,omniaq; dextra læuaq; peruſta.

Abactor.] pecuariorum animalium fur, latrunculuſve. Apuleius de Aſino l.7.Meum vero Bellerophontem,abactorem indubitatum, cruentumque percuſſorem criminantes.

Abigevs.] idem quod abactor.Quid ſignificet,docet Vlpian. l.47. Digeſt. his verbis: Abigei propriè ij habentur, qui pecora ex paſcuis,vel ex armentis ſubtrahunt,& quodam modo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes.

Abigeatvs.] ipſe abigendi actus,ſiue crimen. Marcellus lib.47. digeſt. Abigeatus, crimen publici iudicij non eſt: quia furtum magis eſt.

Abiicio.] Eſt propriè aliquid à ſe iacere, proijcere, vel reijcere: & ferè ex contemptu aut indignatione.

Abijcere ſe aliquò, quaſi ex ſuo ipſius contemptu, vel deſpectu. Plin.l.21.cap.13.2.Qui edere,abijciunt ſe humi.

Abijcere ſocordiam. Plaut. Aſin.6.6. Sic Abijcere ſuperbiam.Plaut.Mer.22.10.

Abijcere aliquid oſtentui: Hoc eſt, ad oſtentum.Tacit.l.1. Annal. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos: alij corpora extra vallum abiecta oſtentui.

Abiectvs.] participium.

Abiectus in herbis,Id eſt, proſtratus.Ouid.epiſt.7.1.

Abiectvs.] nomen ex participio: ſignificat eum,qui,tãquam ſui incurius veluti perpetuò humi deſidet, nihilque arduum molitur, & ob id reliquis ſe contemptibilem facit.

Abiectior animi,dictum græca figura,pro eo quod eſt, animo abiectiore. Liuius: Multos ſibi mœſtiores & abiectiores animi viſos.

Abiecta ira,id eſt,ſedata & prorſus depoſita. Sen. in Thyæſte.5.6.Ira,frater,abiecta redit.

Abiectæ nugæ.Horat lib.2. Epiſt.2.24. Nimirum ſapere eſt abiectis vtile nugis.

Abintegrò.] Aduerbium iterandi, pro Denuò, authore Seruio: vaſi res perfecta rurſus inchoetur.Virg.4.Ecloga: Magnus abintegrò ſeclorum naſcitur ordo.

Abintestatò.] Aduerbium,pro eo quod eſt,ſine teſtamento.Afranius lib 29.Digeſt.Quicunq; enim abinteſtatò ſucceſſerit,locum habent codicilli: nam vnus caſus eſt, nec intereſt qui ſuccedat,dum abinteſtatò ſuccedat.

Abivdico.] Iudicio auſero. Liu.4.ab Vrbe,2. Læti ergo audiere Patres, Ardeatium populum, ob iniuriam agri abiudicati,defeciſſe.

Abiudicabo me à vita. Plautus in Aſinar.12.17.ſatis durè dixit: pro eo quod eſt, Vitam mihi adimam, Me vita priuabo.

Abivgo.] Quaſi à iugo remoueo:

Abiugare,per translationem,pro Separare,alienare,diſiungere,abiungere.Pacuuius Medo: Quæ res te ab ſtabulis abiugat,certum eſt loqui. Author Nonius: Antiquum eſt verbum, pro quo Abiungere dicitur vſitatius.

Abivngo.] Virg.3.Georg.

— it triſtis arator.

Mœrentem abiungens fraterna cæde iuuencum. Plautus. Mil.20.18. quando aſpicio hunc lacrymor, qui abiungitur.

Abivro.] Abiurare,rem creditam negare periurio,ait Seruius.Plaut. Cur.10.10. Qui abiurant,ſi quid creditum eſt. Idem Rud 2.14.Quique in iure abiurant pecuniam.

Abiurare creditum Salluſt.in Catil. De Sempronia.

Abivrasso.] pro Abiuro.Plaut.Perſa.15.10.Nec metuo, quibus credidi hodie,ne quis abiuraſſit mihi.

Abivratvs.] participiũ, id eſt,periurio alicui abnegatus. In alia ſignificatione.Virg.8.Aeneid.vbi de Caco.

Abſtractæq; boues, abiuratæq; rapinæ.



Cælo oſtenduntur. —

Hoc eſt,contra ius retentæ,ait Seruius.

Ablaqveo.] propriè ad vites & arbores pertinet: quod ſit,cùm circùm illas terra foditur,& radices ſuperiores reciduntur.Colum.l.4.c.29.8.Sed antiquiſſimum eſt,& ante hæc ablaqueari vitem, radiceſq; ſummas vel ſoboles amputari,& poſt hæc adobrui truncum.De ablaqueatione vide plura ibidem,cap.8.Cato de Re ruſt.cap.5.5.

Ablaqveatvs,vt Vitis ablaqueata Plin l.6.c.27.3.

Aalaqveatio.] Ipſe actus ablaqueandi. Columel. de arboribus cap.5.3. Per brumam, vitem ne colito: niſi ſi voles eas radices,quæ in ablaqueatione apparebunt, perſequi. Plin.lib.12.cap.15.1. Myrrha gaudet raſtris & ablaqueationibus.

Ablativvs.] caſus. Grammaticis dicitur dicitur,qui ſextus eſt caſus apud Latinos: & alio nomine (teſte Priſciano) Comparatiuus appellatur. Diomedes l.1.Ablatiuum Græci non habent. hunc tamẽ Varro interdum Sextum, interdum Latinum appellat: quia Latinæ linguæ proprius eſt, cuius vis apud Græcos per genitiuum explicatur.Priſcianus lib.5.cap.de Caſibus.Quinti. lib.1.cap.8.9. b.Quærat etiam,ſitne apud Græcos uis quædam ſexti caſus,& apud nos quoq; ſeptimi. nam cùm dico,Haſta percuſſi,non vtor Ablatiui natura,nec ſi idem græce,τῷ δορί.

Ablego.] Eſt propriè quempiam aliò mittere, qui nobis eſt tædio,aut impedimento.Plaut.Mil.11.54.

— hunc ſub cuſtodem ſuum.

Foràs ablegauit, dum capſe tranſire huc placet.Terent. Hecyr.3.5.54.

Aliquò mihi eſt
Hinc ablegandus,dum parit Philumena.

Liu.4.Pun.119.Vbi ablegatum M. Marcellum viderunt.

Ablegare, cum priore ſupino. Liu.1.ab Vrbe.157. Pueros venatum ablegauit.

Ablegare, dictum de pecoribus. Var.1. de Re ruſt.cap.47. Quin & pecus à prato ablegandum. Colum.l.6.cap.5.2.

Aalegatio.] Liu.6.ab Vrbe.163. Ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum.

Ablectae ædes.] Id eſt nitidæ & elegantes, quæ emptores facile inuitent.Plaut.Moſtel.11.3.

Abligvrio.] Ligurriendo abſumo. Terẽt.Eunuch.2.2.4. Itidem patria qui abligurierat bona.

Abloco.] Idem quod Loco,verbum rariſſimum. Suet.in Vitell. cap.7. Vt domum in reliquam partem anni ablocaret.

Abludo.] Horat.2.Sermonum, Satyr.3.64. Hæc à te non multum abludit imago: Id eſt, hoc exemplum non multum diſſimile eſt tuis moribus, Vel, vt Budæus, abſona eſt & abſimilis.

Ablvo.] Lauando abſtergo.Plin lib.12.ca.12.4. Gallicum nardum cum radice vellitur,abluiturq; vino.

Abluere,pro madefacere,aut rigare Colum.l.3. Terra,quæ in eum congeſta eſt,pluuijs non abluitur.

Ablvere, pro expiare,& quaſi purificare.Virg.2. Aeneid.

Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas: donec me flumine viuo.
Abluero. —

Vide Macrobium Saturn.l.3.c.1.

Abluere,translatum ad animum.Plin.Iun.epiſt.51.a.Maculam veteris induſtriæ laudabili ocio abluerat: Hoc eſt,deleuerat,ſuſtulerat.

Abluere periurium & perfida verba. Ouid. Faſt. libro 5.136.

Abluere ſibi vmbras.Lucret.l.4.76.id eſt,auferre.

Abſoluere ſitim.Lucret l.4.176.

Ablvtvs.] participium.Var.3. de Re ruſt. c.9.9. Eaq; abluta condunt in furfures: Id eſt,lota.

Ablvtio.] ipſe abluendi actus. Macrobius, Saturnin.libro tertio, capite primo. Conſtat, dijs ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari: quum verò inferis litandum eſt, ſatis actum videtur, ſi aſperſio ſola contingit.

Ablvvivm.] pro diluuio, Laberius nimis licenter dixit, teſte Gellio,lib 16.c.7.

Abmitto.] Idem quod Mitto: verbum rariſſimum.Plaut. Truc.11.32.

Abnato.] Alicunde natando recedo.Statius.lib.1. Achilleidos.77.

Abneco.] Idem quod Neco.Plaut.Truc.4.92.

Abnego.] propriè eſt Denego. Abnegamus autem, quod à nobis aut dono,aut commodo petitur. Columel.li.10.

Ingeniumq; loci,vel Iuppiter abnegat imbrem.

Abnegamus item, quod nobis creditum eſt. vt depoſitum.Plin. Iunior epiſt.317. Ne depoſitum appellari abnegarent.

Rurſus abnegamus,quod promiſimus.Virg.8.Aeneid.

Rex ti-

Rex tibi coniugium, & quæſitas ſanguine dotes
Abnegat. ---

¶ Anegare, pro Renuere. Virgil. lib. 2. Aeneid.
Abnegat exciſa vitam producere Troia.

Abnegare comitem, id eſt, Recuſare. Horat. lib. 1. Car. 35. 5.
Te ſpes, & albo rara fides colit.
Velata panno, nec comitem abnegat.

ABNEPOS.] Filius pronepotis vel proneptis: & refertur ad abauum. Sueton. in Tiberio Cæſare.

ABNEPTIS.] Pronepotis vel proneptis filia. Sueton. de Nerone, cap. 35.

ABNOCTO.] Per noctem abſum. Martianus in l. illud, De officio præſidis. Abnoctare ei non liceat. Seneca de Vita beata: Alius Iouem adulterum inducit & abnoctantem.

ABNODO.] Idem quod Enodo, id eſt, arbores & vites nodis repurgo. Columel. lib. 4. cap. 24. 9. Hunc ergo, tanquam æmulum, diligenter iidem amputant, & abnodant, prius quam corroboretur. Et cap. 22. 3. Si non enodatus, neque abraſus eſt.

ABNVO.] Eſt proprie, nutu ſignifico me non aſſentiri, vel non concedere: hoc eſt, me negare, vel denegare quidpiam. Plaut. cap. 8, 21. Vbi cœnamus, inquam? atque illi abnuunt.

Abnuere, Recuſare. Liuius lib. 1. ab Vrbe. 246. Bruti quoq; haud abnuit cognomen. Virg. 5. Aeneid.
--- Nec maximus omen
Abnuit Aeneas. ---
Idem 4. Aeneid.
--- Quis talia demens
Abnuit? ---

Abnuere curam pecoris, Colum lib. 6. cap. 1.

Abnuere imperium. Liu. Vos imperium auſpiciumque abnuiſtis.

Abnuere iuſta ducis Tacit. lib. 14.

Abnuere, ſolo verbo ſimpliciterque negare. Colum. Nos quoq; abnuimus, in agro temperato, & minime humido, ſementem ſic fieri debere.

Abnuere alicui de re aliqua. Salluſt. Neq; Mario Senatus, quanquam infeſtus, abnuere de vllo negocio audebit.

Abnuere, & Agnoſcere, opponũtur. Tacitus: Atq; ita compoſitus, vt ex euentu rerum abnueret, vel proſpera agnoſceret.

Abnuere, & Concedere, contraria. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Abnuere, Prohibere. Virg. 10. Aeneid.
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

Abnuit locus impetum: Hoc eſt, negat facultatem impetum faciend. Tacitus lib. 21.

Abnuit ſpes: id eſt negat Tibul lib. 4. eleg. 1. 5. ad Meſſalam.

ABNVENDVS.] Senec. in Thyæſte. 5. 14.
Nec abnuendum ſi dat imperium Deus,
Nec appetendum. ----

ABNVEO.] pro Abnuo. Ennius 8. annalium, Certare abnueo, metuo legionibus labem. Idem in Telamone. Ex eo futurum abnueant. Diomedes.

ABNVITVR.] Imperſonale. Liuius 3. ab Vrbe. 311.

ABNVTO.] Frequenter ſignum oculis facio. Plaut. Capt. 11. 81. Longius quid mihi abnutas? T. Tibi ego abnuto?

ABOLEO.] omnino rem tollo, deleo, oblitero, ita vt ne odor quidem rei eius relinquatur. Plin. lib. 28. cap. 9. Virg. 4. Aeneid.
---- Abolere nefandi
Cuncta viri monumenta iubet.

Abolere conſcientiam generis humani: Hoc eſt, facere vt homines obliuiſcantur. Tacitus in vita Agricolæ, non procul ab initio: Vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani, aboleri arbitrabantur.

Abolere corpus igni, hoc eſt, Cremare. Tacitus li. 16.

Abolere crimen, vel nomina reorum, eſt ex reis eximere, ſiue crimen remittere & condonare. Tranquil. in Auguſto. Paul. de Accuſa. Rei nomen non aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet.

Dolorem & iram abolere. Tacit. li. 20.

Imagines abolere. Tacit. li. 4.

Lex vetus ſormonis abolebitur. Quint. 11. a.

Magiſtratum abolere, pro, abrogare magiſtrum. Liuius 3. ab vrbe. 157.

Sterilitatem fœminarũ, & virorum inſaniam abolere. Plin. lib. 31 cap. 2.

Vires alicuius abolere. Tacit. li. 20.

¶ Aboleo, pro Abluo ſeu Lauo. Virg. 4. Georg. verſu octauo à fine.
---- Nec viſcera quiſquam,
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma. Seruius, Nec lauari, nec coqui poterant, exponit.



ABOLESCO.] Col. l. 3. c. 2. Eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit. De vinea. Virg. l. 7. Aeneid.
---- Nec veſtra feretur
Fama leuis, tantiq; aboleſcet gratia facti. Gel. li. 20. ca. 1. Si nõ illi etiam ex XII. Tab. de teſtimoniis falſis pœna aboleuiſſet. Apud Liuium etiam cum datiuo, li. 9. ab Vrbe: Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleuerat, Id eſt, exoleuerat, exſtincta erat.

ABOLITVS.] participium: vt nomen abolitum. Plin. l. 14. cap. 4. 1. Sic Plin. Iunior. Libri aboliti, & abolitæ accuſationes. Gellius li. 12. cap. 1. Abolitis & obliteratis naturæ pietatis elementis. Quint. li. 1. cap. 6. Sed abolita atque abrogata retinere, inſolentiæ cuiuſdam eſt.

Abolitæ ædes. Tacitus, Annal. lib. ſecundo: Aedes vetuſtate aut igni abolitas.

Abolitos paulatim patrios mores, funditus euerti per accitam laſciuiam. Tacit. l. 14.

ABOLITIO.]

Abolitio criminis, dicitur criminis remiſſio, accuſationisq; peremptio. Quint. l. 9. c. 2. Aduerſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis damnationem depoſuerat, agit competitor. Marcel. de accuſ.

Abolitio ſententiæ, Tacit. li 5.

ABOLLA.] teſte Nonio veſtis erat militaris. Vnde iocus Martialis in Criſpinum, qui, poſita abolla, togam ſumpſerat, li. 8. 42.
Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam:
Dum mutat cultus, induiturq; togam.

Abolla videtur etiam fuiſſe veſtis philoſophica. Iuuenalis Satyr. 3. vbi de philoſophis:
Audi facinus maioris abollæ,
Stoicus occidit Baream, delator amicum.
Sic Martialis de quodam Cynico, l. 1. 159.

Abolla præterea videtur fuiſſe veſtis honoratiorum, apud Suet. in Caligula, cap. 35.

ABOMASVM.] Quid ſit, his verbis docet Hermolaus in 9. cap. li. 28. Plinij. Quid autem ait. ſignificet inter vetres centipellio, vulgaris & trita Laniorum vox oſtendit. Quartum ventrem interpretatur Gaza [illegible], quem & Abomaſum vocauit. Quod genus edulij, Iulius Pollux, Taconas à Cratete Comico putauit appellatum, etiamſi aliter in ea voce multi ſentiant. Corium certè vetus, hodie quoque vulgus Taconas vocat: propterea & Centipelliones fortaſſe nominari. Hactenus Hermolaus. Abomaſum ab alijs exponitur, ſinus ſeu venter, qui iungitur quaſi in ventre poſt reticulum.

ABOMINOR.] Eſt rem aliquam, veluti malum omen, deteſtari, exſecrariq;. Plin. lib. 28. cap. 2. Incendia inter epulas nominata, aquis ſub menſis profuſis, abominamur Idem li 17. cap. 5. 2. Quint. in Proœmio li. 8. Abominanda hæc infelicitas erat Sic li. 8. cap. 4.

Abominari etiam dicimus, cùm aliquod veluti ſiniſtri ominis auerſamur, deprecamurque. Vnde Abominario dicitur ea figura. Curtius li. 6. 7. Hoc regum inſigne aut moderatè perferendum eſt, aut (quod abominor) in te ruet.

Abominari cum infinitiuo. Seneca de Benef 7. Hæc vniuerſa habere, de quibus loqueris, abominabitur.

ABOMINANDVS.] Deteſtatione dignus. Plin. li. 22. cap. 4. 1. Quintilian. l. nono, cap. ſecundo: Abominanda crimina ſparguntur.

Abominandam opem alicui ferre. Senec. in Hippol. 8. 18. Fer abominandam nunc opem nato parens: hoc eſt, filij necem. Inuiſam atque abominandam eſſe oportebat. Quint. li. 8. cap. de Amplificatione.

Abominanda optata. Senec. in Hippol. 10. 26.

ABOMINATVS.] participium paſſiuè ſumptum. Horatius in Epodis, ode 16. Parentibusque abominatus Annibal: hoc eſt execratione habitus, Acrone interprete.

ABORIGINES.] appellati ſunt quaſi ſine origine, vtpote quorum ignoraretur origo: eò quòd vagi errantesque ex varia gentium colluuione miſti, conuenerint in agrum, qui nunc eſt popul. Roman. Fuit enim gens antiquiſſima Italiæ, author Feſtus. Hi poſtea, aduentu Aeneæ, Phrygibus iuncti, Latini vno nomine appellati ſunt. De his meminit Salluſ in Catil. & Liu. in principio ab Vrbe cond. Alij, per ſecundam vocalem in penultima, ſcribunt Aborigenes.

ABORIOR. [Significat fœtum Abortiuum fieri, vel Intempeſtiuè naſci. Gellius libro duodecimo, cap. primo. Quod quidem eadem vecordia qua quibuſdam commentitijs fraudibus nituntur: vt fœtus quoque ipſi, in corpore ſuo concepti, aboriantur, Id eſt, ante maturum partum eijciantur.

Aboriri quidam actiuè accipiunt, vt de matre dicatur, pro, abortum facere. de qua ſignificatione, citatur apud

Nonium

Nonium Marcellum, Varronis locus, pro Cellio vel Fundanio, de admirandis rebus, his verbis: Vinum, quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi prægnans biberit, fieri vt abortiatur. In quibus verbis videtur deeſſe nomen (fœtus) vt ſit ſenſus, fieri vt fœtus aboriatur. Poteſt tamen abſolutè accipi, aboriatur, id eſt, abortus fiat.

Aboriri vox dicitur, quando præ metu, aut alia de cauſa, deficit. Lucretius lib. 3. 32.

*Corpore & infringi linguam, vocemque aboriri.*

ABORTIO.] Actus ipſe aboriendi Plautus Trucul. 4. 92. Celabat, metuebatque te: ne ſibi perſuaderes, vt abortioni operam daret. Gellius li. 3 Cùm abortio quibuſdam, non partus videretur intempeſtiuitas.

ABORTO.] Abortum facio. Var. 2. de re Ruſt. cap. 4. 13. Ne, dum exſilire velit, prægnans abortet.

ABORSVS.] Verbale: de quo ſic Nonius: Abortus & aborſus varias habent ſignificationes. Aborſus enim, ille dicendus eſt, qui in primis menſibus, cùm conceptui exordium factum eſt. Abortus, propè tempus pariendi. Hæc Nonius. Aborſus, ab Aordior, Abortus, ab Aborior deduci videtur.

ABORTVS.] Participium, id eſt, Exortus. Stat. lib. 8. Thebai. 7. de Plutone.

*Nec ſolitus ſentire metus, expauit aborta*
*Sidera, iucundaque offenſus luce profatur.*

ABORTVS.] Verbale, idem quod Abortio. Terent. Hecyr. 3. 3. 38. Dicam abortum eſſe. Vbi Donatus: Non eſt Latinum, aborſa eſt: ſed, abortum fecit. Plin. lib. 7. ca. 11. 1. Exſtat in monumentis etiam Medicorum, & vno abortu duodecim puerperia egeſta.

Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. libr. 12. cap. 2. 1. Quoniam arborum etiam abortus inuenimus.

Abortum grauidæ mulieris dicitur, quod non ſit tempeſtiuè ortum. Feſtus.

¶ Abortum facere, pro, Abortum pati. Plinius Iunior, epiſt. 164 Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre: hoc triſtior audies, neptem tuam abortum feciſſe.

Abortum facere, pro, Abortum inferre. Plin. lib. 21. cap. 18. Quod ad Cyperō attinet, Apollodorum quidem ſequar: qui negabat bibēdum, &c. fœminis quidē abortus facere non dubitat. Idem lib. 28 cap. 7. Abortum facit illitus, aut ſi omnino prægnans ſupergrediatur.

Abortum facere, per metaphoram. Plin. in præfa. 12. Stoicos & ſubinde abortus facere iam decem annis: cùm etiam celerius Elephanti pariant. Hoc dixit de libris, qui domi diu ab authoribus ante editionem comprimebantur.

Abortum pati. Plin. lib. 28, cap. 7.

Abortum inferre. Plin. lib 8. cap. 47. 2, Idem lib. 24. cap. 16. de dracunculo: Tantumq; ineſſe ei virus, vt olfactum grauidis abortum inferat.

ABORTIVVS.] Imperfectus & informis, qui ſcilicet abortu natus eſt Sueton, in Auguſto, cap 35. Quos abortiuos vulgus vocabat. Horat. 1. Sermo. Satyr. 3. 10. Si cui filius eſt, vt abortiuus fuit olim Siſyphus.

Abortiuum, id eſt, quod aboriri facit. Plin. lib. 7. cap. 6. Oſcitatio quidem in enixu, lethalis eſt: ſicut ſternutâſſe à coitu, abortiuum. Idem lib. 20. cap. 21. de maluis: abortiuas eſſe, cum adipe anſeris. Idem lib. 25. cap. 3. Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem.

ABORTIVVM.] ſubſtantiuè. Idem quod abortus. Plin. libr. 18. cap. 17. Eſt & aliud ex vicino auenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum, ſed nondum matura, prius quam roboretur corpus, afflatu noxio caſſum & inane, à ſpica euaneſcit quodam abortiuo.

ABRADO.] Radendo tollo ſiue detraho, quod & Derado dicitur. Columel. lib. 3. Arida & vetera, quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Idem lib 5. cap. 6. 8. Tertiò demum acuta falce abraditur. Et Lucr. lib. 4 222.

Abradi pars ſummæ dicitur, pro, detrahi vel dicidi. Plin. in in panegyrico.

¶ Abradere, per metaphoram, difficulter, aut per vim, & quaſi radendo auferre. Terent. Phormio. 2. 2. 19. Vnde aliquid abradi poteſt.

Abradere barbam, idem quod radere. Plin. lib. 6. cap. 20. 28.

ABRASVS.] participium. Lucan. lib. 6. 23. Abraſæ fauces.

ABRIPIO.] quaſi raptu & violenter alicunde aufero, vel abſtraho Plin. lib. 30. ca. 25. Abripiente alia eſcam. In multis exemplaribus deſunt tria hæc verba.

Abripere à complexu. Liuius 3. ab vrbe 2.

Abripere in cruciatum. Terent. And. 4. 4. 47.

Abripi tempeſtate. Tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Plin. lib. 2. cap. 67.

Abripere ſeſe. Plaut. Milite. 5. 21. — *Quis is eſt homo?*
Pe Neſcio: ita abripuit repentè ſeſe ſubitò: Pro, ſurripuit, ſubduxit, ſubtraxit.

ABREPTVS.] participium. Terent. Eunuch. 1. 2. 30. Puellam quidam dono mercator dedit, ex Attica hinc abreptam.

ABRODIAETVS.] Latinè ſignificat delicatum atque elegantem. Quod nomen ſibi arrogauit Parrhaſius, pictor nobiliſſimus Plinius lib. 35. cap. 10.

ABRODO.] rodendo abſcindo. Varro 2. de re Ruſt. cap. 9. Plin. lib. 10. ca. 62. 1. Viperæ mas caput inſerit in os: quod illa abrodit, voluptatis dulcedine.

ABROGO.] Abrogare, eſt conſenſu publico aliquid abolere, tollere, obliterare, irritum facere: vt legem, imperium, magiſtratum.

Abrogare legi, & legem, dicimus. Modeſtinus de Verborum ſignificatione: Derogatur legi, cùm pars detrahitur: abrogatur legi, cùm prorſus tollitur. Liui. 9. ab Vrbe. 101. Vbi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat noua.

Abrogare quempiam, figuratè dictum. Plin. de Viris illuſtribus. 77. de Pompeio M. Lepidum acta Syllæ reſcindere volentem, priuatus Italiam abrogauit: Id eſt, pepulit, eiecit.

Abrogare fidem homini, aut alicui rei, eſt fidem eius abolere: hoc eſt, facere vt iam ei nulla fides habeatur. Plaut. Trin. 14. 39. Malè fidem ſeruando, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti.

Beneficijs abrogare vires. Plin. libr. 2. cap. 53. 2. Nec minus hebetis, beneficijs abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eò profecit ſcientia, vt ventura alia finito die præcinat. Id eſt, exiſtimare, beneficia nullarum eſſe virium.

ABROGATIO.] Actus ipſe abrogandi.

ABROTONVM.] Herbæ nomen: de qua ſic Plin. lib. 21. cap. 10. 5. Abrotonum odore iucundè graui, floret æſtate. Flos aurei coloris Vacuum ſponte prouenit: cacumine ſuo ſe propagat.

Abrotonus etiam dicitur f. g. Lucan. lib. 9. 185.

*Et larices, fumoque grauem ſerpentibus vrunt.*
*Abrotonum, & longè naſcentis cornua cerui.*

ABROTONITES.] eſt vinum factitium ex abrotono. Columel. lib. 12. cap. 35.

ABRVMPO.] idem quod Rumpo.

Abrumpere ex re aliqua. Plin. libr. 2. cap. 92. Ex inſula Cea amplius XXX milia paſſuum abrupta.

ABRVPTVS.] participium & nomen. præceps, citatus. Vnde per metaphoram Plin. ſic ait, lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alternè mobilia: & in ijs pars animi, negamus, annuimus, hæc maximè indicant faſtum. Superbia alibi conceptaculum: ſed hìc ſedem habet, in corde naſcitur: huc ſubit, hìc pendet, nihil altius ſimul abruptiusq; inuenit in corpore, vbi ſolitaria eſſet.

Abruptus in altitudinem, Id eſt, profunditatem. Liu. lib. 1. bel. Punici: Natura locus iam antè præceps, recenti terræ lapſu, in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.

Sidus abruptum. Virg. 12. Aeneid. 91.

ABRVPTVM.] ſubſtant. Stat. 3. Thebai. 53. Iamque iter extremum, cœliq; abrupta tenebat.

Ire in abruptum. Stat. 3. Syl. 2. 14.

In abruptum ſorbere fluctus, id eſt, in profundum. Virgil. 3. Aeneid. 84.

ABRVPTÈ.] aduerbium. Quintil. lib. 3. cap. 10. Nec enim abruptè, nec vnde libuit, incipiendum.

ABS.] Præpoſitio eſt ablatiua, idem ſignificans quod A vel Ab: ſed nunc in vſu rariſſima. Præponitur autem dictionibus, à litera Q vel T incipientibus. Terent. Adelph. 2. 3. 1. Abs quiuis homine. Idem Phormi. 4. 3. 12. Vt abij abs te.

ABSCEDO.] Recedo, vel Diſcedo. Et propriè iungitur Ablatiuo, cum præpoſitione A vel Ab: aut aduerbio de loco. Plaut. Caſ. 15. 5. Abſcede ab iſta obſecro.

Abſcedere procul. Ouid. 6. Metamorph. 73. — *minasq;*
Abſcedere retrò. Sil. Ital. lib. 10. 4.

Abſcedere hac. Plaut. Aſin. 9. 14.

Abſcedere ab aliquo. Plin. lib. 2. cap. 17. 1.
Abſceſſit è conſpectu meo. Plaut. Capt. 7. 75.

Abſcedere in altum, ſiue in altitudinem. Plaut. Rud. 2. 66.

Abſcedit ſol. Plin. lib. 2. cap. 1.

Somnus abſceſſit. Ouid. Faſt. lib. 3. 62. Vires abſcedunt.

Abſcedere alicui. Ouid. 5. Metam. 7.

Abſcedente vſufructu. in Lege, An vſusfructus. Digeſt. de Vſufruct.

¶ Abſcedere, ſinè præpoſitione. Liu. 6. bel. Pun. 34. Abſcedere irrito incœpto, & mouere à Capua ſtatuit caſtra. Poteſt tamen hìc eſſe ablatiuus: vt ſit, Cùm irritum fuiſſet incœptum, ſtatuit abſcedere, Id eſt, abire, &c.

¶ Abſcedere, de pecunia dictum. Plaut. Perſ. 16. 200. Decem accedent minæ. D. Abſcedent enim, non accedent.

Abſcede-

Abſcedere, transfertur ad animum. Plaut. Merc. 4. 29. Aedepol tu calidam picem bibito: ægritudo abſceſſerit. Terent. Hecyr. 5. 2. 15. Id leue eſt, citò ab eo hæc ira abſcedet.

¶ Abſcedere etiam dicitur, quod incipit in abſceſſum ſeu apoſtema verti. Celſus libr. 5. c. 18. Malagma, ad ſupprimendum omne quod abſcedit. Rurſum: Satisque omnia abſcedentia digerit murex combuſtus. Idem lib. 2. cap. 5.

ABSCESSEM, pro Abſceſſiſſem Sil. Ital li. 8. 22.
Nec abſceſſem thalamo, ni magna minatus.

Abſceditur, imperſonale. Liuius 7. bel. Pun. 15. Sed literæ Marcelli, negantis è republica eſſe, veſtigium abſcedi ab Annibale, curam iniecerant.

Abſceſſum manibus æquis: Subaudi eſt. Tacit. Annal. 1. Inde hoſtibus terror, ſiducia militi, & manibus æquis abſceſſum.

ABSCEDENS. participium, ſiue nomen ex participio. Vnde abſcedentia & prominentia in picturis. Vitruuius in præfat lib 7.

ABSCESSVS.] Receſſus. Plin. li. 17. c. 25. 10. Solis abſceſſu proferunt ſe.

Abſceſſus dicitur etiã, concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo ſuppuratio fit, quam Græci vocant apoſtema. Celſus li. 5. cap. 18.

ABSCIDO.] ex abs, & cædo, idem ſignificat quod Abſcindo. Ouid. 12. Metamorph. 73.
Abſcidit iugulo pectusq; humerumq; ſiniſtrum,

ABSCINDO] Ouid. 1. Metam. 5. Nam cœlo terras, & terris abſcidit vndas. Virg. 3. Aeneid. 84. Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaq; & vrbes. Lucanus, li. 3. 95. Abſcidit impulſu ventorum adiuta vetuſtas.

Aſcindere querelas, operas, venas, & ſimilia: apud Plautum, Cæſarem, Plin. Val. Flaccum, & Tacitum.

Abſcindere ſibi omniũ rerum reſpectum. Liu. 9 ab Vrb. 121.
Nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindimus.

ABSCISSVS.] participium.

Abſciſſa à continenti inſula. Plin. li. 4 c. 1. 3.

ABSCISSVS.] nomen, dicitur abruptũ, præfractum, & præciſum Liu. li. 25. Nec ferme quicquam ſatis arduum aut abſciſſum erat, quod hoſti aditum aſcenſúmve difficilem præberet.

Sic per translationem Spes abſciſſa. Liu. 4. bel. Macedo. 173. Nec, niſi abſciſſa omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe Idem 4 bell. Pun, 138. Spe vndique abſciſſa.

Abſciſſa caſtigatio, pro dura & aſpera. Valer. li. 2. Aſpero enim & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget.

ABSCISSA.] Abrupta Quint. li. 9. c. 4. Cur alia paucioribus verbis ſatìs plena, vel nimùm, alia pluribus breuia & abſciſſa ſunt.

ABSCISSIOR.] comparatiuum. Val. l. 6. Præfractior & abſciſſior iuſtitia.

ABSCISSE`.] aduerbiũ, vel Abſcisè, pro eo quod eſt, fixè, præcisè. Calliſtratus in l. Semper, de Iure immunit. Demonſtratur variè, nec abſciſsè, numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe.

ABSCONDO.] Lucret. li. 1. 185. Quod ſi tanta foret ſyluis abſcondita flamma. Plaut. Ciſtel. 2. 54. In latebras abſcondas pectore penitiſſimo tuam ſtultitiam. Virg. Geor. 1. Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.

Abſcondere fugam furto. Virgil. 4. Aen. 68. Id eſt, furtim & ſecretò fugere.

Abſcondere crimen. Senec. in Hippol. 5. 2.

Abſcondere in terram. Colum. li. de arboribus, c. 7. Reliquas radices quæ in terram abſconduntur, fac abradas.

Abſcondidi, antiquũ præteritum, teſte Priſciano l. 10. Plaut. in Carbonaria: Secundum ipſam aram aurum abſcondidi. Sil Ital. lib. 8. 38.
Donec arenoſo (ſic fama) Numicius illam
Suſcepit gremio, vitreisq; abſcondidit antris.

ABSCONDITVS] participium.

Abſcondita flamma. Lucret li, 1, 185.

ABSILIO] Saltu alicunde recedo. Lucretius li. 6. 245.
Multaq; humi cùm inhumata iacerent corpora ſupra
Corporibus, tamen alituum genus atq; ferarum
Aut procul abſiliebat, vt acrem exiret odorem.
Statius li. 2. Theb. 20.
— Fugere feræ nidosq; tepentes
Abſiliunt (metus vrget) aues.

ABSIMILIS.] Multum diſſimilis. Et ferè iungitur negatiuis particulis. nec, neque non, & haud. Colum. li. 6. cap. 17. 1 Odoris grauis, neque abſimilis bitumini. Suet. in Otthone, cap. 1. Non abſimilis Tiberio principi fuit.

ABSISTO] A loco vel à re aliqua diſcedo. Et ferè iungitur ablatiuo, ſine præpoſitione. Virg. 6. Aeneid.
— Procul ò procul eſte profani.
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco.

Bello abſiſtere. Tacitus li. 20. Liu. Decad. 4. lib. 2.

Furore abſiſtere. Liu. 4. Decad. li. 7.

Incepto. Liu. 4. Decad. li. 1.

Imperio. Liu. 4. Decad. li. 8.

Oppugnatione, vel obſidione, Liu. 5. Decad. li. 4. Idem 9 ab Vrbe 74.

Pugna. Liu. 4. Decad. li. 1.

Abſiſtere à. Plin. li. 2. c. 8. 9. Ab ſole nunquam abſiſtens partibus ſex atq; quadraginta longiùs.

Abſiſtere, cum gerundio, pro ablatiuo. Liu. 4. bel. Pun. 158. Abſiſtere oppugnatione atq; obſidendo: Pro eo quod eſt, ab obſidione diſcedere, ſiue deſiſtere obſidione.

¶ Abſiſtere, ſinè caſu, pro Deſinere. Virg. 1. Aeneid.
Nec priùs abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor,
Corpora fundat humi. —

Abſiſtere, cum infinitiuo, pro Deſinire, Virgil. 6. Aeneid.
— Abſiſte moueri.
Idem 8. — Abſiſte precando.
Columel. lib. 12. cap. 19. 4. Nec abſiſtat id facere.

Abſiſtitur, imperſonale. Liu. 1. bel Pun. 24. Legati miſſi Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in pœnam fœdris rupti depoſcendum.

ABSISTENS.] participium. Liu. 4. bel. Pun 92. Tamen ſpe labefactandæ fidei haud abſiſtens, Salapiam tendit: Hoc eſt, non deſiſtens.

ABSOLVO.] Multiplicem habet vſum: ſed maximè ad iudicia refertur.

Abſoluere aliquem bello. Tacit. lib. 4. Is demum annus populum Romanum, longo aduersùm Numidam Tacfarinatem bello abſoluit.

Abſoluere ſuſpicione. Liu l. 2. Latę deinde leges, quæ Conſulem regni ſuſpicione abſoluerent.

Abſoluere, per metaph. Horat. 2. Sermo. Satyr. 3.
— An commotæ crimine mentis
Abſolues hominem, & ſceleris damnabis eundem.

¶ Abſoluere, perficere, conſumare, & rei finem imponere.

Abſoluere bellum. Lucanus lib. 2. 50.

Fidem. Tacit. li. 18.

Penſum. Varro de Re ruſt. l. 2. c. 2. 1. Translatum à lanificio muliebri, in quo ſingulis certum lanę pondus in opus diſtribuebatur. Prouerbiale eſt.

Promiſſum. Varro 2. de Reſt c. 11. 1.

Orbem abſoluere: id eſt, conſumere & perdere. Lucan li. 7. cap. 176.
Quid totum premitis, quid totum abſoluitis orbem?

¶ Abſoluere, finire. Salluſt. Namq; vti paucis verum abſoluam. Plaut. Rud. 16. 37. Vno verbo abſoluam, leno eſt.

Abſoluere quempiam. Plaut. Moſtel. 10. 67. Idem Amph. 17. 45. Quæſo abſoluito hinc me extemplò, quando ſatìs deluſeris: id eſt, dimittito.

Abſoluere de re aliqua, ſimiliter pro Finire. Salluſt in Catil. Igitur de Catilinæ coniuratione, quàm veriſſime potero, paucis abſoluam.

¶ Abſoluere, ad vitam relatum. Plaut. Cap. 12. 73.
Diu ego hunc cruciabo: non abſoluam die: Hoc eſt, non vno die vitam illi adimam, vel eum enecabo.

Abſoluere creditorem, aut quemuis alium qui pecuniam petat. Terent. Adelph. 2. 4, 13. Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluam, id eſt, vt hunc reddito illi precio dimittã. Plaut. Epidico, 13. 25. Age age, abſolue, atque argentum numera, ne comites morer. Abſolue, ſubaudi (me.)

Abſoluere nauem, figuratè dictum, pro ſoluere. Plaut. Milite. li. 19. 17,

ABSOLVTVS.] participium. Plin. li. 18. cap. 6. 11. Omnium ſententijs abſolutus.

Abſolutus adulterij. Tacit. li. Annal. 3. Cæſar Antiſtium Veterem è primoribus Macedoniæ, abſolutum adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maieſtatis cauſam retraxit.

Abſolutus vinculis, id eſt exſolutus. Tacit. li. 12.

ABSOLVTVS.] nomen ex participio, idem quod perfectus: aut potiùs valde perfectus. Plin. li. 9. cap. 5. 2. Viſum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore abſoluta ſimilitudine.

Abſoluta & perfecta elegantia. Plin. li. 2. cap. 4.

ABSOLVTIOR, & hoc abſolutius.] Plin. li. 34. cap. 8.

ABSOLVTE`.] aduerbium.

Abſolutè doctus, Suet. de Claris Gram. 4. a. Vt Græci grammaticum à grammatiſta: & illum quidem abſolutè, hunc mediocriter doctum exiſtimant.

ABSOLVTIO.] ad crimen relatum, pro liberatione à crimine.

Abſolutioni eſſe. Tacit. li. Annal. 3. Quod neq; conuictum,

noxæ

noxæ reo, ſi recentia purgaret: neq; defenſum abſolutioni erat, ſi teneretur maioribus flagitijs: Hoc eſt, Nihil faciebat ad reum abſoluendum.

ABSOLVTORIVS ] ad abſolutionem pertinens. Suet. in Auguſto, Non tantùm duas tabulas, damnatoriam & abſolutoriam ſimul, cognoſcentibus dedit.

ABSOLVTORIVM. ] ſubſtantiue. Remedium abſoluens, ſiue liberans. Plin lib. 28. cap 6.6. Clauum ferreum defigere, in quo loco primùm caput defixerit corruens morbo comitiali, abſolutorium eius mali dicitur.

ABSONVS ] Diſſonus, diſcors, diſcrepans: quaſi à ſono alienum, vel ſono abſurdum.

Clamor abſonus, diſſonus. Apuleius de Aſino, li. 1. & Quintil. 113. b

Tectum abſonum. Lucretius lib. 4. 105.

Abſona fortunis dicta Horat. in art. poet. 23.

Si dicentis erunt fortunis abſona dicta: Id eſt, parùm conuenientia.

Abſonus, per Metaphoram, pro alienus, ſiue differens. Liuius 7. ab Vrbe, 6 Nec abſoni à voce motus erant.

Abſonum fidei id eſt, fidei repugnans, alienum à fide, minimè credendum. Liuius 1. ab vrbe 64. Quorum nihil abſonum fidei diuinæ originis.

ABSORBEO. ] Propriè dicitur de rebus liquidis. Plin. lib. 11. cap 35 1. Araneus, omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Idem lib. 9. cap. 35. Detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Idem li. 22. cap. 25.

Transfertur quoque ad alia: vt, Abſorbere rupes. Lucanus libro 4.

ABSQVE. ] Teſte Priſciano, li. 14. Abſq; & Sine, habent conſimilem ſignificationem, quæ eſt negatiua. Plaut. Menæch. 22. 32. Nam abſque te ſi fuiſſem, hodie nunquam ad ſolem occaſum viuerem.

Abſq; te eſſet, abſq; eo foret, vel eſſet. Terent. Phorm. 1. 4. 11.

--- nam vbiq; eo eſſet.

Recte ego mihi vidiſſem. Pro eo quod eſt, Niſi per eum ſtetiſſet: niſi ille obſtitiſſet. Idem Hecy. 4. 2. 25. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſq; vnà hac foret. Vide tibi Donatum. Plaut. Trinum. 12. 13.

--- nam abſq; foret te, ſat ſcio in alto
Diſtraxiſſent. Idem. Bacch 8. 8.

Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

ABSTEMIVS. ] Dicitur abſtinentia temeti, teſte Fabio lib. 1. cap. 7. Hoc eſt, qui vino abſtinet. Ouid. 15. Metam. 65.

Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis.

Gellius li. 10. cap. 23 Qui de victu atque cultu Pop. Rom. ſcripſerūt, mulieres Romæ atq; in Latio ætatē abſtemias egiſſe. hoc eſt, vino ſemper, quod temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt.

Abſtemius vini. Plinius li. 22. c. 24. 9. Et mulieribus vini abſtemijs.

ABSTERGO, & Abſtergo, ] detergo, purgo. Terent. Eunuch. 4. 7. 9. Qui abſtergerem vulnera. Plaut. Aſin. 13. 52.

--- tu bellum abſterges.

Faſtidium abſtergere Plin. lib. 20 cap. 5. & li. 27. cap. 6. 7.

Abſtergere ſuccum villo. Plin. li. 12. cap. 17 2.

¶ Abſterſti, pro Abſterſiſti. Catull. 94. epigr ad Iuuent.

ABSTERSVS. ] Valerius: Abſterſis lachrymis, Liuius 1. ab Vrbe 182. Abſterſo cruore. Idem 3. ab Vrbe. 113. Abſterſo puluere ac ſudore.

ABSTERREO. ] Hoc eſt terrore iniecto auerto, arceo, prohibeo. Terent. And. 3. 1, 4. Hanc ſimulāt parere, quò Chremetem abſterreant: Subauditur à danda filia.

Abſterrere à vel ab Liu. li. 2. ab vrbe. 151. Abſterrendo ſingulos à concionibus, concilijsq;.

Abſterrere frumento anſeres Plaut. Trucul. 5. 39. Vt de frumento anſeres clamore abſterret & abigit.

Abſterrere ſibi pabula amoris: id eſt, à ſe repellere & abigere Lucret. li 4 214.

Abſterrere alicui aliquid Lucret li. 4. 248.

Nec diuina ſatum genitalem numina cuiquam.
Abſterrent. id eſt, liberorum generationem impediunt, & ſemen genitale auferunt.

Abſterrere auctum: id eſt, impedire aut vetare incrementum. Lucret. li. 5. 169.

Abſterrere, ſuppreſſa præpoſitione. Plin. li. 8. cap. 16. 6. Quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrentur eadem noxa: Pro ab eadem noxa.

ABSTERREOR. ] paſſiuum. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 17.

Vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto.

ABSTERRITVS. ] participium. Liu. li. 5. ab Vrbe. 185. Inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti.

ABSTINEO ] Eſt, ab aliqua re omnino cohibeo.

Abſtinere à negotijs: id eſt, nulla negotia tractare. Celſus lib. 3. cap. 22.



Abſtinere ſe à cantu. Plin. li. 10. cap. 55. 2.

Abſtinere ſe cibo. Cæſ. 8. bel. Gal. 155. Paucis diebus ſeſe cibo abſtinuit, atque ita interijt.

Armis. Liuius 8. ab Vrbe.

Vino. Plin. li. 28. cap 7. 7.

Rebus vrbanis. Plaut. Caſin. 3. 12.

Virgine Terent. Hecyra. 1. 2. 6. 4.

Abſtinere A mari. Plaut. Nil. 19 26.

Maris cauſa hercle hoc ego oculo vtor minimè.
Nam ſi abſtinuiſſem à mari, tanquam hoc vterer.

Abſtinere alieno. Ouid, 16. Epiſt. 20. Eſt virtus, placitis abſtinuiſſe bonis. Horat. in Arte. Abſtinuit Venere & Baccho.

Cibo. Columel. lib. 6. cap. 7. 2.

Abſtinere cibo ægrum, frequens apud Celſum.

Carne. Plaut. Aulul. 17. 15.

Culpa. Plaut. Menæ. 17. 13.

Comitijs. Plin in Paneg.

Dono & pactione. Plin. epiſt. 109.

Inſectatione. Sueton. de clar. Gram. 9.

Maledictis. Plaut. Rud. 24. 64.

Seditionibus. Liuius 3. ab Vrbe.

Verbis. Plin. epiſt. 79. a.

Imperio. Iuſtinus lib. 1.

Inſpectione rerum ſuarum. Plin. Iunior, epiſt. 264.

Prælio vel pugna. Liuius 2. ab Vrbe. 196. Cæſ. 1. bel. Gal. 89.

Tactu. Virg. 3. Aeneid.

Sic abſtinere loco. Plin. de viris illuſtribus. Liu. 1. ab Vrbe, valida, muris ac ſitu ipſo munita, abſtinuit.

Abſtinere publico: id eſt, non committere ſe publico, non prodire in publicum. Sueton in Claudio. Tacit. li. 3. paulò pòſt initium: Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere, inferius maieſtate ſua rati, ſi palàm lamentarentur.

Abſtinere manum alieno. Cato de Re ruſt cap. 5. 1.

Abſtinere manum, ſine vllo ablatiuo. Terent. Adelph. 5. 2. 6.

Non manum abſtines, maſtigia? Sic Heaut. 3. 3. 4.

Abſtinere me manū, figuratè dictum. pro à me. Plau. Rud. 11. 11. Potin' vt me abſtineas manum? Non abſimile eſt illud Liuij, in ipſo ſtatim totius operis initio: Iā primùm omnium ſatis conſtat, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe.

Abſtinere ignē ab æde. Liu. 7. ab Vrbe 124. Sermonis compendium: pro, abſtinere ſe ab æde incendenda.

Abſtinere bellum & vim ab aliquo. Liu. 8. ab vrbe. Et ſine præpoſitione. Horat. 2. Ser. Satyr. 3. 41.

... abſtinuit vim vxore & gnato: id eſt, ab vxore, &c.

¶ *Abſtinere*, in alio genere loquendi, licèt manente eadem conſtructione, ſignificationeque: Lucanus li. 4. A trepido vix abſtinet ira magiſtro. Pro eo quod eſt, ipſe iratus vix abſtinet. Et eſt hypallage.

Abſtinere, cum Infinitiuo. Plau. Curcul. 4. 25. Dum mihi abſtineant inuidere. Suet. in Tiberio Cæſare, ca. 25. Quando ita præfari non abſtinuerit.

Abſtinere quominùs, pro Quin. Suet. de claris Gram. 3. Vt ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint, quominùs & ipſi aliquid de ea ſcriberent.

¶ *Sunt & aliæ figuratæ, & minùs vſitatæ per hoc verbum locutiones: de quibus authorum exempla hic ſubiecimus.*

Abſtinere irarum & rixæ. Horatius 3. Carminum.

Pro, ab ira & rixa. Tametſi ad plenam conſtructionem aliquid ſubaudiendum eſt: vt ſit, abſtineto iratum affectione, motu aut perturbatione.

Abſtinere ſermonem de re aliqua, Plaut. Moſtel. 8. 97. Idem Aulul. 10. 19. Terent. Heaut. 2. 3. 133.

Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.

Abſtinere, pro Arcere. prohibere. Plaut. Amphit 10. 46.

Nunc, quando factis me impudicis abſtines,
Ab impudicis dictis auorti volo. Hoc eſt, quoniam me prohibes ab impudicitia. Liuius: Romano bello fortuna Alexandrum magnum abſtinuit.

ABSTINETVR. ] paſſiuum in tertijs perſonis. Colum. lib. 7. c. 10. Totus grex tecto clauditur ſtabulo, atque vno die abſtinetur potione & pabulo. Idem li. 6. cap. 9. Febricitanti boui conuenit abſtineri vno die.

Abſtinetur, imperſonale. Plin. li. 26. c. 12. 3. Lichen herba ſi cùm ſumitur, cætero olere abſtineatur. Liuius 5. ab Vrbe, 100. Dictator præcones edicere iubet, vt ab inermi abſtineatur.

ABSTENTVS. ] participium. Vlpian in l fin. Siquis caut. & Africanus in l. Tutor pupilli. ad Vell. vſi ſunt pro eo, qui ſe bonis paternis ſeu hæreditate abſtinuit. Et interea (inquit Vlpianus) pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit hæreditate. Africani verò hæc ſunt verba: Et cùm paterna hæreditate abſtinere vellet, mandato vxoris defuncti. quæ mater pupilli eſſet, abſtēto pupillo, ſolam ſe hæreditati immiſcuiſſet.

ABSTINENS. ] nomen ex participio. Plin. Iun. ep. 84. Homo eſt alieni abſtinentiſſimus. Horat. 4. Carm. 9. 8. Abſtinens

nens ducentis ad ſe cuncta pecuniæ. Colum.lib.11.cap.4. Abſtinentiſſimo rebus Venereis.

ABSTINENDVS.] Colum.lib.6.cap.7. Prohibēdus erit bos potione pertriduum, primoq; die cibo abſtinēdus. Idem lib.8.cap.4. Quibus ſcilicet cibis abſtinendæ ſunt aues.

ABSTINENTIA.] eſt cùm abſtinemus ab alienis, nulli vim inferentes, nihil cuipiam eripientes. Quint.lib.5. cap.10. Si continentia virtus, vtiq; & abſtinētia. Salluſt. Cum ſtrenuo, virtute, cum modeſto, pudore, cum innocente abſtinētia certabat. Nonnunquā tamen indifferenter ponūtur: vt apud Valerium Max. titulus eſt. De abſtinentia & continentia: vbi harum virtutum exempla promiſcua ſunt.

Abſtinentia mitigare febrem. Quintil.lib.2.cap.17.7.

Abſtinentiam ſummam præſtare. Quintil. de officio præceptoris, lib.2.cap.2.3.

Abſtinentia vini, cœnæ. Plin.lib.25.cap.5.20.

ABSTO.] Diſto, longè ſto. Horat.in Arte poët.73.

Vt pictura poeſis erit: quæ, ſi propiùs ſtes,
Te capiet magis, & quædam ſi longiùs abſtes.

ABSTRAHO.] Propriè, à loco traho, hoc eſt, violenter abduco. Conſtruitur autem frequentius cū ablatiuo, & prepoſitione A vel Ab, aut cum aduerbio, loco eius ablatiui. Terent.Adelph.5.3.57.

& iſtam pſaltriam
Vnà illuc mecū hinc abſtraham. Vbi Donatus: Mecū hinc abſtraham: nō abducam, ſed, quod eſt ſæuientis abſtrahā.

Abſtrahere aliquem ab alio. Terent.Andr.1.5.8.

Abſtrahere in ſeruitutem: quod & Abripere in ſeruitutē dicitur. C.7. bell. Gall.170. Sic, in ſeruitium: apud Liuium, 8. bell. Maced.187.

ABSTRACTVS.] Statius lib.1. Achil.31. Armenta.

ABSTRINGO.] Soluo. Liu.3. Decad lib.4. Tanquam laxaret elatum pedem, abſtricto modo.

ABSTRVDO.] Abſcondo, occulto, abdo. Virgil.6. Aeneid.

—quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis. Sic, Abſtrudere theſaurum. Plaut. Aul.16.47.

Abſtrudere foris. Plaut. Aul.2.6. Auro formidat Euclio, abſtrudit foris.

Abſtrudere ſe inter aliqua. Tacit.lib.4.

Abſtrudere triſtitiam. Tacit.lib.5.

ABSTRVSVS.] nomen ex participio.

Abſtruſus homo: Qui ſuum ſecretum magnopere celat. Tacitus Annal.lib.1.

Ratio abſtruſa. Claudian Paneg.8.50.

ABSVM.] vſitatiùs cōſtruitur cū præpoſitione A vel Ab, & ablatiuo, qui aut locū, aut perſonā, aut rem aliquā ſignificet: ſed pro ablatiuo ſæpè additur aduerbium de loco.

Abeſſe ab domo, &c. Plaut. Epid.14.16. Num abſum ab domo.

Abeſſe, abſolutè poſitum. Plaut.Amphit.8.13.& Stich.14.28. Id abeſt, aliud nihil. Terent. Eunuch. Domini vbi abſunt? Virg.1. Aeneid. Vnus abeſt. Ouid.epiſt.9.7. Vir mihi ſemper abeſt: Pro à me. In hac ſignificatione ponitur interdum eclipticῶs Terent.Heaut.5.2.31. Non aberit longiùs: id eſt, non longè aberit: ſubaud. hinc vel à nobis.

Abeſſe tres menſes. Terent. Heaut.1.1.66.

Abeſſe ſpatio, tranſitu, paſſibus, &c. Plin. lib.4. cap.16.2. Virg.11 Aeneid.

Abeſt millia, ſpatium, iter, viam, &c. Cæſ.5.bel Gal.171. Cuius hyberna aberant ab eo millia paſſuum XXV.

Abeſſe altiſſimè. Plin.lib.2. cap.16. & 17. Procul. Liu.1.ab Vrbe 105.

Longiùs. Terent.Heaut 2.2.10 Ouid.2.Met.29.

Abeſt hinc à nobis. Plaut.Merc.22.53.

Abeſt mihi animus. Plaut. Amph.27.29. Varro 2. de re Ruſt. cap.2.4. Et ſi cui vetuſtate dentes abſunt.

Abſunt inſidiæ à vatibus. Ouid.3.de Arte aman.107.

Abſit, pro Sit procul. Martial.lib.1.29. Abſit à iocorum noſtrorum ſimplicitate malignus interpres. Plin.lib.27.cap.1.8. Procul à nobis noſtriſq; literis abſint iſta.

Abſit verbo inuidia: modus loquēdi apud veteres, quū quid erāt dicturi, quod arrogans videri poſſet. Liu.li.9.ab Vrbe cond. Abſit verbo inuidia, & ciuilia bella ſileant.

Abeſſe res videtur (inquit Paulꝰ) ſi veſtimentū ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit: veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura: quoniam earū rerum pretium, non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item, ſi eam dominus, rem, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abeſſe, etiamſi id poſtea ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt. Abeſſe etiam ſcribit Caius, quæ in rebus humanis non ſunt.

¶ Abeſſe, interdum diuiditur in partes duas. Cæſar. Qui erat ab oppido millia paſſuum circiter tria: Pro, aberat.

ABSENS.] participium: Qui non abeſt, vbi adeſſe ſolet, aut deſideratur. Vlpianus: Abſentē accipimus eum, qui nō eſt in eo loco, in quo petitur: non enim trans mare abſentem deſideramus. &, ſi forte extra continentiam vrbis ſit, abeſt. Terent. Heaut.2.2.2. Vereor, ne me abſente mulier corrupta ſit.

Abſente nobis: figurata & antiqua locutio: ꝓ eo quod eſt, nobis abſentibus. Quod Priſcianus, libro de cōſtructione, more Attico dictū eſſe probat. Plaut. Amphit.8.192. Si in actione hāc abſente nobis inuenerit puer? Terēt. Eunuch. 4.3.2. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatū eſt domi. Vbi Donatus: Aut diſtinguendū eſt, & ſubaudiendum ve: aut [illegible] figura eſt, abſente nobis, ꝓ nobis abſentibus. Idem paulò pòſt: Cùm ſic dicit, pro præpoſitione ponit Abſente, ac ſi diceret, coram amicis.

Abſens locus, figuratè. Horat.2.Serm.Satyr.7.7.

Romæ rus optas, abſentem ruſticus vrbem
Tollis ad aſtra leuis.---

Pro, tu abſens ab ipſa vrbe: hypallage. Idē lib.1.epiſt.11.5.

Romę laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.

ABSENTIA.] Seneca ad Lucilium: Aequo animo ferre debemus abſentiam.

ABSENTO.] Ablego. Claud.de rapt. Proſerpinę lib.3.43.

Et dura de matre queri, quæ tale receſſu
Maluerit damnare decus, vetitamq; deorum
Colloquio, patris procul abſentauerit aſtris.

ABSVMO.] Omnino conſumo vel aboleo.

Abſumere vinum. Terent.Heaut.3.1.18.

Abſumere diem. Liu.10.bel.Pun.30.

Abſumere argentum. Plaut.Moſtel.16.19.

Abſumpſit domos incendium. Plin. Iunior epiſt.250. Pueros abſumpſit morbus. Cæſar.

Abſumpſit illuuies maiorem partem Syriæ: id eſt, aquis immerſit, inundauit. Iuſtinus.

Abſumere animam letho. Virg.3.Aeneid.130.

Abſumi re aliqua: vt clade. Terent. Phorm.2.2.26.

Abſumi. in Plin.lib.11.cap.37.7. Qui putant dentes in cornua abſumi, facilè coarguuntur ceruarum natura.

Abſumpti ſumus: pro Perijmus, actum eſt de nobis. Plaut. Moſtell.6.18. Virg.Aeneid.1.

Sin abſumpta ſalus, & te, pater optime, Teucrum
Pontus habet Libyæ. Sub. eſt: id eſt, ſi perijt nobis.

Morte fortuita abſumptus. Tacit. Annal.lib.2.

ABSVMEDO.] Conſumptio. Plautus. Capti.14.4. Quantā pernis peſtis veniet? quanta labes larido? Quanta ſumini abſumedo?

ABSVRDVS.] propriè ſignificat auditu alienum, ſiue alienum ab auribus: ſed vſitatiùs ad animum transfertur.

Ineptum atq; abſurdum, Terent.Adelph.3.3.21.

Abſurdum atq; alienum à vita mea. Terent.Adelph.5.8.22.

Ingenium abſurdum. Tacit.lib.13.

ABSVRDE.] aduerbium: Plaut.Epid.7.6. Abſurdè facis, qui angas te animi.

ABSYNTHIVM.] Veteres Graiæ familiæ Comici 'Apinthion quoq;, cōformi etymo, quaſi impotabilem pronunciarūt: quòd hanc nemo, ob inſignem amarorē, poſſit ebibere. Hinc Latini abſynthium vſurparunt, pro re, quæ parum allatura ſit voluptatis, nō tamen propter cōmoditatem reſpuenda. Sic verebatur Fabius Quintilianus, ne liber ſuus parum mellis, & abſynthij multum habere videretur, eſſetq; ſalubrior ſtudijs, quàm dulcior. Vide Plinium lib.27.cap.7.

Abſynthia cana. Ouid.5.Triſt.14.5.

Abſynthia triſtia. Ouid.3.de Ponto 8.3.

Abſynthia tetra: id eſt, odoris tetri. Lucretius lib.1.191.

ABSYNTHITES.] eſt vinum facticium ex abſynthio. Col. lib.12.cap.35. Vinum abſynthiten, & hyſſopiten, & abrotoniten, ſic condire oportet. Sic Plin.lib.23.cap.1.28.

ABVERTO.] pro Auerto. Plaut. Ab ſaxo abuerti fluctus, ad littus ſcapham.

ABVNDO.] Affluo re aliqua. & tam de bonis reb. quàm de malis dicitur: nec ſolū ad res corporeas, ſed etiā incorporeas, pertinet. Nonius: Abundare, ſupra modū aliquid eſſe, Tractum ex amnibus: q quoties augetur imbribus, maioribus & crebris vndis eriguntur. Virg. Georg.1. Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans.

Abundare diuitijs, Terent. Heauton.3.2.17. Lætitia. Plaut. Stich.5.6. Venere. Plin.lib.11. cap.37. Amore. Terent. Phorm.1.3.11. Vitijs. Quintil. Abundat dulcibus vitijs. de Senecæ oratione. Copia frumenti. Cæſar 8.bell Gall.130. Idem 1 bell.ciuil.192. Ira. Ouid.6. Epiſt.16. Opibus fandi, id eſt, eloquentia. Stat.1.Sylu.4.7.

Abundat barbarie noſter amor: id eſt, valde barbarus eſt. Ouid.2.de Arte amand.11.

Abundat domus caligine. Ouid.2 Metam.153.

¶ Abundare, abſolutè poſitum Virg. Georg.4. Rurſus abundabat fluidus liquor. Plin.lib.14. in proœmio: Abundabant & præmia & opera vitæ.

Abundat fons in omnem partem. Plin.lib.18.cap.22.1.

Abundare,cum genitiuo. Lucilius: Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus.

ABVNDANS.] participium, ſiue nomen ex participio: vt vt Priſcianus, lib. 18. Abundans illius rei nomen eſt. Nam participium ablatiuo, quomodo & verbum eius,coniungitur. Virg in Bucol. Quàm diues pecoris,niuei quàm lactis abundas.

Fatum abundans. Claudian.de bello Getico 22.

Ex abundanti. Quint lib.4 cap.vlt.

Abundare corporis. Claud. in Eutrop.lib.2.76.

Abundans pietatis. Claudian. Panegyr.7.23.

ABVNDANTIA.] Rei alicuius copia. Abundantia quadam ingenij præſtabat ſucci. Plin.li.20.cap.1.

Abundantiæ modo aliquid ducere. Tacitus in vita Agricolæ: Ludos & inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit, vti longè à luxuria, ita famæ propior. Hoc eſt, ſecundum menſuram rationis & ſuarum opum.

Abundantia fœminarum: id eſt menſes, ſeu menſtrua largiùs fluentia. Plin.li. 24. cap.11. Rhus fœminarum abundantiam ſiſtit cibo. Et lib.27.cap.12.

ABVNDATIO.] Plin.li.3.cap.16. Omnia ex Philiſtinæ foſſæ abundatione naſcentia.

ABVNDANTER] Copioſè, affatim, affluenter. Plin lib.24. cap.9.12. Hæc fert in Aegypto, Syriaq; etiam, abundanter lignoſum fructum. Idem lib.18. cap.18. 2. Tanto tardius decedit, quanto abundantiùs creuit.

Abundanter dicere. Quintil. li 8. cap.3.

ABVNDE.] aduerbium quantitatis, deriuatum à verbo Abundo, teſte Priſciano: Abundanter autem, ab Abundans. Et eſt Abundè, idem quod Satis. Vnde, Satis abundanter dicimus: ſatis abundè, non item; niſi addita coniunctione: vt, Satis abundeq;. Author Valla in Pogium. Plin.in præfa. 6. Abundè pulchrum & magnificū eſt. Salluſt in Iugurth. Abunde magna præſidia.

Abunde eſt, cum genitiuo. Virgil. 7. Terrorum & fraudis abundè eſt. In hoc loquendi genere ipſum (Abundè) figuratè pro nominatiuo ponitur: ſicut & cùm dicimus, Satis eſt illi pecuniæ.

Abundè potentiæ gloriæq; adeptus. Sueton. in Cæſ. dictatore, cap.86. Quintil li.10.cap.1.& Abundè ſalis

Abundè eſſe alicui: id eſt, ſatis eſſe. Celſus lib.1.cap.3 Ergo huic abundè eſt, loco tepido demittere ſe.

Abundè eſt, ſequente infinitiuo. Plin.epiſt.103.b. Sed vtrūq; tam magnum eſt, vt abunde ſit alterum efficere.

Abundè eſt, pro Sufficit, ſatis ſuperq; eſt ait Budæus. Plin. epiſt.122. Abundè eſt, ſi epiſtolæ ſunt moleſtæ.

Abundè gratus. Ouid.4.de Ponto 88.

Abundè promittere. Lucret lib.1 80.

Abundè ratus Tacit.lib.18

Abunde tractata eſt ratio Plin lib 8 cap.41.2.

Abundè, cum ſubſtantiuo nomine. Salluſt. Iugurtha. Dein, quòd parentes abundè habemus. Quaſi tu dicas ſatis parentum, vel ſatis multos parentes Idem in oratione M. Trib.pleb ad plebem: Cunctaque præſenti ignauia mutaſtis: abundè libertatem rati, quia tergis abſtinetur hoc eſt, rati ſatis eſſe libertatis, aut ſatis magnam libertatem. Sic, abundè eſt arboribus altitudo quatuor pedum. Columel. lib.2.cap.2.17.

ABVSQVE] aduerbium, modò tempus, modò locum ſignificans: & eſt poëtica vox, pro, vſque ab. Plaut. Amphi. 4.99. Hæc illic eſt pugnata abuſq; manè ad veſperum: id eſt, à manè vſq; ad veſperum. Virg.7.Aen.58. Siculo proſpexit abuſq; Pachyno.

Abuſque, nonnunquam ſuo ablatiuo poſtponitur. Tacit. lib.15. Animalia maris Oceano abuſq; peruectat.

ABVTOR.] Eſt re aliqua malè vti, ſiue nimis licenter vti. Et propriè de rebus corporeis dicuntur: Metaphoricè autem de incorporeis.

Abuti muliere. Terent. Phorm. 2, 3. 67. Vbi Donatus: Vtimur cum honore, Abutimur cum iniuria.

Abuti dominatione. Suet. in Cæſ. dictatore.

Abuti auribus alicuius. Plin. epiſt.150.

Abutor, antiquè cum accuſatiuo, loco ablatiui. Plaut Trinum.10.56. Me, qui abuſus ſum tantam rem patriam. Terent.in Prologo And.4. Nam in prologis ſcribendis operam abutitur. Sic apud eoſdem ſæpiùs.

Abuti, in bonam partem, pro Conſumere. Cato de re Ruſt. cap.76 3. Donec omnem caſeum cum melle abuſus eris.

Abuti, veteres paſſiuè dixerunt. Varro apud Priſcianum lib. 8. Vtile, vtamur potiùs, quàm ab rege abutamur. Indè *Abuſus* participium in eadem ſignificatione. Ibidem Hortenſius: Abuſis iam omnibus locis. Plaut. Aſin 5.44. Vbi quæ dedi antè? C. Abuſa. In quem locum Nonius: Abuſa, vtenda, vel in vſum conſumpta.

Abutendum ſe permittere. Sueton.in Galba, cap.14. His diuerſo vitiorum genere graſſantibus, adeò ſe abutendum permiſit & tradidit, vt vix ſibi ipſi conſtaret. Hoc eſt, ita ſe permiſit illorum arbitrio; vt, pro libidine ſua, quiduis ei facile perſuaderent.



ABVSIO.] Figura eſt, quæ Græcè κατάχρησις dicitur. De hac meminit Fabius lib.8.& 10. Idem lib.3.cap.3. Hic per abuſionem poſita.

ABVSIVE.] aduerb Quintil.lib.3.cap.4. Nunc non abuſiuè diſpenſatio.

A C

AC.] coniunctio eſt copulatiua pro Et, ſiue Atque. Terent. Andr.1. 147.

--. Pudicè vitam, parcè ac duriter
Agebat. Ibidem: Lana ac tela victum quæritans.

Ac, pro his duabus particulis, Idq;, vel Et quidem. Terent. Heaut. 4. 5. 15 Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens. Idem Eunuch.5.2.6. Amabo, quid ais? cognoſcit ne? C. ac memoriter.

Ac non, pro nec. Terent. Adelph.3.3.39.

Nimiùm inter vos, Demea;
Ac non, quia ades præſens, dico. Idem Eunuch 5.16.

Ac, in principio ſententiarum, connectendi vim habet, pro Autem. Virg.1. Aeneid. Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Ac, pro Contrà quàm, teſte Donato. Terent.And.5.1.22 Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere.

ACACIA] Genus ſpinæ eſt, Plin lib.24 cap,12.2. cuius ſemen lenticulæ eſt ſimile; minore tantum & grano & folliculo. Eſt & ſuccus, è ſpina illa expreſſus.

ACADEMIA.] verti poteſt Lauacrum aut Ciuitas. Dicitur enim gymnaſium Athenis, quia propè lauacrum poſitum: authore Heſychio. Diogenes tamen Laërtius, in vita Platonis, Academia, inquit, eſt locus in ſuburbano nemoroſus à quodam heroë Academo nomine appellatus: ſicut & Eupolis & Timon teſtantur. Antea per E tenue ſcribebatur, Ecademia. Horat.lib.2.epiſt.2.9. Atq; inter ſyluas Academi quærere verum.

Academia, digna memoratu villa eſt, ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat Cic. Academiam, ab exemplo Athenarum, compoſitis voluminibus eiuſdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtaurauerat. Plinius libro 13.cap.2.

Academia, variat penultimam. Laurea. Ciceronis libertus, apud Plinium lib 13 cap. 2. Atq, Academiæ celebratam nomine villā Claudianus in 8. Panegyr. de Manlij Theodori conſulatu: In Latium ſpretis Academia migrat Athenis. Sidonius, in epithalamio Polemij,

Obuier & quanquam totis Academia ſectis.

ACAENA.] pedum decem quā dimetiebatur agros. V. de Cælium, lib Antiq lect 4 cap.29.

ACALANTHIS.] Auis eſt, de qua ſic Probus: Acalanthis ea eſt, quæ Græcè ἀκανθὶς dicta eſt: Latinè carduelis, à carduo. Virgil.3 Georg. Reſonant Acalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teſte Pierio, non, Et achantida.

ACANTHION] ſiue acanthium, ſpinæ genus. Plin lib.24. cap.12 1. Acanthion verti poteſt Latinè, Spinula.

ACANTHIS] auis eſt minima. De qua ſic Seruius in tertium Georg. Acanthis, quam alij Luſciniam eſſe volunt, alij verò Carduelem, quæ ſpinis & carduis paſcitur: vt inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta ſit, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, id eſt, ſpinis, quibus paſcitur. Plin lib 10. cap 74. Et acanthis in ſpinis viuit, idcirco aſinos & ipſa odit, flores ſpinæ deuorantes.

ACANTHVS.] genus herbæ, de qua Plin.lib. 22. cap 22. Acanthos eſt topiaria & vrbana herba, elato longoq; folio, crepidines marginum aſſurgentiumq; puluinorum toros veſtiens. Virg 4. Ecloga.

Mixtaq; ridenti colocaſia fundet acantho:

Ridenti id eſt, læto, ait Seruius. Virgil 2. Georg Et baccas ſemper frondentis acanthi.

Acanthi folia veteres, ob pulchritudinem & figuræ elegantiam, inſculpebant columnarum Corinthiarum capitulis. Cuius rei inuentionem latiſſimè exſequitur Vitruuius. Veſtibus quoq; precioſis figuram foliorum acanthi circumtexebant Vnde Virg.1. Aeneid.131.

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Croceum, intelligas aureum. Præmiſerat enim poeta:

Ferre iubet pallam ſignis auroq; rigentem.

Tale eſt illud Ouid.13. Metamorph.152.

Summus inaurato crater erat aſper acantho.

Acanthus flexus Virgil. 4. Georg. 25. Quod idcirco dixit poeta, quia ſuo ductili flexu identidem in topiarium opus intorquebatur. Qua etiam de cauſa tortos appellat acanthos. Colum.lib.10.de Cinara loquens.

Mollis acanthus. Virg.3. Eclog. Et 4.Georg.23.

ACANTHINVS.] ad ectiuum: Quod eſt acanthi, aut acantho ſimile. Plin.lib.25.cap.7.7. Spectatur folijs acanthinis, id eſt, ſpineis.

ACAPNA.] ligna (de quibus eſt titulus apud Martialem in Xenijs) ea videntur eſſe, quæ Vlpiano dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant. Nam [illegible], ſine fumo interpretatur. De lignis eiuſmodi, Cato de re Ruſt. capit. 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna, amurca cruda perſpergito, & in ſole ponito: perbibant bene, ita neq; fumoſa erunt, & bene ardebunt. Eſt & mellis genus quod eadē ratione acapnon Plinius appellat, lib 11 cap.16. Strabo acapniſton.

ACARNE.] Marinus piſcis. Plin.lib 32.cap.11.3.

ACARON ] Myrtus ſylueſtris, Plin.lib.15.cap.7.

ACATIVM ] nauigij genus actuarij, author Plutarchus. Pollux quidem, velum in naui maximum, acation vocari tradit: ſicut minimum, dolonem: tertium verò, quod retrorſum panditur, epidromon. Hactenus Hermolaus. Plin.lib. 9.cap.30.6. Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata.

ACCANTO.] iuxtà canto, Stat.4.Syl.4.11. & magni tumulis accanto magiſtri.

ACCEDO.] eſt propriè, ad aliquid propiùs venire, & ſe admouere.

Accedere ad fores. Terent. Adelph. 4.4.23. Idem Andr.1.1. 103.

Accedere propè ad aliquem. Plaut.Mil.18.55.

Accedere ſcopulos. Virg.1.Aeneid.

Vos & Syllæam rabiem, penitusq; ſonanteis

Acceſtis ſcopulos. Vbi Seruius, Bene ait, acceſtis: non enim paſſi ſunt hæc pericula, ſed his fuère vicini.

Accedere mœnibus. Liu.4 bel. Pun.90.

Accedere inter initia morbi dicitur medicus. Celſ. libro 3, capite 1.

Accede huc. Plaut. Curc.14.18.

Accedere obuiàm. Plaut Trinum.17.15.

Accedere propè. Plaut. Rud. 18. 3. Iube modò accedat propè.

Accedere periculum, ſinè præpoſitione, dixit Plautus in Epidico.

Accedere in infamiam. Plaut. Trinum.4.62.

Accedit febris, & accedit ſomnus: Celſo familiares phraſes.

¶ Accedere, pro Inſuper adiungi, vel augeri, duntaxat in tertijs perſonis: varijs modis conſtruitur.

Acceſſit illi animus. Liu.4.ab Vrbe.80. Dictatori ac Romanis, quòd detrectaſſet pugnam hoſtis, animi acceſſere.

Accedit illi ira. Sil.Ital lib 16.13.

Ad reliquum ſuaſoriæ laborem, accedit etiam perſonæ difficultas. Quintil lib.3 cap.8.33.

Accedunt hæc in ornamentum operis. Quintilian. libro 2. capite 3.5.

Accedit plurimum pretio: pro valde augetur pretium. Colum lib.3 cap.21.6.

Accedere ad amicitiam alicuius. Cæſ 1. bel. ciuil.187. Neq; ciuitates, quæ ad Cæſaris amicitiam acceſſerant: Hoc eſt, quæ Cæſari ſe adiunxerant.

Accedit ſpatium morbis. Celſus lib 2.cap.11.

Accedit ſenecta. Horat.epiſt vltima, ad finem.

Accedit ad maiorem ſocordiam. Plin.lib 2 cap.7.

Accedere indici aliquem. Tacit.lib. 5. Sed Minutius & Seruæus damnati, indicibus acceſsêre. Hoc eſt, Bona illorum indicibus accuſatoribusque ceſſere præmij loco. Simile eſt illud Liuij, lib.5. Decad. ſed alijs verbis: Bonaque eorum qui interfecti eſſent, & exulum, poſſidere qui arguebant.

¶ Accedere dicuntur, qui tanquam appendices ſunt contractus emptionis. Varro lib.2. de re Ruſtica. cap. 9 Quibus gregibus canes ſinè paſtoribus acceſſiſſent. Ibidem: Plerique ſtipulantur, vt accedant canes, qui conſueuerunt eſſe vna.

Accedent tibi à me hæc dona Liu.7.bel Pun.

Accedit, abſolutè. Plaut. Perſa. 16.200. Pro veſtimentis, decem accedant minæ.

Accedit ætas vino, cùm veteraſcit Celſus.

Accedit quòd. Liu.5 bell Maced.32. Accedebat quòd alter decimum iam propè annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. Plin. in præfat. Meæ quidem temeritati acceſſit hoc quoque, quòd leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos.

Subauditur nonnunquam ipſum Quòd. Terent. Andr. 1.3. 10.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria.

Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt.

¶ Accedere, pro aſſentiri, datiuo iungitur: & nonnunquam accuſatiuo, cū præpoſitione Ad. Quintil.lib.9 cap.4. Accedam in plerisq; Ciceroni. Et alibi ſæpe Homero maximè accedit Virg. id eſt, proximus eſt. Quintil. lib.10 cap.1.

Sacramento alicuius accedere. Tacit.lib.17. Hoc eſt, adiunctum eſſe.

Sententiæ cuiuſpiam accedere. Tacit.lib.18.

Accedere alicui rei. Quintil. lib. 10. cap. 1. Euripides magis accedit oratorio generi, quàm Sophocles: id eſt, Similior eſt.

Societatem alicuius accedere. Tacit. libr. 12. Quod primi Iceni abnuère, valida gens, nec plus concuſſa, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant.

ACCESSVS ] Nomen, ſiue participiū. Ouid. li.5. Faſt.116. de Parthis loquēs: Gens fuit & terris & equis & tuta ſagittis, Et nō acceſſis inuia fluminib⁹. Alij legūt, Et circūfuſis, &c.

ACCESSVS.] Verbale, ab accedo. Plin.lib.37.cap.134. Acceſſu cunctarum gentium facili.

Acceſſus anxius. Plin.lib.12.cap.8.

Acceſſus fluminum. Senec.lib.3. Naturalium quæſtionum. Procellæ quatiunt mare, tùnc primùm auctum fluminum acceſſu. Sic Plin.lib.2.65.8.

Acceſſus ventorum. Virg.3.Aeneid.114.

Acceſſus & defectus dierum ac noctium: id eſt, incrementum & decrementum. Apud Martianum Capellam, libr. 8. titulus eſt, De acceſſu defectuq; dierum ac noctium. ibid. Iam illud ſuperfluum puto, noctium acceſſus defectusq; memorare.

Acceſſus febris, pro acceſſione. Plin.lib.38.cap.4.13.

Acceſſum dare alicui. Ouid.2.de Ponto.2.8.

Negare acceſſum. Ouid.10.epiſt 13.

Prohibere acceſſum. Ouid.14.Metamorph.127.

Acceſſus hominum fugati. Stat.12.Thebai.31.

Mollire acceſſus. Ouid.1.de arte Aman.71.

Tacitus acceſſus. Stat.2.Syl.1.40.

ACCESSIO.] Propriè adiectionem & incrementum ſignificat Columel.lib.1.cap.7.2. Vt lignis & cæteris paruis acceſſionibus exigendis.

Acceſſio febris, dicitur intenſio, quæ Græcis dicitur Paroxyſmus. Celſ lib.3. cap.5 Sueton. in Veſpaſia. cap.23. Prima quoq; morbi acceſſione, vt inquit, puto, Deus fio. Plin. lib.23. Si id dandum non niſi in acceſſione ſenſerit, alij in rem ſſione.

Acceſſio, etiam in comitiali morbo. Plin.lib.20. cap.13.12. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ ſuccum, in cyathis quatuor, ante acceſſiones.

Acceſſiones etiam Fideiuſſores vocantur identidem à Paulo, in l Si ſeruum ſtipulatus De verborum obligat. Acceſſio eſt fideiuſſor, qui principali debitori accedit.

Acceſſio, verbū iuris eſt, inquit Hermolaus. Eo Plin. ꝓpriè vſus eſt, in Proœmio li.33 Nec hoc ſuit ſatis: turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices: ac temulētiæ cauſa tenere Indiam iuuat, & aurū iam acceſſio eſt. Quaſi dicat, (ait Hermolaus) Principalia luxuriæ irritamēta ſunt gemmæ, acceſſoria verò aurum argentumq;.

Acceſſio, pro acceſſu. Plaut. Trinum. 20.83.

--- Quid tibi interpellatio,

Aut in conſilium huc acceſſio eſt?

ACCESSOR.] Qui accedit Valerius: Nec acceſſor glorioſæ illius pompæ, ſed author ſpectatus eſt.

ACCELERO.] actiuè & neutraliter legitur. Accelerare, actiuè poſitum, Rem aliquam facere celeriorem: vt, Accelerate mortem. Plin.lib.16.cap.36.3. Sil.Ital.lib 7.117. opem, &c. Stat.1. Syl.2.54. Acceleret partu decimum bona Cynthia menſem.

Accelerare neutraliter, properare, feſtinare. Plin.lib.2. cap. 16.1. Non quia accelerent, ardéntve naturales motus.

Accelerare gradum, vel iter; periphraſis, pro eo quod eſt, ꝓperare. Liu.2.ab Vrbe 186 Idem 1.bel Maced.108 Cæſar. 2.bell Ciuil 170. Iterq; accelerat, vt quàm maximè ex fuga perterritos adoriri poſſet.

Accelerare alicui magiſtratum Tacit.lib 3. ad finem: Conſulatum ei accelerauerat Auguſtus.

Opus accelerare. Stat. Thebaid.6.49.

Præcepta accelerare, ſtudioſe facere imperata. Claudian. de rapt. Proſerp.lib.1.46.

Viam accelerare. Val. Flac. Argonaut 8.53.

ACCENDO.] Nonnulli ex Candeo compoſitum dicunt. Significat autem Inflammare. Plin.lib.12. cap.43. Accendi ebenum, Fabianus negat.

Accendere, ad animū, aut res alias translatū, pro vehementer cōmouere, aut incitare: quod per metaphoram quoq; Inflāmare dicitur. Salluſt. Sed quæ res Marium, pre honore, quem affectabat, cōtra Metellum vehementer accenderat. Plin lib 35.cap.3.7. Eas tollere conatus eſt, libidine accenſus. Sic Accenſus ira, odio, amore, & ſimilia. Plin.lib.17. cap.1.3. Item, Accendere ſitim, pro ſitim vehementiorem facere. Celſus: Hæc enim ſitim accendit. Sic Plin. lib. 11

 cap.2.2

cap.2.2 Et, Accendere deſiderium panis. Idem lib.19.cap. 4.9. Virg.6. Aeneid.

Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

Accendere calore. Plin.lib.14. cap.5.1. Vino natura eſt hauſto, accendendi calore viſcera intus, foris infuſo refrigerandi.

Accendere ad. Liu.5.bell.Pun.160. Adeò accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Sicilia Romanos.2.

Accendere in pœnam, &c. Plin.lib 35.cap.10.42. Accenſo in pœnam tyranno. Liu.9.bell.Pun.45. Tum verò in multo impotentiorem ſubitò rabiem accenſi.

Affectus veſtros in amorem mei accendere. Tacit.lib.17.

Impenſiùs accendi certamina Liu.1. Decad.lib.4.

Accendere mentes in prælia. Sil.Ital.lib.4 34.

Accendit ſol æſtus medios. Virg.4. Georg 8.

Ipſa ego te, medios cùm ſol accenderit æſtus,
Cùm ſitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam.

Accendere clypeum auro. Sil Ital.lib.15.134. Et gemmis galeam, clypeumq; accenderat auro.

Curas accendere. Sil.Ital.lib.7.106.

Quem poſtquam rapidum vidit procedere caſtris,
Illinc Libys, hinc Fabius, ſimul accendere ſagaces
In ſubitum curas.

Equum accendere. Stat.lib lib.1.Syl.18.

Accendere febres. Celſ.lib 3.cap.9. Sed eſt circũſpecti quoq; hominis, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere.

Ignem. Virg.5. Aeneid.1.

Lignum. Ouid 15. Metamorphoſ.63.

Lumen Virg.1. Georg.51.

Offenſiones. Tacit Annal lib.2.

Pectus donis. Sil.Ital.lib.16.92.

Pretium rei alicuius. Plin.lib.18.cap.25.

Senſus. Lucret.lib.2.192.

Sitim. Celſ.lib.3.cap.6.

Spem. Tacit.lib 12.

Studia. Sil.Ital.lib.1.37.

Vitia. Ouid.lib.lib.1. de remedio Amo.27.

ACCENDOR.] Plin.lib.2.cap.38.3. Mundi celeritate diſcordia accenditur. Tacit.lib.20. Pertinacia accenditur.

Accendier, per Paragogen, pro Accendi. Lucret.lib.6.181.

Nónne vides etiam nocturna ad lumina linum,
Nuper vbi extinctum admoueas, accendier ante,
Quam tetigit flammam?

ACCENSVS ] participium vt Accẽſa altaria. Sil.Ital.li.1.19.

Flamma accenſa. Ouid.10. Metam 56.

Foci accenſi. Ouid. lib.1. Faſt.16.

Ignis accẽſus. Ouid.12. Metam.3. Rogus. Plin.li.6.cap.19.2.

Accenſus Turnus. Virg.12. Aeneid.2.

Furijs accenſus. Virg.12. Aeneid. ad finem.

Furore accenſo. Virg.4. Aeneid 140.

Luctu accenſus. Virg.12. Aeneid.56.

Accenſus in iram. Lucanus lib.3.27.

Cupidines accenſæ. Tacit.lib.17.

Iræ accenſæ ſtimulis maioribus. Stat.lib.11. Thebaid.100. & Ouid lib.9. Metam.6.

Senſus accenſi. Lucret lib.2.189.

Spes alicui accenſa. Virgil.5. Aeneid.37.

Accenſa ſic. Virgil.4. Aeneid.73.

Et ſic accenſa profatur.

ACCENSVS.] nomen. Varro de lingua Lat.lib 6. Accẽſos, miniſtratores Cato eſſe ſcribit. Feſtus lib.1. Adſcripticij, veluti quidã ſcripti dicebãtur, qui ſupplendis legionibus aſſcribebãtur. hos & Accenſos dicebant, quòd ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Nonius Marcellus, Accenſi, genus militiæ eſt, adminiſtrantibus proximũ. Varro, Rhetoricorum lib.20. Vt conſules ac prætores, qui ſequuntur in caſtra, Accenſi dicti, quòd neceſſarias res ſæpius accian tur: velut Acceſiti. Idem: Decuriones & centuriones, à numero, cui in militia præerant, dicebantur. Accenſi, qui his accenſebantur, id eſt, attribuebantur. Liu. Accenſos à nouiſſima acie ante ſigna procedere iubet. Vegetius lib.2. de Re milit.: Ad obſequia tamẽ iudicum, vel tribunorum, necnon etiam principalium, deputabãtur milites, qui vocabantur Accenſi: hoc eſt, poſtea additi, quàm fuiſſet legio completa, quos nunc ſupernumerarios vocant. Aſconius: Acceſus, nomẽ eſt ordinis & promotionis in militia: vt nũc dicitur princeps, vel cõmentarientis, aut cornicularius: hæc enim nomina, legionaria militia ſumpta ſunt.

Accenſus, vt oſtendit. Varro lib.5. de ling. Lat. fuit etiã miniſter, ſiue præco magiſtratuum: Ita dictus, quòd ad cenſum ſolitus eſſet vocare populum. Plin.li.7.cap.60.1. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo Conſulum id pronunciante.

Accenſus à lictore differebat Liu.lib.3. Decad. 1. de Decemuiris loquenti; Collegis nouem ſinguli Accenſi apparebant: penes Præfectum iuris faſces XII. erant.

ACCEPSO.] Nonius: Accepſo, Accipio. Pacuuius Teucro: Haud ſinã quicquã profari priùs, quàm accepſo qd' peto.

ACCERSIO.] Idẽ quod acceſſo, aduoco. Plaut. Pſeud.5.93. Acceſſi hoſtias. Liu.1. Decad.lib.3. Placere itaq; patrẽ accerſiri. Salluſt. Poſtremò Syllam accerſiri iubet.

ACCERSO.] Deriuatum ab Accio. ſignificat ire ad vocandum, vel vocare.

Accerſere aliquem. Terent. And.1.5.64. vxorẽ. Ter.And.3. 4.2. Cur vxor nõ accerſitur? Donatus in illud Terentianũ, in Hecyra, Abduxit ſuã; ſic ait: Abduxit propriẽ. Accerſi enim ad maritũ: Abduci à marito ad diuortium.

Accerſere ad ſe aliquem. Plaut. Ciſtel.2.96. Nam ad matrẽ accerſita ſum.

Accerſere auxilia ex aliquo loco. Cæſ 7 bel Gal. 134. Atq; ea pars, quæ minùs ſibi confideret, auxilia à Vercingetorige accerſerat.

Accerſere ad aliquod negocium. Terent Hecyr.1.2.109. Accerſi ad rem diuinam. Salluſt. Gallorum gentem, infeſtiſſimam Romano nomini, ad bellum accerſunt.

Accerſere, cum aduerbijs de loco ad locum. Plaut. Caſin.4. 4. Accerſas hinc me.

Accerſitus domo huc ſum. Plaut. Sticho.13.3.

Accerſitur lauatum interea virgo. Terent. Eunuch.3.5.44.

Accerſere, ſuppreſſo accuſatiuo. Terent. And 5.2.7. Vbi voles, accerſe: Sub. vxorem Idem Hecyr.1.2.112.

Accerſere mercede. Cæſ.1. bel. Gal.119

Accerſi, infinitiuus. Plaut. Amphit.14.50. & .52. Cupio accerſi. Terent. Hecyr.1.2.109. Simulat ſe à matre accerſi.

Accerſite, Imperatiuus ab Accerſo. Ouid.15. Metam.128. Ite bonis auibus, prolẽq; accerſite noſtram. Idem 4. Faſt.53.

Tale eſt illud Lucani, lib.1.34.

Paupertas fugitur, totoq; accerſitur orbe.

ACCERSITVS.] Participium.

Accerſita commendatio. Plin lib.13.cap.1.1.

Accerſita deſcriptio: Superuacanea, non natiua, nec propria. Quintil.lib.2.4.

Accerſita & aduecta humus. Quintil. lib.2.cap.16.

Somnus accerſitus. Propert. lib.3. Eleg.17.3.

Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea. Hora.2. Serm. Saty.3.52.

ACCERSITOR.] Vocator. Apul. Mittunt è ſuis accerſitorem vnum. Plin. Iunior, epiſt.101.

ACCIDO.] Verbum inuentu rarum, niſi in tertijs perſonis. Suet. in Dictatore: Vt ad genua ſibi accideret. Terent. Hecyr.3.3.18. Iam vt limẽ exirẽ, ad genua accidit. Vbi Donatus: Accidere, eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem.

Accidere, vetuſtè poſitum cũ accuſatiuo, ſinè præpoſitione. Plaut. Sticho.3.31. Certò enim mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit. Pro, ad aures, vel auribus. Saluſt. in Iugur. Quos accidam? aut quos appellem? Pro, ad quos, vel ad quorum genua accidam: id eſt, quibus ſupplicem.

¶ Accidere, pro cadere. Cæſar 3. bel. Gal. Vt neq; ex inferiore loco ſatis commode tela adijci poſſent; & miſſa à Gallis grauiùs acciderent.

Accidit auribus, & ad aures, pro eodẽ. Liu.8. ab Vrbe. Quod vbi ad aures accidit regis: id eſt, peruenit. Plin paneg 150.

Accidere, pro euenire, duntaxat in tertijs perſonis, ſed propriè de malis dicitur: ſicut Contingere, de bonis.

Accidere caſu. Ouid.20. Epiſt.10.

Si quid illi accidat, pro, Si fortè moriatur. Genus eſt loquẽdi figuratũ, ad vitandã ſermonis atrocitatem. duriùs enim auditur verbum Morbi, cũ de viuentibus loquimur. Pomponius de Verb. ſignif. Si quis ita in teſtamento ſcripſerit; Si quid filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſto: mortuo filio, Damas liber erit. Licèt enim accidat & viuis: attamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur.

Accidit ægritudo alicui. Tacit. Annal.lib.2.

Accidere ex. Quint.lib. 2. cap.17.cap.17.29. Adeo vt vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere.

Accidit in te iſtuc verbum. Terent. And. 5.3. 14. eodem die iſtuc verbum verè in te accidit. Hoc eſt, eodem die euenit, vt iſtuc verbum, Miſerum, verè in te competeret, verè tibi conueniret.

Quorſum accidit, timeo. Terent. And.1.5.29.

Accidit nec opinanti. Terent. Hecy.3.3.2.

ACCIDENS.] Quint. lib. 5. cap. 10. Cauſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera, ſunt rerum accidentia Quint. lib.3. cap. Quot & qui ſtatus. & lib.4 cap. de egreſſione perſonæ, cum ſuis accidentibus ponendæ.

Accidentia quoque vocantur, caſus hominum. Quintil. in Aegro redempto: Quamuis, Iudices, in tanta malorum continuatione, iam potuerim nihil ex accidentium nouitate mirari, Paulo pòſt: Hic namque robuſtus ac patiens, non molliti proſperis facilè, non accidentibus frangi: Id eſt, rebus aduerſis. Et ibidem ſæpè.

ACCI-

ACCIDENTIA.] nomen verbale. Plin.lib.32. cap.2.8.Eſſe verò illam naturæ accidentiam,quod magis miremur,etiã in locis quibuſdam appoſito occurrit exemplo.

ACCIDO.] Ex ad & cædo: Extenuo, affligo, exhaurio.Liu. Ita prælio vno accidit Veſtinorum res: vt ne vallo quidẽ frequenti in oppida dilaberentur.

ACCISUS.] Participium.Tacit.de moribus German. Acciſis criminibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus.

Acciſæ dapes.Virg.7. Aeneid.Vbi Seruius: Acciſis,vndique conſumptis.

Acciſæ res,Extenuatæ,afflictæ,& imminutæ.Liu.6. ab Vrbe. 21.Idem 3.ab Vrbe.44.Sic, Acciſæ opes,apud eundem.

ACCIEO.] Verbum in vſu rariſſimũ:idem ſignificat quod accio.Plau.Mil.12 61. Vos modo curate ego illum probè iam oneratum huc acciebo.Ponitur & à Diomede lib.1.in ſecunda coniugatione.

ACCINGO.] Accingere ſe alicui rei,Eſt eam rem gnauiter aggredi.Virg.1 Aen. Illi ſe prædæ accingunt. Vbi Seruius: Accingunt, ſtudioſè parant. Accinctos enim, induſtrios dicimus.

Accingere operi ſuppreſſo accuſatiuo. Virg.2. Aen. Accingunt omnes operi:Sub ſe.

Accingi ad rem aliquam. Liu.8.bel.Pun.218.Quin igitur ad hoc accingeris? Id eſt, Cur te ad hanc rem non paras? vel, Cur hanc rem non aggrederis? Idem 4.ab Vrbe.5. Idem 6. ab Vrbe.139.

Accingi ad ſordidum lucrum. Quintil.

Accingi magicas artes. Virgil.4. Aeneid. Magicas inuita accingier artes. Pro, ad artes accingi: hoc eſt, magicas artes aggredi: ſiue, vt vult Seruius, ad illas diſcendas præparari.

Accingi in diſcrimen.Liu.2.ab Vrbe 5.4.

Accingere,ſine caſu poſteriore. Terent.Phorm 2.2 4. Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum:accingere.Idem Eunuch.5.9.39.

¶ Accingi,pro armari,inſtrui.Virgil.2.Aen, Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.

Animos accingere futuris,hoc eſt,præpare ad futura. Valer. Flac.Argon.4.119.

Accingere ſe aliquo homine. Tacit.lib.12 Se quoq; accingeret iuuene, partem curarum capeſſituro. Hoc eſt,Domitium adoptaret, eoq; aduerſus cuias & imperij negotia ſe muniret,& velut armaret.

Accingor,cum infinitiuo.Claudian.de Rap.Proſer.3.64.

Accingar luſtrare diem Virg.3. Georg.9.
Accingar dicere pugnas Cæſaris.

Accingi ad ſpem maiorem. Tacit.lib.11.

Accingi ira.Senec.in Medea.1.11.

Accingi telis tanquam in aciem. Tacit.lib.20.

ACCINCTUS.] participium.Plin.in Panegy.Ad hoc comitatus,accinctus,& parens.

Accinctus enſis lateri.Stat.1.Thebaid.86.

Accinctus enſis flagello. Virg.6. Aen.114.

Accinctus animus in magnos vſus.Stat.5.Sylu.4.10.

Accinctus ſtudio popularium.Tacit.lib.12.

ACCENTUS.] Verbale,ab Accino. Quint.lib.1.cap.10.Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores: quos quidẽ ab Antiquis dictos tonores comperi, vt videlicet declinato à Græcis verbo,qui tonos dicunt:vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant.

ACCIO.] Accerſo, euoco: quod propriè fit, cùm aliquem per nuntium ad nos venire iubemus, aut rogamus.

Accire in.Liu.1.ab Vrbe.158.Et Numam ignarum vrbis,nõ petentem, in regnum vltrò accitum: Id eſt, vltrò à plebe euocatum.

Acciri properis literis. Tacit lib 1. Annal. Vixdum ingreſſus Illyricum Tiberius,properis matris literis accitur.

ACCITUS.] participium:accerſitus,vocatus. Liu.1.ab Vrbe,Ludicrum fuit,equi pugileſq; ex Hetruria maximè acciti.Salluſt.in Iugurt. Acciti ibant. Virgil.11. Aen.Spem ſi quam accitis Aetolûm habuiſtis in armis.

Accita Vitellio auxilia:Pro,à Vitellio. Tacit lib.20.

ACCITUS.] verbale:(προσκλήσις) Aduocatio Virg.11.Aen. Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

ACCITO.] frequenter accio Lucret.li.5.192. Vt nunc mõtibus è magnis decurſus aquai Clarior accitat ſitientia ſecla ferarum: Id eſt allicit, inuitat, euocat ad ſitim explendam.

ACCIPIO.] Sciendum,hoc verbum, præter accuſatiuum ſere iungi ablatiuo cũ præpoſitione:qui tamen ablatiuus plerunq; ſubaudiendus omittitur. Quint.li.2. cap.9 Ita eloquentia coaleſcere nequit; niſi ſociata tradentis accipientiſq; concordia: Hoc eſt,doctoris & diſcipuli.

Inter Capere & Accipere,ſic diſcernit Vlpian de verb ſignif. Aliud eſt capere,aliud accipere.Capere,cũ effectu accipitur: Accipere,etſi quis non ſic accipit vt habeat.Ideoque non videtur quis capere, quod eſt reſtituturus.

Accipere ab aliquo rem.Terent.And.4.4.3.

Plaut.Pſeud.15.53.Ab eo argentum accipies.

Accipere de loco aliquo,vel de homine.Liu.9 bel. Pun.69.

Accipere ex aliquo. Plaut. Amph.8. 130 Ex tua accepi manu pateram.

Accipere aliquid in muneribus.C.Gracchus apud Gellium: Ita verſatus ſum in prouincia; vt nemo poſſit verè dicere, aſſem, aut eo plus,in muneribus me accepiſſe.

Accipi in numero.Plin.li 9.cap.47. Quo in numero Chalcis accipitur: Id eſt, Eſt ex eorum numero,& ſimiliter regitur & viuit.

Accipere ætatem. Plin.lib.14.cap 7.

Cœlum.Ouid.14 Metam.ad finem:

Coniugis ora mihi quem ſi modò poſſe videre
Fata ſemel dederint, cœlum accepiſſe videbor:

Id eſt, mihi videbor eſſe felix.

Animum quietum,aut mẽtem benignam in aliquem. Virg. 1.Aeneid.26.In primis regina quietum.

Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.

Artes à magiſtris.Ouid 9.Metam 144.

Accipere auras taurinis follibus. Virg.4.Georg.35.

Cauſam: pro, accipere excuſationem. Terent Hecyr.Mea cauſa cauſam hanc accipite.

Cognomentum alicuius.Tacit.lib.15.ad finem.

Colorem.Plin.lib.11.cap.38 4.

Commeatum:id eſt, profectionem impetrare. Plin.Iun.lib. 3.Epiſt.4.

Complexum.Liu.2.ab vrbe.169.

Conditionem. Valla: Dicimus Affero conditionem,vel fero,vel pono conditionem:nunquam ferè per aliud verbũ. Quæ conditio dum placuit, etiam ferè ſemper dicimus, Accipio conditionem.

Conditionem ab hoſte armato,pro, pactum oblatum accipere.Cæſar 5.bel.Gal.153.

Conditionem paciſcendi. Liu. 2. bel. Pun.239.Læti tamen quancunq; conditionem paciſcendi acceperunt.

Coniecturam acipere,quid ſenſerit legis conſtitutor.Quint. lib.3.cap.6.32.

Conſilium Liu.4 Bel.Pun.101.

Decumas.Plin.lib 12.cap.14.11.

Diſciplinam ab aliquo Cæſ 1.bel.Gal 164.

Excuſationem: quaſi probare,& gratã,acceptamq; habere. Valla:Excuſamus crimen obiectum:quod cùm videtur ſatis purgatum,recentiores dicũt, Habeo te excuſatum. Veteres dicebant,Accipio excuſationem.

Experimento ſuo accipere: ſiue, natura duce;non alio tradente.Quintil lib.6 cap.2.21.

Exercitum.Cæſ.2.bel.ciuil Fœdera.Salluſt.

Fœnore:ſub.numos aut pecuniam.Plau.Curcul.9.19. Plin. epiſt.9.lib.3.

Fidem. Virg. 8.Aen. Accipe,daq; fidem Id eſt, inquit Valla. accipe ſponſione factã à me; & tu mihi viciſſim da tuam. Liu.4.bel.Pun 218.Legati reſponderunt,fide accepta.

Accepit fide fabula:pro,fabulæ creditũ eſt Martial.li.1.5.

Formã.Virg.1. Georg Et curui formã accepit vlmus aratri.

Frænum.Virg.12.Aen:

Vrbem hodie cauſam belli regna ipſa Latini,
Ni frænum accipere,& victi parere fatentur.

Gremio. Virg 1.Aeneid. Vt cùm te gremio accipiat lætiſſima Dido.

Imperium: pro, parére imperio, iuſſis obedire. Liu 5 bel. Pun.44.

Iniuriam,id eſt lædi. Quint lib 8.cap.5.Nam in omni certamine,qui opulentior,etiam ſi accipit iniuriam;tamẽ, quia plus poteſt, facere videtur.

Iudicium:pro,cauſam in ſe ſuſcipere. Senec epiſt.122.

Accipere iugum dicuntur boues,cùm iugum non recuſant. Colum li.6.cap.2.

Per translationem,dicuntur etiam homines iugum accipere;pro,imperium durius & ſeuerius pati,ſiue perferre.Liu. 3.ab Vrbe.38. Tacit lib.12.Vrbeſq; Armeniorum,Artaxata,& Tigranocerta,iugum accepere.

Iuſiurandum. Cæſar.3.bell ciuil.110.

Leges à victoribus.Liu.8 ab vrbe 21.Idem 5, bel. Pun.226. Vt victi à victore leges acciperent.

Libertatem ab aliquo.Salluſt.

Litẽ ad ſe.Plaut.Moſtel.16 23.Accipiam hanc ad me litẽ. Id eſt,in me transferã & eam pro te meo nomine ſuſcipiam.

Malum.Plin.epiſt.53.a.D. di malum,& accepi.

Mandata:Quintil.li.3.cap.10. Regemq; ad quem mandata acceperant,trucidarunt.

Mores.Stat.2.Achil.27.

Accipere aliquid muneri hoc eſt,dono. Tacit.lib 14, Quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent.

Accipere noctem oculis aut pectore. Virg. 4. Aen. 106.
At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculisve aut pectore noctem
Accipit.
Nomen. Plin. Iun. lib. 2. Timiditatis nomen accipiat. Plin. lib. 13. ca 4 10. Ob id ſpadonum accepto nomine. Liu. 2. bell. Pun. lib 7. Itaq; ſi ſuum nome dictator acciperet, ſe comitijs interceſſuros Tribuni dixerunt. Idem 9 bel. Maced.
Nuntium. Cæſ. 5 bel. Gall. 20. Idem lib. 3 36. 2 His nuntijs acceptis, Galba, cùm neq; opus Hybernorum.
Obſides Cæſ. 2. bel. Gall. 278. Liu. 5. ab Vrbe: Mittite qui arma, qui obſides, qui vrbem patentibus portis accipiant.
Omen. Liu. 1. ab Vrbe.
Originem ab aliquo. Quint. lib. 5. cap. 11. 15.
Pœnas. Lucanus lib. 8. 20. ---Nunc accipe pœnas,
Sed quas ſponte luam. Id eſt, Sume pœnas de me; quas tamen libens patiar.
Pecuniam aduersùm legem. Plaut. Trucul. 16. 47.
Poteſtate. Plin. de viris illuſt. 12. Accepta poteſtate in caſtra Porſenæ venir.
Accipere pro vero. Quint. lib. 2. cap. 4.
Salutem. Plaut. Epid. 11. 21.
Satisfactionem: ea forma, qua accipere excuſationem. Cæſ. 6 bel Gal. 25.
Sacramentum. Tacit lib. 20.
Sententiam Liu. 3 ab Vrbe. 3. Hæc ſententia accepta eſt: Id eſt, rata habita eſt.
Seruitutem. Tacit. lib. 12.
Societatem alicuius. Tacit lib. 20. Sallu. Poſtremò Maſiniſſa nos ita ſtatuit, P. C ne quem coleremus, niſi Pop. Rom. ne ſocietates, ne fœdera noua acciperemus.
Solem totius diei Plin. lib. 20. cap. 9.
Speciem. Col. lib 2 cap. 10. 18. Namq; in alio ſolo rapta biēnio ſata cōuertuntur in napum: in alio napus raporū ſpeciem accipit: Id eſt, vertitur, ſiue mutatur in rapum.
Stipendium de publico. Liu. 4 ab Vrbe. 3 58.
Sub imperium aliquid accipere. Tacit. lib 1. Et Pōpeij, Craſſiq; potētia citò in Cæſarem; Lepidi atq; Antonij arma in Auguſtum ceſsere: qui cuncta, diſcordijs ciuilibus feſſa, nomine Principis ſub imperium accepit.
Tempus debitum. Plin. epiſt. 20.
Veniam pro aliquo. Ouid. 11. Metam. 81.
Accipiunt ventos à tergo naues. Ouid. 12. Metam. 8.
Accipere ventos aperto pectore. Ouid. 2. Faſt. 3.
Vires, aut vim. Plin. epiſt. 53. Plin lib 24 c. p. 10. 9.
Vitam deorum: hoc eſt, Referri in deo. Virg. 4. Eclog. 3.
Vrbem in deditionem accipere. Cæſ. 1. bel. Gal. 108.
¶ *Accipere, in alia quadam ſignificatione, ferè in verbum Afficiet reſolui poteſt: & tum ad bona, tum ad mala pertinet.* De bonis igitur exempla ſunt eiuſmodi.
Accipere beneficium Seneca de Beneficijs.
Gaudium, aut lætitiam. Plaut. cap. 13. 103.
De malis autem & aduerſis rebus, hæc ſubſequuntur teſtimonia.
Accipere calamitatem ab aliquo. Cæſ 7. bel. Gal 35. 8. cladem. Liu. 5. ab Vrbe. contumeliam. Cæſ. 7. bel. Gal. 34. & 5. bel. Gal 113. Terent Eunuch. 4. 7. 1.
Accipere ictum, id eſt, feriri. Lucret. lib. 4 212.
Accipere plagam ſeu vulnus, proprie. Varro de re Ruſt. Cæſ. 4. bel. Gall. 502. Celſus lib. 5. 26. Sin cerebrum membranave eius vulnus accepit.
¶ Accipere, Audire. Terent. Hecyr. 4. 3. 1. Quem cum iſthoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, vxor. Cæſar. 5. bell. Gall. 5. Accepta oratione eorum, Cæſar obſides imperat.
Aequis auribus accipere: hoc eſt libenter & patienter audire. Plin. epiſt. 8. c. Liu 5. bel. Maced 191.
Auribus pronis aliquid accipere. Tacit. lib. 7. Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur.
Pronis animis accipere. Tacit. lib. 17.
Auidè acceptum. Tacit. lib. 4.
Accipe, & Accipite, ſæpè dicimus cùm, vt aliquid attentiùs audiatur ac intelligatur, monemus. Virg. 2. Aeneid.
Accipe nunc Danaûm inſidias.
Accipere aliquid aduerſis animis. Tacitus Annal 3.
Accipere de aliquo aliquid: id eſt, fama aut literis cognoſcere. Plin lib. cap. 4. 7.
Accipere memoria. M Cato apud Gellium: Atq; ego à maioribus memoria ſic accepi.
Accipere preces. Ouid. in Ibin d. 15. Id eſt, audire. Idem ſenſu longè diuerſo dixit, lib. 1. Faſt. 36.
At cur læta tuis dicuntur verba Calendis?
Et damus alternas, accipimusq; preces?
Hoc eſt, Cur alter alteri bene precamur, annumq; felicem optamus Calendis Ianuarij.
Superiùs preces alicuius accipere. Tacit. Annal. lib. 2.

¶ Accipere, Intelligere, cognoſcere. Terent. And. 2. 2. 23. Sed ſi te æquo animo ſcire accipiet, negligentem feceris.
Accipere corde: pro, accipere animo. & eſt poetica periphraſis, pro intelligere. Plaut. Caſina 4. 14.
Accipite animis mea dicta: id eſt intelligite. Virg. 3. Aen. 1c. Et hb. 5. 60.
Accipe noſtram mentem. Virg. 1. Aen. 137. id eſt, audi meū conſilium.
Accipere; Capere. Terent. Adelph. 4. 3. 15. Ad contumeliam omnia accipiunt.
Excuſatum aliquid ſub exemplo accipere: Hoc eſt, citato exemplo. Tacitus Annal. lib 3.
Accipere æquo animo: id eſt, boni conſulere, ſiue in bonam partem accipere. Sall. in Catil. Quæ ſibi quiſq; facilia factu putat, æquo animo accipit.
Grate. Tacitus lib. 17.
Non difficulter accipere quæ traduntur. Quint. lib. 1. cap. 3. 2, de ingenijs puerorum.
Generaliter accipere. Quint. lib. 1. cap. 5. 1.
Molliùs. Tacit. Annal. lib 2. Idem lib. 17. Quò ſeditio molliùs acciperetur.
Aegre: hoc eſt, non boni conſulere. Tacit. lib. 5.
Aliorſum: pro, in aliam partem interpretari. Terent. Eunuch. 1. 2. 2.
—Vereor ne illud grauiùs Phædria
Tulerit; néve aliorſum, atq; ego feci, acceperit.
Aliter Terent. Heauton. 2. 3 23. Aliter tuum amorem, atque eſt, accipis.
Aſperè. Tacit. lib. 4. Quod aſperè acceptum ad præſens.
Atrociùs. Tacit. lib 17.
Faſtidioſe, vel ſupinè. Senec. de Ben lib. 3. Alius accipit faſtidioſe, alius ſupinè.
Intemperanter. Tacitus Annal. lib. 2.
Siniſtre. Tacitus Annal. 17.
Vultu truci. Tacit. lib. 4.
Accipere in eam partem: id eſt, interpretari. Terent. Eunuch. 5. 2 37. T. Equidem pol, in eam partem accipioq; & volo. Hoc eſt, Ita vt dicis, interpretor.
Accipi pro magnifico Tacit lib 5.
In maius accipere: id eſt, Amplificare fama, ſuprà quàm par ſit. Liu. ab Vrbe cond. lib. 4 3. Idem lib 9. bell. Punic. 19. Omnia in maius metu augente accipiebant. Tacitus lib 9. Idem lib. 17. Sed in maius omnia accipiebantur. Id eſt, maiora putabantur.
In prodigium Tacit. lib. 12.
Loco prodigij Tacit. lib 20.
In matrimonium. Tacit. lib. 12.
In ſolutum: id eſt, Solutionis nomine. Seneca de Benefi. 2. Inde eſt, vt omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & in ſolutum accipiat. Idem 7. Bonam voluntatem in ſolutum accipere.
In ſuperbiam accipi Tacit lib. 5. Silentium ipſius non ciuile, vt crediderat; ſed in ſuperbiam accipiebatur.
Accipere in ſocietatem regni Liu. 4. ab Vrbe. 15.
In numerum. Liu. 10 ab Vrbe. 33. Sabinum aduenam illi antiqui Patricij in ſuum numerum acceperunt. In vrbem. Liu. 3 ab Vrbe. 34. Hoſpitio. Plaut. Amphit 4. 9 Varro de re Ruſt. lib. 3. cap. 2. 11. In domo. Virg 3. Aen. Illos porticibus rex accipiebat in amplis: id eſt, epulantes tractabat.
Accipere aliquem medijs tapetibus. Vale. Flac. Argon. 4. 98.
¶ Accipere, pro Tractare, & modo in bonam, modò in malam partem. In bonam: vt res refertur.
Accipere aliquem in prandio. Plaut Ciſtel. 2. 8.
Ampliter. Plaut. Menæch 3. 98 Benè & commodè. Plaut. Caſ 21. 1. Comiter. Liu. 5. bell. Maced. 188. Hilari ingenio lepidoq;. Plaut. Moſtel. 5. 5. Magnificè idem. Prolixe. Terent. Eunnch. 5. 9. 52.
Accipere apparatis epulis Liu. 3 bell. Pun. 13.
Accipi laute Horat. Serm. 8. 14.
¶ Accipere aliquem, pro tractare & afficere, in malā partē. Plaut Amphit. 4 132. Ego pol te iſtis tuis pro dictis & malefactis, furcifer, accipiam.
Accipere cruciatu. Plaut. Pſeud. 15 45 Niſi effecero, cruciatu me accipito.
Dictis. Plaut. Menæ. 16. 7. Hominem accipiam, quibus dictis meret. Hoc eſt, maledictis & conuitijs agam cum illo.
Haud familiariter. Plaut. Amphit 4. 201 Hoc eſt, non amicè, ſed inimiciſſime.
Indignis modis. Terent. Adelph. 2. 1. 12.
¶ Accipere, de humore, aut liquore dictum. Virg. 1. Aen.
---Laxis laterum compagibus, omnes
Accipiunt inimicum imbrem. Hoc eſt, Contrahunt aquam. de nauibus loquitur. Plin. epiſt. 101. c.
Accipere aquam ore. Plin lib. 9. cap. 18. 2.
Accipere vocem. Plin. lib. 36. cap 15. 2. Turres ſeptem acceptas voces numeroſiore repercuſſu multiplicant.
ACCEPTVS.]

ACCEPTVS.] participium.
Accepti Vitellio annuli: pro à Vitellio. Tacit. lib. 20.
ACCEPTVM.] abſolute, dicitur, quicquid ab alij; accepimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo. Plau. Trucu. 16. 35 Hic ratio accepti ſcribitur.
Accepto ferre, & Acceptum ferre: Accepto facere, & Acceptū facere, ſeu habere omnia pro eode. Vide Acceptilatio.
ACCEPTVS.] Nomen ex participio: dicitur id, quod placet, ſiue quod iucundum, aut gratum eſt. Cæſar. 1. bell. Gal. 14. Maximè plebi acceptus erat. Plaut. Merc. 12. 70. Si id forte ita ſat animo acceptum eſt.
Acceptior plebi oratio. Liu. 3. ab Vrbe 293.
Acceptiſſimus apud te ſeruus. Plau. Capt. 12. 56.
Acceptum in vulgus: hoc eſt, gratum vulgo. Tacit lib. 5.
ACCEPTO.] Frequentatiuum verbum, ſignificat accipere ſoleo. Plaut. Pſeud. 9 34. Argentum accepto. Plin lib. 19. cap. 3. 1. Quibuſdam locis acceptantur rigua & ſeiuntur.
Acceptare iugum. Sil. Ital lib. 7. 9.
Veientum populi violata pace regebant.
Acceptare iugum: id eſt, accipere ſeruitutem, ſubijcere ſe Rom.
ACCEPTOR.] verbale Plaut. Trinum 4. 127. Qui illorum verbis falſis acceptor fui. Hoc eſt, qui aſſenſus ſum, vel credidi.
ACCEPTRICA.] formatū videtur à verbali Acceptrix Plaut. Plaut. Truc. 11. 17. Nomen eſt inſolēs & inuſitatum.
ACCEPTILATIO.] Eſt liberatio eius obligationis, quę per ſtipulationem contracta eſt. Modeſtinus. lib. 46. Digeſt. Acceptilatio, eſt liberatio per mutum interrogationem, qua vtriq; contingit ab eodem nexu abſolutio. Vlpianus ibidem: Acceptum fieri non poteſt niſi quod verbis obligatum eſt. Acceptilatio enim verbrum obligationem tollit quia & ipſa verbis fit. Neq; enim poteſt verbis tolli, quod non verbis contractum eſt.
ACCIPITER.] Virgilius 11. Aeneid 44.
Quàm facile accipiter ſaxo ſacer ali ab alto
Conſequitur pennis ſublimem in ube columbam.
Auis ab accipiendo dicta, aliarum auium rapax. Plin lib. 10. cap. 8. de accipitribus. Terent. Phormi. 2. 2. 16. Non rete accipitri tenditur, neq; miluio
Accipiter pecuniarum. locus eſt Plautinus in Perſa. 12. 5. pro homine numorum auidiſſimo
Accipiter nulli aui ſatis æquus. Oui Metamor. 11. 69.
ACCITO.] Vide Accio.
ACCLAMO.] Acclamare propriè citur populus oranti aut concionanti, quando plauſibiclamore fauorem, aſſenſumq; teſtatur.
ACCLAMATIO.] Ipſe actus acclanndi. Quint. lib. 8. cap. de Amplificatione. Eſt eim [illegible], rei narratæ vel approbatæ ſumma acclamatio.
ACCLAMITO.] idem quod Clami, id eſt clamare ſoleo. Plaut. Amph. 10. 3. Ea q ſunt facta, fecta eſſe acclamitat.
ACCLINO.] Ad aliquid flecto, inclin. Ouid. 5. Metamor. 15. Circumſpexit Atin, ſeq; acclinat ad illum. Liu. 4. ab Vrbe. 207.
ACCLINATVS.] nomen ex particip. Ouid. 10. Meta. 54. Appellatq; tori ſociam, acclinataq colla.
Mollibus in plumis tanquam ſ ſura reponit.
ACCLIVIS.] Leuiter erectus & acuinatus: quaſi in cliuum acuminatus, & pendulus ſuim. Et propriè de aſſcenſu dicitur.
ACCLIVIS arbori, vel trunco Plin. 8. cap. 15. 2. Ideoq; non cubantem. ſed accl uem arbori ſomno, eaq; inciſa ad inſidias capi. Virg. 16. Aen. 54. ---Corpusq; leuabat
Arboris accliuis trunco. Id eſt clinatus.
Lacus accliuis. Ouid. 9 Metamor. 6.
Eſt lacus accliuis, deuexo marie formam
Littoris efficiens.
Solum accliue. Virgil 2. Georg. 56.
Sin tumulis accliue ſolum, colq; ſupinos.
Trames accliuis. Ouid. 10. Metamch 11.
Carpitur accliuis per multa ſilia trames
Arduus, obſcurus, caligine dēus opaca.
Accliuis falſis animus: Id eſt inclinis ad falſa. Horat. 2. Sermo. 2. 2. Accliuis falſis animus eliora recuſat.
ACCLIVITAS.] Loci facilitas in aſſu. Cæſar 2. bel. Gal. 295. Ab eo flumine pari accliuitat ollis naſcebatur. Col. li. 2. ca. 4. 8. Hac ratione difficultas cliuitatis infringitur.
ACCOLO.] Virg 4. Georg. 58 Accit effuſo ſtagnantem flumine Nilum Accolere mare, lao, fluuium, montem, ſyluam. Idem lib 4 11. 10. Priſcian. lib. 18. Noſtri, inquit, dicunt, accolit fluuium & fluuio.
Accolit propinquus noſtris ædibus aut. Bacch 5 4.
ACCOLITVR.] paſſiuum. Plin. lib cap. 1. 8. Accolitur dextra leuaq; crebris oppidis.
ACCOLENS.] participium. Plin. lib, cap. 12. 3. Ante has eſt ſphinx vel magis miranda, qua ſylueſtria ſunt accolentiu.
ACCOLA.] Virg. 7. Aeneid.
----Amnisq; vadoſi Accola Vulturni.
Accola & finitimus. Liu 7. bel. Maced. Nullos accolas nec finitimos habere, quàm vos, volo.
ACCOMMODO.] Adiungo, applico, inquit Nonius. Virg. 2 Aeneid. 8 Lateriq; Argiuum accommodat enſem. Accommodare clypeum ad dorſum Plaut. Trin 10. 92
ACCOMMODATVS.] Participium, & nomen. Gal. 401. Reliqua illis eſſent aptiora & accommodatiora.
Accommodata aduerſus morſus Celſ lib. 5. cap. 19.
Accommodatum pui mouendo. Celſ. lib. 5. cap 28.
Accommodati tantùm ad ſpeciem. Quintil. lib 8. cap. 6.
Accommodatus in hoc. Quintil lib. 4. cap. 2. 27.
Accommodatiores glandium generi caſtaneæ. Plin. lib. 15. cap. 23 1.
ACCOMMODVS.] idem quod accommodatus, aptus, idoneus. Virg. 11. Aeneid. 34. Eſt curuo anfractu vallis accommoda fraudi.
ACCOMMODE.] Quint lib. 4 cap. 1. 53. Cui accommodatiſſimè iungi initium ſequentium poterit.
ACCREDO.] ad id quod dicitur accedo. aſſentior, ad alicuius ſententiam accedo Col. lib. 1. cap. 1 3. Idq, etiam non ſpernendus author rei ruſticæ Saſerna, videtur accrediſſe.
ACCREDVO] obſoletum verbum, pro Accredo, ſiue Credo. Plaut. Aſin 16 4 Neque diuini, neque mihi humani quicquam accreduas.
ACCRESCO.] Saluſt in Cic. 3. Quæ ſi tibi falſa obijco: redde rationem, quantum patrimonij acceperis; quid tibi litibus accreuerit. Teren. And 3. 3. 8. Quæ incepta à paruis, cum ætate accreuit ſimul. Veteribus negotijs noua accreſcunt. Plin. epiſt. 2. lib. 2.
Accreuit pectori ceſpes. Hoc eſt, ad pectus vſq; creuit, ſiue ad pectoris altitudinem Tacit. libro 1 Annal. Aggerebatur nihilominus ceſpes, iamque pectori vſque accreuerat.
ACCREMENTVM.] idem quod incrementum. Plin. lib 9. cap 2. In mari autem tam late ſupino, molliq; ac fertili accremento, accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſemperq; pariente natura pleraq; etiam monſtrifica reperiuntur.
ACCVBO.] Quaſi ad (id eſt, iuxta) cubo, vel Aſſideo. Virgilius 6. Aeneid.
----Furiarum maxima iuxta.
Accubat. Plau. Aſin 15. 3: Accubat mecum. Liu 8. bel Pun. 95. Et eodem etiam lecto Scipio & Aſdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt Plaut. Menæch. 11. 11. Prandi, potaui, ſcortum accubui.
ACCVBARE, per translationem, de ſitu alicuius rei, pro Adiacere. Sueton. in Cæſare: Theatrum ſummæ magnitudinis, Tarpeio monti accubans.
Accubare, ad epulas translatum, idem quod accumbere. Antiqui enim epulantes, in thoris cubabant. Col. lib 11. cap. 1. Nec niſi ſacris diebus accubans cœnet.
Accubare, pro Iacere Senec in Hippol. 10. 2 Hippolytus (heu me) fleb li voto accubat. Hoc eſt, mortuus iacet, vt optaſti.
ACCVBITVS.] idem quod Accubatio. Plinius lib. 8. cap. 2. 2. Pleniſq; hominum triclinijs accubitu iére per lectos.
ACCVDO.] Cudendo addo quidpiam: per translationem. Plaut. Merc. 7 90. Tres minas accudere etiam poſſum, vt triginta fient.
ACCVMBO.] Idem quod accubo. Plaut. Perſa 22. 18. Age age ergo tu Sagatiſſio, accumbe in ſummo.
Accumbere, pro Cubare Plaut. Moſtel. 5. 10.
Caue modò, ne prius in via accumbas
Accumbere alicui, & cum aliquo. Plaut. Sticho. 15. 9. Vtrum tibi accumbo. SA Vtrum? vbi tu vis. ST. Cum ambobus volo. Mart. lib. 8. 44. Accubuit genitor cum plebe deorum.
Accumbere epulis. Virg 1. Aeneid. Tu das epulis accumbere diuum.
ACCVBITVM.] quid ſignificet, his verbis explicat in Plinium Hermolaus. Subadia, lecticulæ ſunt, ab herb à quidem & ſtramentis dicta, vt apud nos tori: ſed ex marmore tamē quandoque: vt in epiſtolis Plinij Cæcilij. Nunc ex opere inteſtino, in quibus accubatur interdiu maximè: qualia celebrantur Florentiæ Tuſcanica. Dicuntur & Anaclinteria: ſicut apud Lampridium in Heliogabalo, Accubita. Horum etiam facit mentionem Celius Antiq. lect. lib. 14 ca 58. obiter admonens, à nonnullis Accubitas vocari, genere fœminino.
ACCVMVLO.] Cumulando addo. Plin. lib. 4 cap. 1. 3. Ventorum natu, congeriem arenæ accumulantium.
Accumulare cædem cæde. Lucret lib 3. 15.
Cautas. Ouidius. 23. epiſt. 12.

Curas. Ouidius 21. epiſt. 14.
Honorem alicui. Ouidius 2. Faſto. 25.
Accumulare aliquem donis. Virg. 6 Aeneid.
Accumulare vitem, arborem, aut aliquid ſimile: hoc eſt, Poſt hyemem aggerare terram atque circumfundere, & veluti circummunire arbores optima terra, ne calore nimio radicees exareſcant. Vulgus gallicũ vocat Rechauſſer. Plinius libro 17. cap. 19 Idem lib. 18. cap. 29. Ruſus lib. 19. cap. 5.
Accumulare aceruatim. Lucret. lib 6. 254.
ACCVMVLATIO.] Plin. lib. 17. cap. 29. 1. Communia, ablaqueario, accumulatio. De remedijs arborum loquitur.
ACCVRO.] ſtudioſe & diligenter aliquid facio ſiue curo. Terent. Hecyr. 1. 11. Plaut. Caſin. 8 68.
Accurare, pro Curare. Plaut. Perſa. 13. 1.
Si quam rem accures ſobrie, aut frugaliter.
Solet illa recte ſub manus ſuccedere:
Atque ædepol ferme vt quiſq; rem accurat ſuam.
Accurare hoſpites. Plaut. Epid. 13. 55.
Prandium, Plautus Menæch. 5. 26.
Penſum. Plaut. Bacch. 70 30. Ego penſum meum lepide accurabo. Hoc eſt, curabo vt efficiam, quod mihi mandatum eſt.
ACCVRATVS.] Participium, ſiue nomen ex participio. Diligenter curatus & perfectus. Accurata oratio. Liu 4. bel. Maced. 21.
Accuratus corporis cultus. Gellius.
Accurata malitia: ſtudioſè excogitatà. Plaut. Trucul. 9. 20.
Accuratæ adorantium preces. Plin. in Paneg. 6.
Accuratum habere. Plautus Bacchide. 11. 21. pro Accurare, id eſt, ſtudioſe curare.
ACCVRATE.] Diligenter. Terent. And. 3. 2. 14. Saltem accurate, vt metui videar.
ACCVRRO.] Plaut. Amphit. 17. 17. Accurro vt ſciſcam.
Accurre huc, Terent. Phor. 5. 8. 90.
Accurrit ad me. Terent. Eunuch. 2. 3 43.
Accurrere alicui, id eſt, ad alquem. Stat. 2. Thebaid. 121.
Rapidis accurrunt paſſibus. Stat. 3. Thebaid. 82.
ACCVRRITVR.] Imperſonale. Tacit. lib. 1. Annal. Accurritur ab vniuerſis.
ACCVRSVS.] verbale. Tacit. lib. 1. Annal. Accurſu multitudinis protectus. Idem lib. 20. Accurſu tot prouinciarum. Senec. in Hippol. 8. 7.
Liquit ſtuprator, ciuium accurſum timens.
ACCVSO.] Frequentatiuum eſt ab Accudo, vt docet Priſcianus.
Accuſare Probri. Plau. Amphi. 9. 10. In his & ſimilibus, ſubauditur ablatiuus (crimine.)
Accuſare probri apud populum. Liu. 5. bell. Pun. 10.
Accuſare vitium, culpam aut crimen alicuius: hoc eſt, eum de ea re vituperare, ſiue reprehendere. Aemilius Probus in Lyſandro: Eius auariciam perfidiamq; accuſarat Plaut. Merc. 9. 25. Operam accuſari. Idem Mercatore. 7. 79. Accuſari fidem.
Accuſare tabulas. Quintil lib. 5. cap. 5.
Accuſare inuicem. Quintil. lib 7. cap. 3. 15. 18.
Accuſas id me: apud Plautum, figurate, pro, ob id, vel de eo, vt multa eiuſmodi, præſertim apud poetas.
ACCVSATOR.] Diſtrictior accuſator. Tacit. lib 4.
Moliri accuſatorem & crimina. Tacit. lib. 12.
Accuſatores ſtruere Tacit. 11.
Accuſatoris nomen ſuſtinere. Tacit. lib. 4. Hoc eſt, ſe profiteri accuſatorem.
ACCVSATORIVS.] Liuius 2. ab Vrbe. 263. Accuſatorio ſpiritu.
ACCVSATORIE.] Liu. 10. bel. Maced. 49. Iam illud quàm accuſatorie? Hoc eſt, animo & ſtudio accuſandi.
ACCVSATRIX.] Quæ vituperat aut reprehendit. Plaut. Aſin. 10. 10. Tu mihi accuſatrix ades.
ACCVSATIO.] Actus ipſe accuſandi.
Intenta accuſatio: pro Intentata. Tacit. lib. 5.
Accuſationes capeſſere. Tacit. lib. 4.
Accuſationem petere in aliquem. Quint. lib. 5. cap. 13. 15.
Accuſationem Rhetorices profiteri. Quin lib. 2 ca. 17. 105.
Accuſationes exercere. Tacit lib. 17. hoc eſt, vt idem author ibidem vocat, delationes factitare.
Suſcepit Cæſtius accuſationem. Tacit. lib. 5.
ACENTETA.] Sic appellantur puriores cryſtalli. Plin. lib. 37. cap. 2.
ACEO.] Acere vinum dicitur, cum in acetũ degenerauit. Cato. de re Ruſt. cap. 148. Vini in culeos ſingulos quadragenę & ſingulę vrnæ dabuntur, quod neq; aceat, neque muceat.
ACESCO.] acidum fio. Columel. lib. 12. cap. 26. 1. In quo agro vinum aceſcere ſolet. Horat in epiſt. Syncerum eſt niſi vas, quodcunq; infundis, aceſcit. Plin. lib. 11. cap. 16. 4.



Quarum iniuriam celerrime Sentiunt mella, vel minimo tactu coris aceſcentia.
ACVI.] præteritum ab aceſco. Vlpianus 18. Digeſt. titulo de Periculo & commodo rei venditę. Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij ſuſtinuerit: id eſt, factum fuerit acidum, acorem contraxerit.
ACOR.] ſapor acidus, vt in vino, poſtquam acuit: item in malo punico, & alijs rebus acidum ſuccum habentibus. Colum lib. 3. cap. 21. 4. Vt aut ſerum fructum cum præcoce eleuet, quæ res mox acorem facit. Quintil. lib. 9. cap. 3. In cibis interim acor ipſe iucundus eſt.
ACER.] aceris. Arbor, de qua Plin. lib. 16 cap. 15. Acer, tiliæ fere amplitudinis, operum elegantia ac ſubtilitate cedro ſecundum. Ouid. lib. 1. Amorum. Eleg. 11. 6.
Subſcribam: Veneri fidas tibi Naſo tabellas
Dedicat at nuper vile fuiſtis acer.
ACERNVS.] Qui eſt ex acere arbore. Virgil. 2. Aeneid.
Præcipue cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus. Idem 9. Aeneid.
Acerna menſa. Martialis. lib. 14. 94.
ACER.] hæc acris hoc acre. Pro forti ac vehementi ſæpius accipitur. Colum. lib. 3. & 12. cap. 5. 1.
Acer & acidus ſuccus Vitruuius lib. 8. cap. 3.
¶ *Lectum eſt, hic & hæc acris:* vt Acris ſomnus, apud Ennium, teſte Priſciano.
Acer & ſublimis. Horat. lib. 2. Epiſt. 34.
Acer bello accendendo: hoc eſt, ad accendendũ. Tacit. li. 20.
Acre, iurgium inter Hluidium & Eprium. Tacit. lib. 20.
Armis acer. Virgil. 3. Georg. 9. Aeneid. 37.
Curſu acer equus. Virgil. 3. Georg. 23.
Acer militiæ Veſpaſinus, Tacitus lib. 18.
Acetum acre. Horatij. Sermo. 3. 24.
Acerrimum acetum. Gallice, Bienſort. Celſus lib. 4. cap 4. Aſclepiades, acetũ ait quàm acerrimum eſſe ſorbendum.
Aetas acris. Ouid 3. Metamorph. 108.
Ambitus acrior. Taci. lib. 14.
Amor acer. Tib. lib. 2. Eleg. 3. 7.
Apri acres. Ouid. 10. Metamorph. 109.
Arcus acer. Virg. 7. Aeneid. 34. id eſt, fortis. Seruius.
Ardor acrior. Claudia Panegyr. 4. 67.
Aſtus acer Valer. Flac. Argon. 2. 111.
Cædes acris Ouid 11. Metamorph. 81.
Canis acer. Horat. Epo. 12. 2.
Canis naribus acer. Ouid. 7. Metamorph. 164.
Cibi acres, qui acrimoniam & vehementiorem vim habẽt, & quaſi mordaces ſũt. Plin 11. cap. 53. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria & lib. 7. epiſt. 3. Dulcibus cibis acreis acutosq; miſce.
Conſilia acriora. Taci. lib. 11.
Cor acre. Lucret. lib. 6.
Curæ acres. acerbæ, Varrõ apud Nonium. Lucret. lib. 5. 10.
Curſus acer. Stat. 4. Syl. 21.
Acris cuſtodia. Tacitus lib. 1. Annalium.
Dolor acer. Virg. 11. Aeneid. 142.
Dominus acer. Lucret. lib. 5. 18.
Egeſtas acris. Lucret. lib. 3. 13.
Equus acer, non modo velocem equum ſignificat, vt Nonius accipit: ſed etiã ardentem, & concitatum ad ipſum curſum. Virgil. 4. Aeneid.
At puer Aſcanius medijs in vallibus acri, Gaudet equo.
Fauor plebis acrior in Domitium, loco præſagij acceptus eſt. Tacitus. lib. 11.
Fax acerrima. Tacitus libro 18.
Feræ acres Seneca in Octauia. 7. 7.
Flamma acris. Lucret. 5. 181.
Fremitus acer. Lucret. 1. 55.
Frigus acre. Lucret. lib. 5. 3.
Fuga acris. Virgil. 3. Georg. 28.
Fugitor acer. Plaut. Trin. 0. 69.
Genus leonum acre. Ouid. 4. Faſto. 43. Virgil. 2. Georg. 34.
Hæc genus acre virum
Homo acer, diligens. Vir. 2. Georg.
Homo acer, pro aſpere ſententius Phormi. 2. 1. 32.
Homo acer pro forti, Nonio interprete Virg. 9 Aeneid.
Haud acrem dubij in prælia poſcere Turnum.
Idem in 8. Arma acienda viro.
Hoſtis acer. Horat. Epod. 3.
Hyems acris, pro aſpera vehementi. Plaut. Trin. 77. Hora. in Carm. Soluitur acris hyems. Acer iactator. Claudian. in Eutrop. lib. 2. 79.
Ignis acer. Ouid. 13. Metamorph. 74.
Impetus acer. Lucret. lib. 5. 26.
Ingenium acre, quaſi ardens & concitatum. Columel. lib 7. cap 2 4.
Inſtigatrix acerrima. Titus libro 17.
Intentio acris. Plin. lib. cap. 26.

Inuidia

Inuidia acris. Horat. 1. Sermo.3.13.
Ira acris. Lucanis.lib. 3.29.
Acrior ira ſubit. Lucretius lib.3.63.
Iudicium acre.
Lucretius libro 2.209.
Labor acer. Silius Ital.lib.3.19.
Libertas acris. Tacit.Lib.13.
Lupus acer. Horatius Epod.12.5.
Maieſtas acris. Claudian. Panegyr.5.25.
Malum acre. Lucret.lib.3.51.
Metus acer. Virgil.3.Aeneid.136.
Militia acris. Horat.1.Carm.29.1.
Miniſterium acre. Tacitus lib.3.
Acerrimum miniſterium. Tacitus Annal.lib.2.
Moloſſus acer. Virg.3. Georg.81.
Morbus acer & durus. Plaut. Menæch.17.111.
Morſus acer. Catullus.2.Epigram.1.
Natura acris. Horat.2. Sermo.7.10.
Oculus acer. Plin.Epiſt.141. Gallinas vt à te miſſas libenter accepi, quas ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguiſſimas vidi.
Odor acer, apud Plinium ſæpè legitur, pro odore vehementiore, vt lib.12.cap,17.9.
Odor acerrimus. Plin.lib.15. cap.28.& lib.21.cap.7.
Potentia ſolis acrior. Virgil. 1. Georg.19. Vbi Seruius: Acrior, validior.
Potor acer. Horat.2.Sermo.8.8.
Prælium acre. Tacitus.lib.12.
Prælium acerrimum. Ouid.ad Piſonem 41.
Pruina acris. Lucret.lib.3 4.
Remex acer. Virgil.5 Aeneid.24.
Res acrior. Catullus.78 epigram.1.
Rubor acer, id eſt (vt vulgo dicunt) viuus, aut ardēs. Senec. Natural. quæſt 3.
Rumor acer. Tacitus lib.5.
Seruitium acrius. Tacitus lib.5.
Silentium acre & intentum. Plin.lib.2.epiſt.10.
Sol acer. Plinius libro 14.cap.8. Lucret. lib. 6. 171. Plin.17. cap.24.13.
Sonipes acrior. Stat.5. Thebaid 1.
Sonitus acer. Virgil.4.Georg.82.
Spiritus acer. Horat. 1.Sermo 4.10.
Stimuli acres, vrgentes, vehementes, excitantes, impellentes. Horat.2.Serm Saty.7.
Stomachus acer: id eſt acidus Horat.2.Serm.4.12.
Teſtes acerrimi. Plau. Menæch.14.21.
Tibia acris Horat.lib.1.Carm.12.1.
Turba prædonum acris. Horat.1.Sermo.9.
Venenum acre. Lucret.lib.5.180.
Violentia leonum acris. Lucret.lib.3.149.
Virtus acris. Lucret.lib.1.14.
Vis acrior Horat.Epod.7 3.
Viſus acer. Plin.lib.8.cap.25 6.
Vox acris. Lucret lib. 3.194.
Vultus acer Lucret lib.6.238. Ouid.10.Metamorph.158.
¶ Acer, cum infinitiuo. Sill.Ital lib 3 69.
Herdus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
Metiri, iaculoue prælia Mauro.
¶ Acre, pro acriter. Perſius Sat 44.
Et propè te ignotus cubito qui tangat, & acre
Deſpuat in mores: id eſt, exſpuendo mores acriter & acerbè exſecretur.
ACRA.] Plaut Bacchid.
Perij, multa mala mihi nunc
In pectore acra atque acerba eueniunt. Aut Acria legendum: aut vetuſtè dictum eſt, ab Acer, acra, acrum.
ACRITER.] Vehementer. Plaut. Pſeud.5.40. Quid agitur, Callidore? C. amatur, atque egetur acriter.
Acriter aliquid cauere. Horat.2.Sermo.3.19.
Acriter elatrare: id eſt, vociferari. Horat.lib.1.epiſt.19.4.
Acriter animum intendere Liuius 1.ab Vrbe.6.
Acriter inſeſtus Lucret.lib 6.157.
Acriter ſpeculari. Tacitus lib.19.
¶ *Acriùs*, poſitiuo iunctum, pro Multò magis, aut vehementiùs Horat.2.Sermo.
----Quantò conſtantior idem
In vitijs, tantò leuiús miſer: acriùs ille,
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
Plaut.Merc.18. 13. Multò inſaniunt acriús.
Ardet acriús. Tacit.lib 4.
Acrius doluit populus. Tacit.lib.2. Annal.
Acriús exarſit. Ouid.de arte Amandi, lib.2.71.
Experiri acrius. Tacit.lib 4.
Gratiam Cæſaris acrius fouere. Tacitus libro 5.
Acriús incumbere. Virg.4. Georg.50.
Acrius incurrere & vrgere. Sil.Ital.lib.15.141.



Acriùs iudicare. Plin.epiſt.112.
Acrius micare. Lucret.lib.3 49.
Acrius, quàm conſideratius, initium tumultus excitauit. Tacit.lib.17.
Acriùs vrget. Ouid.Amorum lib.1.2.4.
Vrit, acrius, Ouid.lib.2.Amorum, Elig 19 1.
Acerrimè emendare: id eſt, diligentiſſimè Plin.in epiſt.
ACRIMONIA.] Frequentiùs dicitur in ſaporibus, nimia quædam vis ac vehementia, quæ vel acri odore, vel guſtu mordaci, nares aut linguam, palatúmue torquere ſolet, ſæpe etiam vſque ad lacrymas. Cato de re Ruſt. cap. 157. 4. Et, ſi vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam miſceto. Plin.li 12.cap.19. Ipſum cinnamomi lignum in faſtidio eſt, propter origani acrimoniam. Colum.lib.10.
ACRITAS.] vehementia. Actius Neoptolemo: Vis veritatis atque acritas.
ACRITVDO] pro acore. Vitruuius lib.8. cap. 3. Fieri autem naturaliter hoc ideò videtur: quòd acer & acidus ſuccus ſubeſt in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. ibidem: Ratiocinemur iiſdem rationibus, ex acidis, propter acritudinem ſucci, etiam calculoſos in natura rerum ſimiliter poſſe curari.
ACERATVS, ACEROSVS, ACERARE.] Vide Acus, aceris.
ACERBVS.] Immaturus, atque ita guſtatu aſper. Et propriè de fructibus dicitur: per translationem, durus, moleſtus, triſtis, auſterus. Horatius 1.Serm.3.17.
Quod niſi concedas, habeare inſuauis, acerbus.
Acerba amatio. Plau.Pœnul.16.132.
Animis acerbis ſæuire. Virgil.5.Aeneid.
Caſu acerbo concuti. Virgil.5. Aeneid.139.
Cinis virtutum omnium acerba. Catul.ad Mallium, 63.18.
Troia virûm, & virtutum omnium acerba cinis.
Corpus Neptuni acerbum: id eſt, aqua maris aſpera & amara. Lucretius l.b. 2.95.
Acerbum damnum. Claudian.in Gigantomachia.4.
Dies acerbus. Virgil.5.Aeneid.10.
Diſſenſus acerbus. Claud. de bello Gildonico.60.
Acerbis facetijs Tiberium irridere ſolitus. Tacit.lib.5.
Horat.Epod.7.5. Sic eſt, acerba fata Romanos agunt.
Fata acerba poſcere. Senec.in Agam.6.5.
Frigus acerbum. Horat 1.epiſt.18.11.
Acerbum funus, & acerbus interitus pro morte immatura, ideoq; grauiore, atque amariore. Virg 6. Aeneid.
Horror ſerræ acerbus: id eſt, durus & inamœnus ſerræ ſtridor. Lucret. lib 2 83.
Ictus acerbus. Ouid.lib.1.de Ponto.4.2.
Inimicitiæ acerbæ. Propertius, lib.2.eleg.9.1.
Iræ acerbæ. Lucret.lib.5.240.
Libitina acerba Horat.2.Serm.6 3.
Liuor acerbus. Claud.de Rapt.Proſ 59.
Luctus acerbus. Tibul.lib.2.eleg.7.9.
Lux acerba: id eſt, dies. Seneca in Hercule Oeth.111.
Mater acerba in ſuos partus Ouid.2.Faſt.125.
Mors acerba. Ouid.14. Metamorph.38.
Odium acerbum. Virgil 10.Aeneid ad finem.
Pectus acerbum. Ouid.lib.3.Amorum, eleg.5.12.
Peſtis acerba. Virgil.3.Georg.83.
Peſtis acerba boum pecoriq; aſpergere virus.
Recitator acerbus. Horat. in arte poet.ad finem.
Res acerbæ. Lucret.lib.311.
Rumor acerbus. Tibullus lib.4. eleg.13.1.
Sors acerba. Senec.in Hipp.10.1. Idē in Hercule Oeth.7.2.
Vulnus acerbum. Virg.11.Aeneid.165.
Vultus acerbus. Ouid.lib.5.Triſtium, eleg 9.4.
¶ *Acerba*, pro Acerbè. Lucretius lib.5.7. Aſper acerba tuens. Ouid epiſt.8.22.
Nox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem
Condidit.----
ACERBVM.] ſubſtantiue. Ouid.libro 5. Triſtium, eleg.2.5.
----Multum reſtabis acerbit.
ACERBITAS.] propriè dicitur aſperitas illa, ſiue auſteritas, in fructibus immaturis: metaphoricè, triſtitia, dolor, aduerſitas, cruciatus.
Acerbitates conquiſitæ. Tacitus lib.5.
Acerbitatibus dilacerari. Tacit.Annal.lib.2.
ACERBO.] acerbum facio. Virgil.11.Aeneid.
Vel cùm ſe pauidum contra mea iurgia fingit,
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
Claud.lib.1.37.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat.
ACERRA] Ara, quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Alij dicunt, arculam eſſe thurariam, vbi thus reponebant. Feſtus Martialis libro 10.24.
---Sepi-

----Septimamque
Veſtris addimus hanc foris acerram.
Plin. lib. 35 cap. 106. Item ſacerdotem, ſtante puero cum acerra & corona. Cornutus ſcribit, eſſe pateram, in qua libabatur. Virgil 5. Aeneid. 148.
Et plena ſupplex veneratur acerra.
Acron in Horatium, thuribulū vocat. Ouid. 8 Metamorph. 53. Idem 4 Faſto. 188.
Cumq; meri patera, thuris acerra fuit.
Horatius 3. Carm 8.1.

ACERSECOMES.] Latinè intonſus dicitur, quales erant Romanis in delicijs pueri. Iuuenalis Saty. 8.
Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal
Vendit acerſecomes, ſi nullum in coniuge crimen.

ACERVVS.] Valla lib. 4. Aceruus, minutarum propriè rerum cōgeries eſt, vt frumenti & leguminis, vt ſalis. Interdum etiam aliquanto maiorum: vt aceruus ſcutorum, apud Virgil. 8. Aeneid. 110. Et ferè generale eſt ad omnia. Plaut. Pſeud. 4.56. Horat. in epiſt. Aeris aceruus & auri.
Altus aceruus. Lucret. lib. 3.40.
Cæcus aceruus. Ouid. 1. Metamorph. 5.
Grandis aceruus. Ouid. lib. 1. Amorum, Eleg. 8.18.
Ingens aceruus. Virgil. 1. Georg. 37.
Magnus & paruus aceruus. Horat. 1. Serm. 1.11.
Modicus aceruus. Horat. 2. epiſt. 2.38.
Ruens aceruus: id eſt, decreſcens. Horat. 2. epiſt. 1.10.

ACERVATIM.] Varro lib. 1. de re Ruſtica. cap. 38.1. De pecore aceruatim poni. Colum. lib. 9. cap. 13.3. Sub fauis aceruatim enectæ reperiuntur. Cæſar. Pleriq; aceruatim ſe de vallo præcipitauerunt.
Aceruatim accumulare. Lucret. lib 6.254.

ACERVO.] Plin. lib. 6 cap. 4.4. Plura vndiq; aceruabimus. Idem lib. 21. cap. 17.6. Octoginta ſimul aceruatis ſæpè bulbis. Quintil. lib. 9. cap. 3. Nec verba modò, ſed ſenſus quoque idem facientes aceruantur.

ACERVATIO.] Ipſe actus aceruandi, ſiue accumulatio. Plin. lib. 11. cap. 53.5. Homini cibus vtiliſſimus: ſimplex aceruatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernicioſiora.

ACETABVLVM.] eſt genus menſuræ, plin. libr. 21. cap. 34. Cùm acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, id eſt, darchmas XV. Idem lib. 18. cap. 7.23. Coriandri ſelibras, ſalisq; acetabulo. Celſus lib. 5. cap. 24. Inſtillaturq; ſubinde quàm optimi mellis acetabulum.
¶ Acetabula in corporibus dicuntur, pro pyxidibus, vt anatomici vocant, quibus coxendices infiguntur, circaq; ea vertuntur oſſa coxarum. Plin. libr. 28. cap. 11. Item oſſa, ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur.
¶ Acetabula item ſunt, veluti quidam calyculi in ijs piſcibus, qui molles appellantur. Plin. lib. 9 cap 30.1. de polypo loquens: Præterea negat eſſe vllum atrocius animal, ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit, cùm in naufragos vrinatéſue impetum capit. Et paulò poſt: Oſtendere Lucullo caput eius, dolij magnitudine, amphorarum XV. capax: atque (vt ipſius Trebij verbis vtar) barbas, quas vix vtroq; brachio complecti eſſet, clauarum modo toroſas, longas pedum triginta, acetabulis, ſiue calyculis vrnalibus, peluium modo, dentes magnitudini reſpondentes.
¶ Acetabula ſunt etiam præſtigatorum vaſcula, ſiue calyculi, quibus aſtantium oculos fallendo præſtringunt. Senec. lib. 6. epiſt. Iſta ſinè noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & calyculi, in quibus me fallacia ipſa delectat.
¶ Acetabulum abuſiuè dici poteſt de rebus alijs, quæ ſimilitudinem quandam referant acetabuli. Vnde Quintil. lib. 8. cap. 6. Mille ſunt hæc: & acetabula, qui quid habet: & pyxides, cuiuſcunque materiæ ſunt: & parricida, matris quoq; aut fratris interfector.

ACETARIA.] ſunt hærbæ ſeu cibaria, quæ ex aceto ſumuntur, ad excitandam appetentiam. Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20 cap. 20. Stomachum in acetarijs ſumpta corroborat. De portulaca loquitur. Idem lib. 19. cap. 4.9. Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parcerentq; ligno, expedita res & parata ſemper: vnde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura ſenſum cibo. quem locum ſic exponit Hermolaus: Porrò hic acetarium, non ab aceto, vt credi cœptum eſt, ſed ab accipiendo flectitur. Idem enim, inquit Plinius, acetaria appellabantur horti, hoc eſt, hortenſia: quoniam expedita res & parata ſemper eſſet. Nam & Acetabulum ab accipiendo dicitur: etiamſi Græci oxybaphon appellant, quaſi ab aceto.

ACETVM.] Martialis. lib. 13.122.
Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti.
Eſſet quum vinum, vilior illa fuit.
Acetum acre. Horat 2. Serm. 3.24.
Frigorificum. Gellius lib. 17. cap. 8.
Mordax Perſius Saty. 5.9.
Moriens. Perſius Saty. 4.4.
Pharium: id eſt Aegyptiacum, a Pharo Aegypti inſula. Iuuenalis Saty. 13.9.
Rubens Martial. lib. 11. in Cheremontem.
Acetum exacuere. Plinius libro 19. capite 5. Verùm nobiliſſima eſt ſcylla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo.
Aceto quempiam perfundere: Amara mordacitate reprehendere. Horat. 1. Serm. 7.7.
¶ Acetum, de animo. Plautus Pſeud. 11.49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? videtur acerbitatem ſignificare, hoc eſt, dolorem, mœroremue acerbiſſimum. Idem Bacchid 8.1. Nunc experiar, ſit'ne acetum tibi cor acre in pectore: Id eſt, acrimonia & indignatio. Eraſmus aſtutiam intelligit.

ACHATES.] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10.1. Achates magna fuit autoritate, nunc in nulla eſt. Reperta primùm in Sicilia, iuxta flumen eiuſdem nominis: poſtea plurimis locis excedens, amplitudine numeroſa, varietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius.

ACHETAE.] Cicadæ ſunt argutæ & canoræ. Plin. lib. 11. ca. 26. Quæ canunt, vocantur Achetæ, & quæ minores ex eis ſunt, Tettigoniæ: ſed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroq; genere: fœminæ ſilent.

ACHILLEVM.] genus ſpongiarum tenue denſumque, ex quo penicilli fiunt. Plinius lib. 9 cap. 45.3.

ACHIMENIS.] herba eſt, quam tradunt Magi ea vi pollere; vt, ea in aciem hoſtium coniecta, trepident agmina, ac terga vertant. Plinius lib. 26. cap. 4.

ACHRAS.] Pyrus ſylueſtris, pyraſter. Columel lib. 7. cap. 9.

ACHRESTVS.] abuſiuus, inutilis, inidoneus. Vtitur Auſonius Sect. 1. in epigr. de duobus fratribus.

ACICVLA.] qua mulieres vtuntur ad ornamentum capitis. Valla lib. 1.

ACIDVLA.] aqua Plinius libro 2 cap. 103. Lynceſtis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Meminit & libro. 13 cap. 2.

ACIDVS.] propriè dicitur, id quod acuit, id eſt, in acorem verſum eſt. Plinius libro 10. cap 70 3. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant. Plau. Pſeud. 11.49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? CH. Atq; acidiſſimi. Virgilius 3. Georg. 76.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitia ſorbis.
Acidæ venæ fontium. Vitru. lib. 8. cap. 3.
Acidus fructus. Columel. lib. 5. cap. 10. 10. Malum punicum, ſi acidum, vt minùs dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur.

ACIDVLVS.] Aliqua ex parte acidus, ſubacidus. Plin. lib. 15. cap. 15.2. Poſt autumnalia, acidulo ſapore iucunda. De pyris loquitur.

ACIES.] Dicitur in ferro ea pars quæ ſecat. Indè ad alia transfertur. Virgilius 2. Georg. ipſa acie falcis nondum tentanda.
Acies vnguium. Plinius lib. 8. cap. 16.2.
Exacta falcis acies. Plinius libro 17. cap. 22. & cap. 27. Exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes.
Haſtæ acies: id eſt, cuſpis. Ouid. 3. Metamorph 22.
Primaq; de ſulcis acies comparuit haſtæ.
Stricta ferri acies. Virgilius 2 Aeneid. 67.
----Stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta, parata neci. Stricta: id eſt, nuda. Seruius. Et lib. 6.58.
Aciem dicuntur trahere, aqua cotes: pro eo quod eſt, exacuere. Plin. lib. 36. cap. 12. Repertæ ſunt & in Italia, aqua trahentes aciem acerrimo effectu.
Excitare aciem falcis. Plin. lib. 18. cap. 28. Creticis tantùm transmarinisq; cotibus notis, nec niſi oleo, falcis aciē excitantibus.
Aciem ferri hebetare. Plin lib. 13. cap. vltimo ad finem.
Acies oculorum, per translationem. Virg 2. Aeneid. 113.
Huc atq; huc acies circumtulit, aſpicit vrbem.
Idem 6. Aeneid. 158.
Huc geminas nunc flecte acies, hanc aſpice gentem.
Ardentes oculorum acies torquere aliquo. Virgilius 12. Aeneid. 135.
Contenta oculorum acies: id eſt, intenta. Lucret. lib. 1.66.
Nobilior acies. Claudian. in præfatione 7. Paneg 3.
Firma acies. Plin. lib. 10. cap 3.
Peruicax oculorum acies. Seneca in Agamem. 6.14.
Recta oculorum acies. Ouid. 2. Metamorph. 156.
Sagax Stat. Thebaid. 10 119.

Sangui-

Sanguineam oculorum aciem voluere. Virg. 4. Aeneid. 129.
Turbida oculorum acies. Seneca in Hercul. fur. 11. 12.
Veſpertina acies. Plin. lib. 8 cap. 50.
Errat acies luminum, id eſt, oculorum. Seneca in Hercul. fur. 21. 30.
Stupet oculorum acies. Horat. 2. Serm. 2. 1.
Dirigere aciem oculorum ad aliquem. Catul. de Berecynthia, & Aty. 58. 12.
Effugere aciem: id eſt, oculorum acumen. Senec. in Agam. 12. 6.
Excitare aciem oculorum. Plin. lib. 20 cap. 4.
Flectere aliquò geminas oculorum acies. Virgil. 6. Aeneid. 158.
Flectere oculorum aciem retrò. Seneca in Hercul fur. 9. 42.
Ludere aciem oculorum, id eſt, decipere. Senec. in Hercul. fur. 9. 11.
Aciem oculorum offendit claritas oculorum. Plin. lib. 35. cap. 10.
Aciem oculorum protendere in mare. Cat. in Argonau. 26.
Aciem oculorum ſucco fœniculi reficiunt ſerpentes. Plin. lib 20 cap. 23.
Reflectere oculorum aciem Senec. in. Herc. fur. 8. 3.
Hebetare oculorum aciem. Plin. lib. 20. cap 6. 1 & 32. cap. 7.
Luminum acies torpet: id eſt, acumen oculorum hebeſcit. Seneca in Hercul fur. 9. 7.
Acies orationis Plau. Epid 11. 20.
Acies.] vt Vegetius lib. 3. cap. 14. ſcribit, eſt exercitus inſtructus, interdum pro ipſo conflictu & prælio ſumitur. Tac. l. 20. Prima acie fuſum victumq; Romanum. Idem lib. 14. Vincendum illa acie, vel cadendum eſſe.
Aerataq; acies: id eſt, æreis armis munitæ. Virg. 9 Aeneid. 96.
Belligeræ acies. Stat. 12. Thebaid. 144.
Ciuili acie cadere: id eſt, mutuis cædibus, & velut bello ciuili Ouid. 7. Metamorph. 29.
Conferta acies. Tacit. lib. 5.
Confertæ campis acies Sil. Ital. lib. 6 64.
Conuerſæ acies: id eſt, in bellum coactæ. Seruius, in Virgil. 12. Aeneid. 111.
Defixa acies, id eſt, immota. Stat. 9. Theb. 136.
Directæ acies. Virgil. 2. Georg. 57.
Diuerſa acies: hoc eſt, aduerſariorum. Tacit. lib. 14.
Feræ acies. Seneca in Agamem. 7. 3.
Firmata acies ſubſidijs. Liuius 1. Decad. lib. 4.
Fluctuans Curtius lib 3.
Formoſa Claudian. Panegyr. 3. 52.
Frænata, id eſt, equeſtris. Sil. Ital. lib. 11. 53.
Funeſtæ acies. Lucan. lib 63.
Generoſa acies. Stat. Thebaid. 6. 60.
Horrida. Tacit lib. 5.
Infeſtior. Liuius 1 Decad. lib. 4.
Iuſta. Liuius. 4. Decad. lib. 1.
Licitæ acies: id eſt, Bella licita. Stat. 11. Thebaid. 25.
Noua acies facta. Liuius 4. Decad. lib. 4.
Opimæ acies. Stat. 4. Sylu. 613.
Non parca fugæ acies. Sil. Ital. lib. 10. 7.
Pedeſtris. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Roſtri acies. Plin. lib. 11. cap 27. 51. Sed roſtri acie comminuit omnia.
Porrectior acies. Tacitus in vita Agricolæ.
Primori in acie verſabantur. Sido. Tacit. lib 19.
Proſpera Sequanorũ acie belli impetus ſtetit. Tacit. lib. 20.
Recta acies. Liuius 4. Decad. lib. 4.
Sociæ acies. Claudian 4. Paneg. 81.
Subſidiaria acies. Liuius 3. Decad. lib. 10.
Tenuis. Tacit. Annal. lib. 1.
Trepidæ acies. Ouid. lib. 3. Amorum 7. 6.
Turbatæ. Virgil. 11. Aeneid. 124.
Vaga acies. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Verſa retrò. Horat. 3. Carm. 46. Propertius lib. 3. Eleg. 11. 14.
Veſana Claudian de Rap. Proſ. 40.
Vulcania acies horrida, id eſt, vis ignis. Seruius in Virgil. 10. Aeneid. 81.
Defeſſus acie, id eſt, bello fatigatus. Stat 12. Thebaid. 100.
Denſos acie rapit: id eſt, raptim ducit conſtrictos, & in acie coniunctos Virgil. 10. Aeneid.
Inuictus acie: id eſt, qui nunquam vinci potuit in prælio. Senec. in Octau. 8. 13.
Receptus tutus erat in aciem peditum. Liu. 3. Decad. lib. 8.
In aciem telis accingi. Tacitus lib. 20. Quidam expedire arma, telisq; tanquam in aciem acingi.
Accipere ſocios in mediam aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 8. Idem 3. Decad. lib. 10.
Adſiſtit in aciem ordo agminis. Tacit. lib. 2.
Amplecti hoſtium aciem: id eſt circunuenire. Liuius 4. Decad. lib. 1.

Aperire mediam aciem venient ex aduerſo hoſti. Liuius 3. Decad. lib. 8.
Aciem audere. Tacitus libr. 12. Vaſtati agri, prædæ paſſim actæ, non auſis aciem hoſtibus: vel, ſi ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo.
In aciem audere. Tacit. lib. 12.
Bellas acies. Stat. lib. 1. Thebad. 46.
Bellare acie. Liu. 4. Decad lib 2.
Cadere in acie: id eſt, occidi Liu. 3. Decad. lib. 9
Cadere per acies. Tacit. lib. Annalium. Quum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent.
Certant acies. virg. 2. Aeneid 6.
Ciere acies. Virgil. 6. Aeneid 166.
Circumuallare aciem. Sil. Ital. lib. 7. 118.
Circumuenire aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Claudere aciem. Liu. 3. Decad lib. 10.
Coercere acies. Virgil. 9. Aeneid. 6. id eſt, cogere, colligere, Seruius. 1.
Cohærent acies. Curtius lib 3.
Coire inter ſe mediæ acies poſſunt. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Commota acies. Liu 3 Decad lib. 10.
Componere aciem. Tacitus in lib. de moribus German.
Duplici acie confligere. Quintil. lib. 5. cap. 7. 3 & lib. 6. cap. 4. Stat acies.
Concurrunt acies. Liu. 4. Decad. lib. 4.
Concurrere acie. Liu. 4. Decad lib. 10.
Per acies conficere bellum. Tacit. Annal. lib. 2. Lætiore Tiberio, quia pacem ſapientia firmauerat, quam ſi bellum per acies confeciſſet.
Confirmata acies. Liu. 4. Decad lib. 3.
Congredi acie. Tacit. lib. 14.
Conſiſtere in acie. Liu. 1. Decad. lib. 9.
Continentur acies. Cæſar de bello Ciuili. lib. 1. Producitur tamen res, aciesq; ad ſolis occaſum continentur. Inde vtriq; in caſtra diſcedunt.
Damnare aciem: id eſt, deteſtari & relinquere. Sil. Ital. l. 17. 118.
Dатur acies. Tacit. in vita Agricolæ: Fortiſſimi cuiuſq; vocem audiebam; Quando dabitur hoſtis? quando acies?
Decernere acie. Liu. 4. Decad. lib. 1. & lib. 2.
Deductus in aciem. Tacit. lib. 17.
Deducta legio in aciem Tacit lib. 18.
Dehiſcens acies. Liu. 3. Decad. lib. 9.
Deſcendere in aciem omnibus copijs. Liuius 4. Decad. lib. 1. & libro 5.
Dicere acies: id eſt, deſcribere. Virg 7. Aeneid. 9.
Tu vatem, tu Diua mone; dicam horrida bella,
Dicam acies, actosq; animis in funera reges.
Dilatare aciem. Liu. 4. Decad lib. 1.
Dimicare acie, ſi vellet. Liu. 4. Decad. lib. 1. & 4.
Dirigere aciem. Cæſ. bello Ciuili. lib. 5. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Diſiecta acies. Tacit. lib. 19.
Diſpoſita Vitellianarum legionum acie. Tacit. lib. 18.
Diſtrahere aciem, & diſtendere. Cæſ. bel. Ciu. lib. 3.
Diuertere acies. Lucan. lib. 2 65.
Ducere firmamentum in aciem. Liu. 3 Decad. lib. 9.
Duplicari acies. Sil. Ital. lib. 15 102.
Educere in aciem. Cæſ. bel. Ciu. lib. 4. Liuius 4. Decad. lib. 1. Idem 3. Decad. lib. 7.
Erigere aciem Liu. 1 Decad lib. 1. Tacit. lib. 19. Idem li. 20.
Erigere aciem in aduerſum collem. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Erumpit noua acies Liu. 1. Decad. lib. 4.
Euadere aduerſus aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Acie excedere. Liuius 4. Decad lib. 1.
Excire milites in aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Exire in aciem. Liu. ibibid.
Exornare aciem. Salluſt. in Iugurth.
Explicare aciem. Liu. 1. Decad. lib. 4.
Extenditur acies. Curtius. lib. 3.
Extenuare aciem. Liu. 4. Decad lib. 1.
Ferre aciem. Tacit. lib. 4. id eſt, ſuſtinere.
Firmare ſubſidijs aciem. Liu. 1 Decad. lib. 4.
Firmare aciem. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Firmata acies. Liu. 4 Decad. lib. 2.
Hortari aciem. Ouid. lib. 1. de Arte imandi 42.
Impulſa acies Liuius 3 Decad. lib 4.
Inclinauit acies. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Inclinatur acies: Fuſa eſt acies. Liu. 1 Decad. lib. 1.
Incubuit tum acies hoſtium integris ordinibus. Tacit. li. 10.
Incurrere in auerſam hoſtium aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Inducere aciem in hoſtem. Liu. 1. Decad. lib. 4.
Inducere legiones in aciem. Liuius. 3. Decad. lib. 7.
Inferre ſe in mediam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 8.
Infertur pedeſtris acies. Tacit. lib 2.
Inſtituere aciem: pro facere. Cæſar bel. Ciu. lib. 3.
Integrare aciem. Sil. Ital. lib. 12. 136.

Inue-

Inuehi in aciem, id eſt,inferri. Liu. 1.Decad.lib.2.

Ire in aciem. Tacit.in vita Agricolæ.

Iterare aciem,id eſt,renouare.Stat. 11.Thebaid.91.

Labantes acies.Tacit.in lib.de moribus German.

Laxata acies.Liu.3.Decad.lib.7.

Locare ante aciem pedites ex omni iuuentute delectos. Tacit.in lib de moribus.German.

Miſcere pauidos fuga,vulneribusq́; milites,in certam & integram aciem.Liu.3. Decad.lib.10.

Antequam miſcerentur acies.Tacit.lib.18.

Mouere loco aciem. Liu. 3. Decad.lib.10. Sil.Ital.lib.11.33.

Nudare aciem cornibus, auxilio.Liu.3.Decad.lib.10.

Nutantem aciem victor equitatus incurſat. Tac.lib.19.

Opponere aciem. Virgil.9.Aeneid.79.

Ordinare aciem. Curtius lib.3.

Pandere aciem.Tacitus lib.20.Liu.3.Decad.lib.8.

Patefacta acie, cornua hoſtium amplexus in orbem, pugnantes ad vnum omnes occidit.Liu.3. Decad.lib.8.

Perfringere aciem tenuem. Tacit.lib.20.

Perrumpere aciem. Virg.9.Aeneid.106.

Perturbata acies. Liu 3. Decad.lib 7.

Poſcere acies. Virgil.8.Aeneid.106.

Procedere in aciem. Liuius 1. Decad. lib. 4. & 3. Decad. lib.7.

Procurrit acies.Cæſar belli Ciuilis lib.3.

Prodire in aciem.Cæſar.bel. Gal.lib.8.

Producere in aciem.Liu 1.Decad.lib.2.

Profligare & perfringere aciem Sil.Ital.lib.11.80.

Progredi in aciem.Liu 4.Decad.lib.1.

Promouere aciem Liu.1.Decad.lib.2.

Propinquabat legionum acies.Tacit.Annal.3.

Proruebat hoſtilem aciem ingentibus ſaxis.Tacit.lib.19.

Prorumpere in aciem. Tacit.lib 18.

Proſiliunt acies. Lucanus lib.7.16.

Protrita hoſtium acie. Tacit lib.18.

Pugnare acie.Liu.3.Decad lib.1.

Recedere ex acie.Cæſar belli Ciu. lib.5. Tacitus in libro de moribus German.

Recipere aliquem in aciem.Liu.1.Decad.lib.2.

Redintegrata acie, manus ad obſeſſos tendere. Tacitus lib. 20.

Pedem refert acies. Val.Max. lib.1.cap.8.

Refugere in ſecundam aciem Liu.3 Decad.lib.10.

Refugere acie Cæſar belli ciuilis lib. 3. Qui acie refugerant milites,& animo perterriti,& laſſitudine confecti.

Reſtituere aciem.Liu.1.Decad.lib.2.Idem.3 Decad.lib.9.

Reſedit acies hoc campo. Virgil.8.Aeneid.100.

Siſtere aciem.Liu.1.Decad.lib.2.

Sonat acies cantu virorum. Tacitus lib.20. Vt virorum cātu,fœminarum vlulatu,ſonuit acies.

Sternere aciem. Virgil.8.Aeneid.110.

Struere aciem. Virgil.9 Aeneid.9.

Subducere ſaucios in poſtremam aciem. Liu. 3. Decad. lib.10.

Subducere legionem ex acie. Tacit.lib.2.

Succeſſit vallo Romana acies, vbi primùm illuxit. Liu.3. Decad.lib.7.

Suggredi acie. Tacitus lib.4. Quidam audentiùs apertis in collibus viſebantur: quos dux Romanus acie ſuggreſſus, haud ægrè pepulit.

Summouere aliquos in poſtremam aciem. Liu. 3. Decad. lib.10.

Suſtentare aciem Virg.12.Aeneid 133.Tacit.lib.18.

Suſtinuit labantem aciem Antonius, accitis prætorianis. Tacitus lib. 19.

Temperare acies, id eſt, regere ac moderari. Stat. 9. Thebaid.165.

Tenere aciem;pro regere.Cæſ.belli Ciuilis lib.3.

Turbauit extemplò aciem eorum eques immiſſus. Liu.4. Decad. lib.4.

Turbata acies. Liu.3.Decad.lib.7.

Venire in aciem. Tacitus in libro de moribus German.

Volitare tota acie. Tacitus lib.2.

¶ Acies,vt quinte inflexionis,olim habuit ingenitiuo, Acie, authore Seruio.Salluſt.1.Hiſto. Dubitauit acie pars.

ACINACIS.] gladius Perſarum, ſiue Medorum,inquit Acron.Horat.1. Carm.27 1.

Vino & lucernis Medus acinacis
Immane quantum diſcrepat. Valer Flac.lib.
Inſignis manicis inſignis acinace dextra.

ACINVS.& *Acinum*.] Hor 2.Serm 6.17. Aridum & ore ferens acinum, ſemeſaq; lardi Fruſta dedit.

Acina ebrioſa,gen fœ pro Acino ebrioſo,dixiſſe Catullum poëtam,ſcribit Gellius lib 6 cap.20.

Acini meſpilorum Plin.lib.15.cap.20.

ACINACEVS.] Vinum acinaceum.Vlpianus,Digeſtis de vino legato. Videtur loram ſignificare: hoc eſt, vinum ſecundarium, factum ex vuarum acinis aqua maceratis.

ACINOSVS.] Dicitur quod multos habet acinos. Vua acinoſa.Plin. de Vitium generibus, lib.14. cap.35. Columbinæ acinoſiſſimæ.

Acinoſum,pro re ſuccoſa in modum acinorum Plin.lib.12. cap.13.1. Aſari ſemen acinoſum, ſaporis calidi,ac vinoſi. Idem lib.21.cap. 177. Ea eſt & caulis acinoſi.

ANCIPENSER.] Genus piſcis, de quo Plin.lib 9 cap 71.1. Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus Acipenſer, vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat. nullo nunc in honore eſt: quod quidem miror, cum ſit rarus inuentu. Martial.in Xenijs.13.21.

Ad Palatinas accipenſera mittite menſas:
Ambroſias ornent munera rara dapes.

ACONITVM.] Herbæ genus, de qua ſic Plin. lib. 27.cap 3. Aconitum,folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirſuta, radicem modicam, cammaro ſimilem marino. De hoc plura eod. lib. cap.2. Ouid Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. Videtur de quibuslibet venenis intellexiſſe. Virg.2. Geor.Nec miſeros fallunt aconita legentes.

Aconita dira. Auſonius Sect.2.in monoſyllabis.

Lurida,Ouidius 1.Metamorph.30.

Pallida. Lucanus lib.4.66.

Viuacia. Ouid.7.Metamorph.

ACONTIA.] cometæ genus, de quo Plinius lib. 2.cap.25. Acontiæ iaculi modo vibrantur, ocyſſimo ſignificatu.

Acontia, eſt etiam ſerpens, magnitudine duorum cubitorum figura autem craſſa in tenuem abeunte, colore viridi,maxime iuxta aluum,vt milium colore referat. Aetius Ser.13.cap. 27.

ACOSMVS.] Inornatus, incomptus. Lucret. vtitur lib. 4. 234.

ACQVIESCO.] Pro ſimplici ponitur,quod eſt quieſcere.

Acquieſcere alicui rei.Senect.epiſt.24. Vt meliora tibi proponas, & acquieſcas ſpei blandæ.

ACQVIRO.] Virg.4. Aeneid.35. Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. De fama loquitur. Ouid. 2. de Arte amandi:

Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo.
Quaq; venit,multas accipit amnis aquas.

Beneuolentiam acquirere. Quintil lib.3 cap 10.

Studia vulgi. Tacitus lib 12.

¶ Acquirere,de malis etiam rebus dicitur.vt, Acquirere inimicitias. Plaut.Milit 6.43.

¶ Acquiri, pro Augeri, vel Conciliari Plin lib.15.cap.18.4. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

ACREMENTVM.] quidam Latinum probant, ex Plin.lib. 20 cap.7.6.In eos vſus & oxypropolæ ſeruant,addito dulci,acrementum temperantes.

ACROAMA.] Auditio Latine dicitur: & pro feſtiua & iucūda narratione accipitur.Plin.epiſt.117.d.Interdum acroamata audiebamus.

ACROCERAVNIA.] Montes excelſi in diuerſis locis: ſic dicti, propter altitudinem, & iactus fulminum, vt Seruius author eſt in lib.3.Aeneid.Horat.lib.1.Carm.34. Qui vidit mare turbidum, & infameis ſcopulos Acroceraunia. Virgilio Ceraunia dicuntur 3.Aeneid.101.Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.

ACTA.] id eſt, ſecretum & amœnum littus. Virgilius,quinto Aeneidos:

At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant. Author Seruius.

ACTVTVM.] Virg.9.Aeneid.33. ----Tum cætera reddet Actutùm pius Aeneas.Vbi Seruius: Actutum, confeſtim, ſine dilatione. Teren. Adel. 4.4. 25. Aperite aliquis actutùm oſtium.

ACVLEVS.] in inſectis dicitur id, quo pungunt. Aculeus etiam dicitur quaſi ſpina in folijs, aut ſemine quarundam plantarum: vnde & herbas aculeatas, & folia, & ſemina, ſæpe legimus.Plin lib.10.cap.32.3.Idem lib 12.cap. 15.2.

Sunt & aculei erinaceorum, & hiſtricum ſpinæ. Plin.lib.8. cap.35 Sed hiſtrici longiores aculei.

Aculeus ſagittæ,pro ſpiculo. Liu.8.bel.Maced.

¶ *Aculeus*,per translationem dicitur.Plaut.Trin.13.156.

----Iam-dudum meum ille
Pectus pungit aculeus, quid illi negocij fuerit ante ædes meas.Id eſt,illa me ſtimulat moleſtia, & male habet.

ACVLEOLVS.] diminutiuum. Mart.lib.8.65.

ACVLEATVS.] Qui habet aculeos, aut aliquid inſtar aculei.Plin lib.10.cap 32.3.Putant ex ſpinis aculeatis.

Aculeatum,per metaphoram dicitur,quod quaſi pungit ac mordet animum Plaut.Bachid.1.29.

Quia hæc lepida ſunt memoratu.
Eadem in vſu,atq; vbi periculum facias,aculeata ſunt;

Animum fodicant, bona diſſimulant facta, & famam ſauciant.

A C V O.] Eſt propriè ferri aciem ſic tenuare, vt bene incidat. Col. lib. 5 Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito.

Acuere, mucronem alicui rei facere. Virgil. 1. Georg. Exacuunt alij vallos, furcasq; bicornes. Pro, acuunt.

Enſes acuere in aliquem. Ouidius 15. Metamorph. 156.

Sagittas acuere. Horatius 2. Carm. 8. 3.

¶ Acuere, per translationem pro incitare, inſtigare, ſtimulare. Terentius Adelph. 5. 3 49. Illos ſat ætas acuet.

¶ Acuere, pro exercere, vt Seruius interpretatur. Virgilius 1. Georgicorum:

----Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primusq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

¶ Acuere, pro irritare. Virgilius 7. Aeneid. 87. Poſtquam viſa ſatis primos acuiſſe furores. Ibidem: Quam Iuno his acuit verbis. Vbi Seruius: His acuit verbis, irritauit, & inſtigauit eius inſaniam.

Acuere animos. Liuius 4 bel. Maced. 158.

Acuere ad bonas artes iuuentam. Plin. lib. 2. epiſt. 7.

Acuere dentes. Horat. 3. Carm. 20. 2.

Fletus. Val. Flac Argonaut. 2. 35.

Gradum. Stat. Thebaid. 6. 118.

Iras. Virg. 12. Aeneid. 119. de Apibus.

Lumina id eſt, viſum. Ouidius lib. 2. de Remed. amoris, ad finem: Vtilius ſumas acuentes lumina rutas.

Martem. Virg. 12 Aeneid. 22.

Metum alicui. Virg. 12. Aeneid. 169.

Plauſus acuunt equum certantem de celeritate. Stat. lib. 5. Sylu. 2. 5.

Ruborem acuere. Claudian. in Epigr. de Locuſta.

Lupos acuunt agni balatibus. Virg 4. Geor. 87.

Tubæ milites acuunt. Lucanus lib. 1. 87.

Gloria vos acuat. Ouid. lib. 1. de Ponto, Eleg 6. 12.

A C V T V S.] nomen ex participio: id eſt, aciem habens bene ſecantem. Plaut. Milite. 22. 4. Vide vt tibi iſtic ſit acutus Cario, culter probè. Idem Epid. Acutum cultrum habeo, qui ſeni exenterem marſupium.

¶ Acutum etiam dicitur, quod in mucronem ſiue acumen deſinit. Ouid. in Epiſt. Et acutæ cuſpidis haſtam.

Bellum acutum. Horat. 4. Carm. 4. 15.

Cacumen acutum. Ouid. lib. 1. de Arte amandi 77.

Carex acuta. Virg. 3. Georg. 46.

Cupreſſus. Ouid. 3 Metamorph. 31.

Cuſpis. Virg. 5. Aeneid. 12.

Enſis acutus. Ouid. 14. Epiſt. 9.

Falx acuta. Ouid. 9 Metamorph 77.

Ferrum acutum reddere dicitur cos. Hor. in Arte poët. 62.

----Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.

Gladius acutus. Ouid. lib. 3. de Arte aman. 127. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Haſta acuta. Ouid. lib 1. de Remed. amo. 6.

Iaculum acutum. Virg. 5. Aeneid. 10.

Murex acutus Virg. 5. Aeneid. 41.

Pinus acuta Ouidius. 1. Metamorph. 141.

Robur acutum. Virg 2. Georg 5.

Acuta volucribus roſtra. Plin. lib. 11. cap. 37.

Radius acutus. Ouidius 6 Metamorph. 12. de radio textorio loquitur poeta. Idem Epiſt. 4. 32. De radijs ſolaribus intellig t.

Roſtrum acutum. Author de Pulice 2.

Quumq; tuum lateri roſtrum defigis acutum.

Rubus acutus. Senec. in Hippol. 10. 23.

Sagitta acuta. Ouid 5. Metam 77.

Saxum acutum. Ouid. 4. Faſt. 48.

Scopulus acutus. Virgil. 1. Aeneid. 10.

Spiculum acutum. Ouid lib. 3. de Arte aman. 163.

Spinæ acutæ. Virgil. 5. Ecloga. 8.

Telum acutum. Virg. 3. Aeneid. 127.

Vnguis acutus. Horatius lib. 1. Epiſt. 20. 10.

¶ *Acutum*, per metaphoram dictum: vt Acuti oculi, id eſt, clarè cernentes. Plaut. Pſeudo. 20. 109. Magno capite, acutis oculis.

Acuti cibi, qui appetentiam excitant, & quaſi ſtomachum acuunt. Plin. epiſt. 123. Vt enim, ſi cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosq; miſcerem: vt obtuſus illis & oblitus ſtomachus his excitaretur.

Morbus acutus. Horat. 2. Serm. 33. Idem lib. 1. epiſt. 6. 6. Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.

Naribus acutis, rideri: id eſt, in rugam contractis. Horat. 1. Serm. 3 6.

Odor acutus Plinius libro 15. cap. 28. Sua & in odore miracula: malis acutus, Perſicis dilutus, dulcibus nullus. & lib. 21. cap. 7. Sol acutus. Horat. lib. 1. Epiſt. 10. 4.

Acutus vini ſapor. Plin. lib. 15. cap. 27. 1.

Aures acutæ: Id eſt, ad audiendum arrectæ. Horat. 2. Carm. 19. 1.

Elementa acuta. Lucret. lib. 2. 94.

Facile vt cognoſcere poſſis,
Non e perplexis, ſed acutis eſſe elementis. Id eſt, ex atomis.

Acutior atq; habilior ad inueniendum. Quint. lib. cap. 1.

Concluſiones acutæ. Quint. lib 2. cap. 20.

Opus leonis acutum, hoc eſt, ingenioſum & vafrum. Claudian. in Eutropium. lib. 1. 16.

Aes acutū. Ouid. 6. Metamorph. 118. Horat. 1. Carm. 16. 2.

Hinnitus acutus. Virg. 3. Georg. 18.

Acutus ſonus. Plin. lib. 10. cap. 29. 6.

Stridor. Horat. 1. Carm. 34. 3.

Tinnitus. Ouid. 5 Metamorph. 41.

Vlulatus. Catul. epig. 58. De Berecynthia & Aty. 5.

Vox acuta. Ouid. 3. Metamorph. 45. Horat. 3. Carm. 4. 1.

¶ Acutum cernere: Id eſt, acutè. Horat. 1. Serm. 3. 6.

Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis:
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutùm,
Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

Triſte & acutum reſonare. Horat. 1. Serm 8. 9.

A C V M E N.] videtur propriè mucronem ſignificare. Ouid. 1. Metamorphoſ. 116. de cruribus Cadmi, verſis in caudā ſerpentis: Paulatim tereti curuantur acumine crura. Lucret. lib 6 240.

Compreſſæ nares, naſi primoris acumen Tenue.

Sed frequentiùs legitur per metaphoram dictum. Quintil. lib. 5. cap. 7. Acumen naturale.

Acumen roſtri auium Plin. lib. 10. cap. 71. 1. Alia dentibus prædantur: alia vnguibus, alia roſtri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excauant.

Acumen ſaporis. Plin. lib. 14. cap. 20. Et ſaporis quædam acumina.

¶ Acumen, pro aſtu, vafricia, calliditate. Horat. lib. 1. Epiſt. 18. 11. Meretricis acumen.

Argutum iudicis acumen, id eſt, ingenium ſubtile. Horat. de Arte poetica 74.

Leue mentis acumen diſcurrit. Claud. de Rap. Proſer. 2. 40.

Acumen Stertinij delirat: Id eſt, Stertinius homo acutus. Horatius. lib. 1. Epiſt. 12. 4.

Admouere acumen chartis græcis: Id eſt, ingenium ad libros Græcorum. Horat lib. 2. Epiſt. 1. 33.

A C V M I N A T V S.] Qui acumen habet, & telum acuminatum. Plin lib. 11. cap. 2. 2. Et lib. 18. cap. 35.

A C V P E D I V S.] dicebatur cui præcipuum erat in currendo acumen pedum Feſtus.

A C V S.] huius acus, Eſt (inquit Feſtus) qua ſarcinatrix, vel etiam ornatrix, vtitur. Valla lib. 1. Acus dicitur, qua veſtes ſarciuntur.

Acus, pro ea, qua ornatrix vtitur ad diſcernendos capillos. Iuuenal. Saty. 2. Ille ſupercilium, madida fuligine tinctum, Obliqua producit acu. Martial. lib. 14.

Videtur id eſſe, quod calamiſtrū ſiue diſcerniculū dicitur.

Acus ahenea. Ouid. 2. Faſt. 116.

Acus Aſſyria: Claudian. de Phœnice.

Acus Babylonis: Martial. lib. 14.

Acus crinalis. Apuleius lib 8.

Comere comas acu Quint lib. 2. cap. 5.

Traijcere acu. Cel. lib. 7. cap 7.

Acus emerita. Iuuenal. Saty. 6. Id eſt, ab officio coſmetæ & ornatricis, quæ crines acu cōcinnat. Nam qui Iuuenalem de ſarcinatrice ſenſiſſe ſuſpicantur, à Muſis & Gratijs abſunt. Parrhaſius in Claud. Idalia: ab Idalio Cypri oppido. Claudianus lib. 2. de raptu Proſerp. Mæonia: Id eſt Lydia. Nam Lydi lanificio & telarum vſu maximè claruerunt. Seneca: Nec Mæonia diſtinguit acu. Niloris: Id eſt, Aegyptia. vel ob præcipuam Aegyptij lini bonitatem: vel quod Aegyptij multis licijs polymitas veſtes texere docuerint. Lucanus lib. 10. 26. obliqua. Iuuenalis Satyr. 2. Semiramia: Id eſt. Babylonia. Nam Babylonij primi omnium diuerſos colores intexuerunt. Martial. lib. 8. Tenuis. Ouid Epiſt. 4. 119.

Acu pingere. Ouid. 6. Metamorph. 5.

Siue leui teretem verſabat pollice fuſum,
Seu pingebat acu. ſcires à Pallade doctam. Virgil lib. 11. Aeneid. 155. Pictus acu tunicas Seruius: Id eſt, habebat veſtem Phrygionis arte perfectam.

Rem acu tetigiſti apud Plautum in Rudente: Id eſt, rem ipſam diuinaſti, nihil aberrans. Perinde quaſi dicas, Infimum punctum attigiſti. Nam minutiſſima puncta denotantur acu.

Acum inueniſſes. Apud Plautum in Menæch. 27.

---Si acum credo quæreres, acum inueniſſes. Prouerbialis hyperbole, de re diligenter veſtigata.

A C V S.] aci, mug. Piſcis genus, de quo Mart. lib. 20. 37. Et

ſatius tenues ducere credis acos. Plin. lib 9. cap 51. Acus, ſiue Belone, vnus piſcium, dehiſcente propter multitudinem vtero, parit. Hic ab eodem Plinio, lib. 32. cap. 11. aculeatus piſcis, Belone dicitur.

ACVS.] aceris, n. g. purgamentum tritici. Varro de re Ruſt. lib. 3. Acus, ſubſternendum gallinis parturientibus, in area excutitur. Idem lib. 1. ca. 52. Cato de re Ruſt. cap. 54. Acus fabaginum.

Acus, etiam in fœminino genere, pro eodem ponitur. Feſtus: Paleæ etiam quædam de frumento, acus dicuntur. Colum. lib. 2. cap. 10. Duriſſimæ quidem acus reſectæ, ſeparatæq; erunt à cudentibus.

ACEROSVS.] Acroſus panis, id eſt, non ſine paleis. Feſtus. Aceroſum panem, farre minùs purgato, ac ſordibus à candido ſeparato, dicendum, veteres putauerunt. Nonius.

ACERATVS.] Aceratum lutum, cum paleis miſtum. Feſtus.

A D

AD.] præpoſitio, cuius proprius eſt vſus, cùm motus aliquò ſignificatur. Et propriè (teſte Priſciano lib. 14.) ſignificat proximitatem.

¶ Ad, ſine motu frequenter etiam, idq; manente prima illa & propria ſignificatione. Virg. 1. Aeneid.

----Veterisq; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.

¶ Ad, cum ſuo accuſatiuo, interim pro datiuo ponitur. Plaut. Cap. 19. 23. Ad carnificem te dabo, pro, dabo te carnifici. Varr. de re Ruſt. lib. 1. cap 40. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Ibidem, cap. 38. Quod non ſolùm ad agrum vtile, ſed etiam ad cibum. Terent. Phor. Ad ditem datur ea in ſeruitutem. Pro, diuiti datur. Virg. 12. Aeneid. 75. Obiecit ſeſe ad currum. Vbi Seruius, Ad currum, pro, currui ſe obiecit.

¶ Ad Dianæ, Ad Veneris, & ſimilia, modus eſt loquendi eclipticôs: in quo ſubauditur accuſatiuus (templum, vel ædem.) Hoc autem fit Attico more, teſte Priſciano. Terent. Adelph. 4. 2. 44. Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram.

¶ Ad, pro eo, quod Italicè dicitur à, aut verſo. Terent. Phorm. 5. 1. 13. Ad me reſpice Idem And. 2. 5. 6. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum.

¶ Ad, *pro In, ablatiui caſus, ferè indifferenter ponitur.* Plaut. Merc. 6. 56. Mihi quoq; etiam eſt ad portum negotium. Cæſar. 5. bel. Gal. 198. Totâ hyeme ipſe ad exercitū manere decreuit.

¶ Ad, *pro Apud, cum accuſatiuo ſignificante locum.* Liu. Dum hæc ad Veios geruntur. Virg. 6. Aeneid. Hi multum fleti ad ſuperos.

Ad *uem pro Apud, cum perſonæ accuſatiuo.* Plaut. Caſi. 4. 17.

----Nam ius viri ſuum
Ad mulieres haud obtinere queunt.

¶ Ad, *cum verbo motus & accuſatiuo perſonæ, pro loco.* Plaut. Epidico 8. 44. Abeamus intrò hinc ad me. Terent. Eunuch. 3. 6. 63. Eamus ad me.

Ad me domum, & ſimilia. Plaut. Merc. 10. 12. Huc intrò ad me viſam domum Terent. Adelph. 4. 4. 19. Ad me abducta eſt domum: pro, domum meam.

¶ Ad, *Circa.* Varr. de re Ruſt. Nam refert in agro, ad quam partem cœli quiſque locus ſpectet: ſicut ad quod tempus quæq; res facilimè creſcat. In quo exemplo, priore loco (Ad) pro verſus: poſteriore, pro Circa accipitur.

¶ Ad, *pro ablatiuo Præ, comparationem ſignificat.* Terent. Eunuch. 2. 3. 69. Eſt ne, vt fertur, forma? P. Sane Ch. At nihil ad noſtram hanc.

¶ Ad, *pro Contra.* Virg. 2. Aeneid.

----Clypeosq; ad tela ſiniſtris
Protecti obijciunt. Idem 4. Aeneid.
Claſſemue ad Pergama miſi.
Autores Seruius & Priſcianus.

¶ Ad, *propter.* Propertius:

Panditur ad nullas ianua nigra preces. Liu. 1. ab Vrbe. 27. Inde quum actæ boues quædam ad deſiderium (vt fit) relictarum mugiſſent. Hoc eſt, Præ deſiderio, ſiue propter deſiderium.

¶ Ad, *Pro.* Plaut. Aulul. 12. 14. Venimus coctum ad nuptias: Id eſt nuptiarum cauſa. Terentius Heaut. 4. 5. 29. Argentum dabitur ei ad nuptias.

¶ Ad, *Ante, vel Coram.* Virgil. 4. Aeneidos:

----Cunctantem ad limina, primi
Pœnorum exſpectant.---- Vbi Seruius: Ad, ante, vel apud. Sueto. Ad pedes ſtare paſſus.

¶ Ad, *Præter.* Ad paupertatem acceſſit infamia. Plaut. Perſa. 19. 20. Terent. And. 1. 3. 10. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam.

¶ Ad, *pro Secundum, ſimilitudinem ſignificat.* Plaut. Trin. 13. 74. Quod ad exemplum eſt. Terent. Hecyra. 1. 2. 88. Ad hoc exemplum, ambarum mores earum exiſtimans. Sic, Ad hunc modum vti, & ad eum modum. Plaut. Aulul. 4. 3. & Menæch. 5. 29.

Ad portionem virium. Plin. lib. 24. cap. 8. 3.

Ad præſcriptum omnia agere. Cæſar. 3. bel. Ciuil. 202.

Ad naturam viuere. Seneca id eſt, ſecundùm naturam.

Ad rationem loci & temporis. Plin. epiſt. 62. a.

¶ Ad *Circiter.* Plaut. Trinum. 4. 84. Numorum Philippūm ad tria milia. Mart lib. 10. Terent. Heaut. 1. 1. 93. Quaſi talenta ad quindecim coegi.

¶ Ad *pro Verſus.* Virg. 1. Aeneid. Ingemit, & duplices tendēs ad ſidera palmas. Pro, cœlum verſus. Idem 2. Aeneid. Ad cœlum tendens ardentia lumina.

Ad ſe verſum. Salluſt. in Iugur. Deinde conuerſo equo, animaduertit fugam ad ſe verſum fieri. Ibidem aliquantò pòſt: Vaccenſes vbi animaduertere ad ſe verſum exercitum pergere.

¶ Ad, *Vſque ad, vel Vſque in* Cæſar. 4. bel. Gal. 550. Ad horam nonam in anchoris exſpectauit.

Ad lucem pugnare. Liuius 3. ab Vrbe. 120.

Ad multum diei. Liu. 3. bel. Pun. 73.

Ad ſolis occaſum Plaut. Menæch 22. 32.

Ad meridiem. Plaut. Moſtel. 8. 57.

Ad rauim poſcamus prius, quàm quicquam detur. Plautus Aulul. 10. 10.

Ad centena numero. Plin. lib. 9. cap. 10. 3. Pariunt oua, auiū ouis ſimilia, ad centena numero.

Ad cinerem ambuſtus: Hoc eſt, ita ambuſtus, vt in cinerem redigatur. Plin. lib. 10. cap. 33.

Ad exactam ætatem: Ad vltimam ætatem. Feſt. Pompeius.

Ad id locorum, id eſt, Adhuc, vel Vſque ad id tempus. Liuius 5. Decad. lib. 3. Nec ſe ad id locorum ſcire, propter quam cauſam Conſuli pro hoſtibus fuerint. Salluſt. in Iugurtha, de Mario loquens: Tamen is ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione præceps datus eſt) Conſulatū appetere nō audebat. *Et non multo pòſt:* Neq; poſt id locorum Iugurthæ dies aut nox vlla quieta fuit: Id eſt, poſt id tempus.

¶ Ad, *ſæpenumerò vſum quendam rei ſignificat.* Plin. lib. 20. ca. 3. Hoc ad albicandā cutem in facie, totoq; corpore vtuntur.

¶ *Huius præpoſitionis vſus frequens eſt cum gerundij verbū in Dum: & modò cum motu;* vt, Iuit ad lauandum: Modò ſine motu, vt Terent Ad. 1. 1. 101. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. Terent. Phorm. 5. 3. 35. Non ſatis tutus eſt ad narrandum his locus.

Ad viuendum firmus. Plin. lib. 16. cap. vlt. Firmiſſimæ ergo ad viuendum oleæ: vt quas durare annis ducentis inter authores conueniat.

¶ Ad agnatos & gentiles deducendus, id eſt, mente captus. Varro de re Ruſt lib. 1. cap. 2. Qui ſalubrem locum negligit, mēte captus eſt, atq; ad agnatos & gētiles deducēdus.

Ad aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 10. Illi autem ijdem cùm interrogantur, cur Aper, apri, & Pater, patris faciat, illud nomen poſitum, hoc ad aliquid eſſe contendunt.

Ad præcipuam altitudinem exeunt vites Cypriæ. Plin. lib. 14. cap. 1. Hoc eſt, in magnam altitudinem creſcunt.

Ad aſſem impendium reddere. Plin. epiſt. 15.

Ad bonitatem proficere. Plin. lib. 33. cap. 3. de auro: Quinimò quò ſæpiùs arſit, proficit ad bonitatem: Id eſt, fit melius ac purius.

Ad cibos auiditas. Plin. lib. 20. cap. 16. Concoctionem mirè adiuuat, & ad cibos auiditatem.

Ad cibum purus. Plin lib. 29 cap. 4.

Ad currum leones iungere vel equos. Plin lib. 8. cap. 16.

Ad cyathos ſtare, dicuntur pincernæ regibus, quibus cyathiſſant, hoc eſt, cyatho vina miniſtrant. Suet. in Cæſa. Sed Cn. Memmius etiam ad cyathum & vinū Nicomedi ſtetiſſe obiecit.

Ad dextra, Ad læua. Plin. lib. 16. cap. 36. Latera arundini calamoq; in rotunditatem bina, ſuper nodos alterno ſemper inguine, vt alterum ad dextra fiat, alterum ſuperiore geniculo ad læua, per vices.

Ad dexteram, ſub manum. Terent. Heaut. 4. 4. 10. Proximā eſſe huic fundo ad dexteram?

Ad ſiniſtram. Terent. Adelph. 4. 2. 44. Ad ſiniſtram hac recta platea.

Ad læuam. Plaut. Mil. 18. 1. Vbi is eſt? M. Ad læuam.

Ad læuam manum. Plaut. Menæch. 12. 31.

Ad diem, ſimpliciter veteres dicebant, pro eo quod integrè dicetur, ad conſtitutam diem, vel ad dictam diem.

Ad digitos venire. Plin. lib. 2. cap. 23. Vt protinus mundi quoque ipſius menſura veniat ad digitos: Id eſt, ſupputetur.

Ad vltimum nonnunquam duæ ſunt orationis partes, hoc eſt, præpoſitio & nomen abſolutum: pro, vſque ad extremum, vſque ad vltimum: id eſt, ad finem vſque. Liuius 2. ab Vrbe. 24. Patres ad vltimum dimicationis rati rem vēturam: id eſt, ad vltimam & periculoſiſſimam dimicationem. Idem 8. belli Maced. 107.

Ad extre-

Ad extremum, id eſt, in extrema parte. Liu. 3. Decad. lib. 1. Miſſile telum haſtili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum exſtabat.

Ad poſtremum. Plau. Aulul. 15. 54. Ibi ad poſtremum ſedit miles.

Ad fidem affirmare, id eſt, fideliter & verè. Liu. 1. Decad. lib. 3. Difficile ad fidem eſt, in tam antiqua re, quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero.

Ad gallinas: nomen loci. Plin. lib. 15. cap. vltimo.

Ad gratiam eſſe, dicitur res aliqua. Liuius 4. Decad. lib. 5. In Quintio noua & recentia omnia ad gratiam erãt: Hoc eſt, faciebant, vt Quintius gratior eſſet populo Rom.

Adhoc, & Adhæc, nonnulli dicunt eſſe ordinis aduerbia: alij pro coniunctionibus accipiunt. & ab alijs coniunctim, ab alijs ſeparatim ſcribuntur, ſic autem dicuntur, quaſi Præter hoc, Præter hæc. Valla lib. 2. (Hoc) compoſitum cum præpoſitione (Ad) ſignificat Præterea. vt apud Salluſt. Cognoueram paruis copijs bella geſta cum opulentis regibus. ad hoc ſæpe fortunæ violentiam toleraſſe: facundia Græcos, ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe.

Ad teli iactum peruenire: Id eſt, ad eum locum, vnde tela in hoſtes iaci poſſint. Quint. Curtius libro 3. Paulò ante dixerat: Iam in cõſpectu, ſed extra teli iactum vtraq; acies erat.

Ad id, pro, Ad illud tempus, Vſque eò. Liuius: Quum ad id dubios ſeruaſſent animos.

Ad infinitum, pro, Vſque ad infinitum, id eſt, infinitè. Plin. libro 20. cap. 21. Idem libro 34. cap. 7. Sed hæc ad infinitum effloruit multorum voluminum opere, ſi quis plura perſequi velit: omnia enim quis poſſit?

Ad irritum cadit ſpes. Liuius 1. Decad. lib. 2.

Ad libita. Tacitus libro 12. Atripi coniuges ad libita Cæſarum.

Ad limina cuſtos. Virg lib. 9. Aeneid. Id eſt, ædituus, Seruio interprete.

Ad liquidum explorata veritas. Liu. 4. Decad. 5.

Ad literam. Quintil. lib. 9 Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad literam ſubieci. Pro quo vulgò dicunt, In forma. Eraſmus.

Ad manum eſſe, eſt aliquid ita in promtu eſſe, vt quaſi manu teneatur. Liu. ab Vrbe: Adde, quòd Romanis ad manum domi ſupplementum eſſet.

Ad manum venire. Liu. 8. bel. Maced. 91.

Ad morem actionum aliquid perſequi. Quintil. libro 4. cap. 1.

Ad manum, legimus relatum ad viſum, pro Cominus, ſiue Ex propinquo. Vitruuius: alia enim ad manum ſpecies eſſe videtur, alia in excelſo. Plinius libro 31. cap 10. vbi de Apelle: Vnum imitari nemo potuit, quod, abſoluta opera atramento illiniebat ita tenui, vt id ipſum repercuſſu claritates oculorum excitaret, cuſtodiretque à puluere & ſordibus: ad manum intuenti demum appareret.

Ad matrem pendent pyra. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ad naſum venire. Plin. lib. 15. cap. 28. Vinum dulce ſinè odore, tenue odoratius: multoq; celeriùs talia ad naſum veniunt, quàm pinguia: Hoc eſt, nares feriunt.

Ad omnia alia, pro, In omnibus alijs. Terentius Adel. 5. 3. 46. Ad omnia alia ætate ſapimus rectius.

Ad pedes deſilire, eſt, de equo deſcendere. Cæſar in Comment.

Ad pedes, idem quod A pedibus, ſiue Seruus à pedibus Martia. Lagenam ad pedes replet.

Ad pilum vlcera reducere. Plin lib. 22. cap. 22. Iumentorum quoque vlcera ac ſcabiem, radix illita, aut decoctæ ſucus, ad pilum reducit.

Ad plenum: Hoc eſt, Perfectè. Aſconius in diuinat. Ciceronis.

Ad pyrum, nomen regionis in qua habitabat Martialis. Frequenter enim arbores nomina regionibus dabant. vt, Ad pinum, quod eſt apud Senecam: ad malum Punicum, quod eſt apud Tranquillum. Sipont. & Domit. Calder. Martialis libro 1. ad finem: Ad Lupercum.

Ad planum reducere cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ad polituram farcire. Plin. lib. 11. cap. 24.

Ad portionem: Id eſt portione, ſeu proportione. Plin. lib. 16. cap 41. & alibi ſæpe.

Ad Præſens, ſignificat In præſentia: & dicitur nunc de tempore præterito, nunc de præſenti, ſed hoc rarius. Plin. lib. 8. cap. 22. Vocemq; homini, quem priores contemplantur, adimere ad præſens. Quaſi dicat, non in perpetuum, ſed duntaxat ac illud præſens tempus. Loquitur de lupis. Plinius libro 9. cap. 8. At illos excipiunt delphini, & occidiſſe ad præſens contenti, cibos in victoriam differunt.

Ad præſens, pro Tùm, de præterito. Tacit. libro 13. Plautus ad præſens ſilentio tranſmiſſus eſt. Idem. lib. 16.

Ad remum dare aliquem. Tranquillus in Auguſto. cap. 16. Viginti ſeruorum millibus manumiſſis, & ad remum datis.

Ad Seras aliquid petere. Hoc eſt, Ex Serum regione. Plinius libr 12. in procemio. Libro 5. cap. 1. Zilis regum ditioni exempta, & iura in Bæticam petere iuſſa.

Ad tempus, ad ſpatium temporis. Quintil. lib. 10. cap. 4. Optimum emendandi genus, ſi ſcripta in aliquod tempus reponantur. Valla lib. 4.

Ad terga recipere. Plin lib. 10. cap. 23. de anſeribus & oloribus: Colla imponunt præcedentibus, feſſos duces ad terga recipiunt.

Ad terram dare, id eſt, abijcere. Tranquillus in Auguſto, cap 96. Aquila duos coruos hinc & inde infeſtantes afflixit, & ad terram dedit.

Ad tertias decoquere, & ſimiles locutiones. Plinius libro 20. cap. 5. Aqua mulſa in ea decoquitur ad dimidias: Id eſt, vt ſuperſit tantùm pars dimidia. Idem cap. 4. Ad tertias decocto eorum potu cum vino, enterocelis proſunt.

Ad verbum: quod nonnulli, de verbo ad verbum, dicunt. Sueto. de claris Rhet. Ex quibus nõ alienum fuerit vnam & alteram, exempli cauſa, ad verbum referre. Sueton. in Auguſto: Exempla ad verbum excerpta. Plin. lib. 18. cap. 7. 16. Ad verbum tranſlata ſententia.

Ad vetuſtatem fidelis Plin. lib. 13 cap. 6. de terebintho: Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetuſtatem.

Ad vinum tranſire. Plin. lib. 20. cap. 5. Eſſe tamen vtile conualeſcentibus ad vinum tranſeuntibus.

Ad viuum reſecare. Colum. lib. 6. cap. 12. 2. Si ſanguis in inferiore parte vngulæ eſt, extrema pars ipſius vnguis ad viuum reſecat, & ita emittitur.

Ad vltimum, pro, Ad finem vſque. Liu. 5. Decad. libro 5. Pietatem, conſtantiamque laudaturos, ſi fidem ad vltimum fratri præſtitiſſent.

Ad vnguem, id eſt, exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. Col. lib. 11. cap. 2. 9. Ab vno fabro dolari ad vnguem per quadra debet. Horat.

Cocceius ad vnguem Factus homo. Idem in Arte:---
Carmen ad vnguem caſtigare.

Ad vnum: Nullo excepto, ait Seruius. Plin. de viris. Illuſt. 14. Virgil 5. Aeneid. Iuppiter omnipotens, ſi non exoſus ad vnum Troianos.

Ad votum, & ex ſententia, eodem ferè ſignificationis veniunt. Quintil. Et ad omne votum fluente fortuna laſciuit otium. Valla lib. 5. cap. 70.

¶ *Interdum ſubauditur aliquid vnde pendeat ipſum Ad cum ſuo accuſatiuo.* Terent. And. 3. 2. 1.

Quæ aſſolent, quæq; oportet.
Signa ad ſalutem eſſe. Vbi Donatus, Deeſt, inquit (hærentia) aut (pertinentia.) Sic in Heaut. 1. 2. 33. Atque hæc ſunt ad virtutem omnia. Ergo abſolute dixit, vt deſit aliquid tale. Vnde & nos dicimus: Quid ad rem? &, Quid ad me? Hæc Donatus. Ex cuius ſententia ſatis apparet, neque (eſſe) in priore exemplo, neque (ſunt) in poſteriore, legi debere.

¶ Ad, *interdum poſtponitur accuſatiuo* Tacit. libro 12. ſed ferè inter adiectiuum & ſubſtantiuum.

¶ *Sunt & alia ſignificata: ſed quæ facilius ex ipſis intelligentur exemplis: quàm interpretatione per alia verba. vt in illo Horatij:*

Ad ſtrepitum citharæ ceſſantum ducere curam: id eſt, audito ſtrepitu. Ouid. Ad tua verba reuixi. Virg. 1. Eclog. Canet frondator ad auras. Ad eum nuntium, pro audito eo nuntio. Liu. 2. ab Vrbe.

ADÆQVE.] idem quod Aequè. Plaut. Caſina: Nunquam ecaſtor vllo die riſi adæquè. Liu. 1. Decad. lib. 4.

ADÆQVO.] Idem propriè quod Aequo, hoc eſt complano. Liu 1. ab Vrbe 129. Romanus paſſim publica priuatáque omnia tecta adæquat ſolo. Cæſ. r. 5. bell. Gall 33. Qui vectorijs, grauibusq; nauigijs, non intermiſſo nauigandi labore, longarum nauium curſum adæquauerunt: id eſt, currendi celeritate pares illis fuerunt. Idem 2. bel. Gall. 34. 4.

Adæquare aliquem ſibi. Tacit. lib. 12.

ADÆRO.] Budæus: Adærare, eſt ære æſtimare: & à ære deductum eſt. In Lege Annonas, de erog milit. annonæ. lib. 12. Septem diebus, per quos tribuni præto. emol. gratiâ. ſolen. ſtellaturæ nomine ſpecies conſequuntur, ſpecies reſiſtentes non aliter adærentur, niſi vt in foro rerum venalium diſtrahuntur. Senſus eſt: Species, quæ militibus ſtellaturæ cauſa penduntur à prouincialibus, ſi pecunia permutentur, æſtimari tanti debere, quantum eſt fori precium. Species autem reſiſtentes intelligo, reſtantes, quæ reliquamenti cauſa debentur: id eſt, quæ ex præterito debentur.

ADÆSTVO.] Valde æſtuo. Stat. lib. 5. Thebaid. 104.
----Squammisq; Inciſus adæſtuat amnis.

ADAGGERO. ] Accumulo. Cato de re Ruſt. cap.94. Quum ver appetit, terram adaggerato bene. Columel lib.5.cap. 11.5 Plin.lib 36.cap.12.6.

ADAGIVM.] apud antiquos, Adagio:ſignificat prouerbium. Varro lib. 6. de lingua Latina: apud Valerium Soranum vetus adagio eſt. Feſtus: Adagia, ad agendum apta. Donatus in Eunuchum: Et dicta, & prouerbia, & adagiones, quòd rem agant, facetis hominibus adſcribuntur. Plaut. Amphi. 15.40.

—Vetus eſt adagium: Fames & mora
Bilem in naſum conijciunt.

ADALLIGO.] Idem quod Alligo: Hoc eſt, ad aliquid ligo. Plin. lib. 27. cap. 10.6. Quos pyxide conditos adalligari, cum pane, brachio. Idem lib. 20. cap. 21.5. Quin & ſemen tritum adalligant brachio.

ADALLIGATVS. Plin. lib.17 cap.23.13. Adalligato protenduntur in viduam arborem vnco.

ADAMAS ] Eſt lapis duriſſimus: ab α particula priuatiua, & verbo δαμάζω, id eſt, domo: quaſi indomitus. Virgilius 6. Aeneid.

----Solidoq; adamante columnæ,
Vis vt nulla virûm, non ipſi excindere ferro
Cælicolæ valeant. Plin. lib. 37. cap.4. Genera adamantis ſex noſcuntur: Vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. *Item paulo pòſt:* Siquidem illa inuicta vis duarum violentiſſimæ naturæ rerum, ferri ignisque contemptrix, hircino rumpitur ſanguine: nec aliter, quàm recenti, calidoq; macerata.

Adamas, ſpecies eſt ferri, vt nonnulli Heſiodi aſtruunt interpretes. Eo perpoliuntur gemmæ. Eſt & lapis, inſita denſitate ignibus ac ferro inuictus: quamuis plumbo & leonis atque hirci ſanguine molliatur. Cælius Antiq. lec. lib.10.cap.50.

Infragilis adamas. Plin. lib.20. in procœmio.

Durus adamas. Ouid. Amorum lib 3. eleg 6.12.

Adamas non exoratus. Propter. lib. 4.12.1.

Inuictus adamus. Ouid. lib.4. De Ponto.12.7.

Perennis adamas. Ouid.15 Metamorph. 165.

Textus adamas. Senec. in Hercul. fur. 9 39. Id eſt, adamantina catena.

Adamanta mouere lachrymis. Ouid. de Arte aman. lib.1. 133.

Adamanta ſuperare duritie. Ouid epiſt.2.28.

Ex adamante ſecuris facta. Ouid.3 Faſt 161.

¶ Adamantæus: Quod ex adamante factum eſt, vel quod duriſſimum eſt Ouid.7. Metamor.21.

¶ Adamantinus, proprie dicitur, quod eſt ex adamante factum, vel ad adamantem pertinet: vt Adamantina duritia. Plin. lib. 37. cap 11. per metaphoram, quicquid duriſſimum, aut inuictum atque inexpugnabile indicare volumus.

Adamantini claui. Horat. 3. Carmin.24 1.

Iuga adamantina. Proper. lib. 3. eleg.11.2.

Saxa adamantina. Lucretius. lib.2.90.

Tunica adamantina. Horat.1. Carm.6.3.

ADAMO.] Vehementer amo, & quaſi cupio. Ouid. Triſt. lib. 3. eleg.4.

Adamare, amatoriè amare, vt ait Valla. Quintil. in Infami in matrem. Me quidem, marite, ſi quis interroget, omnes matres liberos ſuos tanquam adamauerint, amant.

ADAPERIO ] Ex ad & aperio, ex pario compoſitum: ſignificat idem quod aperio ſiue patefacio. Liuius 5. bel. Pun. 172. Qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ, Plin. lib.2. cap.47. 14. Vnde nubes diſcuſſæ adaperuere cælum.

Adaperire, Reſoluere. Plin. lib.32. cap.95. Horum ius traditur aluum & veſicas exinanire, interanea diſtringere, omnia adaperire.

Adapertæ vites. Colum. lib.5. cap.5. Adapertas vites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere conuenit.

¶ Adapertilis: Qui eſt apertus, vel apertu facilis. Ouid. de Triſt. lib.3. eleg.11.9 Aſpicis à dextra latus hoc adapertile tauri.

ADAQVO.] Suet. in Galba. cap.7. Vt ad lacum, vbi adaquari ſolebat, duceretur.

Adaquare, pro Irrigare. Plin. lib.17. cap. 10.6. Denis diebus adaquari. De arborum ſatione loquitur.

ADAREO.] Verbum rariſſime lectum, idem quod Areo, ſiue Exareo Cato de re Ruſt. cap.98. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea vnguito fundum arcæ, & extrinſecus pedes & angulos: Vbi ea adaruerit, veſtimenta condito.

ADASSO.] ſcripſere veteres, pro Adigo. Plaut. Vtinam diui adaſſint ad ſuſpendium. Feſtus legit, adaxint.

ADAVGEO.] idem quod ſimplex Augeo. Terent. Heaut.3. 1.26.



¶ Adaucto. frequentatiuum, Idem quod Augeo. Accius Aeneadis: Quibus rem ſummã & patriam noſtrã quondam adauctauit pater. Ex Nonio.

¶ Adaugeſco: Augeo, Creſco. Lucretius libro 2 60.

Nam neq; adaugeſcit quicquam, nec deperit inde.

¶ Adauctus, huius adauctus. Lucret. li 2. 225. Nam quæcunque vides hilari grandeſcere adauctu: id eſt, incremento.

ADBIBO.] Verbum rarius, idem quod ſimplex bibo. Terent. Heaut. 2.1.8. Is mihi vbi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora.

Adbibere, interdum ſignificat multum bibere. Plaut. Sticho.6.58. Euge, quando adbibero, alludiabo.

Adbibere, pro Imbibere, per metaphoram. Horat.1. epiſto. 2.14.

---Nunc adbibe puro    Pectore verba puer.

ADCENSI.] pro Accenſi, veteres ſcribebant, quaſi ad cenſum adiecti. Vide Accenſi.

ADCORPORO.] Solinus. cap.50. Et carinis ita tenaciter adcorporatur, vt, niſi abraſa parte ligni, ægrè ſeparetur.

ADCREDO.] Lucretius lib.3.176. --- Tum motus materiæ Multimodi quàm ſint, facile hoc adcredere poſſis: id eſt, credere.

ADCRESCO.] Horatius in Arte poetica 52.

Syllaba longa breui ſubiecta, vocatur Iambus;
Pes citus, vnde etiam trimetris adcreſcere iuſſit
Nomen Iambis:    Id eſt, addi, vel dari.

ADDAX.] Quem Addacem Africa appellat, Græci à contortis cornibus indidere nomen. Plinius lib.11. cap 37.

ADDECET.] poeticum eſt verbum, idem quod Decet. Plaut. Amph.12.21. Eius ſtudio ſeruire addecet. Idem Caſina.15.23.

ADDENSEO.] ex Ad, & Denſeo teſte Seruio: Denſum facio, Stipo, ſiue conſtipo. Virg.10. Aeneid. 18. Extremi addenſent acies. Verbum rariſſimum.

¶ Addenſo: Idem quod addẽſeo: pro Spiſſo, id eſt, ſpiſſum facio. Plin. lib.20. cap.21.8. Mirum, aquam, radice ea addita, addenſari ſub dio, atque lacteſcere.

ADDICO.] Eſt licitanti rem auferendam permitto. Suet in Cæſare. Bello ciuili ſemper alias donationes, ampliſſima prædia, minimo addixit. Quo in loco (numo) rectè quidam legunt.

Addicere ſuos amores. Ouid.1. Metamorph 124.

Addicere bona in publicum, Publicare. Cæſ.2. bel. ciuil.73.

Addicere, in augurali diſciplina, aues dicuntur, id eſt, approbare facienda, Liuius 7 bel. Pun.97. Fabio auſpicanti prius, quam egrederetur ab Tarento, aues ſemel atque iterum non addixerunt. Idem 1. ab Vrbe: Neq; nouum conſtitui, niſi aues addixiſſent, poſſe.

Addicere quempiam pro debito. De hoc ſignificatu ſic ait Valla, lib.5. Addicti apud veteres dicebantur, qui prætoris pronunciatione ac iuſſu, cùm ſoluendo non eſſent, creditoribus in temporariam ſeruitutem addicebantur. Plaut. Pœnulo.3.58. ---- Vbi in ius venerit, Addicet prætor familiam totam tibi.

Addicere in ſeruitutem Liu.3. ab Vrbe.

Addicere aliquem ad iuſiurandum: velut adigere & cogere. Salluſt in Catil. Quum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui conſcios addiceret. Fortaſſe legendum, adigeret.

Addictum ſub ſua iura trahere. Proper. lib 3. eleg 11.1.

Addictus auibus & canibus id eſt, expoſitus, & velut damnatus atq; deuotus. Hor. Epiſt.17.3.

Luxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atq; canibus homicidam Hectorem.

Addictus, participium, ſiue nômen ex participio. Horat.1. epiſt.1.3. Nullius addictus iurare in verba magiſtri.

Addicte: Tacit. de moribus German. Trans Lygios Gothones regnantur, paulò iam addictiùs, quàm cæteræ Germanorum gentes: nondum tamen ſupra libertatem.

ADDISCO.] ſimpliciter pro Diſco. Plinius libro 8 cap 30. Nomenq; alicuius addiſcere, quem euocatum foras laceret.

Addiſcere aliquid noui. Ouid. lib.2 Amorum, eleg.5 12.

Addiſcere tubas, id eſt cantum tubarum. Stat 3. Sylu.1.31

ADDIVINO.] Idem quod ſimplex, Diuino. Plinius lib.35. cap.10. 22. Vt Appion grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem (quos metopoſcopos vocant) ex ijs dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

ADDO.] Obſoletum verbum, pro Dare, vel Addere. Plaut. Trucul.19.17. Tuo arbitratu, quod iubebis, addabitur.

ADDO.] addere: id eſt, adijcere, adiungere, teſte Seruio. Et præter accuſatiuum, propriè datiuo iungitur. Virgilius 9. Aeneid. Et verbis hæc inſuper addit. Terent. Phorm 1.1. 8. Vt ſemper aliquid addant ditioribus.

Addere ad, vel in. Sic Plinius ſæpe. In his ponitur accuſatiuus

tiuus cum præpoſitione, pro datiuo.
Addere ex abundanti Quint lib 4.cap.5.
Addere in potu vnguentum. Plin lib.13.cap.3.4.
Addit hoc: id eſt, hoc dicit prætereа. Terent. Eun.1. 2.34.
Adde huc: modus connectendi ſententias: pro quo etiam dicitur, huc accedit quòd. & vtrumque loquendi genus ponitur velut pro aduerbio ordinis. Liuius 7.ab Vrbe.138. Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actus.
Adde quòd: eandem vim habet. Hor.lib 2.Ser.Saty.7.Ouid.
Adde quòd inſidiæ ſacris à vatibus abſunt.
Annos duos addiderat ad duo luſtra: id eſt, natus erat annos duodecim. Ouid.4.Faſt.141.
Aquam addere flammæ. Tibul.lib.2.eleg.4 9.
Ardorem addere mentibus. Virg.9.Aeneid.38.
Calcar addere alicui: ſtimulare & inſtigare. Horat. 2.epiſt. 1.44.
Cornua addere pauperi: id eſt, ſuperbiam, petulantiam, violentiam. Horat.3. Carm.21.4. Amphoram vini alloques. Simile eſt illud. Ouid.lib.1.de Arte amandi.48.
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit.
Proinde ait Feſtus, homines nimio vino truces fieri, & ideò Liberi patris ſimulachro cornua addi.
Aſtris aliquem addere: id eſt, in diuos referre, cœlo adſcribere. Ouid lib.4.de Ponto eleg.8.13.
Addere cognomen, pro, cognominare. Liuius 4. ab Vrbe. 110. Virgilius 1.Aeneid.
At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo. Additur.
Addere, vel ponere ad compendium. Plaut. Caſina. 11.4.
Addere cuſtodem vel comitem. pro, dare. Plaut. Milit.9.69. Virgil.9. Aeneid.47.
Tùm comitem Aſcanio pater addidit.
Addere dono, quaſi inſuper dare Plautus Epid.10.38.
Exemplis melioribus ſe addere: Hoc eſt, exempla meliora ſequi Claudian.4.Panegyr.12.
Facta pollicitis addere, id eſt, facere ſeu implere quod promiſeris. Ouid.lib.2.Amorum, eleg 16.10.
Addere fidem, pro, confirmare. Plin. epiſt. 248. Liuius 2.ab Vrbe.104.
Fidem pollicitam dictis addere. Ouid.3.Faſt.74.
Fiduciam addere alicui Tacitus lib. 17.
Fine addere alicui rei, pro, imponere. Claud.7. Panegy.102.
Fræna equis addere Virg.5. Aeneid.162.
Fuga ſe addidit horum mentibus. Vale. Flac Argon.6.36.
Addere gradum, pro, Accelerare gradum. Plin epiſt.106.d.
Laborem addere alicui rei. Tacit.lib.20.
Manus addere in vincula. Ouid.lib.1. Amorum.eleg.7.1.id eſt, conijcere.
Addere in ſpatia. Virgil.1. Georg. ad finem:
Vt quum carceribus ſeſe effudêre quadrigæ:
Id eſt, currendo plùs eorum curſus augetur. Seruius.
Addere naturam, pro, dare. Virg.4. Georg.
Nomen addere alicui. Claud.5. Panegyr.2.
Addere operam, pro, dare operam. Plaut. Pœn.14.48.
Partes illæſas addere vitiatis Ouid.2.Metamorph.82.
Pœnam addere. Ouid.3.Metamorph.1.
Scelus addere in ſcelus. Ouid.8. Metamorph.97.
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.
Spem & metum addere alicui. Tacit.lib.17.
Stimulos in prælia menti addere. Lucan.lib.1.34.
Addere vitium pudicitiæ dicitur is, qui alienam pudicitiam violat: quod etiam offerre vitium dicimus. Plaut Amph. 8.177.
Pudicitiæ huius vitium me hîc abſente eſt additum.
Vocabulum aliquod filio addere. Claud. in laudibus Serenæ reginę, epigram.22.22.
Virtutem addere. Salluſt. Compertum habeo, milites, verba virtutem non addere.
Addidit multum reipublicæ: Hoc eſt, remp. auxit, adiuuit. Salluſt. Iugurth.
¶ Additus: participium.
Addita ætate. quaſi aucta & adulta. Plin.lib.11.cap.48.2.
Additus, pro inimico. Virg 5. Aeneid.18.
----Nec Teucris addita Iuno
Vſquam abiet. Vbi Seruius, Addita, Inimica. Eſt autem verbum Lucilij & antiquorum: vt Plautus, additus Ioui Argus. Vide Macrobium lib.6.Satur.cap.4.
Additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus legatus. Tacitus lib.20.
Calor viæ additus eſt omnibus: hoc eſt, vehemens eundi voluntas. Valerius Flacc. Argonaut.1.55.
Addito vicies tanto aquæ. Plin.lib.14.cap.4.de vino Maroneo: Maroneum vities tanto addito aquæ miſcendum Homerus prodidit.
Addito tempore: quod vulgò dicunt, Succeſſu temporis. Tacitus libro 12.



Addito vt. Plin lib 15 cap.16. Similiter deligi & ex locis ſiccis, & ante perfectam maturitatem, addito vt luna infra terram ſit.
ADDOCEO.] Idem quod ſimplex Doceo, vel abundè ſeu vehementer doceo Horat.lib.1. epiſt. 5.4. Addocet artes. Sunt tamen qui legant, ac docet.
ADDORMISCO.] Opponitur verbo Expergiſci Suet in Claudio Cæſare, cap.8. Et quoties poſt cibum addormiſceret. In quibuſdam codicibus legitur, obdormiſceret.
ADDVBITO.] Horat.1.Serm.4.
----Et inutile factu
Nec'ne ſit, addubites?
Addubitare paululum de. Liuius 2.ab Vrbe. 18. De legatis paululùm addubitatum eſt.
ADDVCO.] ad locum vel perſonam duco. Et præter communem accuſatiuum. propriè conſtruitur cum altero accuſatiuo, & præpoſitione Ad vel In. Hic tamen accuſatiuus cum præpoſitione, nonnunquam ſupprimitur. Terent. Heaut. Adducimus tuam Bacchidem: Sub ad te.
Adducere alicui: id eſt, eius cauſa. Terent. Hecy 5.2.4. Puero nutricem adduxit.
Adducere alicui ante oculos. Terent. Heaut.5.4. 18. Idem Eunuch.4 1.9.
Adducere huc coràm. Terent. And.5.3 29.
Adducere ante oculos coràm. Terent. Eunuch 4 4.7.24.
Adducere à foro, ex Italia. Plaut. Milite.11.43. Cæſar: quod ex Italia adduxerat.
Adducere aliquem in noſtram ſententiam. Liuius 4. bel. Maced.219. Ibidem lib.6.48.
Adducere ſe in conſuetudinem. Cæſar.4. bell. Gall.467. In eam ſe conſuetudinem adduxerunt. Hoc eſt, ſe ipſos aſuefecerunt.
Adduci ad dubitationem. Plin.lib 2.cap 26.
Adduci in dubium. Liuius 4 bel. Pun.66.
Adducere in mentem: Metum alicui incutere. Liuius 3. Decad.lib. 10.
Adducere ad miſericordiam. Terent Heaut 5.2.41.
Adducere in neceſſitatem. Liuius 8 ab Vrbe 33.
Adducere in negligentiam. Hirtius de bello Afri. lib.5.268.
Adducere ad nequitiam: quod & Abducere dicitur. Plautus Bacchid.2.4.
Adducere rem aliquam ad vtilitatem. Varro 1. de re Ruſt. cap 20. 3. Conſuetudine creberrima ad vtilitatem adducito.
Adducere in ſtatum Liu.3. ab Vrbe. 151. Vnde ſeruitutem timendo, in eum ſtatum rempublicam adduxerant.
Adducere rem ad mucrones ac manus. Tacit. in vita Agricolæ.
Adducere in odium. Seneca de Benef.lib.2.cap.4.
Adducere febres Horat. lib.1.Epiſt 62.
Adduxere ſitim tempora. Virgil. Horat.4. Carm.12.3.
Adducere tædium alicuius rei. Plin.lib.30 cap.15.10.
Adducere vultum ad triſtitiam: Id eſt, contrahere. Seneca epiſt.58.
¶ Adducere, nonnunquam refertur ad ea, quæ intenduntur & remittuntur: vt ad arcum, & ea tela, quæ amentis loris, funibuſue intorquentur. cui contrarium eſt Remittere. Virgilius 5. Aeneid.
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu.
Adducere lorum, pro Aſtringere Liuius: Quum apparitor verecundia maieſtatis Poſthumium laxè vinciret: Quin tu, inquit, adducis lorum, vt iuſta fiat deditio? Budæus.
¶ Adducere, pro Contrahere. Ouid 3. Metamorph.80.
Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ,
Adducitq; cutem macies, & in aëra ſuccus
Corporis omnis abit, nox tantùm atq; oſſa ſuperſunt.
Virgil 3 Georg 95.
¶ Adduci, quandoq; declaratur per verbum Venire. Plin. lib.22 cap 25. Inter ea, quæ temerè manduntur, boletos meritò poſuerim, opimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem à coniuge Agrippina dato.
Adduci oratione Cæſar.1.bell. Gall.15.
¶ Adductus, participium.
Adducta vita in extremum. Tacit.lib 14.
Adducta res in faſtidium Plin.in præfat.ad Veſpaſ.
Adducto lacerto. Virg.9. Aeneid. His rebus adducti. Cæſar. 1.bell. Gall.
¶ Adductus pro Contractus. Plin. lib. 1. epiſt. 16. Preſſior tantùm, & circumſcriptior & adductior. De Pompeio Saturnino loquitur, qui in ſcribendo ſtudebat breuitati.
ADDVPLICO.] idem quod Duplico. Plaut. Pœnu. 7.61. Adduplicabit omne furtum: leno addicetur tibi.
ADEDO.] idem quod ſimplex Edo: vel Exedo, ſiue Conſumo. Virg.4 Georg 49.
----Nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio.

 ¶ Ade-

¶ Adeſus: participium ab Adedor: id eſt, conſumptus, ait. Nonius. Liuius 1. ab Vrbe. 30. Fortè ita euenit, vt Potitij ad tempus præſtò eſſent, iiſq; exta apponerentur: Pinarij extis adeſis ad cæteram venirent dapem.

Adeſum frumentum, Siſenna Hiſt. lib. 3. Iiſdem temporibus Aſernini, duplici foſſa valloq; circumdati, frumento adeſo, quod ex areis in oppidum portatum eſt. Feſtus.

Adeſa bona, pro abſumpta, metaphoricè. Tacitus lib. 17. Aut qui adeſis bonis per dedecus alebantur. Lucretius libro 5. 199.

—Corpore adeſo.

Lapides adeſos: id eſt, vi aquarum coroſos. Horatius 3. Carm. 29. 8.

Fortunæ omnes adeſæ. Tacit lib 13.

Adenes.] in ſe conuolutæ carnis durities, ſiue glandulæ: quæ quum induruerunt, chœrades, id eſt, ſcrophulæ vocatur, teſte Aegineta lib. 2. Sunt tumores in gutture, glandium inſtar. In homine, tonſillas; in ſue vero, glandulas dici, author eſt. Plin. lib. 11. cap. 27.

Adeo.] aduerbium quantitatis, vel potiùs intendendi. Feſtus: Adeò, quum ſecunda acuta effertur, idem eſt quod Vſq; eò: non quidem ſecundùm rationem: quia (ad) præpoſitio accuſatiuis accommodata eſt: ſed vetuſta quadã loquendi conſuetudine.

Adeò vt, ſeparatim in duobus membris. Terentius Andr. 1. 1. 92.

—Et vultu, Soſia,

Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprà: id eſt tam.

¶ Adeò, pro Eò. Terent. Heaut. 1. 1. 61.

Poſtremò, adeò res rediit.

¶ Adeò, *apud poetas, præſertim comicos, ſæpe eſt particula ornatiua, ſeu expletiua.* Terent. And. 4. 5. 20. Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. Virgil. 2. Aeneid. Iamq; adeò ſuper vnus eram. In his, & ſimilibus, Donatus & Seruius dicere ſolent, abundat (adeò) aut vacat. *In proſa quoque oratione ſic legitur: ſed rariùs.* Liu. 4. bel. Pun. 147. Sed ſurdæ adeò omnium aures concitatæ multitudinis erant, quòd non minore intus vi, quàm foris, portæ effringerentur. (Quòd) pro Quia hic accipiendum: ne quis putet eſſe pro Vt poſitum.

¶ Adeò, *pro Nedum.* Tacit. lib. 20. Fauore militum anxius, ac ſuperbia viri, ſuperiorum quoq; adeò æqualium impatientis.

¶ Adeò, pro etiam, citra auxeſin. Terent And. 5 6. 13.

—Facturum, quæ voles, ſcio eſſe omnia.

P. Memini, atque adeò longum eſt, nos illum exſpectare.

¶ Adeò, *pro Valde. ſiue Multùm,* Seruio interprete: quod Donatus ſatis durè, per (Nimis) declarare ſolet. Terent. Eunu. 1. 2. 124. Adoleſcentem adeò nobilem. Idem Adel. 1. 1. 15. Is adeò diſſimili ſtudio eſt Virg. 4. Aeneid. Nec me adeò fallit.

¶ Adeò, *videtur interdum pro Certè accipi.* Plaut. Epid. 4. 10. Neq; adeò iniuria. Terent. And. 2. 6. 9.

¶ Adeò ſi: Plinius lib. 26. cap. 10. 5. pro Tantùm ſi, vel Multò magis ſi.

¶ Adeò non vt, *pro Tantum abeſt* vt. Colum. lib. 2. Quum ſola hæc res adeò non infeſtetur herbis. vt ipſa herbas perimat. Plin. lib. 11. cap. 6. Conduntur à Vergiliarum occaſu, ſed latent vltra exortum: adeò non ad veris initium, vt dixere.

¶ Adeò, *per ſe poſitum in ſententia abſoluta.* Virgil 3. Georg.

Adeò à teneris conſueſcere multum eſt!

¶ Adeóne. Terent And. 4. 5. 18. Adeóne videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis?

¶ Adeò, *non ſequente Vt, ſed ſubaudito.* Virg. 1. Aeneid.

Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.

Sub. vt hæc ignoremus.

¶ Adeouſque, ſiue vna eſt dictio, ſiue duæ, idem eſt quod Vſq; adeò. Plaut. Aſin. 7. 62.

—Age age manſero

Tuo arbitratu, vel adeouſq; dum peris.

Adeo.] ex Ad, & verbo Eo, compoſitum.

Adire videtur interdum plus aliquid ſignificare, quàm Accedere. Terent. And. 3. 3. 3. Aliqui me adiêre, ex te auditum qui aiebant. Vbi Donatus: Adiêre, non acceſſerunt: quia aditus arduus, difficiliſq; eſt. Ergo Adiêre, quaſi importunè & interpellantes adierunt.

Adire aliquos cum cura. Tacit. lib. 17.

Adire aliquem legatione. Tacit. lib. 17.

Adire aliquem per epiſtolam. Plautus.

Adire aliquem ſcripto. Tacitus lib. 4.

Adire quempiam de re aliqua: id eſt, ob eam, propter eam. Terent. Hecy. 2. 2. 9. Adij te heri de filia.

Adire aliquem poſtulatum Plaut. Bacchid. 3. 38.

Adi huc. Plaut. Trucul. 11. 60.

Adire contrà: pro Obuiam ire. Plaut. Rud. 6. 18.

Adire ad aliquem: pro Ire, aut etiam Venire. Terent. And. 2. 1. 17. Quid tibi videtur? adeón' ad eum? Vbi Donatus: Adeóne ad eum, conſuetudine magis quàm ratione dicitur: vnum enim AD abundat.

Adire lingua ad aliquid. Sil. Ital. lib. 8. 52.

Adire ad pactionem. Plaut. Aulu. 7. 25.

Adire aliquem, pro Aggredi. Terent Phor. 1. 4. 53. Nunc prior adito tu. Vbi Donatus: Adito, quaſi ad prælium vt Virgil. 5. Aeneid. 75.

—Nec quiſquam ex agmine tanto

Audet adire virum—

Adire blandis verbis aliquem, pro Conuenire. Plaut. Pſeud. 7. 35.

¶ Adeo *prætereà variè accipitur, pro adiectis ſibi nominibus.*

Adire diſcrimen, pro Subire periculum. Plin. epiſt. 199.

Fortunam. Liuius 5. bell. Pun. 51.

Gaudia. Tibul. lib. 1. eleg. 5. 9.

Labores. Virg. 1. Aeneid. 3.

Periculum. Terent. And 4. 1. 53.

Ad periculum. Cæſar. 2. bel. Ciuil. 25.

Periculum memoriæ. Tranquillus in Auguſto.

Periculum ſitus: hoc eſt, ſitu corrumpi. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 2.

Præſtò. Tibul. lib. 1. Eleg. 5. 13.

Pauper erit præſtò tibi, præſtò pauper adibit.

Sidera fama. Virgil. 4 Aeneid. 65.

Vſque ad ſidera. Sil. Ital. lib 15. 101.

¶ Adeor, paſſiuum, ſed ferè in tertijs perſonis. Liuius 4. bel. Pun.

¶ Adito, frequentatiuum ab Adeo. Plaut. Cap. 11. 74. Si adites propiùs.

¶ Adiens, participium. Sil. Ital. lib. 10. 2.

¶ Aditurus, participium. Ouid. lib. 1 Amorum, eleg. 4. 1.

¶ Adeundus, participium. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 14.

¶ Aditus, participium à paſſiuo Adeor. Ouid. lib. 4. Faſt. 117.

¶ Aditus, verbale: ipſe adeundi actus. Virgilius 4. Aeneidos.

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

¶ Aditus: Via, ſeu ingreſſus ad aliquid perueniendi. Virg. 9. Aeneid 12 Aditumq; per auia quærit.

Aditus nidi. Plin. lib. 10. cap. 33. 4.

Aequus aditus. Tacit. lib. Annalium 2.

Aërius aditus: id eſt, iter per aëra. Ouid. 17. epiſt. 9.

Anguſtus aditus. Virgil. 4. Georg 7.

Cæcus aditus: id eſt, obſcurus, caliginoſus, tenebricoſus. Senec. in Hercul fur. 10. 1.

Flexus aditus: id eſt, obliqua via. Lucretius lib. 4. 68.

Lati aditus ducunt illuc. Virgil. 6. Aeneid. 9.

Promptus ad capeſſendos honores aditus. Tacit. Annal. 3.

Superbi regum aditus. Senec. in Hercul. fur. 3. 1.

Anguſtare aditum: hoc eſt, anguſtum facere. Claud. 5. Paneg. 21.

Carcere aditu. Ouid. 3. Metamorph. 46.

Ferre aliquò aditum. Catul. in epithalamio Iulij & Mallij. 9.

—Huc aditum ferat

Dux bonæ Veneris, boni

Coniugator amoris.

Aditus firmare. Tacit. lib. 17.

Difficiles aditus primos habet. Horat. 1. Serm. 9. 12.

Obſidere aditum. Ouid. 4. Metamorph. 98.

Occupare aditum. Virgil. 6. Aeneid. 127.

Pererrare aditus. Virgil. 5. Aeneid. 88.

Prohibere aditum. Ouid. 13. Metamorph. 14.

Quærere aditum. Virg. 1. Aeneid. 12.

Reperire ſibi aditum. Ouid. 14. Metamorph. 130.

Rumpere aditus. Virgil. 2. Aeneid. 99.

Tentare aditum. Virgil 4 Aeneid.

Inaceſſus aditus rumpere Sil. Ital. lib. 3. 104.

Virtutis aditus, id eſt, ad virtutem. Stat. lib. 2. Achil. 76.

Dare aditum oculis. Ouid. 15. epiſt. 50.

Dant aditum conuiuia Ouid. 1. de Arte amandi 46.

Molles aditus viri: id eſt, faciles ad virum acceſſus. Virg. 4. Aeneid. 85.

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

¶ Aditio: Verbale. Plaut. Truc. 11. 62. Quid tibi hanc aditio eſt? Figuratè, pro, Cur hanc adis? Vbi eſt dignum notatu, caſum verbi additum eſſe nomini: vt apud Ciceronem, Domum reuerſio.

Adeps.] Plinius libro 28. cap. 9. Proxima in communibus adipis laus; ſed maximè ſuilli, apud antiquos etiam religioſi. Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum ſolenne habent, poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis, aut cum ſale, aut ſincerus: tantò vtilior, quantò ſit vetuſtior. Axungiam etiam Græci vocauêre in voluminibus ſuis.

Adipes,

Adipes, in plurali. Columel lib. 8. cap. 15. Quæ res ad creandos adipes multum conferunt. Idem lib. 6. cap. 2. 12. Non adipibus obeſa. Plin lib. 8. cap. 36. Illi ſunt adipes medicaminibus apti.

Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 11. Id eſt, ad maciem redigere, vel potiùs excreſcente pinguedine minuere. Plinius libro 11. cap. 38. non procul à fine, vocat Adipes detrahere.

Adipem minuere. Plin. lib. 32. cap. 9.

¶ Adipatum: Hoc eſt, cibus pinguis, vel adipe conditus. Iuuenal. Satyr. 6. Nonius.

¶ Adipoſus pro Locuplete & opulento accipitur: quoniam & in Sacris literis Adipum vocabulo diuitiæ continentur. Hermolaus in Plin. lib. 10 cap. 10.

ADEQVITO] iuxtà vel propè equito. Plin. lib. 15. cap. 18. 8. Portæ Collinæ adequitans Hannibal. Liu. 5. bell. Maced. 38. Numidæ adequitare, dein refugere, ſed propriùs paulatim euehi.

ADESDVM.] Terent. Andr. 1. 1. 2. Adeſdum, paucis te volo. Vbi Donatus: Ades, imperatiuum eſt, & (dum) παρέλκον. eſt enim productio & adiectio ſyllabæ: vt Ehodum ad me.

ADESVRIO] Idem quod Eſurio, aut Valde eſurio. Plaut. Adeſuriuit magis, & inhiauit acriùs lupus.

ADFREMO.] ad aliquid fremo. Valer. Flac. Argonaut. 1. 107.

Adfremit his, quaſſatq; caput.

ADFRINGO.] ad aliquid frango. Stat. Thebaid. 5. 30.

—Pleniſq; adfringere paruos
Vberibus, ferroq; omnes exire per annos.

Idem Thebaid. 10. 10. de lupis famelicis, non valentibus in ouium ſtabula irrumpere:

Quod ſupereſt, duris adfringunt poſtibus vngues,
Pectoraq; & ſiccos minuunt in limine dentes.

ADGEMO.] Stat. 11. Thebaid. 50.

Flent mœſti retrò comites, & vterq; loquenti
Adgemit.—

ADGREGO.] Vide Aggrego.

ADHAEREO.] Idem quod hæreo: hoc eſt fixus maneo aut arctiſſimè inſideo. Datiuo propriè iungitur: & interdum accuſatiuo cum præpoſitione Ad. Cæſar: Hæc caſu ad turrim adhæſit.

Adhærere lateri. Liu. 9. bell. Maced. 97.

Adhæſit mihi ad infimum ventrem fames. Iocus eſt Plautinus in Sticho, 4. 81. pro eo, quod eſt, Vehementer eſurio.

¶ Adhæreſco, idem eſt quod adhæreo.

Adhæreſcere in re aliqua, pro, alicui rei. Cato de re Ruſt. cap. 152. Ne fax in lateribus adhæreſcat.

¶ Adhæſus: Idem quod Adhæſio. Lucret lib 3. 77.

Nam neq; pulueris interdum ſentimus adhæſum
Corpore.— Idem lib. 4. 250.

¶ Adhæsè aduerbium. Gell. lib. 5. cap 9. de Aegle Samio athleta: Per omne indè vitæ tempus, non turbidè, neque adhęsè locutus eſt: id eſt, non hæſitanter.

ADHALO.] Plin lib. 22. cap. 22. 27. Nunc quidem, ſi ſerpentis cauerna iuxtà fuerit, ſi pateſcentes primò adhalauerit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum.

ADHIBEO.] ex Ad, & Habeo.

Adhibere cœnæ aliquem, pro, Admittere in cœnam: vel Adhibere epulis. Quintil lib. 11. cap. 2. Adhibitus ei cœnæ Simonides. Virg. 5. Aen. 13.

Adhibere animum: pro, Attendere, Aduertere. Plautus Sticho. 3 46.

Artem: eſt, cuipiam rei artificium addere, vel artificio vti in re aliqua. Liu. 4. ab Vrbe. 240. Artem adhibitam ferunt à Patritijs.

Audaciam: Vti audacia. Cæſar 3. bell Ciu. 101. Illi, adhibita audacia & virtute nacti Auſtrum, naues ſoluunt.

Aures: pro, Aures admouere, hoc eſt, attentè audire. Plaut. Pſeu. 4. 20. Huc adhibete aures, quæ loquor. Idem Milite 12. 10. Poſtquam adhibere meas aures ad tuam moror orationem.

Auxilium. Celſus lib. 2. cap. 11.

Blanditias. Ouid. 10 Metamorph. 52.

Conſcientiam alicuius. Tacit. lib. 12. non procul à fine: Agrippina prouiſam iam ſibi Xenophontis medici conſcientiam adhibet: Hoc eſt, conſcium facit dandi Claudio veneni Xenophontem, & hac in re vtitur eius opera.

Adhibere ſibi aliquem, ad vel in conſilium. Cæſar 7. bell. Gall. 308.

Adhibere curationem: idem quod Vti curatione. Celſ lib. 5. cap. 27.

Deos: inuocare, in auxilium aduocare. Ouid. 4. Faſt. 167.

Feſtinationem: Vti feſtinatione. Colum. lib. 11. cap. 2. 5.

Frictionem. Celſ. lib. 8. cap. 11.

Genus victus. Celſus: Genusq; victus adhibendum eſt, quo carnem ali docui.

Manus genibus Ouid. 9. Metamorph. 44.

Manus medicas ad vulnera. Virgil. 3. Georg 90.

Manus pomis: id eſt, admouere. Senec. in Herc. Oeth. 8. 10.

Odorem rebus. Hoc eſt dare tribuere. Lucr. lib. 2. cap 171.

Parſimoniam: Vti parſimonia, ſeruare frugalitatem. Plaut. Moſtel. 4. 78.

Plagas. Celſ. lib. 3 cap. 18.

Querelas. Tibul. lib. 3. eleg. 4. 15.

Adhibe te ad veram rationem Subaudi, intelligendam. Lucretius lib. 1. 10.

Remedia adhibere. Celſ. lib 1. in procœmio.

Hos caſtris adhibe ſocios, & fœdera iunge. Virgil. 8. Aen. 11.

Adhibere ſolatium: Conſolari, vel vti verbis ad conſolandum accommodatis. Plin. epiſt. 12. c.

Stimulos. Lucretius lib 3 207.

Solertiam. Cæſar. 2 bel. Ciuil. 29.

Teſtes: quod vulgò dicitur, Capere teſtes. Terent. Phorm. 4. 5. 2.

Titulum humatis. Liu. 6. bell. Pun. 132. Eos vno tumulo contegerent, adhiberentq; humatis titulum; Hic ſiti ſunt Acarnanes. pro, Adderent.

Tympanum. Plaut. Pœnulo 19. 38. Cur non adhibuiſti, dum hæc loquereris, tympanum? Cur (inquit) hæc non dixiſti ad ſonum tympani? cur altiori voce non inclamaſti?

Vires in re aliqua: Vires ad eam rem accommodare, adiungere, applicare; quod eſt Adniti. Quint. lib. 5.

Vincula alieni. Ouid 3. Faſt. 59.

Nec ſinè vi tradent: adhibe tu vincula captis.

Vultum aliquò: id eſt, conuertere. Ouid. lib 2 Amorum 35. ad Iſidem; vt parientem Corinnam iuuaret:

Huc adhibe vultus, & in vna parce duobus:
Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi. Hoc eſt, huc oculos aduerte, meas preces auditura.

ADHINNIO.] Equorum eſt, qui equabus adhinniunt. id eſt, ad eas hinniunt, videlicet coitum appetentes: quin & equæ ipſæ interdum equis adhinniunt. Plinius libro 35. capit. 10 29. Namque ambitu æmulos præualere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit, Apellis tantùm equo adhinniuêre. Ouidius libro 1. de Arte amandi 56.

Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

Idem lib. 2. de Remedio amoris, 42.

Fortis equus viſæ ſemper adhinnit equæ.

ADHORRESCO.] Ouid. ad Liuiam, de morte Druſi. 43. Ipſe pater flauis Tyberinus adhorruit vndis: Hoc eſt, valde vehementerque horruit. Vel ad peditum & equitum clamorem horruit.

ADHORTOR.] Idē ſignificat quod Hortor. Terent. Heaut. 1. 1. 8.

Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.

Adhortari ſeſe. Catul. 58. epig. de Berecynthia, & Aty. 17. Feris ſeſe ipſe adhortatus, rapidum incitat animum: id eſt Leo ſeſe ad iram acuens.

¶ Adhortator. Liu. 7. ab Vrbe. 151. Vtrùm qui audiendus duntaxat magnificus adhortator ſit, verbis tantùm ferox, operum militarium expers; an qui &c.

ADHVC.] aduerbium temporis: idem ſignificat quod vſque huc, ad hoc tempus. Plaut. Trucul. —conueniunt Adhuc vtriuſque verba.

¶ Adhuc, *pro Etiam, vel Præterea*. Quintil. Eſt adhuc alia in reſpondendo figura. Plin. lib. 33. cap. 2, Sunt adhuc aliquæ non omittendæ in auro differentiæ.

¶ Adhuc, continuationem temporis denotat. Terentius Phormio. 3. 1. 15, Adhuc tranquilla res eſt. Plautus Pſeud. 20. 69, Tun' hodie Ex Sicyone huc perueniſti? H. alto adhuc meridie. Ouidius: Adhuc tua meſſis in herba eſt.

¶ Adhuc locorum, pro Adhuc. nam (locorum) ornatus cauſa tantùm ponitur, eadem figura, qua dicimus, Vbiq; locorum feci, faciam ſedulò.

ADIACEO.] iuxtà vel propè iaceo. Liu. 2. ab Vrbe. 215, Thuſcus ager Romano adiacet.

Adiacens inſula dicitur, quæ eſt prope ædes; non tamen coniuncta contextu ędificiorum. Vlpianus l. ſi finita § ex hoc edicto. ff. de damno infecto. Item quid dicemus, ſi inſula adiacens domini vitium fecerit.

ADIGO.] Vi impello. Plin. lib 16. cap 10. In ipſam arborem clauus ferreus adigatur. Cæſar 3. bell. ciuil. 205. Qui tantum aberat à noſtro caſtello, vt telum tormentûmve miſſum adigi non poſſit.

Adigere naues hoc eſt agere, admouere. Tacitus Annal. 2.

Vulnus. Tacitus lib. 5.

Enſem in pectus. Ouid.5. Metamorph.14. Et,in media præcordia. Silius lib.7.106.

Adigere aliquem ad vmbras infernas. Virg.4. Aeneid.3.

Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Herebi,noctemq; profundam;
Antè,pudor, quàm te violem, aut tua iura reſoluam.

¶ Adigo,*cum infinitiuo.* Virg.6. Aeneid.13,

—tua me genitor,tua triſtis imago
Sæpiùs occurrens,hæc limina tendere adegit.

Id eſt,huc venire me impulit,coëgit.

¶ Adigere,per metaphoram, Concitâre, Impellere. Terent. Adelph. 1.2.31. Tu homo adiges me ad inſaniam. Idem Eunuch.2.1.13, Noctu te adigent horſum inſomnia.

¶ Adigere iureiurando,ſiue ad iuſiurandum, dicitur is, qui conceptis verbis alium iurare cogit:hoc eſt,qui verbis, arbitrio ſuo dictatis,iureiurando eum obſtringit. quod nõnulli Adiurare dicũnt. Qui autem ſic aſtrictus eſt, dicitur Iureiurando adactus, vel adactus in verba eius qui adegit. Ex Budæo. Cæſar 7.bell. Gall.263 Probata re,atq; omnibus ad iuſiurandum adactis. Liuius 4.bell.Pun.71. Citatosq; ſingulos iureiurando adigam.

Sacramento alicuius adigere legiones. Tacit.lib. 17.

Sacramento adactus pro aliquo. Tacit.lib.17.

Adigerere iuſiurandum, ſinè præpoſitione. Liu.5.Decad. lib.3,Ita iuſiurandum adigebant.

Adigere in verba: Cogere quempiã vt in noſtra verba iuret. Cæſar 2.bell. Ciuil.73. Prouinciã omnem in ſua & Pompej verba per iuſiurandum adigebat. Tacit lib.17. Imminere Narbonenſi prouinciæ,in verba Vitellij adactæ.

¶ Adigere,*pro Agere.* vt, Adigere oues, Plaut.Bacch.23.3.

¶ Adaxint,id eſt,adegerint. Feſtus Pomp.

Adaxint, adigant. Plaut.in Aulularia:Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium! Ex Nonio Marcel.

¶ Adactus:Participium Vi impulſus. Plin.lib.16.cap.40.7.

Adactus cum datiuo. Plin. lib. 10. cap. 18. de Pico Martio. Idem lib.25.cap.2. Dixit Democritus,credidit Theophraſtus eſſe herbam, cuius contactu illatæ ab alite,quam retulimus,exiliret cuneus à paſtoribus arbori adactus.

Adactus iugo Rhenus: Adactus legibus Iſter.

Hoc eſt,à Romanis ſubiugatus, Romanorum legibus parere coactus Stat.lib.1.Thebaid.4.

Adactus cum accuſatiuo, præpoſitione intercedente. Propert.lib.3 eleg.21.3.

Adacta intus vis mortis.Lucret.lib.3.35.

Adactum tempus ſoluendi pœnas. Lucret.lib.5.246.

Adactum vulnus altè. Virg.10 Aeneid.168. id eſt,profundè impreſſum.

¶ Adactio: ipſe actus adigendi. Liu.2. bell. Pun. 160. A' tribunis ad legitimam iuriſiurandi adactionem tranſlatum.

Adiicio.] Ex Ad.& Iacio. Cæſar 3.bell. Gal. 406. Vt neq; ex inferiore loco ſatis commode tela adijci poſſent; & miſſa à Gallis grauiùs acciderent.

Adiicere intus, pro Inijcere,immittere, infundere. Corn Celſus lib.7.cap.27. Idemq; humor clyſtere intus adijcietur.

¶ Adijcere,*pro Iacere.* Colum lib.12.cap.16, In lixiuiæ ſextarios decem,ſalis tres cyathos adijciat,

¶ Adijcere,*pro Addere.* Liu.2.ab Vrbe. Adijciebat huic muneri agri aliquantum.

Adijcere abundanti. Quint. lib.5.cap.6.2. Vitioſè adijcere, Idem lib.1.cap 13.

Adijcere animum rei, vel ad rem: pro, Animum appellere, adiungere,applicare Terent. Eunuch.1.2 63. Quantum ſuſpicor,ad virginem animum adiecit. Plaut. Merc.6.62.

—ſed præcauto opus eſt,
Nec ad illam me animum adieciſſe aliqua ſentiat.

Idem Milon.12.35.

Animum conſilio,& ad cõſilium. Liu.8.bel.Pun.173. Idem lib.5. 207.

Adijcere authoritatem. Plin.epiſt. 20.b. Quinetiam voluminibus ipſis authoritatem quandam & pulchritudinem adijcit magnitudo.

Calculum. Plin epiſt.2.b Si modò tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris.

Celeritati. Celſ.lib.7.cap. 4 Adijcitur celeritati ſic:id eſt,Id celeriùs fit. Et cap.21. eiuſdem libri.

Clamorem Tacitus in vita Agricolæ.

Aliquid diſciplinæ. Celſus in proœmio libri ſeptimi.

Exſpectationem. Quint. in proœ lib.4.

Adijcit febres: id eſt, addit. Corn. Celſ. lib.2. cap.1. At æſtas non quidem vacat pleriſque ab his morbis; ſed adijcit febrés,vel continuas, vel ardentes, vel tertianas.

Malo multum. Celſus lib.3. cap.11. Hæc enim paulò antè data multum malo adijcit.

Modum: hoc eſt adhibere. Tacit. Annal.3.

Oculos in aliquem: Quod propriè Conijcere oculos dicimus. Plaut. Aſin.13.24.

Stimulos Ioui frementi: Iouem iam iratum magis accendere. Ouid. Metam.50.

Vires. Liuius 4 ab Vrbe.238.

Virus in angues. Ouid.lib 3,de Arte aman.2,

Dixerit è multis aliquis,cur virus in angues
Adijcis,& rapidæ tradis ouile lupæ?

Prouerbia ſunt.

Adijcere aliquid cibo eſt addere: cui aduerſum, Demere aliquid cibo. Celſ.lib.4.cap.2.

Aliquid potioni adijcere: Eſt aliquantò largiùs bibere. Celſus lib.1.cap.3.

¶ Adijcere,pro Conſentire. Virgilius 10 Aeneidos: Tercentũ adijciũt mẽs omnib' vna ſequẽdi. Vbi Seruius: Adijciunt, accedũt,& cõſentiunt eius volũtati. Vnde ait: Mens omnibus vna ſequẽdi: id eſt,cõiurati ſunt Hec ille. Ceterùm videtur eſſe ſermo eclipticus,vt ſit: Adijciunt illi animum,aut ſtudium,aut voluntatem, aut ſe.

¶ Adijciales cœnæ, & adipales, ſacerdotum vocabantur, Plinius libro 10. capit. 20. Varro de re Ruſt. lib.3. capit.6. vbi de pauonibus: Primus hos Q. Hortenſius augurali adijciali cœna poſuiſſe dicitur. Dicitur autem adijcialis cœna, quòd in ea multa extra ordinem, vltraque iuſta fercula adijciuntur. Eadem & Pontificialis dicta, teſte Macrobio,lib.3. Satur. cap.13. Hæc ex Hermolai in Plinium ſententia.

¶ Adiectus: Participium. Plin. lib. 18. cap.3.8. M. quidem Curij, poſt triumphos immenſumq; terrarum adiectum imperio, nota concio eſt: perniciolum intelligi ciuem,cui ſeptem iugera non eſſent ſatis.

Adiecta ignominia poſt mortem. Quintilianus libro 3. cap.7.14.

¶ Adiectus, verbale, Idem quod Adiectio. Vitruuius lib.9. cap 9. Cuneorum adiectus, aut exemptus, in ſingulis diebus aut menſibus.

¶ Adiectio. Vitru. lib.9. cap 9. Sin autem cuneorum adiectionibus & detractionibus, correptiones dierum aut creſcentiæ non probabantur.

¶ Adiectiuus: Denominatiuum à participio Adiectus. Nõmen eſt fictum à Grammaticis. Priſcianus lib.2. Adiectiua nomina ideò vocantur, quòd alijs appellatiuis,quæ ſubſtantiam ſignificant, vel etiam proprijs, adijci ſolent; ad manifeſtandam eorum qualitatem, vel quantitatem, quæ augeri vel minui ſinè ſubſtantiæ conſumptione poſſunt: vt,bonum animal,magnus homo.

Adimo.] Ex Ad,& Emo: quod antiqui,vt ait Feſtus, Emere dicebant, pro Accipere Terent. And.4.2.14, Hãc,niſi mors, mihi adimet nemo.

Adimere ægritudinem. Terent. Heaut.3 1.13.

Animam alicui. Plaut. Mil.10.136.

Cauſam rei alicuius faciendæ. Terent. And.5.1.18.

Curam. Terent. Phor.5.7.3 & Hecyr.5.3.19.

Conſuetudinem. Terent. Phorm. 1.3.9.

Diem. Plaut. Capt.7.58.

Dolores. Horat.2. Serm. Satyr 3.58.

Facultatem. Cæſ.1. bell. Ciuil.116.

Formam alicui. Plaut. Amphit.16.33.

Letho aliquem adimere, id eſt morti. Horat.3. Carm.22.2.

Memoriam. Plin.lib.37.cap.12.

Metum. Terent. And.2.2.2.

Nomen alicui. Plaut. Epid.5.51.

Nomen virgineum: id eſt, virginitatem. Ouidius 8. Metamorph.119.

Riſum. Plin. lib. 11. cap.73.

Soccos pedibus: pro, detrahere ſoccos. Plautus Epid. 13.21.

Spolia. Plaut. Amphit.16.46.

Tranſitum. Plin.lib.17.cap 21.1.

Vincula canibus. Ouid.8 Metamorph.67.

Vires. Ouid.3. Metamorph 94.

Vocem homini adimere creditur lupus. Plinius libro 8. capite 22.1.

¶ Adimo, cum infinitiuo, loco nominis poſito. Horat.1. epiſt.20.2,

—adimam cantare ſeueris: Id eſt, cantum.

¶ Ademptus: participium, & interdum nomen adiectiuum ex participio Horat.2. Carm.4.31,

Barbaræ poſtquam cecidere turmæ,
Theſſalo victore,& ademptus Hector.

Hoc eſt, occiſus, è medio ſublatus.

Adempta anima. Lucret.lib.3.83.

Conditio mortis, id eſt, moriendi poteſtas, Virgilius 12. Aeneid. 174.

Equorum pernicitas. Tacitus lib.18.

Augmen

Augmen ademptum : abſumptum augmentum, Lucret. lib.2.227.

Fratrem ademptum lugere. Ouid.11. Metam.55.

Lumen alicui ademptum, id eſt, oculus. Virg.3. Aen.131.

Lux adempta, idem. Ouid.14 Metam.39.

Pax adempta mihi. Ouid lib.1. de Ponto, 2.3.

Spolia adempta. Ouid. lib.1. Amorum, eleg.10.6.

Succi ademoti. Ouid.2. Metam.43.

Torquis ademptus. Ouid.1. Faſt.120.

Virilitatis ademptæ homo, id eſt, ſpado, exſectus. Cornel. Tacit. Annal. lib.

Adimpleo.] Videtur idem eſſe quod Impleo. Plin. lib.11. cap.37.18. Cochleis oculorum vicem cornicula bina pretentatu adimplent. Quaſi oculorum vicem implent; aut potiùs ſupplent.

Adindo.] verbum antiquum, compoſitũ ex Indo, quod ipſum ex Do eſt compoſitum: ſignificat Impono, immitto. Cato de re Ruſt. cap.18. 6, Orbem olearium, latum pedibus quatuor, punicanis coagmentis facito craſſum digitis ſex; ſubſcudes ilígneas adindito.

Adinvenio.] ex Ad, & Inuenio: idem quod Inuenire ſignificat; ſiue potiùs comminiſci, hoc eſt, ingenioſè & ſubtiliter inuenire. Plaut. Curcul. Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt.

Adipiscor.] ex Ad, & verbo antiquo Apiſcor. eſt rem aliquam aſſequi, hoc eſt, ad aliquid peruenire. Plaut. Epid. 10.14. Idem Sticho.58, Nunc poteſtas tibi adipiſcendi eſt gloriam, laudem, decus. Adipiſci palmam, Plin. libro 35. capit.10.

Adipiſci iudicium, ſiue ius : quod & Ius obtinere, dicitur. Terent. Phorm.2.3.59. Liu.1. ab Vrbe.143, Ius noſtrum adipiſcamur.

Adipiſci nuptias Terent. And.2.1,34. Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier.

Adipiſci quempiam, pro Aſſequi: de itinere dictum. Plaut. Epid.2.13. Nam vt apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi: Vix adipiſcendi poteſtas modò fuit.

¶ Adipiſcor, *in paßiuo ſignificatu* Plaut. Trin.6 85, Non ætate, verùm ingenio, adipiſcitur ſapientia. Pro, Acquiritur, comparatur.

¶ Adeptus: Participium. idem quod Aſſecutus. Plin lib.7. cap.24, Tùm multis gloriam eius adeptis.

Adeptus cognomen. Propert. lib 4 eleg.4.19. Nomẽ. Ouid. 8. Metamorph.31. Et Lucret lib.2.199.

Crimen. Ouid lib.2. Triſt 19.

Coniugium regium. Catul epigram.61.6.

Adepta eſt connubium. Catul. epigram.57.12.

Adeptus rerum: id eſt, rerum potius, qui rerum imperium tenet. Cornel. Tacit. Annal. lib.3.

Adeptæ palmæ, id eſt, victoriæ: In ſignificatione paſſiua. Ouid.4. Triſt. eleg 7.

Ne cadat & multas palmas inhoneſtet adeptas.

Vetuſtatem adepta. Colum lib.5. cap 6.

Adivdico.] per ſententiam & iudicium attribuo. Horatius lib.1. Epiſt 19.12,

Et nunc, ſi quid abeſt, Italis adiudicat armis.

Adiudicare ſaporem alicui rei. Plin lib 9 cap 54 Is primus optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adiudicauit. Id eſt, iudicio ſuo comprobauit, ea eſſe optimi ſaporis.

¶ Adiudicare, *pro Decernere; quod vulgò dicitur Concludere* Plaut. Menæch. 5.6, Adiudicato, cum vtro hanc noctem ſies.

Adivgo.] adiungo. Pacuuius, Chryſe: Mater eſt terra; ea parit corpus : animam mater adiugat. Idem Iliona: Blandam hortatricem adiugat voluntatem.

Adiugare vitem, eſt vitem in iugum diſponere : quod & Iugare dicitur. Iugum autem hoc loco ſumitur pro palis quibuſdam, velut in iugum aſſurgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. Plinius lib. 17. cap.22. Satius pampinos adiugatæ detergere Columel. lib.4 cap.17. Nihil enim refert, iugum in ſtellam decuſſari atq; diduci, niſi & palmites adiugentur.

Adivngo.] pene idem Coniungo.

Adiungere ſe ad aliquem : Cum eo familiaritatem inire. Plautus in Aulul. 7.57, Adiungere ſe dixit propinquitate ad probos. quod eſt, propinquitate cum illis ſe coniungere.

Adiungere animum aliquò, aut ad aliquod ſtudium: idem quod Appellere animum. Terent. Hecyr. 4.4.61. Andr. 1.1.29.

Adiungere ſibi aliquem beneficio : Eum beneficio deuincire atque aſtringere, & amicum reddere. Terent. Adelph. 1.1.47.

Generum adiungere Virgil.7. Aeneid.12.

Tauros adiungere aratro. Tibul. lib.1. eleg 9.2.

In ſocietatem adiungere vrbe aliqua. Liu.7. bel. Maced.62.

Vitem palis adiungere. Tibul. lib.1. eleg.7.7. Virgil.1. Georg.1.

¶ Adiunctus, Participium.

Adiunctæ aues. Id eſt adiugatæ. Ouid. lib.1. Amorum, 2.6.

Adivrgivm] idem ſignificat quod Iurgium. Plaut. Menæch.17.15.

¶ Adiurgo: Valde obiurgo. Plaut. At pol quin certa res eſt adiurgare hanc, quę me hodie aduenientem domum noluerit ſalutare.

Adivro.] Idem quod Iuro, aut certè Iuro vehementiùs & grauiùs. Terent. And.4.2.11, Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum. Idem Hecyra.2.2.26,

----ſanctè adiurat.

¶ Adiurare, *pro Iuſiurandum exigere, vel Adigere ad iuſiurandum, vulgò vſurpatur.* In quem ſenſum videtur dixiſſe. Liu. 5. Decad. lib.3, Cenſores, vt eam rem adiuuarent, ita in cõcione edixerunt : legem cenſui cenſendo dicturos eſſe, vt præter commune omnium ciuium iuſiurandum hæc adiurarent.

Adiurare alicui. Ouid.19. epiſt.31.

Promiſit pater hanc, hæc adiurauit amanti:
Ille homines, hæc eſt teſtificata deam.

Adivvo.] Opem fero, Auxilior, Subleuo. Terent. Phorm. 3.3.4, Qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter?

¶ Adiuuare, *pro Fauere.* Terent. Phorm 1.4.27. Fortes fortuna adiuuat.

Adiuuare ad aliquid. Liu.9. bel. Pun.7. Eoq; enixiùs ad bellum adiuuerunt. Quint. lib.5. cap.14.28.

Adiuuare in aliquo. Terent. And.3.3.11, Vt me adiuues in hac re.

¶ Adiuuare, cum dictionibus Quid, Nihil, & Multum. Plaut. Pœnulo, 14.61, Siquid tu adiuuas: pro, ſi in re aliqua aut ſinè præpoſitione, Si aliqua re adiuuas. Terentius Hecyr. 3.3.10, Qui ſic ſunt, haud multum hæredem adiuuant: id eſt, parum conſulunt hæredi, vt vult Donatus.

Adiuuare auxilio. Liu. lib.9. bel. Pun.27. Sic Adiuuare conſilio, factis, manu, opera, prudentia. Ex Terentio, Phorm. 5.3.3 Plauto, Caſina.6 7. Liuio 4. bel. Maced.70.

Adiuuare artes. Ouid.8 Metam 175.

Concoctionem. Plin libro 23. cap.1.22.

Conſilium Senec. in Medea, 7 28.

Facultates alicuius: pro Augere. Plin. epiſt.139.c.

Ignem: Hoc eſt, magis excitare & inflammare. Liu.4. bell. Maced.153. Ouid.10. Metam.127.

---Cythereaq; comprecor, auſis
Adſit, ait, noſtris, & quos dedit, adiuuet ignes.

Inſaniam alterius. Plaut. Amph.8.164.

Formam curæ. Ouid.2. Metam.147.

Ira adiuuat manus Ouid lib.1. Amorum, eleg.8.14.

Nequitiam præceptis adiuuare. Quint. lib.2. cap 15.22.

Adiuuare temeraria via. Celſ. lib.2. cap.10. Temerariam viã hoc loco dicit, remedium nulla ratione tentatum.

¶ Adiuuo, *cum infinitiuo.* Plin.11 cap.24, ad finem: Phalangius tantùm in ipſo ſpecu incubat magno numero: qui vt emerſerit, matrem conſumit; ſæpe & patrem: adiuuat enim incubare.

¶ Adiutum eſt à me: Imperſonale. Salluſt. de Repub. ordin. ad Cæſarem : Nam ſiue hac, ſeu meliore alia via perges, à me quidem pro virili parte dictum & adiutum fuerit.

¶ Adiutus, participium. Ouid.1. Epiſt.9. Adiuutus ab vno.

Amor adiutus fatis. Ouidius 24. Epiſt.5.

Adiuta vires haſta. Sil. Ital. lib.6.50.

Adiuta eſt nouitas numine noſtra dei. Ouid.1. de Pont. 13.5.

Nerui aliquo conamine adiuti Ouid.16. Metam.45.

¶ Adiuto: Frequentatiuum ab Adiuuo, pro eodem : ſed ferè apud veteres vſitatius, quàm ipſum primitiuum. Terent. And.1.3.4, Nec quid agam certum eſt: Pamphilumne adiutem an auſcultem ſeni.

Adiuta mihi, vetuſtè dictum, pro Adiuua me. Pacuuius in Chryſe. Ex Donato.

Adiutare aliquid, figuratè dictum, pro Adiuuare in re aliqua. Terent Phorm 1.2.49.

---neq; cognatus, extra vnam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus. Idem Hecyra 3.2 24,

Tu pueris curre Parmeno obuiàm, atque eis onera adiuta.

¶ Adiutor, Paſſiuum. Lucret lib.1.166, Adiutamur enim dubio procul, atq; alimur nos.

¶ Adiutor. deponens : Vetuſtè dictum, pro Adiutare. Pacuuius Duloreſte : Illum quæro qui adiutatur. Afranius Inimicis; Hæc obſecro igitur agite, & me adiutamini. Nonius.

¶ Adiutans,

¶ Adiutans, Participium. Terentius in Phormionis prologo. 35, Bonitasque veſtra adiutans atq; æquanimitas. Vbi Donatus: Sic veteres dicere maluerunt, quam adiuuans. Varro 2. de re Ruſt. cap 7, Eo enim adiutante, equa alligata celeriùs admittitur.

¶ Adiutor, Verbale: Qui adiuuat.

Adiutor magnus. Horatius 1. Sermo. 9. 10.

Adiutor honori alterius. Cæſar. 1. bell. Ciuil. 27. Cuius ipſe honori & dignitati ſemper fauerit, adiutorq; fuerit.

Adiutor iracundiæ alterius, Terent. Adelph. 1. 2. 66.

Adiutor ad aliud. Terent. Phor. 3. 3. 28, Ad hanc rem adiutorem dari.

Adiutor in re aliqua. Terent. Adelph. 5. 9. 10. In pſaltria iſta emunda hic adiutor fuit.

Adiumento ſeu auxilio. Aſinius Pollio, apud Suetonium de claris grammatic: In eam rem adiutorium ei ſecit maximè quidam. Seneca ad Lucilium, epiſt. 31. Sinè adiutorio ignis nihil calidum eſt. Idem lib. 6. de benefic. Quintilianus lib. 10, Vtetur ijs quoque adiutorijs, quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. Valerius: Adiutorio deorum immortalium. Columel. lib. 12 in præfa. 2, Vt ex hac eadem ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Adiutorio egere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.

Adiutorio iuris elabi ex crimine. Quintilianus libro tertiò, cap. 6. 69.

¶ Adiutrix, Verbale. Terentius Hecyra: Adiutrix noſtrę induſtriæ.

Adiutrix in peccato filij. Terent. Heaut 5 2. 39.

Adiutrix venis noſtris corpus. Ouid 7. Metam.

¶ Adiumentum, Auxilium, adminiculum.

Adiumentum ad pulchritudinem. Terent. Phorm. 1. 2. 25.

Adiumento iuuari. Columella.

Adiumenta firma. Ouid. lib. 4. de Ponto, 13. 7.

ADLABORO.] Horat. 1. Carm. 38,

Simplici myrto nihil adlabores;
Sedulus curo. Hoc eſt, Nihil labores myrto applicare. Porphyr. Idem Epod. 8. 4.
Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine.
Ore adlaborandum eſt tibi. Hoc eſt, Valde laborandū.

ADLATRO.] Quint. lib. 8. Adlatrari ab aliquo.

ADLINO.] Vide Allino.

ADMETIOR.] Idem quod ſimplex Metior. Cato de re ruſt. cap. 154, Vinum emptoribus ſinè moleſtia hoc modo admetiri debet. Liu. 5. bell. Macedon. 190, Frumentum ab Aetolis quod militi admetiatur. Caius in l. quod ſæpe de contrahen. empt. In ijs quæ pondere, numero, menſurave conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento, non aliter videatur perfecta venditio; quàm ſi admenſa, & appenſa, adnumeratave ſint.

ADMINICVLVM.] Adiumentum, auxilium. Plautus Moſtel. 3. 33, Ad legionem. Cùm itur, adminiculum eis danūt tum iam aliquem cognatum ſuum.

¶ Adminiculo, adminiculum adhibeo, fulcio adminiculo. Colum. de arboribus, cap. 16. 4, Tum demum circa Calendas Martias vitem de ſeminario, ne minorem quidem decem pedum ſternito, & adminiculato, arbotiq; iungito. Plin. lib. 14. cap. 1. 4, Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus horrent.

¶ Adminiculare, *protutare*. Varronis Cato, ſiue de liberis educandis: Quod petiſti, vt eius educationis fierem tibi ſocius, quoad potui, adminiculaui tuam voluntatem ſcribendo. Nonius.

¶ Adminiculor, deponens, pro eodem. Colum. lib. 4. cap. 26 1. His peractis, ſequitur (vt antè diximus) adminiculandæ, iugandæq; vineæ cura.

¶ Adminiculatus, nomen ex participio. Gell. lib. 20. cap. 11, Aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio ſolertior.

ADMINISTRO.] interdum ſignificat Præbeo, ſuggero, gero, ſuppedito. Cæſar 7. bell. Gall. 284. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit. interdum Gubernor. Cæſar 2. bell. Gal. 304, Nihil iam Cæſaris imperium exſpectabant; ſed per ſe, quæ videbantur, adminiſtrabant.

Adminiſtrare vindemias, aut ſementem: pro, facere. Varro de re Ruſt.

¶ Adminiſtratiuus, adiectiuum, Quintilianus lib. 2 cap. 18. 4, Si tamen vna ex tribus artibus habenda ſit, quia maximus eius vſus actu continetur, atq; eſt in eo frequentiſſima; dicatur actiua vel adminiſtratiua.

ADMIROR.] Idem quod Miror, aut potiùs Miror vehementer.

Admirari aliquem: Venerari, ſuſpicere, magnopere æſtimare. Terentius in Eunuch. 2. 2. 19, His vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul. Virgilius quarto, Georgicorum 43,

Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant.

¶ Admirandus: Idem quod admirabilis. Virg 4. Georg. 1.
Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum:

¶ Admirator, Verbale. Quintil. lib. 2. cap. 5. 13, Admirator nimis antiquitatis.

¶ Admiratio. Gellius lib. 5. cap. 1, Præterea dicebat magnā laudem non abeſſe ab admiratione: admirationem autē, quæ maxima eſt non parere verba, ſed ſilentium. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Alia admiratio circa oſcines.

Decreſcit admiratio. Quintil. lib. 1. cap. 3. 4.

In maxima admiratione pinus eſt. Plin. lib. 16. cap. 26.

Habere admirationem, dicitur res aliqua. Plin. lib. 2 cap. 32, Nidi earum admirationem habent.

¶ Admirabilis, Qui admiratione dignus eſt. Ouid. 6. Metamorph. 3. Opus admirabile.

ADMISCEO.] Rem aliquam cum alia miſceo. Colum. lib. 12. cap. 13.

Admiſcere ſe alicui negocio. Terent. Heaut. 4. 5. 35, Ita tu, iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas. Ibidem: 5. 2. 22, Ne te admiſce; nemo accuſat, Syre, te. In priore exemplo ſubauditur, Illis: in poſteriore. Huic rei, vel huic negocio.

Admiſcere aliquid in aliud. Plin. lib. 26 cap. 10, Admiſto in heminam ſeminis thuris cochleare vno.

ADMITTO.] Intromitto, introduco. Terent. Hecyr. 1. 2. 114, Admiſit nemo. Ouid lib. 5. Triſt. 7. 3.
Turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.

Admitti ad aliquem. Terent. Hecyr. 2. 1. 41. Terent. Eunuch. 2. 2. 50. Fac, vt admittar ad illam.

Admittere partum ad vbera. Plin. lib. 8. cap. 42.

Admitti animum iudicis. Quint. lib. 4. cap. 14.

Admittere aliquem arcanis, id eſt, ad arcana & ſecreta. Senec. in Hercul. OEth. 4. 61.

Admittere auribus. Liu. 4. bell. Maced. 182, Pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuiſſe: hoc eſt, nullo modo fuiſſe audiendam. Sic, Admittere conſilium auribus: Ibid lib. 3. 67.

Admitti ad colloquium. Cæſ. 3. bell. Ciuil. 221.

Admitti ad, vel in conſilium. Sall. in Ciceronem 5, Quem Minerua omneis artes edocuit; Iuppiter Opt Max. in conſilium deorum admiſit. Liu. 4. bell. Macedo.

Admittere aliquid: Perferre, pati. Terent. Eun. 46. 23, Sed tu quod cauere poſſis, ſtultum admittere eſt.

Admittunt ritè aues, de Auguribus dictum. Liuius 1. Decad. libro 4.

Admittere aliquid ad cibos, vel in cibos. Plin. lib. 10. cap. 11. 2. Idem lib. 9. 25. 1. In cibos non admittit echineis.

Admittere curationem. Celſ. lib. 3. cap 12.

Diem. Plin. epiſt. 213, Notarium voco, & die admiſſo, quæ formaueram, dicto. Hoc eſt, diei luce intromiſſa in cubiculum, per feneſtras.

Equum: pro Concitare. Cæſar. 1 bell. Gall. 87, Conſidius equo admiſſo ad eum accurrit. Liuius 1 Decad. lib. 2, In Poſthumium Tarquinius equum infeſtus admiſit.

Admittebantur excuſationes multæ. Aſconius.

Fidem admittere, hoc eſt, Credere. Claud. in Eutropium, lib. 2. 14.

Frigus. Celſ. lib. 7 cap. 26. Iſq; ſubinde oleo tepido madefaciendus eſt, vt neq; frigus ad veſicam admittat, & neruos leniter molliat.

Iocos: patienter ferre quicquid ioco dicitur. Martialis libro. 4. 8.

Medicinam. Celſus lib. 7. cap 1. 14.

Preces: id eſt, Recipere. Senec. in Thebaid. 1. 49.

Solatia. Plin. epiſt. 169.

Solem: hoc eſt, radijs ſolis viam aperire. Plin. lib. 12. cap. 1. 9, Commendatio platani non alia maior eſt, quàm ſolem æſtate arcere; hyeme admittere.

Sumptum: pro Sumptum facere. Terent. Adelph. 5. 7. 15.

Venerem curis, id eſt, inter curas Lucanus 10. 15,
Admiſit Venerem curis, & miſcuit armis.

Viam Claudian. 4. Panegyr. 101. de Metauro monte:
Admiſitq; viam ſectæ per viſcera rupis.

¶ Admittere, *abſolutè*. Plin. iunior lib. 6. epiſt. ad Corn. Tacit. Placuit egredi in littus, & è proximo aſpicere, ecquid iam mare admitteret, quod adhuc vaſtum & aduerſum permanebat. Admitteret, id eſt, ſuaderet, an fluctus poſuiſſet. Catanæus.

¶ Admittere, *Peccare, Committere*. Donatus: Admittere, plus eſt, quàm Facere. Plautus, Menæch. 16. 12, Quid tandem admiſi in te, vt loqui non audeam?

Culpam admittere. Liu. 1 bel. Macedon. 186.

Culpam in ſe. Plaut. Trinum 4. 4,

Hic ille eſt, ſenecta ætate q factus eſt puer, qui admiſit
In ſe culpam caſtigabilem. Terent. Phorm. 2. 1 40.
Delictum in ſe. Terent. Adelph. 4. 5. 48, Me hoc delictum admiſiſſe in me vehementer dolet.
Noxiam. Terent. Eunuch. 5. 2. 14,
---vnam hanc noxiam
Mitte: ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito.
Noxiam alicui pro Condonare. Plaut. Pœnulo. 4. 180.
Turpe aliquid in ſe. Terent Phor. 2. 3. 68
¶ Admittere, *Eſt marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initum.* Colum. lib. 7, Patruus meus arietes feros mercatus, quoſdam in agros tranſtulit, & manſuefactos tectis ouibus admiſit.
Admittere marem ad concubitum, ded gnatur contumax gallina. Colum lib. 8. cap. 2 7.
¶ Admittere, *venit ad inſitionem tranſtulit* Plin. lib. 17. cap. 18. 9. Qui ver probant, ab æquinoctio ſtatim admittunt, prædicantes germina parturire, id eſt, ſurculum trunco adiungunt: quod eſt, arbores inſerunt.
¶ Admiſſum, ſubſtantiuum, pro Commiſſo ſeu Delicto. Liuius 5. bell. Punic. 123. Non erat colloqui copia: quia multorum animi ſuſpecti, omnium curam, oculosque conuerterant, ne quid falleret tale admiſſum. Lege ſecunda de Abigeis: Grauiter punire eorum admiſſum ſolet. Et lege vltim. De pœnis: Eum qui ſuo admiſſo honorem amiſit.
¶ Admiſſio, Verbale. Plin in Panegyr. 78. An quiſquam ſtudia humanitatis profeſſus, non cùm omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem? Hoc eſt, quòd facile quemlibet admittis ad colloquium. Senec. libro de benefic. 6, Non ſunt iſti amici, qui magno agmine ianuam pulſant, qui in primas & ſecundas admiſſiones digeruntur. Idem 1. de Clemen. Totam cohortem primam interioris admiſſionis, ex aduerſariorum caſtris conſcripſit.
Admiſſionem dare, id eſt, ius ingrediendi cubiculum Principis. Plin. lib. 33. cap. 3. 3.
¶ Admiſſio, idem quod admiſſura: nempe Actus ipſe admittendi mares fœminis. Varro de re Ruſt. libro ſecundo, capit. 7. Horum fœturæ initium admiſſionis facere oportet ab æquinoctio verno ſolſtitium, vt partus idoneo tempore fiat.
¶ Admiſſionalis, is dicitur, cuius officium eſt admittere aulicos intra cubiculum ad Principem ſalutandum. Lampridius in Alexandro: Salutaretur quaſi vnus de ſenatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis.
¶ Admiſſura, tempus & actio ipſa, qua mares gregum admittuntur fœminis, fœturæ cauſa. Varro libro 2. capit 5. 10, Propter fœturam hæc obſeruare ſoleo ante admiſſuram, menſem vnum, ne cibo & potione ſe impleant. Sic admiſſuræ tempore, apud Plinium, lib. 10. cap. 12. Plin. lib. 8. cap. 42. de equis: Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de cauſa per interualla admiſſuræ dantur.
¶ Admiſſarius: Denominatiuum ex Participio Admiſſus, Admiſſarius equus, qui ad ſobolem procreandam potiſſimùm ſeruatur. Plin. lib. 28. cap. 15, Sanguis equi præcipuè admiſſarij. Varro 2. de re Ruſt. cap. 7. 1, Et equos emittere incipiam; nec ſolùm mares, quos admiſſarios habeo, vt Atticus, ſingulos in fœminas denas.
Admodulor.] Simul modulor. Claudianus in Epithalamio Honorij & Mariæ:
Et Padus electriferis Admoduletur alnis.
Admodum.] in reſponſione, *pro Etiam.* Plaut. Rud. 7. 8.
Nempe equo ligneo per vias cæruleas eſtis vectæ?
P. Admodum. Terent. Phorm. 2. 2. 1. Itane patris, ais, conſpectum veritum hinc abijſſe? G. Admodum. Vbi Donatus: Admodum, annuendi vim habet.
¶ Admodum, videtur *pro Pæne* interdum accipi. Plau. Epid. 3. 2. atque admodum Meum mœrorum atque amorum ſummam edictaui tibi. Idem Mercat. 7. 59. Horum illa nihilum quicquam facere poterit admodum.
¶ Admodum, cum genitiuo. Columella libro quarto, capit. 1. 4. Quum ſcrobes defodimus, admodum exigui pulueris viui radici ſubijcimus. Hoc eſt, paululum, pauxillum.
¶ Admodum, cum aduerbijs iunctum, elegantem vim habet, & ſignificationem auget. Terentius Heaut. 1. 1. Quãquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt.
¶ Admodum, cum verbis, pro Valde, & Mirum in modum, ſumitur. Plin lib. 9. cap. 38. 3. Pelagio admodum alligatur. Idem lib. 20. cap. 3. Admodum prodeſt.
Admoenio.] Plaut. Pſeud. 5. 149. Hoc ego oppidum admœnire, vt hoc die capiatur, volo. Videtur Plautus more ſuo finxiſſe, pro Obſidere.

Admolior.] Admoueo: propriè dicitur de rebus magnis aut arduis. Plaut. Aſina. 11. 24. Vbi ſacro manus ſis admolitus. Curtius: Velut de induſtria rupes præaltas admolita natura eſt.
Admoneo.] In memoriam adduco, ſiue commonefacio.
Admonere flagello, pro Stimulare, inſtigare: ſiue id percuſſu fiat, ſiue ſola flagelli concuſſione Colum. lib. 2. cap. 2. 22. Virg. 10. Aeneid.
Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos. Nonius, Percuſſit, interpretatur.
Admonere hoc & illud. Plin. epiſt. 98. c. Multa etiam à multis admonetur.
Admoneo te huius rei. Liu. 5. bel. Macedo. 46. Qui admonerent fœderis eum Romani.
¶ Admoneo, *cum infinitiuo.* Virg. 4. Georg. 38.
--- Rurſus eaſdem
Veſper vbi e paſtu tandem decedere campis
Admonuit Horatius 1. Sermo. Satyra. 6. 26.
¶ Admonitus. Particip. Ouid 6. Metamorph. 124.
Ad matrẽ veniebat Itys: quid poſſit, ab illo Admonita eſt,
¶ Admonitus, Verbale. Item quod Admonitio. Ouidius 3. Faſtor. 123.
Flet tamen admonitu mortis Eliſa tuæ. Hoc eſt, ob recordationem mortis Didonis.
¶ Admoniturus. Participium, ſiue nomen ex participio. Ouid Epiſt. 109.
Candidaq; impoſui longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
¶ Admonitio. Admonitione agitare animũ alicuius. Quintil. 4. cap. 1. 23.
Admonitio morbi aut doloris: Quod vulgò reliquias morbi vocant. Plin. lib. 24. cap. 17. Si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quamuis ſanatos, admonitionem eorum ſentire, quoties florere eam contigerit. Idem lib. 25. cap. 8. Diebusq; vicenis interpoſitis idem fiat, ſi qua admonitio doloris ſuperſit.
Admonitioni iraſci. Quintil. lib. 2. cap. 6. 3.
¶ Admonitio, pro actione, per quam debitor admonetur vt ſoluat Vlp. l. 2 §. In omnibus. ff. de Iudicijs.
Admonitione non indignum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 28.
¶ Admonitor, Verbale. Ouid. 4. Metam. 133.
Admonitorq; operum cœlo cariſſimus alto
Lucifer ortus erat.
Admordeo.] Maius quiddam eſt, quàm mordere, & quaſi abrodere. Virg. 2. Georg. Et admorſo ſignata ſtirpe cicatrix. Vbi Seruius: Admorſo, participium eſt, ac ſi diceret, abroſo Perſius Demordere dixit, Satyr. 1.
Nec demorſos quod ſapit vngues.
Admordere aliquem, per metaphoram, pro, Aliquid ab eo corradere, vel damno afficere. Plaut. Perſa. 7. 15.
Nam id demũ lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos, bene admordere; qui alliũ ſeruo obſignant cum ſale. Idem Pſeud. 20. 19. Habet argẽtum: iam admordere hunc mihi lubet.
¶ Admorſus, participium. Propert. lib. 3. eleg. 11. 11.
Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris.
Admoveo.] Aliquid vicinius facio. Liu. 4. ab Vrbe 256. Locum dedere ſcalas admouendi.
Admouere ad. Liu. 4. bel. Maced. 30. Ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur: pro, Adducturus propè vrbem, hoc eſt, ad ipſos vſq; muros.
Admouere aurem. Terent. Phorm. 5. 6. 28.
Blanditias: id eſt, Blandiri. Ouid. 6. Metam. 126.
Calcar equo: Eſt equum calcaribus ſtimulare. Quod & Addere dixit. Ouid.
Et admiſſis addere calcar equis.
Cibum ad os. Plin. lib. 11. cap. 43. 3.
Rei alicui. Liuius quinto bell Maced. 68. Altaribus admotum iureiurando adegit. Hoc eſt, iuxta altaria conſtitutum.
Cucurbitulam. Celſ. lib. 5. cap. 26. Quod lib. 6. cap. 6. Accommodare cucurbitulam dicit.
Alicui equum. Liu. 2. ab Vrbe. 87. Equitibus admoti equi, vt perſequi hoſtem poſſent.
Fabricas: Dolis tentare. Plaut Ciſtel 6. 5.
Quot admoui fabricas? & quot fallacias
In quæſtione? vix exſculpſi vt diceret Metaphora ab oppugnatione vrbium, quibus machinæ ſolent admoueri, vt expugnentur.
Horas mortis. Lucanus lib. 7. 10.
Mortis vicinæ properantes admouet horas. Hoc eſt, ſuæ mortis tempus accelerat.
Greſſus. Stat. 11. Thebaid. 112. Dum videt hæc dicens, greſſus admouit, & arma, &c. Hoc eſt, propius acceſſit.
Iras: hoc eſt, ad iracundiam incitare. Stat. Thebaid. 5. 32.

Manum alicui rei: pro Apponere, adhibere. Plin.lib.35.cap.11.11. Inde illud, Admouere manum operi. Ouid.10. Metamorph.51.

Manum nocentibus: Punire nocentes. Liu.5. ab Vrbe.55.

----Oſcula. Ouidius.10. Metamorph.68. Sic Proper. lib 1.eleg.3.4.

Preces. Ouidius 3.de Ponto 7:8.

Terrorem: Terrorem inijcere. Liu.6.ab Vrbe.44.

Talos. Plaut. Aſina. 13.34. Talos ne cuiquam homini admoueat, niſi tibi.

Vim. Celſus lib 7.cap.26.

¶ Admouere, ſimpliciter; pro Admouere exercitū, ſeu copias. Corn. Tacit. in lib. de Moribus German Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ, Galliæ ve, ne Parthi quidē ſæpius admouere. Si. legit Rhenanus. Alij, admonuere.

¶ Admotus, Participium.

Admotus, & contiguus. Plin.lib.2.c.9.2. de Luna: Iam verò humilis & excelſa, & ne id quidem vno motu, ſed alias admota cœlo, alias contigua montibus.

Bellum admotum. Sil.Ital.lib.16.19.

Mors admota. Stat.Thebaid.5.43.

Occaſio ſceleris exſequendi admota. Curtius lib.8.

Spes admota. Ouid.11 Metam 91.

¶ Admotus, Verbale. Plin.lib.24. cap.11.1. Ciet menſtrua admotu. Hoc eſt, menſtrua ciet, ſi ventri inferiori admoueatur, & applicetur. Sermonis compendium, peculiare Plinio.

Admugio.] aliorum mugitibus reſpondeo, vel ad alios mugio. Ouid. lib. de Arte amand.56.

Mollibus in pratis admugit fœmina tauro:
Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

Sen. in Herc. Oeth.13.8.

Admutilo.] Idem quod Murilo: nempe torqueo, & plagis afficio. Plaut. Perſa.13.49. Me vſq; admutilaſti ad cutē. Idem. Capt.6.19 Si frugi eſt, vſq; admutilabit probè.

Adnaſcor.] Adnaſci propriè dicimus, quod naſcitur in re aliqua, præter id, quod ei naturale & proprium fuerat. Plin.lib.16 cap.44.10. Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylueſtri, terebintho, nec alijs arboribus adnaſci. Gellius libro 3. cap.10. Dentes quoque, & in ſeptem primis menſibus, & ſeptenos ex vtraq; parte gigni; & cadere annis ſeptimis, & geminos adnaſci annis ferè bis ſeptenis.

Adnato.] frequentatiuum ab Adno. Id eſt. natando aliquo peruenio. Plin.lib.9. cap.10.4. Troglodytę autem, ad quos adnatant, vt ſacras adorant. Ibidem cap. 29. 3. Ad manum hominis adnatat. Seneca in Agamem.6.13. Et comes lateri adnatabat.

Adnatare inſulæ. Plin.li.8.cap.25.6. Itaq; ei vni inſulæ crocodili nōn adnatant. Idem lib. 9. cap. 10. Adnatare enim ſingulis ternos.

Adnauigo.] Vide Annauigō.

Adnecto.] Vide Annecto.

Adnitor.] Ad aliquid nitor, & do operam, aut nitor vehementiùs. Liu.1.bel.Pun.30, Pœno, cepiſſe iam ſe vrbem, ſi paululum adnitatur, credente. Idem: Iam eò feciſſe gradum plebeios; vnde, ſi porrò adnitātur, peruenire ad ſumma poſſent.

Quod ego annitar. Plin.epiſt 18.lib.6.

Omni opere, vt viueret, adnixus eſt. Plin.lib.7.cap.53.

¶ Adniti, *pro Adiuuare.* Salluſt. in epiſt. Mithridatis: Apud Cizicum magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circùm adnitente.

¶ Adnixus, vel Adniſus. Virg.1.Aen.

Cymothoe ſimul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues ſcopulo. Seruius: Adnixus, antiquū eſt, vt Connixus: quibus hodie non vtimur. Dicimus enim Adniſus & Conniſus.

Adnixi haſtis: hoc eſt incumbentes haſtis. Virg.6.Aen.47.

Stant longis adnixi, haſtis, & ſcuta tenentes.

Adnicto.] Feſtus: Adnictat, ſæpè & leuiter oculo annuit. Næuius in Tarentilla: Alij adnutat, alij adnictat; alium amat, alium tenet.

Adno.] Natando aliquò venio. Cæſar 2. bell. ciuil. 188. Quibus rebus accidit, vt pauci milites, patresque familiæ, qui aut gratia, aut miſericordia valerent, aut naues adnare poſſent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent. Liu. 8 bell. Pun.192. Multiq; adnantes nauibus. Virg.lib.6.Aen. Paulatim adnabam terræ. Idem 1. Aen. Huc pauci veſtris adnauimus oris.

Adnubilo.] Stat.lib. 5. Sylua.1.30,

--- ſic plena maligno
Afflantur vineta Noto: ſic alta ſeneſcit
Imbre ſeges nimio: rapidæ ſic obuia puppi
Inuidet, & velis adnubilat aura ſecundis.

Adnutrio.] idem quod Iuxtà nutrio. Plin.17.cap.23.4, Singulis denas ſæpe adnutriunt vites: Id eſt iuxta ſingulas arbores.

Adobruo.] Ex Ad & Obruo, quod ipſum ex Ruo compoſitum eſt: idem quod Obruo. Columel.lib.11.cap.2.40, Omnes arbores, quæ fuerant in ſegete circumfodere, & adobruere oportet. Hoc eſt, terrā multa ſepelire, vt non appareant trunci. Idem lib. 2. cap. 11. 9. Minimis aratris proſcindunt, atque ita faciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

Adoleo.] Nonius: Adolere, verbum eſt propriè ſacra reddentium: quod ſignificat, votis aut ſupplicationibus numen auctius reddere. Virgilius Ecloga 8. Verbenasque adole pingues. Vbi Seruius: Adole, incende: ſed κατ' εὐφημισμόν, nam adole, eſt auge. Idem 1. Aeneid. Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates. Vbi Seruius: Adolere, colere: ſed Adolere, propriè eſt augere. In ſacris autem, adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua; ſed cremantur.

Adolui, pro Cremaui, & ſacrificaui. Caſſius ad Tiber. 2. At contra Aegyptios, vbi integrum anſerem adoluerunt. Ex Priſc. lib. 9.

¶ Adoleri, in paſſiuo, pro Incendi. Plin.lib.28. cap.2. 17. Si pontifici accidat ditis cauſa epulanti, in menſa vtiq; id reponi, adolerique ad larem; piatio eſt.

Adolere altaria donis. Lucretius lib.4.249.

Sic Virgil. 7. Aeneid.14,

Adolere altaria caſtis.

Adolebunt cinnama flammæ: Id eſt cremabunt. Ouidius 15. epiſt.67.

Adolere honores āris. Ouid.8. Metam.150. Et, Deo adolere honores. Virg.3. Aeneid.109.

¶ Adoleſco, videtur ab Adoleo ſecundùm analogiam formatum: ad quod etiam accedit ſignificatio. Eſt enim Adolere, augeri ætate, ætate creſcere. At Feſtus Pompeius Gręcum eſſe oſtendit, his verbis ſcribens: Adoleſcit, à Gręco ἀδολέσχω, id eſt, accreſco, venit.

Adoleſcit ætas. Virgil. 12. Idem lib.2. Georg. Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus ætas.

Adoleuit ætas robuſtis viribus. Lucret.lib.3.92.

Martia ter ſenos proles adoleuerat annos. Ouidius 3. Faſtor.12.

Adoleuit annis virtus. Ouid.5 Faſt.35.

Adoleſcere ad aliquam ætatem Plaut. Caſ.2.46.

Adoleſcere in tria cubita triennio: hoc eſt, triennio ſolo creſcere ad altitudinem trium cubitorum. Plin.lib.7.cap.16.9. tractum ad arbores & ſemina.

Pueritia adoleſcit. Tacitus lib.12.

Adoleſcere, de brutis animalibus. Plin lib. 9. cap.8.2, Adoleſcunt celeriter delphini. Idem lib.8.cap.14.1.

Adoleſcere, de Plantis. Plinius lib.6.cap.32.2, Arborum ibi proceritatem ad CXLIIII. pedes adoleſcere.

Adoleſcere in partum. Colum lib 6.cap.35.

Cupido potentiæ adoleuit. Tacitus lib.18.

Ius legatorum adoleuit, prauo certamine. Tacit.lib.20.

Autoritas adoleuit. Tacit.lib.20.

Cremona numero colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri annexu, connubijsque gentium adoleuit, floruitq;. Tacit.lib.19.

Adoleſcit amor in longos annos. Ouidius libro 3. Amorum.19.5.

Opes adoleſcunt. Tacit.lib.2.Annalium.

Adoleſcere alicui ſocordia dicitur, pro Accedere vel accreſcere. Tacit lib. 18. Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbiæ ſocordiæq; Vitellio adoleuerit.

Ver adoleſcit. Tacitus lib 13.

¶ Adoleſcere, in ſacrificijs, pro Incendi. Virgil.4.Georg.76,

Adoleſcunt ignibus aræ.

¶ Aduleſco. idem quod. Adoleſco. Plin.epiſt.3.lib.3, Quibus omnibus ita demum ſimilis aduleſcet.

¶ Adultus, ab Adoleſco, ſiue participium eſt, ſiue potiùs nomen: quia, teſte Valla, non ſignificat paſſionem. Eſt igitur Adultus, quum ad hominem refertur, qui adoleuit, id eſt, creuit ad ætatem, quæ Adoleſcentia dicitur. Sed & de brutis dicitur, quæ iam ætate creuerunt. Virgilius quarto. Georgicorum.

---- aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus. Seruius: Educendo adultos faciunt. Plin. lib.11. cap. 29. 5, In Cyrenaica regione lex eſt, ter anno debellandi eas: primò oua obterendo, deinde fœtum, poſtremò adultos. De locuſtis.

Adultum ver. Seruius, exponens verſum illum in Georg.9. Vere nouo: Anni, inquit, quatuor ſunt tempora, diuiſa in ternos menſes, quòd ipſorum temporum faciunt diſcretionem: vt primo mēſe veris, nouum dicatur ver; ſecundo, adultum;

adultum, tertio, præceps: ſicut etiam Salluſtius dicit vbique. Item Autumnus, Hyems noua, adulta, præceps vel extrema. Hæc ille.

Adultior: comparatiuum ab Adultus. Plin. lib. 10. ca. 33. 2, Adultioresq; circumagi doceat, & foras ſaturitatem emittere. De hirundinibus.

¶ Adultus, participium: pro Crematus. Antias in 74. Eò omnes hoſtiæ, vituli XXVI. coniecti: & ita omnia adulta ſunt. Ex Priſc. lib. 4.

Aeſtas adulta. Tacitus Annal.

Aetas adulta. Lucr. lib. 4. 209.

Aetatis adultæ gradus ſcandere. Lucr. l. 2. 225.

Artus adulti. Stat. 3. Sylua. 4. 16.

Adulta autoritas. Tacit. l. 1. Annal.

Autumnus adultus. Tacit. Annal. 11.

Crinis adultus. Stat. 2. Sylu. 1. 2. 5.

Nox adulta. Tacit. lib. 19.

Eloquentia adulta. Tacit. in dialogo de Orat.

Parthi adulti. Tacit. l. 21.

Robur adultum. Lucr. l. 2. 227.

Seditio adulta. Tacit. l. 17.

Seges adulta. Senec. in Hercul. fur. 9. 17.

Vitia adulta, & præualida. Tacit. Annal. 3.

¶ Adoleſcens, Nomen eſt ex participio, à verbo Adoleſco. Dicitur aũt propriè quis adoleſcens, à fine pueritiæ, nempe ab anno duodecimo, vſque ad annum viceſimum primum: quamdiu ſcilicet homo, teſte Plinio, creſcit in longitudinem corporis, & primam lanuginem producere incipit. vnde Eſſe in ephebis, dixit Terentius. quum autem percreuit, Adultus dicitur. Terent. Eunuch. 1. 2. 125. Adoleſcentem adeò nobilem.

¶ Adoleſcentia: Prima ætas hominis poſt pueritiam, quam Infantiam appellant. Quintil. libr. 1. cap. 2, Et quantum in infantia præſumptum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur.

Obiecta morbis adoleſcentia. Gell. l. 2. c. 1.

Feruida, Seneca in Octauia. 8. 2.

Regenda eſt magis feruida adoleſcentia,
Intemperans.

Sumptuoſæ adoleſcentiæ homo. Tacit. l. 20.

Adoleſcentiæ lubricum. Tacit l. 14.

¶ Adoleſcentula, diminutiuum. Terent. An. 1. 1. 91, Fortè vnam aſpicio adoleſcentulam.

¶ Adoleſcentiari, obſoletum verbum, pro nudum ſatis habere modeſtiæ. Varro, At tu quidem vt iacias cenſeo, quoniam tu quoque adoleſcentiaris. Ex Nonio.

¶ Adoleſcenturire: Adoleſcentiũ more facere, ſiue in adoleſcentiam redire. Laberius: Incipio adoleſcẽturire, & neſcio quid nugarum facere. Quint l. 2. c. 2, Qui iam ſunt in ſuprema parte pueritiæ, & adoleſcenturire incipiunt, aut adulti.

ADOPERIO.] Idem quod operio, niſi aliquid additum videatur à compoſitione. Colum. l. 4. c. 8. 1. Quod opus adopertas oſtendit æſtiuas radiculas. Liuius 1. ab Vrbe, 114, Tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto.

Aether adopertus. Ouid. 2. Faſt. 15.

Hyems adoperta gelu. Ouid. 3. Faſt. 47.

Lumina adoperta ſomno. Ouid. 1. Metam. 144.

Mors adoperta caput tenebris. Tibul. l. 1. eleg 14.

ADOPINOR.] Idem quod Opinor. Lucret. li. 4. 164.

Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis.

ADOPTO.] Eligo, aſciſco, acceſſo. Plaut. Ciſtel. Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Plin. l. 15. c. 14. 4. de diuerſis generibus malorum loquens: Omnium autem nuperrime adoptata ſunt parua gratiſſimi ſaporis, quæ petiſia nominantur.

Adoptare, eſt verbum iuris. Adoptare autem dicitur, qui in ſuam familiam transfert, & in locum filij aſſumit alienum filium, qui adhuc eſt in patris poteſtate. & hoc genus tranſitus & commigrationis in alienam familiam, dicitur Adoptatio. Hæc ferè ex Aulo Gellio, li. 5. c. 19. Plin. l. 9 c. 16. 1. Quo argumẽto vates reſpondere, Neptunum patrem adoptantem eum ſibi, Sex. Pompeio repudiato. Plaut. Pœnulo. 2. 76, Eumque adoptat ſibi pro filio.

Adoptare ſibi aliquem filium: id eſt, pro filio. Plaut. Adoptat illum puerum ſubreptitium ſibi filium.

Adoptare ſe alicui ordini: pro Inſerere, immiſcere, aſcribere ſemetipſum, & ſibi ordinem aliquem vendicare. Plin. l. 12. cap. 1 9, Qui ſe potentiæ cauſa, Cæſaris libertis adoptaſſet ſpado Theſſalicus.

Adoptare diuitias. Plaut. Pœnulo, 14. 83, Is in diuitias homo adoptauit hunc, quum diem obit ſuum.

Adoptare ſibi nomen: hoc eſt, Alienum nomen aſſumere, ſuo immutato Mart. l. 1. 138.

Adoptare herbam aliquam: de ſuo nomine eam nuncupare. Plin. libr. 25. cap. 7. Mulieres quoque hanc gloriam affectauere. In quibus Artemiſia, vxor Mauſoli, adoptata herba, quæ antea Parthenis vocabatur.

Adoptat ramus ramum, quum inſeritur ramus ramo. Ouid. lib. 1. de Remed. amo. 39.

¶ Adoptatio, Idem quod Adoptio: ſed in vſu rariſſimum. Gellius lib. 5. cap. 19, Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio.

¶ Adoptatitius. Feſtus: Adoptatitius, ex adoptato filio natus. Plaut. Pœn. 16. 82. Demarcho item ipſe fuit adoptatitius. Quo in loco, pro filio adoptiuo ſumitur.

¶ Adoptio.

In adoptionem dare. Quint. lib. 3. cap. 6. 68, Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, ſuſtulit nothum.

Adoptio. Plin. de inſitione dixit, lib. 16. in proœmio: Pomiferæ arbores, quæq; mitioribus ſuccis voluptatem primæ cibis attulerunt, & neceſſario alimento delicias immiſcere docuerunt, ſiue illę vltro, ſiue ab homine didicere, blandos ſapores adoptione, & connubio: idq; munus etiam feris volucribusq; dedimus, intra prædictas conſtant.

¶ Adoptiuus, Verbale ab Adopto: vnde, qui adoptatus eſt, vocatur filius adoptiuus eius, qui adoptauit. Gellius lib. 5. cap. 19, Id etiam eum culpauiſſe, quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. P. Scipio ibidem: Filium adoptiuum tam procedere, quàm ſi ſenatum habeat.

ADOR.] Feſtus: Ador, farris genus, edor quondam appellatum, ab edendo: vel quòd aduratur, vt fiat toſtum. vnde in ſacrificio mola ſalſa efficitur. Nonius: Ador, frumenti genus, quod epulis & immolationibus ſacris pium putatur. Vnde & Adorare, propitiare religiones, poteſt dictum videri.

Ador, pro vili quodam frumẽti genere videtur accipi apud Horatium. Serm. 2. Satyr. 6. 18, de mure ruſtico:

Quum pater ipſe domus palea porrectus in horna
Eſſet ador, loliumq;, dapis meliora relinquens.
Eſſet, hoc eſt, comederet.

¶ Adorea. Feſtus: Adoream, laudem ſiue gloriam dicebant veteres: quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret: vel, vt in Plinium tradit Hermolaus, qui farre à populo donatus eſſet. Dona enim ampliſſima Imperatorũ ac fortium ciuium, (ait Plin. lib. 18. cap. 3.) quantum quis vno die plurimum circum arauiſſet. Item quartarij farris aut heminæ, conferente populo. Plaut. Amph. 4. 39, Qui præda atq; agro, adoreaque affecit populares ſuos. Plin. lib. 18. cap. 3. 5, Gloriam denique ipſam, à farris honore, adoream appellabant.

¶ Adoreus, adiectiuum. Varro de re Ruſt lib. 1, In loco humidiore far adoreum potiùs ſerunt, quàm triticum. Virgilius lib. 7, — & adorea liba per herbam Subijciunt epulis. Columel. li 2 cap 6, Frumenta, triticum, & ſemen adoreum. Stat. lib. 1. Syl. 6. 2,

Vix aurora nouos mouebat ortus, Iam bellaria adorea pluebant.

Adorea alma, hoc eſt, gloria altrix virtutis. Horat. 4. Carm. 4. 9, — & pulcher fugatis. Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma riſit adorea. Acron: Adorea, laus publica dicebatur: eò quòd victores à victis adorentur. Porphyr. Adorea, laus bellica dicitur, fortaſſis quòd adorandi ſunt, qui laudem ex bello reportant.

¶ Adoreum, Idem quod Ador. Plin. lib. 18. cap. 8, Frumenti genera non eadem vbiq;: neq; vbi eadem ſunt, iiſdem nominibus. Vulgatiſſima: far, quod adoreum veteres appellauere: ſiligo, triticum. Et libro eodem, cap. 17, In creta, & rubrica, & aquoſiore agro, adoreum ſeri, Catonis ſententia eſt.

ADORIOR.] Aggredi ſignificat, & inuadere quouis modo: Teren. Adelph. 3. 3. 80, Adortus iurgio fratrem apud forum, De pſaltria iſtac. Vbi Donatus: Aggredimur de longinquo; adorimur ex inſidijs, & ex proximo. nam Adoriri eſt, ad aliquem oriri, id eſt, exſurgere.

Adoritur, penult. prod. Lucret. lib. 3. 104,

Commutare animum, quicunq; adoritur, & ipſum.

Adoriri ciuitatem Liu. 1. ab Vrbe, 70.

Adoriri aliquem à tergo. Liu. 3. ab Vrbe, 20.

¶ Adoriri, *pro aliquid facere, conari, & dare operam, atq; aggredi ipſum opus per vim.* Gell. lib. 9. cap 2, Qui, libertatis recuperandæ gratia, Hippiam tyrannum interficere adorſi erant. Fortaſſe legendum, adorti. Virgil. 6. Aeneid. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

¶ Adorſus, Participium. apud Ouidium, niſi mendoſus ſit codex, 1. de Ponto, 2. 4.

— & nullum maius adorſa nefas.

ADORNARE.] Idem quod Ornare: niſi quòd compoſitio aliquid addit venuſtatis. Liu. 8. bel. Pun. 223. Idem libro 1. ab Vrbe, 82. Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem

tem creauit, inſigniqueeum veſte, & curuli regia ſella adornauit.

Adornare leuiter. Quint. lib 7. cap. 2. 33.

Adornare verbis benefacta: Plin. epiſt. 8. f. Ij verò, qui benefacta ſua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint; ſed, vt prædicarent, feciſſe creduntur.

¶ Adornare, *Apparare:* vt ait Donatus. Terent. Eunuch. 3. 5. 33, Continuò hæc adornant, vt lauet. Plaut. Epid. 14. 25. Tragulam in te inijcere adornat. Id eſt, molitur & parat te decipere.

Adornare bellum Liu. 10. ab Vrbe, 187.

Galeas, ſcuta, gladios. Plin. lib. 32. cap. 2. 12, & lib. 19. cap. 34. 1.

Naues. Cæſar 1. bel. Ciuil. 102. pro, inſtruere.

Nuptias. Plaut. Caſ. 8. 65. & in Aulul. 6. 30.

Adornatus venatui: Inſtructus & ornatus, paratusque ad venationem. Tacit. lib. 12. Equos venatui adornatos ſiſtāt.

Adoro.] Apud antiquos ſignificat Agere. Vnde legati oratores dicuntur, quia mandata populi agunt. Feſt.

Adorare, ab Ador, hoc eſt, frumēto ſacrificijs deſtinato, deriuatur, autore Priſciano. Nonius: Adorare, propitiare religiones, ab Ador poteſt dictum videri. Valla lib. 5. Adorare, ab oro, quod eſt ore precor, componitur. Plin. lib. 8. cap. 1. de elephantis: Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. Liuius. 6. ab Vrbe. 54. Romanus Dictator, caſtris eo die poſitis, poſtero cùm auſpicatò prodijſſet, hoſtiaque cæſa Pacem deum adoraſſet, lætus, &c. Virgil. Aeneid. 2. Affaturq; deos, & ſanctum ſydus adorat. Itaque dicimus, Adorare Deū pro eo, quod eſt, ex animo & piè Deum colere. Virg. 3. Aen. 87 Iunonis magnæ primum prece numen adora, Supplicibus ſupera donis. Plin. lib. 12. cap. 14. 19, Alexander Magnus Arabia potitus, thure onuſtam nauim miſit Leonidi, exhortatus vt largè deos adoraret.

Adorare curam priſcorum in inueniendo, in tradendo dignitatem. Plinius lib. 27. cap. 1 Id quod cap. 2, verbis alijs ſic effert: Sed antiquorum curam diligentiamq; quis poſſit ſatis venerari.

¶ Adoratio. Plin. lib. 28. ca. 2. 12, Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? Adorationem hic pro religione poſuit, vel potiùs precatione.

Adposco.] Idem quod ſimplex Poſco, Horat. lib. 2, epiſt. 2. 20. — Si plus adpoſcere viſus.

Adprecor.] Idem quod Precor. Horat 4. carm. 6, Ritè deos prius adprecati: Id eſt, Inuocantes Acron.

Adpugno.] Contrà pugno, ſeu oppugno. Tacit. lib. 2, Interim Piſo claſſem haud procul opperientem adpugnare fruſtra tentauit. Idem lib. 4 Alij caſtra Romana adpugnarent.

Adquò.] pro, Quantum. Afranius Promo: Vt ſcire poſſis, adquò te expediat loqui, Nonius.

Adrado.] Idem quod Rado, ſiue Abrado. Columel. de arboribus, cap. 8. 1. Ita, ne medullam lædas, adradito. Et paulò pòſt: Et paratos ſurculos in fiſſuram demittito, catenus quà adraſi ſunt. Plin lib. 17. cap. 15. 1.

Adrepo.] Rependo accedo. Varro 3, de Re ruſt. cap. 7. 3. Ne mus aut lacerta quà adrepere ad columbaria poſſit. Plin. lib 35. cap. 10. Ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans.

Adrepere animo alicuius Tacitus Annal. 3.

Adrudus.] Feſtus: Quemadmodum omnis ferè materia non deformata, rudis appellatur: ſic veſtimentum rude, non perpolitum. ſic æs infectum ruduſculum, apud ædem Apollinis æs conflatū iacuit: Adrudus appellabāt.

Adſcire. ſiue *Adſciſcere.*] Idem quod adiungere. Columel. in præfat. Quoniam & hanc adſciuimus quaſi agriculturæ partem, quum ſeparata ſit ab agricolatione paſtoralis ſcientia. Vide *Aſciſco.*

Adſeſtrix.] quaſi vocatrix Fœmininū eſt ab eo, quod eſt aſſeſſor. Afranius Fratribus: Dimittit adſeſtricem: me ad ſeſe vocat Non.

Adſignificare.] Idem quod ſignificare. Var. 2. de Re ruſt. cap. 11. 8. Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant antiquorum ſtatuæ.

Adſipere, & *Præſipere*, dicebant antiqui, à ſapiendo: ſicut nos quoq; modò dicimus, ab æquo iniqum, à quærendo inquirere Hæc Feſtus.

Adſitus.] Participium ab Adſero: Iuxtà ſatus. Varro: Vt vitis adſita ad olus facere ſolet Budæus.

Adſpuo.] Plin lib, 28 cap. 4, Aut ſi dormiens ſpectetur infans à nutrice terna adſpui.

Adſum.] Præſens ſum. Antiquos autem duplici ſſ, Aſſum, ſcripſiſſe, manifeſto argumento eſt iocus Plautinus. ſic enim ait ille in Pœn. 4. 57, Heus Milphio, vbi es M aſſum apud te eccum AG At ego elixum volo.

Adeſſe, propriè ſignificat Prope eſſe, vel præſentem eſſe. Plaut. Rud. 24. 6, Quoniam ego adſum, faciet nemo iniuriam. Sic Adeſſe res dicitur, quæ præſ. ns eſt: vt bonum, malum, commodum. Plaut in Amphit. 8. 5.

Adeſſe in re aliqua: pro, Intereſſe. Terent. And. 4. 4. 32, In pariundo aliquot affuerunt liberæ.

Adeſſe in aliquo loco: pro, Eſſe. Terent. Eunuch. 2. 3. 75, Aderit vnà in vnis ædibus.

¶ Adeſſe ad, *variè declaratur.* Plaut. Amph. 6. 6, Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum: pro, non eſt in exercitu. Cato de Re ruſt. cap. 83, Mulier ad eam rem diuinam ne adſit: pro, Non interſit illi rei diuinæ, ſeu ſacrificio.

Adeſſe apud aliquem, pro, eſſe. Plaut. Amph 7. 20, Et apud te adſum Soſia idem. Pro eo, quod eſt, Sum apud te.

Adeſſe vnà cum aliquo. Terent. And. 1. 180.

— ibi tum filius.

Cum illis, qui amabant Chryſidem, vnà aderat frequens. Id eſt, erat.

¶ Adeſſe, *cum aduerbijs in loco, idem quod eſſe.* Terent. Heaut. 3. 1. 91, Adero hic continuò. Plaut. Epid. 5. 73, Ille aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adeſt. Sic adeſſe domi. Terent Eunuch. 3. 2. 53.

¶ Adeſſe, *cum datiuo ſuperuacaneo.* Terent. Heaut. 2. 2. 12. Eccum Dromonem cum Syro vnà adſunt tibi. Hic datiuus, tantùm feſtiuitatis & elegantię gratia eſt additus.

¶ Adeſt præſens: pro, Præſens eſt. Plaut. Moſtel. 15. 27, Adſum præſens præſenti tibi. figura eſt Pleonaſmus: vt apud Terent. in Adel. 3. 3 39.

Coràm adeſſe, eodem modo & ratione dicitur, qua Præſentem adeſſe. Virg. 1, Aen. Coràm, quem quęritis adſum.

¶ Adeſſe, *pro Accedere*, præſertim in ſecunda perſona imperatiui. Terent. And. 1. 1. 2, Adeſdum, paucis te volo. Quaſi, accede ad me. Nam hic, Dum, teſte Donato, parelcon eſt, id eſt, productio & adiectio ſyllabæ. Virg. in Bucol. Huc ades ô formoſe puer.

¶ Adeſſe, pro Aduenire. Virg. 2. Aeneid.

Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus.

Adeſt dies, vel tempus, pro Aduenit: ferè cum aduerbio. Virg. 9. Aeneid. Ergo aderat promiſſa dies. Idem in Bucol. Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores. Ter. And. 1. 1. 125, Propè adeſt cum alieno more viuendum eſt mihi. Sub. tempus. Sic, Adeſt partus, pro, inſtat. Terent. Adelph. 4. 4. 10.

Adeſſe in tempore. Liu. 8. ab Vrbe. 28, Aderunt in tempore, Manlius inquit, & cum illis aderit Iuppiter ipſe.

¶ Adeſſe, *pro Conſiſtere.* Plaut. Aulul. 4. 17,

Iſtic adeſto, ſi hercle tu ex iſto loco

Digitum tranſuorſum, aut vnguem latum exceſſeris, &c. Id eſt, conſiſte, & mane vbi tu es.

¶ Adeſſe. *pro ineſſe.* Plaut. Amph. 8, 19, Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. Sub. ei. Plin Iun lib. 3, Adeſt enim adoleſcenti noſtro eximia corporis pulchritudo.

Adſit modus amori, Virg 2 Eclog ad finem.

Aderant vires in corpore. Propert l. 3. eleg. 15. 5.

¶ Adeſſe, *in promptu eſſe.* Plaut. Capt 7. 64.

— ergo quum optimè feciſti, nunc adeſt occaſio

Benefacta cumulare. Idem Amphit. 8. 190, Mihi quoque adſunt teſtes.

Adeſt mihi ante oculos. Virg. 2. Aen. 54.

Inſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector

Viſus adeſſe mihi.

¶ Adeſſe, *paratum eſſe.* Terent. Phorm. 2. 1. 36, Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt.

¶ Adeſſe, *interdum demonſtrandi ſignificationem habet, in his duntaxat vocibus, adſum, adeſt, adſumus, adſunt.* Terent. Eunu. 3. 2. 11, Dona adſunt tibi à Phædria. Quaſi dixerit, En tibi dona, ecce tibi dona.

¶ Adeſſe animo, eſt fauere illi rei, cui interſis. Sic Terentius in prologo Andriæ. 24, Fauete, adeſte æquo animo Idem in Prol. Phorm. 31, Adeſte æquo animo per ſilentium.

Adeſſe cum ſilentio Plaut. Trinum. 2. 22, Valete, adeſte cum ſilentio.

Adeſt ei animus, quaſi præſenti & forti eſt animo: vt plus ſit, quàm, Eſt ei animus. Plaut. Caſina. 13 9,

Rogitare oportet priùs & percontarier,

Adsítne ei animus, necne adſit.

Adeſſe alicui, pro, Fauere, vel auxilio eſſe. Virg. 4. Aeneid. 116, Adſis ô placidusque iuues. Idem 2. Aeneid. 24 Modò Iuppiter adſit. Liuius 2. bell. Pun. 204 Affuit fortuna incepto. Idem eodem loco: Sed pueri fœminæque ſuper animi, corporisque vires, adſunt pugnantibus, tela miniſtrant.

Adtexo.] quaſi texendo connecto. Varro 2, de Re ruſt. cap. 5. 2, Nos interea ſecundum actum de maioribus adtexamus. Scribitur etiam duplici tt, Attexo.

Adtondeo.] Plautus: Is me ſcelus auro vſque adtondit dolis doctis.

Adveho,]

ADVEHO.] Eſt ad locum veho, ſeu vehiculo, ſeu quouis alio modo. Liu 3. bel Pun. 180. Impoſitoq; quem ſecum aduexerat, milite, Romam nauigat.

Aduehere ex alto. Plin lib. 31. cap. 6, 12. Ex alto, & ad hunc vſum aduehunt ex India, idem lib. 12. cap. 8. 1.

Aduehere per mare Plaut Trinum.

Aduehere trans mare Plin lib. 35. cap. 17.

Aduehere naue. Plin, lib. 35. cap. 17.

Aduehere aliquem oras alias: pro, Vehere ad, vel in oras alias. Virg. 1. Aeneid. 104.

Aduehi aliquem: pro, Vehi ad aliquem. Tacit. l. 2, Vt quoſque aduectus erat Idem lib. 21. Sil. Ital 4. 64.

Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis,
Nunc rurſus Tyrias retrò pauor aduehit alas.

Aduehit imbres Auſter. Senec. in Medea, 8. 2.

Aduehit vnda rates. Ouid. 5 Epiſt. 18.

¶ Aduectus, Verbale. Tacit. lib. 20, non procul à fine: Hæc de origine & aduectu dei celeberrima.

¶ Aduectio. Plin. lib. 9 ca. 54 2, Nuper excogitatum, famem longæ aduectionis à Brunduſio, compaſcere in Lucrino.

¶ Aduecto, frequentatiuum ab Aduecho. Tacit. lib. 5, Addidítq; quibus e prouincijs, & quanto maiorem, quàm Auguſtus, rei frumentariæ copiam aduectare

ADVELO.] Idem quod Velo Virg. 5. Aene. 50. Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat, viridiq; aduelat tempora lauro.

ADVENA.] Seruius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, ſunt indè geniti. Aduenæ, de vno loco venientes, Conuenæ, de diuerſis.

Aduena anus. Terent. Heaut. 1. 1. 44.

Aduenæ volucres. Varro 3. de Re ruſt cap. 5. 5.

Aduena hyemis, & Aduena æſtatis. Plin. lib. 20. cap. 23. de ciconijs & gruibus.

Aduena belli. Stat. 8. Theb. 111.

Amor aduena. Ouid. 1. de Arte amandi. 36. Virg. 7. Aneid. 8.

Grus aduena. Acron. Quia grues tranſmarinæ ſunt. Horat. Epod. 2. 7.

Pellex aduena. Ouid. 9. epiſt. 26.

ADVENERARI.] Valde & ex animo venerari. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 1. 5. Item adueneror Mineruam & Venerem: quarum vnius procuratio oliueti, alterius hortorum. Sil. Ital. lib. 13. 142,

Proſequiturq; puer aduen eratus euntes.

ADVENIO.] Ad locum venio. Terent. Hecyra. 3. 5. 8,

Aduenit modó?

Aduenire, cum aduerbijs. Terent. Eunuch. 3. 2. 48, Si fortè huc aduenerit. Idem And. 2. 2. 25, Cùm illò aduenio, ſolitudo ante oſtium. Plaut. Aſin. 16. 23.

Aduenit domum noctu.

Aduenire ab aliquo loco. Plaut. Stich. 8. 3. A' portu aduenerit.

ad forum. Plaut. Capt 13. 17.

ad vrbem. Ouid. 1. Triſt. 9. 9.

vrbem Virg. 1. Aen. 79.

— Tyriam qui adueneris vrbem.

Aduenire alicui, pro, aliquem, Tacit. lib. 1. Annal. Properantibus Blæſus aduenit. Idem lib. eodem: Sed Chattis adeò improuiſus aduenit.

¶ Aduenire, cum priore ſupino. Terent. Phorm. 2. 3. 13, Etiamne vltrò accuſatum nos aduenit? Ibidem 2. 3. 41, Tentatum aduenis.

Aduenio pace. Plaut Amph. 3. 32, Propterea pace aduenio, & pacem ad vos affero sub. (cum.)

Aduenire in tempore. Plaut. Capt. 13. 67. Optimè mihi in tempore aduenis. In tempore ipſo, Terent. And. 5. 6. 10.

Tempore. Plaut. Menæch. 22. 30.

Per tempus. Terent. Andr. 4. 4. 44.

Opportunè. Terent. Heaut. 1. 2. 5.

Annus aduenict. Tibul. lib. 4. eleg 6. 4.

Hora proficiſcendi aduenit. Tacit. lib. 20.

Aduenerunt literæ, pro, allatæ ſunt. Sueton. in Veſpaſ. Aug. cap ſeptimo.

Luces optatæ aduenere. Catul. in Argona. 7.

Aduenisſe ſenectus dicitur, quum quis ad eam peruenit. Aduenire autem, quum accedit, ſiue appropinquat. Plaut. Menæch. 17. 4, Confitus ſum ſenectute. Et paulò poſt: Vt ætas, mala eſt merx: mala eſt ergo. Nam res plures peſſimas, quum aduenit, affert.

Aduenire ad aures. Lucret lib. 7. 34.

— quia ſemper ad aureis
Tardiùs adueniunt, quàm viſum quæ moueant res.

¶ Aduenit, in præſenti, eſt, appropinquat: in præterito, eſt, iam acceſſit. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 7.

— collyria lippus
Illinere. Interea Mœcenas aduenit, atq; Cocceius, &c.

Virg 7. Aenei. 161.

Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla.

¶ Adueniens, participium. Terent. Eunuch. 2.

Liquor adueniens. Lucret. lib. 4. 176.

Adueniens mare. Plin. 12. cap. 9. 3.

¶ Aduentitius, dicitur qui aliunde nobis accedit.

Quà humor aduentitius tranſire poſſit. Varro 1. de Re ruſtica, cap. 8. 3.

Aduentitia dos, profectitiæ opponitur. Eſt autem profectitia dos Vlpiano (in lege Profectitia, de Iure dotium) quæ à patre, vel parente, profecta eſt de bonis, vel facto eius. Aduentitia verò, quam nemo ex paternis bonis, ſed quiſpiam extraneus alicunde dedit: vt ex Iuliani verbis colligitur.

Aduentitius fructus. Liuius.

Aduentitium donum appellat Budæus, quod olim Conſulibus in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: quod & Honorarium dicitur.

Aduentitia neceſſitas intelligitur, vbicunque repentè aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam vtilitatem ſpectet. Vide Alciatum, enarrantem l. placet. C. de ſacſanct. eccl.

Aduentitium peculium (cui opponitur Profectitium) eſt, quod alicui ab auo paterno vel materno aduenit: vel cognatorũ teſtamento, vel alioquin ſorte fortuna. Vide Ferr. Inſt. de Actio. §. Actiones autem.

Aduentitia bona ſunt, quæ non recta ſucceſſione, putà patris & aui, ſed ex legatis: aut aliter caſu aliquo, nobis adueniunt: id eſt, quæ non iure agnationis, ſed ab extraneis, & inſperato accedunt. Spiegel.

¶ Aduentus, Verbale. Terent. in Eunucho, 2. 2. 29, Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Vbi Donatus: Aduentus propriè exſpectatorum, neceſſariorumq; dicitur. Idem Phorm. 1. 3. 2, Vbi in mentem eius aduenti venit. Vbi Donatus: Aduenti, ſic veteres genitiuo caſu proferebant.

¶ Aduento, Frequentatiuum, antiquis pro primitiuo ponebatur: nunc ferè ſignificat appropinquare. De priore ſignificatu Plaut. Epid. 5. 20. Idem Aulul. 6. 22. Te id admonitum aduento.

Aduentare, pro appropinquare, nunc de tempore dicitur, nunc de perſona, nunc de re alia.

Aduentant diſcrimina Lucan. lib. 7. 49.

— diſcrimina poſtquam
Aduentare ducum ſupremaq; prælia vidit.

Aduentat reipublicæ excidium. Tacit. lib. 20.

Aduentant rates. Ouid. 12. Metam. 13.

Aduentabat accipiẽdo Armeniæ regno Tyridates. Tac. l. 16. Hoc eſt, ad accipiendum, ſiue vt acciperet.

Aduentare alicui, pro, ad aliquem. Tacit. lib. 5.

Aduẽtare portis, hoc eſt, appropinquare. Stat. l. 11. Theb. 41.

Aduentare locum aliquem, pro, ad locum. Tacit. lib. 5.

Aduentare ab vrna. Stat. 8. Thebaid. 2.

Aduentare ſub finem. Virg. 5. Aenei. 65.

Aduentantes Euri Virg, 4. Georg 39. de Apibus.

¶ Aduentor, Verbale Plaut. Trucul. 4 2,

Ad foras auſcultato atque adſerua has ædes,
Ne quis aduentor grauior abeat, quàm adueniat.

Ibidem 4. 55. Videtur nomen à Plauto fictum præter vſum latinitatis, pro quolibet homine externo: id eſt, qui non ſit nobis domeſticus.

Aduentores vocat Apuleius eos, qui ſoliti ſunt in cauponam cuiuſpiam diuertere. Et nunc, inquit, ſenex ille dolium innatans vini ſui, aduẽtores priſtinos fece ſummiſſus officioſis rhonchis raucus appellat. Cælius lib. Antiq. lect. 15. cap. 3.

¶ Aduentorius, adiectiuum: Qui aduenienti cuipiam offertur. Vnde Aduentoria epiſtola, apud Martialem in præfatione, lib. 11. Cælius Antiq. lect. lib. 15. cap. 3,

ADVERBERO.] Stat. 9. Thebaid. 138,

— & auratis aduerberat vnguibus armos.

ADVERBIVM.] Compoſita eſt dictio ex Ad & Verbum. Quintil. lib. 1. cap 7. Deinde miſtum verbo participium, ipſis verbis aduerbia. Priſcianus li. 15. Aduerbium eſt pars orationis indeclinabilis, cuius ſignificatio verbis adijcitur. Hoc enim perficit aduerbium verbis additum, quod adiectiua nomina appellatiuis nominibus adiuncta: vt prudens homo, prudenter agit: felix vir, feliciter viuit.

ADVERSVS.] ab Aduertor, modò nomen eſt, modò participium: & interdum dicitur id, quod nobis aduerſatur, id eſt contrarium eſt & repugnans, interdum oppoſitum, id eſt, contra nos poſitum. Cui contrarium eſt Auerſus, qui nobis terga oſtendit. Nonnunquam malum atque improſperum, quod & ipſum cõtrarium eſt. Terent And 1, 1. 37, Eorum obſequi ſtudijs, aduerſus nemini: id eſt, contrarius, repugnans, aduerſans. Salluſt. Ibiq; multa aduerſa fuere.

Aduerſus, pro oppoſitus, ſiue obiectus. Plin. lib 2. cap. 68.2, Hunc, qui Septentrion vocatur, eumq; qui aduerſus illi, Auſtrinus appellatur De duobus polis. Saluſt. in Iugurth. Haud procul ab latere caſtelli, quod aduerſum præliantibus erat.

Aduerſus & auerſus. Colum. lib. 1. cap. 5. Cauendum tamen erit, vt à tergo potiùs, quàm præ ſe, flumen habeat: vt ædificij frons auerſa ſit ab inſeſtis eius regionis ventis, & amiciſſimis aduerſa.

Aduerſa vulnera. Liuius 2. ab Vrbe, 96. Aduerſis vulneribus occiſi. Plinius de Viris illuſtribus, 35. Aduerſis vulneribus corruerunt. Hæc autem ſunt fortitudinis argumẽta: ſicut contrà, auerſo vulnere, aut auerſo pectore occidi, pudendum eſt.

Aduerſa inter ſe folia. Plin lib. 27. cap. 13, 5.

Fronte aduerſa obuius. Sil. Ital. lib. 5. 19.

Aduerſis frontibus concurrunt damæ. Martial. lib. 1. 141. Et apud Lucretium, lib. 6. 24.

Haſtis aduerſis incurrere, Virg. 11. Ane. 123,

Pectore aduerſo ferrum excipere: hoc eſt, obiecto. Seneca in Agamem. 4. 2.

Spatia aduerſa. Virg. 5. Aene. 116.

Aduerſa via: oppoſita. Plaut. Bacc. 2 5. Sic idem in Perſa, 12. 37. Ab iſtac aduorſis angiportis ad forum.

Aduerſa ærumna. Ter. Phor. 2. 1. 12, Abundant (aduerſa) teſte Donato. Nam omnis ærumna, aduerſa eſt nobis.

Amor aduerſus & ſecundus. Lucret. lib 4. 210.

Animis aduerſis aliquid accipere. Tacit lib. 3, Vt quæ ſecundo rumore, ita aduerſis animis acceptum.

Animo aduerſo aliquid auſcultare: id eſt, inuito, ac repugnante. Plaut. Pſeud. 5. 9.

Aqua aduerſa per flumen aduecti ſumus. Plaut. Trinum. 13. 98. Sic vehi aduerſo fluuio. Plin. de Viris illuſtr. 46. Cum aduerſo Tyberi veheretur.

Aduerſo flumine nauigare, aut nauem ducere. Vir. 1. Geor.

Non aliter, quàm qui aduerſo vix flumine lembum
Remigijs ſubigit.

Auſtris aduerſis ætatem ducere. Hor. 2. Epiſt, 2. 41.

Bellum aduerſum. Horat. 1. Ser. Sat. 7. 3.

Deo aduerſo aliquid mouere. Ouid. 7. epiſt. 1.

Deos aduerſos habere: id eſt, aduerſantes & contrarios. Propert. lib. 1. Eleg 1. 2.

Fama aduerſa. Liu. Decad. 4. lib. 7, Aduerſa omnium fama, quòd prouinciam Siciliam reliquiſſet.

Felicitas aduerſa. Terent Eunuch. 2. 3. 33.

— cui magis bonæ
Felicitates omnes aduerſæ ſient.

Fortuna aduerſa. Virg. 9. Aene. 59.

Aduerſus homo, pro inimico. Salluſt. in Catil.

Muſis aduerſis tangere carmina. Ouid. 3. Amorum eleg. 114.

Pars aduerſa eſt noſter aduerſarius, aut etiam multi in eadem cauſa nobis aduerſarij. Quintilian lib. ſeptimo, cap. 4. Nam & noſtra confirmanda, & aduerſæ partis deſtruenda finitio.

Prælium aduerſum. Valer. lib. 6. cap. 5, Semperque aduerſis contuſa prælijs. Sic ſæpe apud Liuium, pro prælio infeliciter commiſſo.

Rumore aduerſo eſſe, pro ſiniſtro & contrario: hoc eſt, male audire. Liu. 7. bel. Pun. 121. Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe, ſuper quàm quòd primò male pugnauerat. Tacitus lib 14.

Aduerſo in vulgus rumore fuit. Tacit. lib. 18.

Tempeſtate aduerſa vſi ſumus. Terent. Hecyra, 3. 4. 9, Virg. 1. Aene. Procella aduerſa. Sic aduerſus ventus. idem lib. 2. 183 Ouid. 6. epiſt. 2.

Valetudo aduerſa. Colum. lib. 12. cap. 1. 5. Liu. 10. ab Vrbe, 157, Poſthumium valetudo aduerſa Romæ tenuit.

Aduerſa valetudinis rimari. Tacit Annal. lib. 2.

Rerum vnde aduerſæ. Horat. lib. 1. epiſt. 2. 5. de Vlyſſe:

— aſpera multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vndis.

¶ Aduerſus, *cum datiuo*. Quint. lib 3 cap. 9. 6, Aduerſum gratiæ, an obnoxium. Idem lib. 4. cap. 2, Ne ijs quæ vera eſſe conſtabit, aduerſa ſint.

Aduerſus alicuius, pro, alicui Tacit. lib. 3, Veneno eum à Lepida petitum, illuſtrium domuum aduerſa.

¶ Aduerſior, Comparatiuum ab Aduerſus. Plin lib. 32. cap. 4. Neque eſt teſtudine aliud ſalamandræ aduerſius: id eſt, magis contrarium.

¶ Aduerſiſſimus, ſuperlatiuum ab Aduerſus. Cæſar 3. bell. Ciuil. 246. Qui Alexandria nauigantibus ſunt aduerſiſſimi venti.

¶ Aduerſum, abſolute, pro re aduerſa. Sed ſic in plurali ſæpiùs legitur, Val lib. 4. cap. de Animi moderatione: Nec aduerſa, propera feſtinatione fugientem: nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem.

Aduerſa vocant Virgil 9. Aene. 36,

Quos pater Aeneas, ſi quando aduerſa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit eſſe magiſtros.

Aduerſis alicuius indolere: Hoc eſt, in aduerſis, vel ob aduerſa. Ouid. lib. 5. Triſt. eleg. 5. 18.

Aduerſis premi. Ouid. 5. Triſt. eleg. 2. 6.

Tot premor aduerſis: quæ ſi comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Scandere in aduerſum. Quintilianus de Demoſthene loquens, lib 11. cap. 3. Scandens in aduerſum continuabat, quàm poſſet, plurimos verſus.

¶ Aduersùm, & Aduersùs, præpoſitiones accuſatiuæ, indifferenter pro eodem accipiuntur: & *Contra* ſignificant. Plaut. Trucul. 16. 46. & Amphit. 8. 117, Mirum quin te aduerſus dicat: Id eſt, tibi contradicat Terent. Heaut. 4. 1. 10. Aduersùs edictum tuum facere eſſe cauſam.

¶ Aduersùm, *pro Apud*, authore Donato. Terent. And. 1. 5. 30, Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa, aduersùm hunc loqui.

¶ Aduersùm, *pro Erga*. Terent. And. 1. 1. 25, Id gratum fuiſſe aduersùm te, habeo gratiam: id eſt, tibi gratum.

Aduersùm tendere. Virg. 6. Aene. 137,

Isque vbi tendentem aduersùm per gramina vidit
Aeneam. Hoc eſt, versùs ſe venientem.

¶ Aduersùm, pro Contra, id eſt, è regione. Plin. lib. 3. cap. 5, Lerina aduersùm Antipolim.

Aduersùs cliuum agitabo quadrupedem: id eſt, contra montis aſcenſum. Plautus Aſinaria. 12. 118.

¶ Aduersùm, aduerbium, *pro Contra* aduerbio, & interdum pro *Obuiam*. Plaut. Amph. 8. 31, Huic eam aduorſúm. Idem Menæch. 9. 76. Quis hic eſt, qui aduerſum mihi fit? Terent. Adelph. 1. 1. 2, Neque ſeruulorum quiſquam, qui aduorsùm ierant.

¶ Aduersùm quòd, *pro, Contra quàm*. Plaut Stich. Aduersùm quòd eius me obſecrauiſſet pater.

¶ Aduersùs, *nonnunquam poſtponitur*. Sal. in Iugurtha: Quos aduersùm ierat. Tacitus libr. 21. Hanc aduersùm vrbem gentemq;.

¶ Aduerſo, antiquè dictum, pro Aduerſor. Plaut. Rudente: Animo aduerſaui ſedulo, ne herum vnquam præterirem.

Aduerſor, eſt repugno, obſiſto contrarius ſum, & quaſi aduerſus (id eſt, contrà) eo. Plin. lib. 20. cap. 4. 4, Cætero & ſcorpionibus aduerſatur. Plaut. Capt 7. 43, Neque me aduorſatum tibi. Plin. lib. 28. cap. 2, Quoniam aduerſatur id omnium ſpei.

Aduerſari rem aliquam. Tacitus lib. 1. Annal. Sua facinora aduerſari eos lamentatur. Idem. lib. 17. Sed ambitionem ſcriptoris facilem aduerſeris. Rurſus lib. eodem: Vidiſtis commilitones, notabili tempeſtate etiam deos infauſtam adoptionem aduerſantes.

¶ Aduerſari, abſolutè poſitum. Terent. Phorm. 1. 2. 25, Cœpi aduerſari primo.

Aduerſari contrà, vel aduersús. Plaut. Caſin. 5. 37,

— Iam domuiſti animum, potiùs vt quid vir velit
Fieri, id facias, quàm aduerſere contrà?

Idem in Merc. 7 37,

Nolo tuam aduerſari aduersùs ſententiam.

¶ Aduerſatrix. Terent Heaut. 6. 3. 4, — vllamne ego
Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata? Plaut. Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum aduerſatrix erat.

¶ Aduerſitor, nomen eſt ab eo dictum, quòd aduersùm ire, pro Obuiàm ire dicimus. Nam Aduerſitores Romani ſeruos appellant, qui eunt aduersùm domino, illumq; deducunt & reducunt. Vnde apud Plaut, in Moſt. act. 4. ſcena 1. & 2, inducitur ſeruus Aduerſitoris nomine, qui cum Daniſco aduersùm it domino ſuo, potanti apud amicum. Terent. Adelph. 1. 1. 2.

Non redijt hac nocte à cœna Aeſchinus,
Neq; ſeruulorum quiſquam, qui aduorſúm ierant. Vbi Donatus: Propriè locutus eſt, nam Aduerſitores dicuntur.

¶ Aduerſitas, Eſt (vt ſic dicam) contrarietas ac repugnantia. Plin. lib. 11. ca. 25. 4, Magnam aduerſitatem oleo merſis & ſtellionibus putant eſſe. De ſcorpionibus loquitur.

Aduerſio. vide Auerſio.

ADVERTO.] eſt aliquò (hoc eſt, ad aliquid) verto. Terent. Eunuch. Quò te aduortiſti? Gel. lib 16. c. 6, Redeuntes è Græcia, Brunduſium nauem aduertimus.

Aduertere vrbi agmen, & ſimilia. Virg. 12. Aene. Id eſt, contra vrbem, ait Seruius. Sic Aduerti orienti, & ſimilia. Columel. lib. 3. cap. 12. 6, Vt in locis frigidis meridiano vineta ſubijciantur. tepidis Orienti aduertantur: Hoc eſt, vertantur ad Orientem.

¶ Aduertere, pro Animaduertere, attendere, & quaſi obſeruare. Terent. Heaut. 4. 1. 48, Non aduerti primò.

Animum

Animum aduertere, pro eodem. Terent. Eunuch. 3.1.6.

Animum aduertere, pro Intelligere. Terent. Phorm. Poſtquam tantopere id vos velle animum aduorteram.

¶ Aduertere, ſinè adiecto, pro Intelligere. Plin. lib. 8. cap. 10. 3. Hauſta hirudine, quam vulgò ſanguiſugam cœpiſſe appellari aduerto Idem lib. 2. cap. 67. 3.

Aduertere animum, aliter præterea dictum, pro, diligenter obſeruare atque curare: & aliquando pro, attendere ad ea quæ dicuntur. Liu. 4. ab Vrbe, 194, Aduerterent animos, ne quid noui tumultus Labicis oriretur.

Aduertere animum leuiſſimis Tacit. lib. 13.

Aduertere animo: diligenter conſiderare. Plin. lib. 22. cap. 1. Equidem & formæ gratia, ritusque perpetui in corporibus ſuis, aliquas exterarum gentium vti herbis quibuſdam aduerto animo. Multa tamen Plinij exemplaria habent, animum.

Aduertere aurem fabulis. Mart. lib. 6, 64.

Aduertere aliquid grauiter. Terent. Heaut. 3.3.9.

Aduertere oculos, interdum ad animum refertur. Plin. in Panegy. 54, Aduertiſti oculos, atq; vt antè caſtris, ita poſtea pacem foro reddidiſti: pro, animaduertiſti.

Aduerte huc mentē. Virg. 8. Aen. Et huc aduertite mentem.

Aduertunt hominem res inſigniores, aut nouæ, aut mirandæ. Plin. epiſt. 10. b, Multa in Euphrate ſic eminent, & relucent, vt mediocriter quoq; doctos aduertant & adficiant: Hoc eſt, attentiores faciant ad conſiderādum, & quaſi in admirationem conuertant.

Aduertere aliquem ad aliquid. Sil. Ital. lib. 16. 139,
Illum ego ad incenſas trepidantem & ſæua pauentem
Aduertam patriæ ſedes.

Aduertere animos monitis. Ouid. 15. Metam. 28.
Animos acrius ad religionem. Lucr. lib. 3. 11.
Aures ad vocem Ouid. 1. Faſt 36.
Aures monitis. Propert. lib. 1. eleg. 1. 8.
Curſum aliquò. Ouid. 3. Metam. 129.
Numen luſibus. Ouid. 2. Triſt. 45. ad Auguſt. Cæſarem.
Pedem ripæ. Virg. 6. Aeneid. 77.
Vultum alicui rei. Ouid. 8. Metam. 97.

¶ Aduertere in aliquem, pro Animaduertere, ſiue punire. Tacit. lib. 2. Annal. Idem lib. 5, Placitum poſthac, vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur.

Aduertere parſimoniæ. Tacit. lib. 3. Ne princeps antiquæ parſimoniæ duriùs aduerteret: Hoc eſt, attenderet.

ADVESPERASCIT.] Inſtat veſper, id eſt, veſpertinū tempus. Terent. And. 3.4 2. Iam adueſperaſcit. Plin. lib. 7. cap. 52. 6, Deinde quum adueſperauiſſet.

ADVIGILO.] Diligenter vigilo: & per translationem, alicui rei incumbo, operam do. Terent. And. 4.1.49.
— nam ſatis credo, ſi aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.
Idem Phorm. 1.4.27.

Aduigilare alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 11.

Aduigilantia pila ſomnis regum: hoc eſt, regibus dormientibus. Stat. Thebaid. 30,
Non impacatis regum aduigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes Excubiæ.

ADVLOR.] Compoſitum eſt (vt ait Feſtus) ex accedendo & alludendo. Eſt autem propriè canum, cùm geſticulatione corporis, & caudæ motu, nobis quaſi blandiuntur. Vnde Nonius, Adulatio, inquit, eſt blādimentum propriè canum: quod & ad homines tractum conſuetudine eſt. Valla lib. 5, Adulari, eſt inſeruire & captare, vt fauorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel geſtu. Eſtque tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod eſt ſeruus Et ſanè adulari, ſeruile eſt, non liberale & ingenuum. Ouid.
Agmen adulantum media procedit in aula.

Adulor aliquem. Colum. lib. 7. ca. 12. de canibus: Illi quoque furem adulantur.

Adulari alicui. Quintil. lib. 9. cap. 3. Verborum verò figuræ, & mutatæ ſunt ſemper, &, vtcunq; valuit cōſuetudo, mutantur. Itaque ſi antiquum ſermonem noſtro comparemus, penè iam, quicquid loquimur, figura eſt: vt, Huic rei inuidere, non vt omnes veteres, & Cicero præcipuè, hanc rem: &, Incumbere illi, non in illum: & plenum vino, non vini: &, huic, non hunc adulari, iam dicitur: & mille alia, vtinamq; non peiora vincant.

¶ Adulo, vetuſtè dictum, pro Adulor.
Lucret lib. 5 215. de canibus:
Longè alio pacto gannitu vocis adulant.

Adulandi libido, Tacit. lib. 20.

¶ Adulatio. Plin. lib. 10. cap. 34. 2.
Adulatio abſurda. Tacit. Annal. lib. 3.
Gliſcens. Tacit. lib. 1. Annal.
Indecora adulatio. Sueton. in Auguſt.
Quæſitior, hoc eſt, exquiſitior. Tacit. lib. 3,
Segnis. Tacit. lib. 17.
Adulatio in aliquem. Tacit. lib. 1. Annal. Multa patrum & in Auguſtam adulatio.
Fœdiſſimæ adulationis tantùm infantia vſurus. Tacit. li. 3.
Adulationem induere. Tacit. lib. 5.
Demitti in adulationem. Tacit. Annal. 14.
Abſurdam in adulationem progreſſus. Tacitus Annal. 3.
Lapſos in adulationem cohibebat ipſe. Tacit. lib. 4.
Triſti adulatione aduersùs ſuperiores: id eſt, erga. Tacitus Annal. 11.

¶ Adulatorius, adiectiuum. Tacit. lib. 5. Vitellius formidine C Cæſaris, familiaritate Claudij, turpe in ſeruitium mutatus, exēplar apud poſteros adulatorij dedecoris habetur.

ADVLTER.] Feſtus: Adulter & Adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum, ſe conferunt.

Adulter in aliqua. Tacit. Annal. 3.
Adulter callidus. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 10. 1.
Dardanius: hoc eſt, Paris. Virgil. 10. Aene. 18.
Fraternus: hoc eſt, Thyeſtes, qui cum Merope, fratris ſui Atrei vxore, adulterium fecit. Stat. 5. Sylu. 1. 12.
Nitidus: id eſt, Comptus. Hor. 3 Carm. 24. 4.
Nocturnus Hor. 3. Carm. 16. 1. Iuuen. Sat. 8, 15.
Obſcœnus. Claud. de bello Gildonico. 34.
Secretus. Iuuen. Sat 6. 24.
Abditus interea latet, & ſecretus adulter.
Temerarius. Ouid. 2. Faſt. 68.
Turpis Horat. 1. Carm. 33. 2 Et Ouid in epiſt.
Adultera alicuius. Ouid. 10. Metam. 69.
Tunc eris & matris pellex, & adultera patris?
Adultera clauis. Ouid. 3. de Arte amandi, 28.
Coniunx Ouid. lib. 3. Amorum, 4. 8.
Mens Ouid. lib. 3. Amorum, 4. 1.
Turpis adultera Ouid. 13. epiſt. 27.
Virgo adultera. Ouid. 6. epiſt. 27,
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.
Virgo, ad ætatem refertur.

¶ Adultera, dictum de brutis. Plin. lib. 8. cap. 16. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totaque vi conſurgit in pœnam.

ADVLTERO.] eſt, arte aliqua quidpiam pro vero aſſimulo, atque ita rem ſinceram corrumpo. Plin. lib. 12. cap. 7. 3, Piper longum facilimè adulteratur Alexandrino ſinapi.

Adulterare rebus exteris. Plaut. Bacchid. 5. 34. id eſt, fraudem inijcere rebus alienis.

¶ Adulterare: hoc eſt, adulterio ſtuprare. Suetonius in Cęſare Auguſto, cap. 67, Adulterare matronas. Martianus ad legem Pompeiam, de Parricid. qui nouercam ſuam adulterabat.

¶ Adulteror. paſſiuum. Hor. Epod. 16. 7, Mirus amor, iuuet vt tigres ſubſidere ceruis,
Adulteretur & columba miluio. Hoc eſt, à Miluio per adulterium ineatur.

¶ Adulterata, hoc eſt, adulterio ſtuprata. Sueton in Cæſare Dictato c 48. Libertum gratiſſimum, ob adulteratam equitis Romani vxorem (quanquam nullo querente) capitali pœna affecit.

¶ Adulteratus, qui alienę rei admiſtione corruptus eſt. Alio nomine falſum etiam à Plinio dicitur. Adulteratum gummi Plin. lib. 19. cap. 3.

Adulteratus nidus Plin lib. 10. cap 9.

¶ Adulterinus, interdum dicitur, quaſi ex adulterio procreatus. Plin lib. 7. ca 2. 6, Non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Idem lib. 10. cap. 3. 5, Et, ſi conniuentem humectantemque animaduertit, præcipitatè nido, velut adulterinum & degenerem. Loquitur de aquilę pullo.

Adulterinum ſymbolum. Plaut. Bacchid. 5. 32, — infit dicere. Adulterinum, & non cum eſſe ſymbolum. Id eſt ſignum.

[ Adulterium, genus eſt criminis. Valla lib. 6, Lex autem Iulia, ſtuprum, & adulterium, promiſcuè accipit. Græci μοιχείαν appellant. Sed propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum, compoſito nomine: ſtuprum verò in virginem viduamq; committitur, quod Græci [illegible] appellant.

Adulterium committere. Quint. lib 7. cap. 4. 1.

¶ Adulterium, per metaphoram dictum. Plin. li. 9. ca. 40, Iuuatq; ludere impendio, & luſus geminare miſcēdo iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, vt electra fiant: addere his æra, vt Corinthia. Eadem ratione dicuntur arborum adulteria, hoc eſt, inſitiones. Idem lib. 17. cap. 1. 8, Ob hoc inſita, & arborum quoque adulteria exagitata ſunt, vt nec poma pauperibus naſcerentur.

Labes adulterij. Ouid. in fragment 9.
Fœdum matris adulterium. Ouid. 8. Metam. 32.
Obſcœnum. 2. Triſt. 43.

Sordidum.Liuius 1.Decad.lib.1.

Turpe.Iuuenal.Satyr.11.18.

Cogere adulterium.Oid.2.de Arteamandi.74.
Cogis adulterium dando tempusq; locumq;.

Facere adulterium malum cum aliquo. Catull. ad Ianuam Epigr.62.2.

Impuro adulterio ſe dedere.Catull.de Coma Berenic.17.

Adulteria mercis.Plin.lib.19.cap.3, Vilior ille ac putreſcens radice cortex niger,& ad mercis adulteria. Sub.valens: id eſt,cōducens ad merces adulterandas. Adulterium mercis,alibi fraus ab ipſo Plin.dicitur.

Adulterijs cælata vaſa Plin.lib.14.cap.22.3.

ADVLTVS,] Vide Adoleo.

ADVMBRARE ] Vmbram exhibere,ſiue vmbram tegendo facere Colum lib.5.cap.5.13,Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.Idem lib.12.

¶ Adumbrare,lineari pictura vmbratiliq; aliquid fingere & ſimulare. Adumbratis autem imaginibus adduntur colores. Quint.lib.7. cap.11, Quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt,adumbrare didicit?

¶ Adumbratus: aſſimulatus.

Lætitia adumbrata. Tacit.lib.4. hoc eſt, ficta & ſimulata, non vera.

¶ Adumbratim, Subobſcurè,non apertè.Lucret.lib.4.72,
Non tamen,vt coràm quæ ſunt,vereq; rotunda,
Sed quaſi adumbratim paulùm,ſimulata videntur.

ADVNCVS.] ex Ad & Vncus: propriè dicitur, quod quaſi ad nos (id eſt,versùs nos) vncum ſiue incuruum eſt.Liu. 1. ab Vrbe.76, Dextra manu baculum ſinè nodo aduncum tenens,quem lituum appellauerunt. Plin.lib.11.cap. 37, Et acuta volucribus roſtra, eadem rapto viuentibus adunca.

Aratrum aduncum.Ouid.2.Metam.58.

Arcus aduncus.Ouid.4.epiſt.9.

Cymba adunca.Ouid.1.Metam.59.

Dentes aprorum adunci.Ouid.10.Metam.109.

Falx adunca.Oid.14.Metam.126.

Ferrum aduncum.Ouid 9.Metam.26.

Hamus aduncus.Ouid.13.Metam.198.

Naris adunca.Lucan.lib.2.37.

Naſo adunco aliquem ſuſpēdere: ſpernere, ſubſannare, faſtidire,irridere. Acron Horat.1.Serm.6.1.

Os aduncum.Ouid.11.Metam.69.Idem 12.epiſt.4,Oraque adunca boum.

Pedes aquilæ adunci.Ouid.6.Metam.104.

Præpes Iouis adunca hoc eſt,aquila.Ouid.Faſt.40.

Puppis adunca.Ouid.14. Metamorph.110. Idem 3.Metamorph.131.

Vngues adunci.

Vomer aduncus.Ouid.4.Faſt.187.

¶ Aduncitas: ipſa (vt ſi dicam) incuruitas. Plin.libr.8.cap. 49.1.

ADVNO.] in vnum cogo, & quaſi conglobo. Plin. lib.19. cap.2.3.Vulſum faſcibus in ceruo adunatum biduo.

ADVOCO.] in ſubſidium voco, aut aduocatum aſciſco. Plaut.Caſinar.13,7.Terent.Phorm. 2.1.83.
Amicos aduocabo,ad hanc rem qui adſient.

Aduocor cauſæ.Quintilian.lib 11.cap.1,Etiam in ijs cauſis, quibus aduocamur, earum differentia diligenter eſt cuſtodienda.

¶ Aduocare ad cōſultandum,aut ad aliud agendum, idem ſignificat,quod ſimplex Vocare.Liu.3.ab Vrbe,250.

Aduocare ad concionem,pro eo quod eſt, Vocare ad concionem.Liu.4.ab Vrbe,3.

Aduocare in conſilia.Quintilian.lib.3.cap.10.8.47,Et apud Virg.lib.5.Aene.9,
In cœtum aduocare.

Aduocatur India in eo cibi genere.Plin.lib.15.cap.26, Inq; alio cibi genere India aduocatur,in alio Aegyptus.

Aduocare.Ouid 7.Metam.28.

Enſes.Sil.Ital.17.18,id eſt,poſcere.

Genas in planctum.Senec,in Herc.Oeth.14.21.

Sacramentum in alicuius nomen. Tacit.lib.17. In Senatus populiq; Romani obliterata iam nomina,ſacramenta aduocabant.Hoc eſt,in S.P.Q.R. verba iurabant.

Ventos.Stat.lib.1.Achil.44.

Vires omnes: Hoc eſt, totis viribus conari.Seneca in Medea,7.27,
— hoc age,omnes aduoca
Vires & artes.

Aduocari ægro,hoc eſt,ad ægrum.Ouid.1.de Reme.am 23.

¶ Aduocare,pro, allicere.Plin lib.1.epiſt.vltima: Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant: vicinitas vrbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui aduocet magis quam diſtringat. Hoc eſt, qui delectet magis, quàm occupet.



¶ Aduocatus.Valla lib.4. Quicunq; adeſt alteri in cauſa, officij gratia,aduocatus appellatur: etiam ſi nihil dicat,neq; agat, ſed qui tantùm paratus ſit defendere. Vlpian. Aduocatos accipere debemus,omnes omnino, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur. Terent.Eunuch.2.3.48,
Volo ego adeſſe hic aduocatos nobis in turba hac.

Aduocatus, pro patrono, ſeu cauſidico, ſiue pro eo, qui cauſam agit. Quint. lib. 12. cap.1,Frequenter autem accidit,vt ijs etiam vera dicentibus fides deſit: videaturq; talis aduocatus,malæ cauſæ argumentum. Aliquanto pòſt: Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt aſperioribus verbis parcamus) non inutilem ſanè litium aduocatum, quem deniq; cauſidicum vulgò vocant.

Aduocatus eo,aut venio amico. Plaut. Epid.9.39.
Terent Adelph 4 5.45,
Ridicule,aduorſúmne illum cauſam dicerem,
Cui veneram aduocatus?

¶ Aduocamentū: aduocatio vel remediū. Plin. epi.5.lib.8.

¶ Aduocatio: Hoc eſt,aduocati officium, aut etiam patrocinium, quod nobis affertur ab eo. Plin.epiſt.22,Multos aduocatione,plures conſilio iuuat. Fructum ex ſtipe aduocationum petere.Quin.lib.1.cap.12.13. Vlpian.in lege Moris eſt, de Pœnis: Moris eſt, aduocationibus quoque præſides interdicere.Ibidem: Plus eſt autem,foro, quàm aduocationibus interdicere.Plin.Atriano,li.2. in fine ſententiæ adiecit: Quòd ego & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter fortiterque functi eſſemus,arbitrari Senatū, ita nos feciſſe, vt dignum mandatis partibus fuerit. Hoc eſt,iniuncta Priſci accuſatione.

Aduocatio,interdum collectiuum nomen eſt,pro multitudine,& quaſi cohorte patronorum & amicorum, qui alicui veniunt aduocati.Liu.3. ab Vrbe,194,Virginius ſordidatus filiam ſecum obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis,cum ingenti aduocatione in forum adducit.

¶ Aduocitare: ſæpè aduocare.Feſtus.

ADVOLARE.] Quaſi ad aliquid volare, cum datiuo.Plin. lib 10. cap.40. Caprarumq; vberibus aduolant: Hoc eſt, volant ad caprarum vbera.De Caprimulgis loquitur.

Aduolare ex.Plin.lib 9.cap 8.5,Quámvis occultus atq; abditus ex imò aduolabat.

Aduolare ex loco in locum. Plin.lib.10. ca.29,Vt in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat.

Aduolare ad. Plin.lib.10.cap.4, Platea nominatur: ad eas aduolant,quæ ſe in mari mergunt.

Aduolare in aux lium.Plin.lib 9.cap.8.1.

Aduolat fama alicui.Virg.10 Aene.

Aduolat vrbem nuntius Claud.5.Paneg.35.

ADVOLVO ] Quaſi voluendo adduco.
Virg 3.Georg.
— congeſtaq; robora totas
Aduoluere focis vlmos,igniq; dedère.

Aduolutus genibus Liu.8.bel.Pun.178, Qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accuſat.

Aduoluere ad. Plin.libr.11.cap.37, Ad ignem aduolutus, lora cum corpore excuſſit.

Aduoluere cumulos rerum multarum in vnum carmen. Claud 1.Paneg.3.

Clamor aduoluitur aſtris.Stat.5. Theb 29. Hinc ſtimuli ingentes,magnusq; aduoluitur aſtris Clamor.

ADVORSVM.] pro Aduersùm,& Aduorto, pro Aduerto, veteres ſcripſiſſe, teſtimonio ſunt Plauti ac Terent. comœdiæ,

ADVRO.] idem quod ſimplex Vro.

Adurit ſolis calor: adurit etiam frigus.Virg.1.Georg.
— rapidíve potentia ſoli.
Acrior,aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Vbi Seruius: Vno,inquit,ſermone duo diuerſa concluſit, quæ tamen vnum effectum habent.Nam & frigoris finis, eſt caloris initium: & ſummus calor, frigoris eſt principium. Vnde quaſi vnus effectus eſt,& caloris,& frigoris.

Adurit Venus,Horat.1.Carm.27.3.

¶ Aduri,dicitur etiam de intertrigine. Plin. Aduruntur etiam,atteruntur; femina equitatu.

¶ Aduſtus,participium.

Aduſta niuibus.Plin.lib.27.cap.8,2.

Aduſtus cibus. Terent.Adelph.3.3.71, Hoc ſalſum eſt,hoc aduſtum eſt,hoc lautum eſt parum.

¶ Aduſtior comparatiuum ab aduſtus.Liu,7.bel.Pun.249, Si qui forte aduſtioris coloris, vt ex recenti via,eſſent.

¶ Aduſtio.Plin lib.14 cap.26.9, de reſinæ & picis vitijs. Vitia,præter ſupradicta,acor, aut ſumidum virus: picis autem,aduſtio.hoc eſt. ſi pix inter decoquendum aduſta ſit.

Aduſtio infantium,quæ vocatur ſiriaſis,emendatur adalligatis oſſibus in canino ſimo inuentis. Plin.lib.20.cap.13. Eſt autem inflammatio circa cerebrum & tuniculas eius, quam

quam conſequitur cauitas oculorum, cum pallore & ſiccitate corporis. Hermolaus in Plinium,

ADVRGEO.] Vehementer vrgeo. Celſus: Is quoniam natus eſt dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus eſt. Horat. 1. Car. 37. 4, Cæſar ab Italia volantem.

Remis adurgens, accipiter velut
Molleis columbas.

ADVSQVE.] pro, Vſq; ad Virg. 11. Aene.

Atrides Prothei Menelaus aduſq; columnas
Exulat.

Vbi Seruius: Aduſq; ſic eſt dictum, quemadmodum. Siculo proſpexit abuſque Pachyno. Nam cùm præpoſitio præpoſitioni nunquam cohæreat. Abuſq; & Aduſque licenter admiſſum eſt. Gell. lib. 5. cap. 2. Præterea vini libidine ad vſq; ludibria ebrioſos.

ADVSTIO.] Vide Aduro.

ADYTVM.] Locus eſt ſecretior templi, ad quem non niſi ſacerdoti dabatur acceſſus: nam & ex eo oracula reddebantur. Latinè interdum Penetrale dicitur. Virg. 2. Aene.

Isq; adytis hæc triſtia dicta reportat. Idem in 6.
Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages.

Ima adyta. Virg. 5. Aene. 17.

Penetralia. Virg. 2. Aene. 60.

Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Profunda. Stat. Theb. 5. 130.

Remota. Lucan. lib. 5. 30.

Terrifica. Stat. 10. Theb. 33.

AEDEPOL.] iurandi aduerbium eſt, compoſitum ex Aedes & Pollux: & eſt, quaſi tu dicas, per ædem Pollucis. Plaut. Capt. 16. 26, Aedepol benignè facis. Gellius lib. 11. cap. 6. Aedepol autem, quod iuſiurandum per Pollucem eſt, & viro & fœminæ commune eſt. Sed Marcus Varro aſſeuerat, antiquiſſimos viros, neque per Caſtorem, neq; per Pollucem, deierare ſolitos: ſed id iuſiurandum fuiſſe tantum fœminarum.

AEDES.] Seruius in 2. Aene. Aedem, numero ſingulari, de templo tantùm dicimus: plurali, & de domibus, & templis. Si aliter dictum inueneris, vſurpatũ eſt: vt mella hordea. Hæc ille. At Valla eadem fuſiùs tractat, ita ſcribens: Aedes in plurali accipitur pro domo, nec vnquam aliter. In ſingulari, atque adeò in plurali, pro templo. Sed hac in re differt à templo, quod ſemper in vtroque numero habet adiectionem: vt, in æde Iouis, Mercurij, in æde Concordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis, in æde ſacra: & in plurali, ſacras ædes, ædes deorum, ædes Nympharum. Nam cùm ait Lucretius, de Ioue loquens, Ipſe ſuas ædes diſturbat: perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus duas, tres, quatuor deorum ædes, duas ſacras ædes. Hæc Valla lib. 3. Plaut Sticho, 3. 8, Nitidæ ædes meæ ſint, cùm redeam domum.

Aedis, in nominatiuo ſingulari. Varro de vita populi Romani, lib. 1, Hæc ædis, quæ nunc eſt, multis annis pòſt facta ſit: in qua omnia regis tẽporibus delubra parua facta. Hæc Nonius. Hoc etiam probat ab eo diminutiuum Aedicula, vt ab Apis apicula. Nam à nominatiuo Aedes, potiùs fieret ædecula: ſicut à vulpes vulpecula.

Aedes auguſta. Ouid. 1 Faſt. 41.

Caua. Virgil. 2. Aeneid. Aedes cauæ: id eſt, tecta camerata. Ser.

Decora. Horat. 1. Carm. 36. 1.

Excelſa. Ouid. 15. Metam. 169.

Magnas ædes peruolare Virg. 12. Aene. 96.

Magnifica æde aliquem diuum dedicare. Ouid. 6. Faſt. 128.

Aedibus in noſtris quæ praua aut recta geruntur. Scribit Gellius, hunc Homeri ex Odyſ. verſiculum, vice prouerbij, ſemper in ore fuiſſe. Alij tribuunt Socrati. Diocles adſcribit Diogeni, vt refert Laërtius. Quo verſu monemur, vt ea potiſſimùm, quæ ad noſipſos pertinent, curemus, externa atq; aliena ne inquiramus.

Primæ ædes, hoc eſt, primæ ædium partes. Ouid. 5. Metamorph. 57.

Vacua ædes. Horat. li. 2. epiſt 2. 19.

Votiuam ædem reddere. Hor. 2. Carm. 17. 7.

Diſturbare ædes. Lucret. lib 2. 221.

Inerrat ignis ædibuſ Stat. 1. Syluarum, 5. 32.

Reficere labantes deorum ædes. Horat. 3. Carm. 6. 1.

Reſerata ædes. Lucan. lib 3. 24.

Tendere ad ædes alicuius: pro ire, Horatius libro primo, epiſt. 7 18.

¶ Aedes, pro cubiculo. Curt. lib. 8, Excubabant principum liberi, ſeruatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua rex acquieſcebat.

Aedes marmorea. Ouid. in epiſt. 20, Eſt mihi marmorea ſacratus in æde Sichæus: locus Ouidij penè ſumptus eſt ad verbum ex illo Virg. 4. Aene. 92.



Præterea fuit in tectis de marmore templum.

¶ Aedes, pro apum alueis. Virg. 4. Georg. 52.

¶ Aedicula, diminutiuum, pro Cellula in ædibus. Plaut. Epid. 9. 22, In ædiculam ſeorſum iſthæc eat, iube.

Aedicula, Sacellum, id eſt, ædis ſacræ appendix. Liuius Decad. 4. libro quinto. Iiſdem diebus ædiculam victoriæ virginis, prope ædem Concordiæ. M. Portius Cato dedicauit.

¶ Aedificare: ex Aedes, & facio, compoſitum. Feſtus: Aedificare, quum ſit propriè ædem facere, ponitur tamen pro omni genere conſtructionis [illegible]. Cæſar 6. Gall. 81, Ne accuratiùs ad frigora atque æſtus vitandos ędificent.

Aedificare claſſem vt nauem, abuſiuè dictum. Plaut. Aedificat nauim gerariam.

Caſas. Horat. 2. Serm. 3. 50.

Equum. Virg. Aene. Inſtar montis equum diuina Palladis arte Aedificant.

Muros ædificare. Ouid. 11, Metam. 41.

Vicos & plateas. Cæſar.

Specus. Plin. lib. 8. cap. 36. de vrſis.

Eleganter. Columel. lib. 1. cap. 4. 7.

¶ Aedificatio. Plin. lib. 18. cap. 2. 4, Quanto ſit in vſu omnibus terris nauium armamentis, machinis ædificationum, alijsq; &c.

¶ Aedificator: Qui ædificat, aut qui ædificauit. Colum. lib. 1. ca. 4. 7, Eleganter igitur ædificet agricola, nec ſit tamen ædificator. Hoc eſt, ædificandi nimis ſtudioſus.

¶ Aedificium: vt inquit Varro, dicitur omne, quod ædificatum eſt. Liuius 7. bel. Pun. 11, Milites ædificijs emotos. Plin. lib. 16. cap. 6. 5, Minùs vtilis ædificijs. Cæſar bel. Gal. lib. 2. 268, Omnibus vicis ędificijsque quò adire poterant, incenſis.

Aedificium lucidum: cui ſol allucet. Celſus libro primo, cap. 1.

¶ Aedilis: Qui ædes ſacras & priuatas procurat. Varro 4. de Lingua Lat. Ouid. 5. Faſt. 58.

Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios: animus defuit antè viris.

¶ Aedilitas: Aedilium magiſtratus.

Curulis ædilitas. Liu. lib. 7. ab Vrbe.

Aedilitatem gerit ſine populi ſuffragio. Plautus in Sticho. Prouerbij vice vtimur: vbi quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in ædibus alienis.

¶ Aedilitius: Quod ad ædilem pertinet.

Aedilitia edicta: De quibus ampliſſimè in Pandectis libris, 21.

¶ Aeditimus: Qui ædibus præeſt. Feſtus: Aeditimus, ædis intimus. Varr. de Re ruſt. lib. 1. cap. 2. 1, Sementinis ferijs, in ædem Telluris veneram, rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus noſtris: vt corrigimur à recentibus vrbanis, ab æditimo. Vide Gel. lib. 12. cap. 10.

¶ Aedituus: idem quod Aeditimus. Feſtus: Aedituus, ſacræ ædis tutor, id eſt, curam agens. Plin. lib. 32. cap. 2. 6, Hierapoli Syriæ, in lacu Veneris, æditúorum vocibus parent vocati. Horat 2. epiſt. 1, 47.

Sed tamen eſt operæprecium cognoſcere, quales
Aedituos habeat, belli ſpectata domiq;
Virtus.

Hoc eſt, narratores, vt ait Porphyr. Aeditui enim templorum ac numinum, quibus inſeruiunt, ſacrorum originem aduenis & ignorantibus narrant.

¶ Aedituor, & Aeditimor: Aedem tueor. Gel. lib. 12 cap. 10, ſic ait: Pomponij fabula attellana eſt, quæ ita inſcripta eſt, Aeditimus: in qua hic verſus eſt, Qui poſtquam tibi appareo, atq; æditimor in templo tuo.

¶ Aedituentes, pro Aedituis, dixit Lucretius, lib. 6. non procul à fine:

— oneratq; paſſim
Cuncta cadaueribus cœleſtum templa manebant,
Hoſpitibus loca quæ complerant æditúentes.

Meminit Gel. lib. 12. cap. 10.

AEDIFICIVM.] Vide Aedes.

AEDO.] ædis. Vide Edo, edis, edidi.

AEGER.] Feſtus: Aegrum ex Græco αἰάζω appellatur: à quibuſdam putatur à voce doloris appellari, quod eſt αἰ αἰ. Seruius: Aeger & corpore & animo dicitur: ſicut etiam Aegrotus. Terent. Hecy. 1. 2. 114. Aegram eſſe ſimulant mulierem. De morbo corporis intelligit.

De morbo autem animi Virg. 1. Aeneid.

— curiſq; ingentibus æger.

Idem in 4. Aene. Aegram nulli quondam flexère mariti: Id eſt, mœſtam.

Aeger amore, pro, ex amore: id eſt, ob amorem. Liu. 10. bel. Pun. 45. Stimulabat ægrum amore vxor, ſocerq;.

Aeger animi. Liu. 2. ab Vrbe, 155.

Aeger animo. Plin epiſt. 199.

Aeger ab animo: id eſt,quantũ ad animũ.Plaut.Epid.3.26.
Auidus æger,hoc eſt,Intemperãs. Porph. Hor.1. Ser.4.26.
Conſil j æger.Stat.li.11.Theb.29. Hoc eſt, Triſtia cogitans, ſiue conſilio imbecillis.

— Curiſq; ingentibus æger
Spem vultu ſimulat,premit altum corde dolorem.Virg.1. Aeneid.43,Hoc eſt,triſtis.Seruius.

Aeger delicti, hoc eſt,dolens ob delictum à ſe commiſſum Sil.Ital.lib.13,11.
Aeger ex vulnere.Liu.6.bel.Pun.
Aeger fluore,Celſus,lib.3.cap,6.
Aeger pedibus,pro eo,quod eſt pedes ægros habens: hoc eſt,cui dolent pedes. Salluſt.Antonius pedibus æger.
Aeger pedes Gellius lib. 19 cap.10.
Aeger morbi, Val Maxi. Pulſu venarum comperit. cuius morbi æger eſſet.Id eſt, quo morbo ægrotaret.
Timoris æger.Sil.Ital.lib.3.15.
Valetudine æger.Tacit.lib.14.
Aeger alicui.Ouid.lib.3.Amorum,eleg.10.5,

Dicta erat ægra mihi: præceps, amensq; cucurri:
Veni: & riuali non erat ægra meo.

¶ Aeger, *de brutis animalibus dici potius, quàm ægrotus, obſeruatum eſt.* Virg.3.Georg. — & quatit ægros.
Tuſſis anhela ſues. Sic in proſa oratione ferè inuenies.

Amans ægra.Virg.1.Aene.71.Id eſt,mœſta & anxia,inquit Feſtus.
Amor æger.Virg.4.Georg.93.
Anhelitus æger quatit vaſtos artus.Vir.5.Aen.86.
Animam ægram ponere,id eſt,vitam.Lucr.lib.6.246.
Aegram animam auferre Ouid.9 Metam.3.6.
Animus æger.Ouid.de Rem.amoris,lib.1.26.
Auſonia ægra vulnere.Sil Ital.7.
Balatus ægri.Ouid.7.Metam.109.
Cor ægrum.Ouid.lib.3.Triſt.24.
Aegrum corpus.Vir.3.Aene.
Dolores ægri.Lucr.lib.3.185.
Femur ægrum.Virg.10.Aene.169.
Genua ægra.Virg.5.Aene.93.
Hiatus æger.Statius,6.Theb.174.
Inuidia lætis ægra: ob alienam ſcilicet felicitatem triſtis. Stat.1.Theb.25.
Luctus æger Ouid.2.Metam.66.

Lucretius,lib.3.191, — nimis ægris
Luctibus indulges?

Manus ægra.Ouid.20.epiſt.50.Sic 5.Faſt.82.
Membra ægra.Ouid.11 epiſt.8.
Mens ægra.Ouid lib.4.Triſt.5.16.
Mors ægra.Virg.3.Georg.101,

— ipſiq; ſuos iam morte ſub ægra
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.Hoc eſt,difficili, & violenta.

Mortales ægri.Virg.2 Aene.54.

Tempus erat,quo prima quies mortalibus ægris
Incipit.Id eſt,anxijs & ſolicitis.

Aegris oculis aliquid aſpicere.Tacitus.
Os ægrum.Sil.Ital.lib.13.146.
Paſſus ægri. Val.Flac.lib.3.Argon.72.
Pectora ægra curis.Val.Flac.lib.6.Argo.125,
Pudor æger.Val.Flac.7.Argon.103.
Seges ægra.Virg.3.Aene.29.

Arebant herbe,& victum ſeges ægra negabat.Ouid.lib.1. Faſt.138.
Nec vitio cœli palleat ægra ſeges.

Senectus ægra. Ab effectu, quòd homines ægros reddat. Ouid.14.Metam.29.
Spes ægra.Claudian.de nuptijs Honorij & Mariæ.3.
Suſpiria ægra.Stat.6.Theb.159.
Verba ægra.Val.Flac.lib.8.Argon.33.
Vis ægra.Stat.8.Thebaid.107.

Aegra animo vis,ac fiducia ceſſit.

¶ Aegrum, *abſolutè poſitum pro animi ægritudine, id eſt, dolore ac moleſtia* Plaut.Amph.8.9, — plus ægri,
Ex abitu viri, quàm ex aduentu voluptatis cepi.
Lucr.lib 5.35,Sed cui nil accidit ægri.

¶ Aegreſco: à nomine Aeger deriuatum,ſignificat ægriorem fieri & propriè refertur ad animum.Virg.12.Aene. —exſuperat magis,ægreſcitq; medẽdo.Vbi Seruius:Indè magna eius ægritudo creſcebat, vnde ſe ei Latinus remedium ſperabat afferre.Valla lib.1. Quomodo curari quis ante poſſit, quàm ægrotus ſit? Neceſſe eſt ergo, vt ante ægrotare cœperit: quum dicitur ægreſcere,vt intelligatur inter medendum ægriorem fieri.
Aegreſcere,pro ægrotare.Plin.lib.10 cap.12.1. Corui ante ſolſtitium generant: ijdem ægreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime ante,quàm fici coquantur Autumno.
Animus ægreſcit.Lucr.lib.3.106.



Cura ægreſcit.Stat.1.Theb.80,Tantum in corde ſedens æægreſcit cura parentis.
Aegreſcere rebus lætis: Ob alienam felicitatem dolere. Stat.lib.2.Theb.4.
Ripæ ægreſcunt puluere.Stat.4.Theb.22.
Cura ægreſcente ducere dolorem.Sil.Ital.lib.8.42.
¶ Aegrè,aduerbium qualitatis, ab Aeger deriuatum. Virg. 3.Gerg.Ergo ægrè raſtris terram rimantur: id eſt difficulter,ait Seruius.Plaut Aſin.11,36,Nimis ægrè riſum continui.Plin.lib.7,cap.44.2.Aegrè repertus.
Aegrè eſt pro moleſtum eſt.Plaut.4.8,

— ſed quid eſt,
Quod tuo nunc animo ægrè eſt? Idem Menæch. Dic mea vxor,quid tibi ægrè eſt? Idem Caſina.4.6, Domi & foris, quod ægrè ſit,ſatis ſemper eſt. Terent Adelph 1.2.56.

Aegrè ferre.Plaut.Pœnulo,16.104, Factum, quod quidem ægrè tuli,Terent.Heaut.4.8.20,Ne ſentiat me ſenſiſſe,atq; ægrè ferat?
Aegrius: Difficiliùs.Plin.lib.16.cap.10.9.
Aegerrimè,difficillimè.Cæſar 1.bel.Gal.49,Aegerrimè cõfecerant,vt flumen tranſirent.
Aegrè alicui facere. Terent.Eunuch.4.1.10. figuratè,pro, Rem moleſtam facere.
Aegrè pati.Terent.in Adelph.1.2.26, — ſed oſtendere
Me ægrè pati illi nolui.
¶ Aegrè: Grauatè,& inuito animo. Terent.Hecyra, Sed reprimam me: ne ægrè quicquam ex me audias.Vbi Donatus: Vtrum Aegrè pro malè,an Aegrè pro inuita?
¶ Aegrimonia: denominatiuum ab Aeger.Idem ſignificat quod ægritudo.Plaut.

Rud.24.146.Idem Sticho.7.5.
Olim quos abiens affeci ægrimonia.
Eos nunc lætantes faciam aduentu meo.

Aegrimonia vetus.Plin.lib.28.cap.8.
Aegrimonia deformis: quia triſtitia deformes facit. Horatius Epod.13.4.
Aegrimonia faſtidioſa.Horat.Epod.18.5.

Faſtidioſa triſtis ægrimonia.

¶ Aegritudo,pro morbo corporis.Terent.Phorm Matrem ipſam,ex egritudine miſeram,mors conſecuta eſt.Plin.lib. 28.cap.6.Et lib.8.cap.1.
¶ Aegrotus. Seruius: Aeger & corpore & animo dicitur: Aegrotus,corpore tantum Horat.1.epiſt.2,10.

Non domus,& fundus,non æris aceruus & auri,
Aegroto domini deduxit corpore febres.

¶ Aegroto: Malè valeo à corpore.
Aegrotare,translatum ad fructus,Plin.lib.17.ca.24.12. Aegrotant aliquando & poma ipſa per ſe ſinè arbore, ſi neceſſarijs temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defluxêre,aut contra abundauêre.
Aegrotant in te artes animi tui: hoc eſt,malè ſe habẽt mores tui,tu corruptis es moribus. Plautinus eſt iocus in Trinummo.
Fama ægrotat.Lucr.lib.4.226,

Languent officia,atque ægrotat fama vacillans.

Vitio animi ægrotare.Horat.2.Ser.Sat 62.
¶ Aegrotatio: Propriè eſt morbus in corpore. Plin.lib.17. cap.24.15.
Aegis.] ſcutum Iouis, vt Iliados 4.& Palladis.vt Iliad.5, deſcribitur: in cuius medio erat Meduſæ Gorgonis caput, ſerpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur,mox in lapides vertebantur, vt canit Ouidius 4.Metamorph.ad finem.Seruius: Aegis propriè eſt munimentum pectoris æreum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit,ægis vocatur: ſi in pectore hominis,ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis videmus, lorica dicitur.Virg.8.Aene.
Aegis coruſcans.Val.Flac.Argon.4.134.
Cruenta.Clau.3.de rap.Proſ.68.
Fulua.Clau.7.Pane.33.
Irata.Clau,lib.3.de rap.Proſ.12.
Nigrans.Virg.8.Aen.70, — Arcades ipſum

Credunt ſe vidiſſe Iouem,quum ſæpè nigrantem.
Aegida concuteret dextra,nimboſq; cieret.

Sonans.Horat.lib.3.Carm.4.12.

Contra ſonantem Palladis ægida.

Terrifica.Val.Flac.Argonaut.6.35.
¶ Aegiſonus. Hinc Aegiſonum pectus Palladis, Val. Flac. lib.3.Argonaut.18.
¶ Aegis,arboris laricis fœmina.Plin.lib.16.cap.39.
Aemulor.] propriè ſignificat,cum quadam inuidia atq; ambitione, & quaſi certamine,conor alienum opus ſuperare,vt indè maiorem gloriam cõſequar, quàm ille, quem ęmulor.Plinius ad Genitorem libro ſeptimo Tu mihi bonũ animũ facis qui libellos meos de vltione Heluidij, Demoſthenis orationi (κτ μέλλευ) confers.Quam ſane cum compo-

componerem,illos habui in manibus: non vt æmularer, (improbum enim ac pene furioſum) ſed tamen imitarer, & ſequerer tantum, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſæ ſimilitudo pateretur. Quint. lib.10 cap 2. Triſtes & ieiuni Pollionem æmulantur. Liuius Decad.1.lib 1. Pythagoram in vltima Italiæ ora, iuuenum æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe conſtat. Hoc eſt, diſcipulorum.

Vitem æmularetur vlmus, ni pondus eſſet in culpa Plin.lib. 16.cap.43 3.

Aemulari cum aliquo Liuius 3.Decad.lib 8. non ita procul à fine: Tanquam mihi ab infimo quoq; periculum ſit, ne mecum æmuletur.

Aemulari alicui. Quint.lib.10 ca.1. Nam & conſumati iam patroni veteribus æmulantur.

¶ Aemulari, ſine ſyntaxi, pro Contendere. Quin.lib.1. ca.3. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingenijs non inutiles luſus: quum, poſitis inuicè cuiuſcunq; generis quæſtiunculis, æmulantur.

¶ Aemulandus. Plin.ep.110 Vnà diligimus, vnà diieximus omnes, fere, quos ætas noſtra vtroq; ſexu æmulãdos tulit.

Aemulatus: Idem quod æmulatio. Tacit. lib,13. Otho, ne in vrbe æmulatus ageret, prouinciæ Luſitaniæ præficitur.

¶ Aemulatio. Plin. in Paneg. ad Traianum: Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quàm æmulatio, in fœminis præſertim. Ea porrò maxime naſcitur ex coniunctione: alitur æqualitate: ardeſcit inuidia, cuius finis eſt odium.

Aemulatio laude excitatur. Quint.l b.1.cap.3.

Aemulatio alit firmiores profectus in literis. Quint.lib.1. cap.2.17.

Aemulatio infensè exercetur. Tacitus lib.13. Quippe inter Agrippinam & Domitiam infenſa æmulatio exercebatur.

¶ Aemulatio, pro Inuidia. Valer lib.1.cap.de ſenſoria nota: Inſtinctu autem æmulationis, animo diſſidens.

¶ Aemulus: inuidus, vt ait Nonius. Virg.5. Aeneid.

— æmula necdum
Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Aemulam ſenectutem dixit, quòd videatur quodam modo nobis inuidere iucundiorem ætatis felicitatem. Idem 6, Aeneid.
Aemulus exceptum Triton

Aemulus, eiuſdem rei ſtudioſus, vt ait Seruius: vel, vt Nonius, ſectator atque imitator. Accipitur autem & in bonam, & in malam partem. Virg.5.Aen Partem roſtro premit æmula piſtris. Virg.10.Aen. æmula laudi.

Aemulus: Riualis, & eiuſdem rei amator. Terent. Eunuch 2. 1.9, Iſtum æmulum, quòd poteris, ab ea pellito. Ibidem 4. 1.9, Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum.

Aemulus alicuius de re aliqua: Contendens cum alio de re aliqua. Plin lib 15 cap.18, Carthago de terrarum orbe per CXX. annos Vrbis æmula. Hoc eſt, cum vrde Roma certans de orbis imperio Aemula gummi arbor. Plin.lib. 12.cap.9.2.

Fama æmla Herculei laboris: id eſt, non minor, quàm quæ de Hercule olim ferebatur, vel quàm ſi aduentaret Hercules. Sil.Ital lib.4.1.

Labra æmula roſis: id eſt, roſarum ruborem imitantia, & velut rubore cum roſis certantia, Martial.lib.1.148.
Peſtanis rubeant æmula labra roſis.

Lingua æmula Timagenis: Quæ conatur imitari Timagenem, Horat.lib.1.epiſt.20. 3.

Lux æmula. Stat.2. Achilleid.38.

Marinis æmula muſtela. Plin lib.9. cap.17. Lacus Rhetiæ Brigantinus æmulas marinis muſtelas generat. Idem libr. 15.cap.18, Ficus quædam pyris magnitudine æmulæ. Id eſt, pares aut ſimiles.

Sidus Veneris, æmulum Solis & Lunæ. Liuius lib. 2. c.7.8.

Virtus æmula Lucanus: Stimulos dedit æmula virtus.

Vmbra æmula. Colum. lib.5.cap.6.15, Nec æmula vmbra viti noceat.

AENEVS] idem ſignificat quod Aereus. Columel.lib.12. cap 20, In coctura æruginem remittunt ænea vaſa.

Aeneum vinculum, pro perpetuo, accipiunt Poetæ: quoniam, vt inquit Porphyrius, æris metallum rubigine non conſumitur. Cælius Antiq.lect lib.10.cap.50.

¶ Aeneatores: tubicines, ab ænea tuba. Sueton. in Cæſare Dictat. cap 32, Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo ſedens, repentè apparuit arundine canens: ad quem audiendum, quum præter paſtores plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interq; eos æneatores, rapta ab vno tuba proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiritu claſſicum exorſum pertendit ad alteram ripam. Feſtus: Aeneatores, cornicines dicuntur, id eſt, cornu canentes.

¶ Aeneobarbus, dictus eſt Domitius: quoniam Caſtor & Pollux, quum de victoria nuntiarent Domitio rure reuertenti, ipſeque minimè crederet narrantibus: malas, barbamque manibus permulſerunt, & eam ex fuſca in flauam conuerterunt. vnde, à barba rutila æneique coloris, Aeneobarbi dicti: quod poſtea Domitiorum cognomen fuit, eorumque magna pars rutila barba fuerunt. Hęc Suetonius in Nerone, cap.1. Idem ibidem, cap.2, In Cn. Domitium Aeneobarbum, Neronis atauum, dixit Licinius Craſſus orator, non eſſe mirandum, quòd æneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum. Quidam ſcribunt Aenobarbus.

AENIGMA.] vt Valla interpratur, allegoria obſcurior, quam diuinare magis, quàm interpretari oporteat. Gellius, lib. 12. cap.6. Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex noſtris veteribus ſcrupos appellarunt.

AENVS.] ab Aes, æris: ſed æ diphthongo diuiſa. Vide Ahenus.

AEQVALIBVS] Vide Aequus.

AEQVAEVVS.] Eiuſdem ætatis. Plin.lib.16. cap.44.2, Verùm altera lotos in Vulcanali, quod Romulus cõſtituit ex victoria de decumis, æquæua vrbi intelligitur. Virgil.2. Aeneid.112.
Vt regem æquum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem.
Nomen eſt proprie poeticũ: Nam Aequalis, oratoriũ eſt.

Corpus æquæuum. Sil.Ital.lib.13.39.

Grex æquæuus. Seneca in Agamem.7.10, de pueris eiuſdem ætatis.

Maieſtas æquæua, Clau 7.Paneg.25.

Palmes æqæuus. Stat.lib.5.Sylu. 1.10.

AEQVALIS.[ Vide Aequus.

AEQVANIMVS.] Animi æqui & ſedati. Auſon.Sect.4.ad Drepanium, de ludo ſeptem ſapientium:
Aequanimus fiam te iudice, ſiue legenda,
Siue tegenda putes carmina quæ dedimus.

¶ Aequanimitas: Animi æquitas. Plin, libr.18. cap. 12, Inuenio apud authores, æquanimitatem fieri veſcentibus ea.

Aequanimitas populi, fauor, & propitius animus, vt ait Donatus. Terent in prol. Phorm 35,
Bonitaſq; veſtra adiutans, atque æquanimitas.

AEQVATIO ] Vide Aequo.

AEQVATOR.] Circulus in cœlo, ad cuius medium vbi ſol peruenit, tunc ęquales ſunt noctibus dies. hunc & Aequinoctialem vocat Plinius.

AEQVIDIES.] ea forma qua æquinoctium dicimus. Archithrenius, lib 9 cap.9,
— Aequator ſolem ſtatione reflectit,
Aequidiemque facit. Idem lib. 9 cap.4.
Circulus æquidiem librans, Auſtrumque colurus,
Qui ſecat & Boream, Zephyri ſub cardine mundum
Auroræq; ligant. Ibid cap 5, — hæc plenior, illa
Aequidie breuior, brumalibus euolat horis.

¶ Aequidiale. Feſtus: Aequidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus æquinoctiale: quia nox diei potiùs, quàm dies nocti annumerari debet.

AEQVILANIVM ] Feſtus: Aequilanium ſignificat ex toto dimidium, dictum à lauatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, quum dimidium decidit ſordibus. Hæc Feſtus. Scribitur in nonnullis exemplaribus, Aequilauium: vt ſit ab Aequus, & Lauo.

AEQVILATATIO.] quaſi æqualium linearum ſecundùm latitudinem productio. Vitruuius. libro 2.cap 8, Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio ſignetur. Id eſt, æqua ſiue æqualis latitudo.

AEQVILIBRIVM.] Aequatio libræ, quum ſcilicet pondera ita ſunt æqualia, vt neutra pars libræ præponderet: quod & libramentum dicitur.

Aequilibrium membri, Gell.lib.20. cap.1. per metaphoram poſuit, ita ſcribens: Nam cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſi itidem rumpere talionem velit, quæro, an efficere poſſit rumpendi pariter membri æquilibrium? Vt ſit ſenſus: an ita parem vicem reddere poſſit alteri, vt neque plus, neque minus rumpat ei membrum, quàm ille ipſi ruperit.

¶ Aequilibris: propriè ſignificare videtur, quod ad libram æquali conſtat pondere. Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruuius, lib.5. cap.12, Deinde ad ipſam aquam & latera puluino circiter ſeſquipedales margines ſtruantur, æquilibres ei planitiæ, quę ſupra ſcripta eſt. Hoc eſt, omnino æquales, quaſi ad libram æquati.

AEQVINOCTIVM.] quaſi noctis cum die æqualitas. Varro, libro quarto. de ling. Latina: Quod dies æquus ſit ac nox, æquinoctium dictum. Columel. lib. nono, cap.14, Idque optimæ notæ eniteſcit Autumni æquinoctio, quod eſt ante Calendas Octobris, cùm octauam partem Libræ ſol attigit.

Aequinoctialis: Quod ad æquinoctium pertinent. Plin.l.2. cap.75.

cap.75. Sic fit, vt vario lucis incremento, in Meroë longiſſimus dies, 12. horas æquinoctiales, & 8. partes vnius horæ colligat. Ibidem cap. 69. Quum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſusque cernatur. Ibidem, ca. 70. Item medio ambitu ſigniferi orbis, incedens, æquinoctialis. Catull. epigr. 43. ad ſeipſum de aduentu Veris:

Iam ver egelidos refert tepores,
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri ſileſcit auris.

AEQVIPARO.] quaſi æquè parem facio. Virg. Eclog. 5. Nec calamis ſolùm æquiparas, ſed voce magiſtrum.

Liuius, 5. ab Vrbe, 107. Iouis, ſoliſq; equis æquiparatum Dictatorem in religionem etiam trahebant.

¶ Aequiparare, *pro Comparare*. Plaut. Milite.
Cum quo bellator Mars haud auſit dicere,
Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.

Aequiparare, datiuo iunctum. Liu. Mari tranquillo quod ventis concitaretur, æquiparando multitudinem Aetolorum.

¶ Aequiparatio. Gel. lib. 14. cap. 3. Aequiparatio ipſa plerunque & parilitas virtutum inter ſeſe conſimilium.

¶ Aequiparabilis: Aequari vel comparari cum aliquo dignum. Plaut. Trinum. 8. 52.
Ita tu nūc dicis, nō eſſe ęquiparabiles veſtras cum noſtris Factiones atq; opes? Idem Curcul. 4. 13.
Quid vidiſti, aut quid videbis magis dijs æquiparabile?

AEQVIPONDIVM.] Id eſt, ponderis æqualitas. Legitur apud Vitruuium. lib. 10. cap. 8.

AEQVIVALERE.] Aequè poſſe. Sipontinus, Author libelli de Philomela, 2.
Nam quamvis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.

AEQVITAS.] Vide Aequus.

AEQVIVOCVM] nomen fictum à Grammaticis: eſt quod Græci dicunt homonymum: & à Martiano dicitur Pluriuocum, quum pluribus rebus eadem eſt appellatio.

AEQVOR.] Varro, 6. de ling. Lat. Aequor mare appellatum, quod æquatum, cum motum vento non eſt. Nonius: Aequor, ab æquo & plano.

¶ Aequor, *pro planitie & ſuperficie*. Colum. lib. 8. ca. 17. Sublimius eſſe maris æquor oſtendat.

¶ Aequor, *pro terra*. Virgilius, 1. Georg. 5. Ac priùs ignotum ferro quàm ſcindimus æquor. Vbi Seruius: Aquor modò terram accipe, ab æquabilitate dictum: vnde & maria, æquora dicuntur.

¶ Aequor, *Campus*. Virg. 12. Aen. 67. — illi æquore aperto Ante Notos Zephyrumq; volant. Nonius.

¶ Aequor, *Fluuius*. Virg. 8. Aen. 8.
Virides ſiccant placido æquore ſyluas. Nonius.

Aequor altum, Ouid. 2. Metam. 53. Virg. Georg. 106.
Auguſtum. Stat. 1. Achilleid. 6 pro freto.
Apertum. Virg. 3. Georg. 38 de equo:
— tum curſibus auras,
Prouocet: ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Aequora vix ſumma veſtigia ponat arena. Hoc eſt, per campos patentes. Idem lib. 12. 67. de Marte.
Arctoa æquora: id eſt, Scythica, quæ ſub Arcto. Val. Flacc. lib. 5. Argon. 123.
Armatum ſcopulis æquor. Clau. de bel. Getico, 1.
Aſpera nigris ventis æquora. Horat. 1. Car. 4. 2.
Aequor Atlanticum: id eſt, Oceanus, Horat. 1. Car. 31. 3.
Atrum. Val. Flac. 3. Argon, 100.
Cœruleum. Sil. Ital. lib. 15. 31.
Cœrula æquora. Catul. in Argon. 2.
Canens æquor: Hoc eſt, ſpumoſum. Sil. Ital. 4. 50.
Caneſcunt æquora. Ouid. 3. epiſt. 3. 13.
Canum æquor. Luca. lib. 8. 142.
Concita æquora mulcere: Maria commota placare & ſedare Ouid. 2. epiſt. 8.
Contracta. Id eſt, anguſtiora & arctiora facta. Hor. 3. Car. 1. 7. Virg. 5. Aen. 29.
Curua. Luca. lib. 5. 92.
Sic Ouid. 11. Metam. 102.
Aequor denſum: Id eſt, gelatum Luca. lib. 2. 127.
Diductum. Ouid. lib. 1. Triſt. eleg. 2. 5.
Diffuſum. Lucan. lib. 1. 130.
Dubium pendet æquor, cui vento pareat. Nimirum quando fiant venti contrarij. Lucian. lib. 5. 121. Et ibidem, 99.
Dura æquora: id eſt, in glaciem indurata. Seneca in Herc. fur. 7. 3.
Feruidum æquor, æſtuans & valde commotum. Horat. 1. Carm. 9. 2.
Fluitans æquor magnis anfractibus. Lucretius, lib. 1. 148.
Hoſpita æquora luſtrare. Virg, 3. Aen. 76.
Horrida æquora. Horatius, 3. Carm. 2, 4. 8. Sic Catullus in Argonaut. 41.
Hybernū æquor: Hyemali frigore horrēs. Hor. 2. Ser. 3. 47.
Illiſa ſcopulis æquora reclamant. Virg. 3. Georg. 52.
Ima æquora petere. Virg. 9. Aen. 26.
Immania ponti æquora. Luc. lib. 4. 83.
Immenſum ſpatijs æquor conficere. Virg. 2. Georg. 109.
Immenſa æquora. Virg. 6. Aen. 71.
Imperioſum æquor. Horat. 1. Car. 14. 2.
Indignatum magnis ſtridoribus æquor. Virg. 2 Georg. 35.
Indomita æquora. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 9.
Inertia æquora, id eſt, pigra, non fluentia: quia glaciata. Lucan. lib. 5. 9.
Ingens æquor iterare. Horat. 1. Car. 7. 6.
Cras ingens iterabimus æquor: Id eſt, iterum nauigabimus, ait Acron.
Inuia æquora faciunt venti: hoc eſt, innauigabilia. Ouid. 12. Metam. 2.
Irata æquora. Sil. Ital lib. 4. 61.
Læua. Virg. 3. Aen. 83.
Laſſa æquora ponunt furorem: id eſt, deponunt. Stat. lib. 2. Syl. 2. 6.
Laſſatum fluctibus æquor. Lucan. lib. 5. 141.
Latum æquor. Hor. lib. 1. epiſt. 2. 4. & Ouid. 6. Metam. 141.
Lenta equora iacēt. Luc. l. 5. 87. Aequora lenta iacent alto torpore ligata: Hoc eſt, congelata, & in glaciē concreta.
Liquidum æquor, Stat. lib. 1. Achilleid. 20.
Longum. Stat. lib. 5. Theb. 97.
Longinqua æquora. Claud. de rap. Proſerp. 3. 73.
Lunata: In modū bicornis lunæ recurua. Stat. li. 2. Syl. 2. 3.
Magnum æquor metiri. Virg. lib. 4. Georg. 78.
Magna æquora ſurgunt. Virg. 3. Aen. 40.
Maris æquora. Horat. 4. Carm. 5. 2.
Maris æquor arandum eſt tibi. Virg. 2. Aen. 155. Longa tibi exilia, & vaſtum maris æquor arandum. Idem lib. 2. 99.
Mobile æquor. Ouid. 2. epiſt. 26. Sic Claudianus in Ruffinum, lib. 2. 8.
Mollia æquora. Ouid. 22. epiſt. 23.
Nigrum æquor. Horat. 3. Carm. 27. 5.
Patulum æquor: id eſt, patens campus, Sil. Ital. lib. 13. 32.
Peruia velis æquora, Lucan. lib. 5. 88.
Placida. Virg. 10. Aen. 20.
Ponti æquora. Virg. 1. Georg. 93. Vbi Seruius: Non ſine cauſa addidit, ponti: quia ſunt & campi æquora.
Procelloſum æquor. Val. Flac. lib. 3. Argon. 124.
Proſciſſum. Virg. 1. Georg. 20.
Et qui, proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga. Vbi Seruius: id eſt, terram quam arauerat.
Puluereum æquor: Campus puluerulentus, Planities puluerulenta. Stat. 11. Theb. 81.
Quieto æquore ferri. Horat. Epod. 10. 3.
Rapidum æquor. Val. Flac. lib. 4. Argon. 54.
Recuſſum. Val. Flac. lib. 5. Argon. 34.
Refluum. Sil. Ital. lib. 2. 62.
Reuoluta æquora. Virg. 10. Aen. 131.
Rubrum æquor Oceani: propter occidentis in eo ſolis radios. Virg. 3. Georg. 27.
Rubrum æquor: Mare rubrum, ſiue Erythræum. Claud. lib. 1. in Ruffin. 56. Et 7. Paneg. ad finem.
Sæua æquora. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 18. Et Ouid. 18. epiſt. 18.
Salſum æquor. Lucretius, lib. 5. 26. & lib. 3. 99. Item Horat. Epod. 16. 7.
Sinus æquorum. Senec. in Hippol. 10. id eſt, marium.
Sinuata æquora. Sil. Ital. lib. 2. 35.
Sinuoſa, Val. Flac. lib. 3. Argon. 56.
Spumantia. Clau. in laudibus Serenæ reginæ, 23.
Spumea, Sil. Ital. lib. 17. 50.
Spumoſum æquor, Lucan. lib. 2. 124.
Sulcata æquora: id eſt, quaſi in ſulcos roſtris nauium ſciſſa. Seneca in Agamem. 6. 10.
Summum æquor ſaxi: hoc eſt, Superficies ac planities. Lucret. lib. 3. 183.
Toto æquore aliquem agere præcipitem: id eſt, per totum campum vrgendo perſequi. Virg. 5. Aen. 91.
Turbida æquora. Lucret. lib. 5. 200. & Lucan. lib. 5. 114.
Tuta æquora tenere. Virg. Aen. 35.
Tranquillum æquor. Clau. 5. Paneg. 49.
Truculentum, Catul. in Argon. 36.
Tumefacta æquora. Sil. Ital. lib. 16. 20.
Vacuo æquore patent campi. Virg. 21. Aen. 143.
Vaſtum æquor. Ouid. in Ibin, 120. Et Virg. 6. Aen. 67.
Vndiuagum, Virg. de ortu Solis.
Vndoſum, Virg. 4. Aen 63.
Ciere æquora imo fundo: id eſt, à fundo commouere, Vir. 2. Aen. 84.
Commouere æquora, dicuntur venti, Lucr. lib. 2. 154.
Concurrunt æquora. Lucan. lib. 5. 122. — Motaq; poſſunt Aequora ſubductis etiam concurrere ventis.

Conſcendere nauibus æquor. Virg.1.Aen.77.
Currere æquora. Virg.5.Aen.47.Et lib.3.34.
Egerere æquora fundo. Stat. 5. Theb. 77. Hoc eſt, aquam marinam è fundo nauis eijcere.
Euertere æquora ventis. Virg.1.Aen.10.Stat.5.Theb.29.
— en validis ſpumant euerſa lacertis Aequora.
Feruet æquor. Virg.1 Georg.66.
— feruetq; fretis ſpirantibus æquor.
Frangere æquora vado. Lucan.lib.2.81.
Luſtrare æquor nauibus. Virg.3.Aen.77.
Mergere aliquem æquore. Virg.6.Aeneid.70.Et Sil.Ital.lib.17.13.
Mergere aliquem ſub medio æquore. Virg.6. Aen.69.
Miſcetur æquor magnis clamoribus. Virg.4.Aen.83.
Nauigare æquor. Virg.1 Aen.15.Et Ouid.15.Metam.10.
Percutere æquora claſſibus. Lucan.lib.3.58.
Permenſi claſſibus æquor Virg 3.Aen.32.
Perſonat aliquis æquora. Virg.6.Aen.34, de Miſeno tubicine Aeneæ:
Sed tum fortè caua dum perſonat æquora concha
Demens, &c. Vbi Seruius:
Perſonat perſonare facit: aut. per æquora ſonat.
Placare æquora. Virg.1.Aen.30.& Ouid 11.Metam.86.
Proſcindit nauis æquor roſtro. Catullus in Argo.3.
Quæ ſimulac roſtro ventoſum proſcidit æquor.
Quieſcunt alta æquora. Virg 7 Aen.2.
Refundere æquor in æquor: Hoc eſt, aquam marinam è naui reijcere in mare. Ouid.11.Metam.98.
Egerit hic fluctus, æquorq; refundit in æquor.
Secare æquor. Val Flac. lib 4. Argo.54.
Secatur æquor puppe. Ouid.11.Metam.96.
Silet æquor. Virg.9.eclog.12.
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor, & omnes
(Aſpice) ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Idem 1. Aenei.33.
Aequora tuta ſilent.
Spumeſcunt remo æquora. Ouid.2.epiſt.18.
Sternunt venti æquora. Virgil.5. Aeneid.152. Iterum libro eodem,163.
— tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis.
Superare æquor: Euadere, & velut vincere enatando. Ouidius in Ibin,120.
Temperare æquor: Id eſt, regere. Ouid.12.Metamor,19. de Neptuno. Virg.1.Aen. 30.
Et vaſtas aperit Syrtes, & temperat æquor.
Tenent venti æquora. Ouid.11.Metam.87.
Tentare æquora fuga: experiri an per mare poſſis aufugere. Virg.2 Aen.36.
Extemplò tentanda fuga canit æquora Calchas.
Tepent æquora Stat 1.Syl 2.18.
Tingi æquore. Virg.3.Georg.50, Arctos, Oceani metuentes æquore tingi. Idem 4.Aen.162.
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Turbant æquora venti. Lucr.lib.2.1.
Verrere æquora. Virg.3.Aen.58.
Verrunt delphines caudis æquora. Virg.8.Aen.133.
Verrere æquora remis certantibus. Virg.3.Aen.133.
Verrunt æquora venti, Lucr. lib.5.54.
Vibrare æquora. Seneca in Agamem.6.10.
Vorat æquore nauem vortex. Virg.1.Aen.25.
— aſt illam ter fluctus ibidem.
Torquet agens circùm, & rapidus vorat æquore vortex.
¶ Aequoreus: Quod ad æquor pertinet. Col.lib.10, Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum. Oceanum intelligit, qui à poëtis fingitur aquarum deus: & per aquarum regnatorem, Neptunum ſignificat. Martial li.13.84, Hic Scarus æquoreis qui venit obeſus ab vndis. Virgil.4.Aen.Et genus æquoreum: pro piſcibus.
Arma æquorea, Sil. Ital.lib 13.147.
Britanni æquorei. Ouid.15 Metam.151,
Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe Britannos:
Hoc eſt, mari circundatos, & nauigationi deditos.
Buſtum æquoreum, id eſt, ſepulcrum in littore maris erectum. Val Flac.lib 5.Argon.19.
Imber æquoreus. Ouid.lib.4.de Ponto, eleg.1.6.
Origo æquorea. Oui.10.Metam.123. de Hippomene: Quid, quòd ab æquorea numeratur origine quartus:
Id eſt, à Neptuno æquoris deo.
Piſces æquorei. Ouid.10.Metam.16.
Proceres æquorei: id eſt, principes dij marini. Clau.lib.3.de raptu Proſerp.3.
Puellæ æquoreæ: id eſt, Nereides maris nymphæ. Propert. lib.3.eleg.6 14.
Rex æquoreus Neptunus. Ouid.8.Metam.122.
Tridens æquoreus: Sceptrum Neptuni. Lucan.lib.4.23.
Vias æquoreas monſtrare. Sil.Ital.lib.17.11.
Vulgus æquoreum: Monſtra omnia marina, Sene.in Hip. 8. 20.
Aeqvvs.] ab Aqua deduci videtur: quia ſumma eſt aquæ æqualitas, dum quieſcit, ita vt imaginem tanquam ſpeculum reddat: ſignificatque æquum propriè, quod ſic omni ex parte æquatum eſt, vt nihil emineat.
Aequum campi: pro ſuperficie plana. Liu.5.ab Vrbe, 170. Haud dubius, facilem in æquo campi (tantum ſuperante multitudine) victoriam fore.
¶ Aequus, *pro Aequalis*. Terent Eunuch.1.2.11,
— ô Thais, Thais, vtinam eſſet mihi
Pars æqua amoris tecum. Hoc eſt, me æquè, atque ego te, amares. Virg.in 18, Numeróne an viribus æquis Non ſumus. Senec.Epiſt.94, Inueniuntur multi, qui æquos arcibus aggeres attollant.
Aequus alicui dicitur, qui manſuetò & benignè cum eo agit, & fauet. Terent. And.2.5 18,
— quò æquior ſum Pamphilo.
Aequus animus: moderatus tolerans, & minimè querulus in aduerſis, quique nunquam iraſcitur, ſed omnia in bonam partem accipit. Plaut.Rud.10.69, Animus æquus, optimum eſt ærumnæ condimentum. Terent.And.2.3.23, Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Aequum animum dixit, indulgentem, & errata filijs condonantem, ſpe eos ad viam reducendi.
Aequo animo attendere: id eſt, beneuolo. Terent.in prolo. Hecyr.28, Mea cauſa æquo animo attendite. Idem in prolog. Phorm.31, Adeſte æquo animo per ſilentium. Hoc eſt, beneuolè audite & ſilete.
Aequo animo aliquid accipere: id eſt, libenter. Horatius, de arte poet.51.
Aequo animo alijs concedere, hoc eſt, volenter, & libenter. Lucret.lib 3.169.
Animus æquus te deficit. Hor.1.ep.11.6, Quod petis, hic eſt: Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.
Hoc eſt, non te deſtituit: non tibi deeſt.
Aequo animo parcè viuere: Hoc eſt, non procaci, neq; iniquo & inſatiabili. Lucr.5.225.
Diſcrimen æquum: Aequale interſtitium. Virg.5.Aen.21.
Imperio æquo regere dicitur Deus Horat.3. Car.4.10.de Ioue Cui ſimile eſt illud, Virg Aen.10.
Rex Iuppiter omnibus idem.
Aequa lance, prouerbiali figura, dicitur fieri, quod pari iure fit, citra perſonarum reſpectum Ita Modeſtinus Pande.lib. 42.Tit.de re iudicata. Quod in perſona mulieris æqua lance ſeruari, æquitatis ſuggerit ratio.
Libra æqua: Quia ſub Libra, ſigno cœleſti, æquantur noctes diebus, fitque æquinoctium, Senec.in Herc. fur.10.3, Libra Phœbeos tenet æqua curſus.
Mens æqua. Horat.2.Car.3.1, Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem.
Oculis æquis aliquem aſpicere. Virg.4.Aen.75,
— iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.
Placati æquiq;. Quint.de pet.Conſul.30, Tamen ij poſſunt abs te placati æquiq; diſcedere.
Aequi & iniqui: id eſt, amici & inimici, fauentes & non fauentes. Salluſt ad C.Cæſarem, de Rep.ordin. Atque hæc ita ſeſe habere, tametſi omnes æqui atque iniqui memorent, tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum eſt.
¶ Aequum, *abſolutè & per ſe poſitum, pro æquitate*. Virg.2.Aen.
— cadit & Ripheus, iuſtiſſimus vnus
Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.
Ouid.lib.1.Metam 65.
Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui. Vir fuit.
Arbiter æqui: id eſt, iudex ſecundùm æquitatem iudicans. Seneca in Herc.furente,9.23.
Contemptor æqui Ouid.3.Faſt.10.
Cultor æqui Ouid.5.Metam.20.
Aequum dicere. Terent.Adelph.5.3.17, Non æquum dicis.
Aequum facere. Terent.Heaut. Ah, non æquum facis. Pro, non rectè facis.
Aequum eſt: hoc eſt licet, ac iuſtum eſt. Terent. in prolog. Eunuch 42.ibid.2.3.94, An potiùs hæc pati, æquum eſt fieri, vt à me ludatur dolis? Plaut.Truc.5.12.
Aequo niti Quint.lib.3 cap.6.32.
Aequo pugnare Quint.lib.6.cap.5.5.
Aequo concretius: Hoc eſt, plus quàm par ſit, ſeu competat. Lucret 4.250, Craſſius hoc porrò, quoniam concretius æquo Mittitur.
Aequum & bonum quum dicimus, abſolutam bonitatem, æquitatemq; ſignificamus. Terent.Adelph.1.1.39, Nimiùm ipſe durus eſt, præter æquumq; & bonum.

Aequum

Aequum & bonum colere. Plaut. Menæch. 14. 7.
Aequum bonum dicere. Terent. Phorm. 4. 3. 32.
Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris.
Vt eſt bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos.
Aequi bon que facere. Terent Heaut. 4. 5. 40,
— cæterùm equidem iſtuc, Chreme,
Aequi bonique facio.
Ex æquo & bono facere. Terent. Adel. 5. 9. 30.
Id non fieri ex vera vita, neq; adeò ex æquo & bono,
Sed ex aſſentando indulgendo, & largiendo.
¶ Aequabilis. Valla. lib. 4. Aequabilis, idem quod Aequalis, in priore ſignificat.
Aequabilis, pro Aequo, vt interpretatur Rhenanus. Tacit. lib. 20, De Heluidio Priſco: Quæſtorius adhuc, à Peto Thraſea gener delectus, è moribus ſoceri nihil æquè, ac libertatem hauſit, ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cũctis vitæ officijs æquabilis, opum contemptor, recti peruicax, conſtans verſus metus.
Fama æqubilis. Salluſtius in Iugurtha.
Aequabilis in ſuos. Tacit l. 5.
¶ Aequabiliter: Idem quod æqualiter. Varr. 1. de Re ruſt. c. 6. 4. Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit.
Aequabiliter, & conſtanter. Salluſt. de coniuratione Catilinæ: Quòd ſi regum, atque Imperatorum animi virtus in pace, ita vt in bello valeret: æquabilius atque conſtantius ſeſe res humanæ haberent.
¶ Aequalis: Idem quod ſimilis. Plin. Quum & ipſe æqualem fortunam expertus fuiſſem.
Aequalis: Eiuſdem ætatis cum alio. Plin. lib. 34. cap. 2. 8, Illoq; ære Miron vſus eſt: hoc Polycletus æqualis, atque condiſcipulus. Sub. eius. Teren. And. 2. 6. 22, Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium? Vbi Donatus: Aqualium, ætate. Quint. lib. 10 cap. 3, Memini narraſſe mihi Iulium Secundum ęqualem meum, quid eſſet ſibi à patruo ſuo dictum.
Aqualis, etiam de piſcibus. Plin. lib. 9. c. 53. In Cæſaris piſcinis, à Pollione Vedio coniectum piſcem ſexageſimum poſt annum exſpiraſſe, ſcribit Anneus Seneca: duobus alijs æqualibus eius ex eodem genere etiam tunc viuentibus.
Aequalis, item traſfertur ad rerum inanimatarum ætatem. Plin lib. 16. cap. 45. Fuit cum ea cupreſſus æqualis.
Aeuum æquale. Vir. 3. Aen. 98.
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.
Aequales æui: hoc eſt, ætate pares. Sil. Ital. li. 3. 82.
Aequalis ab omni parte. Ouid. 1. Metam. 7.
Aequalis temperies. Plin. lib. 34 cap. 2. 6, de ære Corinthio.
Aequalitas: Similitudo, paritas.
Ad æqualitatem redige, pro Aequare. Plin. lib. 30. cap. 13, Carnes que excreſcentes ad æqualitatem redit.
Exſuere æqualitatem. Tacit Annal. lib. 3, At poſtquam exſui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incidebat, prouenere dominationes.
¶ Aequaliter. Plin. lib. 27. cap. 4. 7, Aut torretur in teſta, pennaque ſubindè verſatur, vt poſſit æqualiter torreri. Liu. 2. ab Vrbe, 209. Captiuum agrum plebi quàm maximè æqualiter darent. Ouid. lib. 5. Faſt. 22, Gratia Pieridum nobis æqualiter adſit.
¶ Aeque: Iuſtè. Senec: Iudex, qui parte inaudita altera, aliquid ſtatuit, etiamſi æquum ſtatuerit, haud æquus fuit.
¶ Aequè. pro Tam, vel Adeò. Terent. Phorm. 3. 3. 34. Nihil eſt, æquè quod faciam lubens. Plautus Ioui ſi viuo argento ſacrificaſſem, nunquam id æquè benè collocaſſem.
Aequè ac ſi, pro Tanquam ſi, aut ſimiliter ac ſi. Liu. 10, ab Vrbe, 27. Aquè ac ſi Titus Manilius collega eius deuouetur.
Aequè mecum. Terent. Aduerte animum, vt æquè mecum hæc ſcias Idem luxtà tecum æque ſcio.
Aequè, cum datiuo Plin lib. 35. cap. 3. Exſtant certè hodiéque antiquiores vrbe picturæ Ardeæ in ædibus ſacris, quibus equidem nullas æquè demiror tam longo æuo durantes.
Aeque pares. Plaut. Menæch. 24. 62. Aequè ambo pares.
Aut vacat Aequè: aut eſt Aeque, pro omnino.
Aequè, ablatiuo iunctum. Plaut. Amph. 4. 139, Nullus eſt hoc meticuloſus æquè.
Aequè pauci. Cæſar 2. bel. Ciu. 180, Diebusque æquè pòſt paucis ſe in regnum cum omnibus copijs recepit.
Aequè quàm. Plaut. Epid. 6, 2, pro Aequè ac.
Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico,
Aequè feracem, quam hic noſter, Periphanes. Plin. lib. 9. cap. 16. 2, Noctibus quidem illuſtribus æquè quàm die cernunt Sueton. in Auguſt. cap. 64, Ac nihil æquè laborauit, quàm vt imitarentur chirographum ſuum.

¶ Aequè: Similiter, aut æqualiter. Terent. Hecyra, 2. 1. 2, Vt omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, velintque omnia. Et paulò pòſt: Viris eſſe aduorſas, æquè eſt, ſimilis pertinacia eſt.
¶ Aequitas: eſt veluti quoddam temperamentum & mediocritas inter ius & licentiam, aut indulgentiam. Donatus: Inter ius & æquitatem, hoc intereſt: Ius eſt, quod omnia recta & inflexibilia exigit: Aequitas eſt, quæ de iure multum remittit. Val. lib. 6. cap. de Iuſtitia: Ita debitum ſupplicij modum legi reddidit: æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem & iuſtum legislatorem partitus.
Aequitatem animi, dicimus rectam animi conſtitutionem, tranquillamq, affectionem, atque omni indignatione vacantem. Cæſar, 6. bel. Gal. 82, Vt animi æquitate plebem contineant, quum ſuas quiſque opes cum potentiſſimis æquari videat.
Aequitas, pro Aequalitate. Senec. Natur. quæſt. 3, Et natura partes ſuas, velut in ponderibus conſtitutas, examinat: ne, portionum æquitate turbata, mundus præponderet.
¶ Aequiter, pro Aequè. Accius Antenoridis: Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter ſententiæ fuere. Liuius Aegiſtho: Nam vt pergam accenſa, & prædam per participes æquiter partita eſt. Nonius.
¶ Aequo: Eſt æquum, ſiue æquale facere, complanare. Plin. Aequato deinde pauimento, infunditur oleum. Virg. 1. Georg.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro.
Aequare ſolo. Vſque ad ſuperficiem terræ diruere & complanare. Liu. 4. bel. Pun. 215. Solo æquata omnia inter ſalinas ac portam Carmentalem.
Aequare ſolo Dictaturam: Metaphoricè dictum, pro abrogare, omninoque abolere. Liu. 6. ab Vrbe, 64. Solo æquandæ ſunt Dictaturæ. Conſulatusque: vt caput attollere Romana plebes poſſit.
Amorem æquare: In amore reſpondere. Virgil. 6. Aeneid. 94, de Didone apud inferos viſa ab Aenea,
— coniux vbi priſtinus illi
Reſpondet curis, æquatq; Sichæus amorem.
Animum æquare natalibus: Animi generoſitate reſpondere nobilitati natalium. Ouid. ad Piſonem, 3.
At tu, qui tant's animum natalibus æquas.
Aequare cœlum videtur pontus: Id eſt, æquè altus eſſe ac cœlum. Ouid. 11. Metaph. 100.
Ducem vadentem æquare paſſibus: Hoc eſt, incedere æquè celeriter atque dux Virg. 6. Aen. 53.
Formas veras imitamine æquare: hoc eſt, imitari & repręſentare. Ouid. 11. Meta. 126.
Laborem operum æquare iuſtis partibus: Hoc eſt, Laborem æqualiter in omnes partiri, ſuum cuique opus aſſignando. Virg. 1. Aeneid. 103, de Didone.
Labores æquare lacrymis. Virg. 2. Aen. 73. Seruius: Hypallage, pro laboribus æquare lacrymas.
Munia comparis æquare dicitur iuuenca, ab Hor. 2. Car. 5. 1. Id eſt, iuuenca nondum poteſt officia, & in arando labores comparis ex æquo præſtare.
Nomen claris virtutibus æquare. Ouid. lib. 2. de Ponto, ele. 3. 1, ad Maximum.
Numerum æquare cum nauibus, Virg 1. Aen. 40.
Nec priùs abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor
Cprpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.
Aequare, *cum Datiuo*, Virg. 6. Aen.
Imperium terris, animos æquabit olympo.
Aequare pondus, aut temperamentum. Plin. lib. 12. cap. 14. 10. Idem lib. 19. cap. 8. 25, Eruca præcipuè frigorum contemptrix, diuerſæ eſt, quàm lactuca naturæ, cõcitatrix Veneris. Idcircò iungitur illi ferè in cibis, vt nimio frigori par feruor immiſtus temperamentum æquet: Hoc eſt, æquale faciat.
Aequat precia excellentium margaritarum. Plin. lib. 19. capite 1. 12.
Aequare quempiam re aliqua: eſt ea in re illi ſe æqualem ſiue parem præbere. Liu. 1. ab Vrbe, 229. Quin ea arte æquaſſet ſuperiores reges. Liu. lib. 1. bel. Maced. 143. Quantum equidem velociſſimi pedites curſu æquare poterunt.
Aequare picturam alicuius. Plin. lib. 35. cap. 11, Eam enim picturam primus inuenit: quem imitati ſunt multi, æquauit autem nemo.
Aequare aliquem alicui, pro Comparare. Liu. 4. Decad. li. 1, Ne æquaueritis Annibali Philippum, ne Carthaginenſibus Macedonas: Pyrrho certè æquabitis.
Aequare: Cum ęquitate, ſeu æqualiter diuidere. Liu. 6 bel. Pun. 188, Ita æquante fortuna ſuſpenſa omnia vtrinque errant, integra ſpe, integro metu.
Aequare: Continuare. Vir. — felix, ſi protinus illum
Aequaſſet nocti ludum.

¶ Aequatus:

¶ Aequatus: participium. Virg.5.Aeneid.168.
Aequatæ ſpirant auræ. Vbi Seruius: Aequatæ, proſperæ: vt Aequatis claſſem procedere velis.
Aequata nox diei: hoc eſt, æqualis. Plin lib.2.cap.19.
Aequati numero. Virg.7. Aen Ibant æquati numero. Id eſt, digeſti in ordinem Seruius.
Aequato omnium periculo. Cæſar: Cæſar primùm ſuo, deinde omnium è conſpectu remotis equis, vt æquato omnium periculo ſpem fugæ tolleret.
Aequatis viribus, id eſt, paribus. Liu. 3. belli Pun. 204. Deinde concurſu facto, æquatisque viribus, atrox eſſe cœpit pugna.
Vela æquata. Virg.4. Aeneid.118.
¶ Aequatio: pro æqualitate. Liu.4. ab Vrbe: Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate: ſe per æquationem ad dignitates fore credidit; vt multi eſſent, qui arma pro patria ferrent.
Aequatio iuris. Liu, 1. Decad. lib.8.14 Si fœdus eſt; ſi ſocietas æquatio iuris eſt: cur non omnia æquantur?
Aer.] Vnum ex quatuor elementis. Plin.lib.2. cap,5. Proximum ſpiritus, quem Græci, noſtrique eodem vocabulo aëra appellant. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoq; conſertum: cuius vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, libra i medio ſpatio tellurem.
Aer: Altitudo, Virg 2 Georg. —vbi aëra vincere ſummum
Arboris haud vllæ iactu potuére ſagittæ. Nonius.
Aer: Sonus, vel flatus, aut ſpiritus. Varro Andabatis: Anima, vt concluſa in veſica, quando eſt arctè l gata, ſi perculeris, aëra reddet. Nonius.
Aer, Genere fœminino Gell.li.13. cap.19. Ennius in Annali duodeuiceſimo, aere fulua dicit, non fuluo: non ob id ſolum, quòd Homerus ἀέρα βαθεῖαν dicit; ſed quòd hic ſonus (opinor) vocalior eſt viſus & amœnior.
Aërem ſunt qui dici putant ἀπὸ τοῦ ἄειν, quod Spiro ſignificat: vnde & producit vltimam. Luca lib.1 18.
—dum terra fretum, terramq; leuabit
Aër, & longi voluent Titana labores.
Aëres, numero plurali dixit Vitruuius lib.1. Nouiſſe, inquit, oportet aëres locorum, qui ſunt ſalubres aut peſtilentes. Lucret.lib.4.59,
Aëribus binis quoniam res confit vtrinq;.
Aeſtus aeris Ouid lib.3. Amorum eleg.2.8.
Caliginis aër, id eſt, caliginoſus. Lucret lib.4 66.
Vitio aeris mori Virg.7.eclog.12,
Aret ager: vitio moriens ſitit aëris herba.
Aër agitabilis, id eſt, mobilis, qui facile huc illuc impellitur. Ouid.1. Metam 16.
Apertus. Lucret.lib.3.103.
Ater, id eſt, Obſcurus. Lucr.4.64.
Craſſus lumine, id eſt. priuatus. Lucr.lib 4.75.
Circumfuſus, Ouid. Metam 3.
Caſſus. Horat.2. epiſt.1.49.
Denſus. Horat.2. Car.7.3.
Denſatus & laxatus. Quint.lib.5.cap.9.10.
Lucis egens. Ouid.1. Metam.4.
Eliſus, id eſt, impulſus. Ouid.1. Metam.94.
Exilis. Stat lib.6. Theb 128.
Frigidus. Ouid lib.1. Amorum, eleg.13,2.
Humidus. Lucan. lib.4.15.
Immenſus. Tibul lib.4. eleg.1.4.
Iucundior. Clau. in nuptijs Honorij & Mariæ, 48.
Largus. Lucr.lib.4.181.
Leuis. Ouid.11 Metam.147.
Liquidus, id eſt, purus. Virg.1. Georg 81. & lib.6. Aen.41.
Purus & liquidus. Plin lib.2.cap 23.
Liquidum aëra lambere. Stat.lib.5. Theb.105.
Lucidus aer. Ouid.1. Faſt 22.
Madentem rore aëra ſuſpirare. Lucan.lib.6.74.
Magnus aer, Virg.1. Aen 61. de Mercurio.
Mobilis, Largus. Lucr lib 4.181.
Nebuloſus & roſcidus aer à flumine. Plin.lib.21.cap.7.
Niger, Virg. 1. Georg. 86. de Luna.
Nimboſus diſſilit aer. Lucan.lib.5.127.
Nitidus. Stat.lib.1. Sylu.3.11.
Nobilis. Virg. in Aetna.
Nudus, id eſt, apertus. Stat.9. Theb.106.
Obſcurus. Virg.1. Aen.83.
Pallore obſitus Lucan lib.5.126.
Pacatus, id eſt, tranquillus & ſerenus. Lucr.lib.3.59.
Peſtifer. Lucan.lib.7 84.
Peſtifer aer ſæuit. Claud. de bello Gildonico, 1.30. Lucan. lib.7.84.
Placidus, Placatus. Lucr.lib 3.61.
Pluuius. Stat.lib.5. Syl.1 21.
Pronus, id eſt, deorſum vergens. Ouid.14. Metam.164.
Purpureus. Ouid.6. Metam.10.
Purus. Lucret. libro 4.62.
Quietus. Virg.5. Aen 44. de Columba.
—mox aere lapſa quieto
Radit iter liquidum: Id eſt, ſecat purum aërem. Seruius.
Rarus. Lucr lib.2.22. Lucan.lib.4.25.
—iam rarior aer.
Roſcidus. Plin.lib.21.cap 7.
Stridulus. Lucan.lib,7.97.
Tabificum aëra reſoluere. Lucan. lib.5.23.
Tenebroſus. Virg.5. Aen.66.
Tener, id eſt, agitabilis & liquidus. Lucr. lib.2. 30. & Ouid. 4. Metam.124.
Tenuem aëra carpere. Virg 4. Georg.62. de apibus in aërem euolantibus.
Tenuiſſimus Ouid.15. Metam.50.
Tepidus. Ouid in Faſt.31.
Torridus. Prop.lib.2. eleg.29.2.
Toto aere ningit, id eſt. per totum aërem, Virg.3 Georg.73.
Turbidus aer ſpargitur. Clau. de Aponi balneis, 7.
Vacuus. Virg 3. Georg.21.
Vagus. Tibul.lib.4. eleg 1.5.
Violentior. Lucan.lib.5.144.
Candeſcit aër. Ouid.6, Metam.10.
Captare aëra auribus, Virg.3. Aen.103.
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atq; auribus aëra captat. Vbi Seruius: Naturale enim eſt, vt, à qua parte flaturus eſt ventus, ad eam auris admota frigidior fiat.
Carpere aëra tenerum Ouid 4 Metam 124.
Cogitur aer in nubem Virg.5. Aen.4.
Concipit aërem buccina, id eſt, vento inflatur inſpirante & canente tubicine. Ouidius 1. Metam. 68. de buccina Tritonis.
Condenſat ſe aër. Lucr lib 1.80.
Diſcutere aëra, id eſt, in diuerſas pates quatere ac diſijcere. Lucr.lib.6.167.
Diſſilit aër. Lucan lib.5.27.
Ducitur aer. Lucr lib.4.190.
Interiorem etiam partem ſpirantibus aër
Verberat; hic idem quum ducitur, atq; reflatur. Hoc eſt, quum emittitur & reciprocatur. Spirantibus, id eſt, animalibus.
Findere aëra Ouid.4. Metam.134. de Perſeo.
Fluit aër. Lucr lib 5.128.
Mulcere aëra concentibus. Ouid.1. Faſt 31.
Odorare aëra fumis. Ouid.15. Metam.147,
—& odorant aëra fumis:
Id eſt, odoribus replent.
Permetiri aëra Lucr.lib 6 230,
Aëra permenſus multum, camposq; natantes.
Procudere, Agere, Propellere aëra, eodem ſenſu dicitur, Lucret lib.4 57.
Rumpere aëra Ouid.4 Metam 25.
—ictibus aëra rumpit. Sic 2. de Arte, 11.
Silet aer Ouid.7 Metam 38,
Immotæq; ſilent frondes; ſilet humidus aër.
Temperare aerem. Virg.3. Georg.66,
Solis ad occaſum, quum frigidus aëra Veſper
Temperat, & ſaltus reficit iam roſcida Luna. Vbi Seruius: Temperat, refrigerat.
Tentare aëra Ouid.6 epiſt ad finem:
Quum mare, quum terras conſumpſerit, aëra tentet.
Id eſt, per aëra volet Medea.
Tenuare aëra. Stat.lib.1. Theb 68.
Voluere aëra Lucr.lib.4.58.
¶ Aereus. Alij ſcribunt Aerius, quod noſtro tempore fere obſeruatur.
Mel aërium. Virg 4. Georg.
Protinus aerij mellis cœleſtia dona
Exſequar Mel aërium vocat, quia ex rore colligitur, qui ex aere defluit.
Palumbes aëriæ. Virg in Buc.
—Aëriæ quò congeſsere palumbes. Id eſt, altiùs in aëre volantes.
Aërium, pro Alto Virg in Buc.
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.
Aditus aërios rumpere alicui. Hoc eſt, iter per aërem. Ouid. epiſt. 179.
Alpes aëriæ: altæ, Virg.3. Georg.93. Ouid.2. Metam 46.
Arces aëriæ, Virg 3. Aen.
Aſtra aëria Virg.5. Aen.103.
Auis aëria: Per aërem volans. Ouid. de Arte amandi, 1.6.
Aëreum cacumen, id eſt, altum. Cat. epig.59 48.
Aëriæ columbæ. Ouid. 3. de Ponto, 3.4. Et apud Virgil.1. Georg 75. aëriæ grues.
Cupreſſus aëria. Cat. epig 59.58.

Curſus aërius,id eſt,volatus. Ouid.6. Metam.142.
Iter aërium peruolare. Ouid.2.Faſt.51.
Murus aerius,id eſt,altus.Val Flac.lib.2.Argon.111. Quercus aeriæ. Virgil. 3. Aeneid. 136. Rupes aeria. Virgil. 4. Georg.102.
Venti aerij. Catul.epig.59.29.
Vias aërias carpere. Ouid.2.de Arte amandi,9.
Volucres aeriæ. Lucret.lib.1.3.
¶ Aeripes, ſignificat celerem, quaſi aërios pedes habentē, hoc eſt, leues. Virg 6.Aen.
Fixerit æripedem ceruam licet. Duas ſyllabas in diphthongum contraxit, metri gratia: æripedem, pro aeripedem.
AERA ]herba eſt inimica ſegetibus, de qua ſic Plin.lib.18. cap.17.Eſt herba,quæ cicer enecat & eruum, circumligando ſe.Et paulò pòſt: Aerę granum minimum eſt,in cortice aculeato. Quum eſt in pane, celerrimè vertigines facit.
¶ Aera Nonius Marcellus, numeri nota eſt: puta in moneta notabatur numerus,quem valebat.Lucilius: Hæc eſt ratio peruerſa,æra numeri ſubducta improbè. Aſtrologi quoq; temporis initium,à quo ſupputationes incipiunt, æra vocant. Hermolaus in Plinium.
¶ Aerinus:Id eſt,loliaceus:ab Aera.Plin.lib.22.cap.25,Aerina farina magis cæteris purgat vlcera vetera.
A.ER.A. Id eſt, annus erat Auguſti:quibus in vnum contractis factum eſt barbarum vocabulum AERA. Vide Geneſium in lib. de Correctione anni.
AERARIVM.] Vide Aes.
AERIDES.] gemmæ ſunt è Beryllorū genere. Plin li.37.c.5.
AERIZVSA.]Iaſpis aëri ſimilis. Plin. 37 cap.8,Plurimæ ferunt iaſpidem gentes. Smaragdo ſimilem Indi: Cypros duram glaucoq; pingui: Perſæ aëri ſimilem.ob id vocatur Aerizuſa, cœli autumnali matutino ſimilis.
AERVGO.] Rubigo in ære.Colum.lib.7.cap.5.11. Vel æris ærugine infricata. Plin.lib.34. cap.12. & lib. 28.cap.7.90, Aes contactum graue virus odoris accipere & æruginem, magis ſi decreſcente luna id accidat.
Aerugo,poëticè translatū, ꝓ linguæ mordacitate, ſeu maledicentia,vel liuore & inuidia. Mart.li.2.60. In maledicū:
Vteris ore aliter, nimiaq; ærugine captas,
Allatras nomen,quod tibi cumq; datum eſt.
Horat.1 Serm.4.21,
—hic nigrę ſuccus loliginis,hęc eſt Aerugo mera.
Aerugo mordax. Seduiius: Non mordax ærugo vorat,non tinea ſulcat.
Aerugo viridis. Mart.10,ad Numacium Gallum:
Vttu,ſi viridi tinctos ærugine verſus
Forte malus liuor dixerit eſſe meos.
Id eſt,liuore, & maledictis.
¶ Aeruginoſus:æruginis plenus.Senec.lib.de breuitate vitę: Maiorem dictum partem æruginoſis lamellis conſumit.
AERVMNA.] Feſtus: Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant. Quarum quia C.Marius retulit vſum, Muli Mariani poſtea appellabantur. Itaque ærumnæ, labores oneroſos ſignificant. Siue à Græco ſermone deducuntur. nam αἴρειν Græcè, Latinè tollere dicitur. Plaut Amphi. Vno vt labore exſoluerer ærumnas duas.Plaut.Perſa:Superauit ærumnis ſuis ęrumnas Herculis.
Graues ærumnæ. Senec Herc.Furent.4.1.
Affici ærumnis.Lucret lib.3.10.
Domare ærumnas victas.Senec.Theba.1.16.
Leuare ęrumnas fletibus. Senec.in Troad.8 6.
¶ Aerumnalis. Apuleius, lib.1. de Aſin.Mox in vrbe Latia aduena ſtudiorum Quiritium indigenam ærumnali labore aggreſſus excolui.
¶ Aerumnabilis:Aerumnis plenus.Lucret.lib.6.248.
Illud in his rebus miſerandum magnopere vnum.
Aerumnabile erat.
¶ Aerumnoſus.Plaut,Epid.11.31,Aerumnoſam & miſeriarum compotem mulierem retines.
¶ Aerumnatus. Plaut.Capt.11.110, Tum igitur ego ærumnatus,deartuatus ſum miſer:hoc eſt, multis ærumnis affectus Nomen fictum, de more ipſius Plauti.
AERVSCO.] Aera vndique, id eſt, pecunias colligo Feſtus.Gell lib.9.cap 2,Aeruſcanti cuipiam id genus,& philoſophum ſe oſtentanti,dari iuſſit mille nummûm. Id eſt, vt exponunt nonnulli,æra poſcenti: aut æruginoſæ & obſcuræ vitæ.
¶ Aeruſcator: Qui malis artibus æs: id eſt, pecuniam, corradit vndique. Gellius, libro 14. capit. 1, Sed id præſtigiatorum atque offuciarum genus commentos eſſe homines eruſcatores, & cibum quæſtumque ex mendacijs captantes.
AES.] Genus eſt metalli. Eius tria ſunt genera: Regulare, Coronarium,& Caldarium. Plin.lib.34.cap.8.

Aeris appellatione aurum etiam contineri, Vlpiano credimus. Cælius Antiq.lect.lib.6.cap.2.
Aeris metalla inuenit Cynira, Agrippæ filius;idq; in inſula Cypro Plin lib.7.cap.56.
Aes,pro ferro. Cælius Antiq. lect. lib.10. cap.50, Ante ferri vſum æs memoratur compertum. Propterea id ferro nomen impoſitum.
Aes,pro galea ærea. Ouid.8.Metam.7.
Quum verò faciem dempto nudauerat ære. Id eſt, depoſita galea.
Aes,pro roſtris nauium Fiebant enim ex ære.Virg.1.Aen.8.
Vela dabant læti,& ſpumas ſalis ære ruebant. Valerius quoq; Argonaut.lib.1.138,
—& ſpumas vomit ære tridenti.
Aera,pro operibus ex ære factis. Virg.1.Georg.
Et mœſtum illacrymat templis ebur,æraq; ſudant.
Idem in 3,
Aeraq; diſſiliunt vulgò,veſteſq; rigeſcunt.
Aes,Pecunia ex ære facta. Cato:Fundum æſibus ſuis emptū poſſidebant. Terent.Phor.3. 2.26, Ancillam ære emptam ſuo.Ouid.1.Faſt.
Aera dabant olim melius nunc omen in auro eſt: Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ. Plin.lib 34. cap.1,vbi de ære: Hinc æra militum, tribuni ærarij, & ærarium, & obærati ab ære dicti.
Aes quando primū Romæ fuerit ſignatum, his verbis prodidit Plin lib.18.cap.3,Seruius rex,ouium boumq; effigie primus ęs ſignauit. Idem lib.33 cap.3, Signatum eſt nota pecudum:vnde & pecunia appellata.Paulò pòſt: Nota æris fuit, ex altera parte Ianus geminus; ex altera roſtrū nauis. In triente verò & quadrante, rates. Huius rei cauſam exſequitur.Ouid lib.1 Faſt 46.
Aere dirutus miles.Feſtus:Aere dirutum militem dicebant, cui ſtipendium ignominiæ cauſa nō eſſet datum: quòd ęs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum.
Aes alienum.Vlpianus de verb.ſignific.Aes alienum eſt,quod nos alijs debemus: æs ſuum eſt, quod alij nobis debent. Salluſt. de Coniurat. Catil. Simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat.Id eſt,multi erant obærati.
Aeris alieni atq; litis comes miſeria. Chilonis Lacedæmonij oraculum apud Plin lib.7.cap.32.
Aes alienum cogere,conflare,ſe debitorem facere.pecunia vel mutuò,vel fœneratò accepta. Plaut Stich.4.49, Alienum æs cogat. Salluſt Quique æs alienum grande conflauerat.
Ducite ex animis curam,atq; alienum æs;ne quis formidet efflagitatorem ſuum. Plaut.Budæus.
Laborare ex ęre alieno. Cæſar bell ciuil.lib.3,Interim Milo, quos ex ære alieno laborare arbitrabatur,ſolicitabat.
Luere æs alienum,hoc eſt,diſſoluere. Curtius lib.10.
Perſoluere æs alienum.Plin.epiſt lib 9 ad Paulinum.
Reddere cauſas æris alieni.Senec.de Benefic.lib.2.cap.8.
Succurrere æri alieno. Senec.de Benefic lib.2.cap.7.
Aes graue. Seruius in ſextum Aeneidos: Qui pro hoc ære graui donatus eſt,id eſt,maſſis.Liu.1.Decad.lib.4 Et quia argentum nondum ſignatum erat, æs graue plauſtris quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant.
Aere meo me laceſſis: id eſt, iocantem ioco excipis. Plaut. Pœnul.4 73,
Enimuerò ęre meo me laceſſis:ludos & delicias facis.
Aes militare: Pecunia, quę in ſtipendium militū de ærario Tribunis ærarijs adnumerari quęſtori ſolebat Aſconius.
Aere publico fixum Senatuſconſultum. Tacit.lib. 12,Et fixum eſt ære publico Senatuſconſultum, quo libertinus ſeſtertij ter millies poſſeſſor, antiquæ parſimoniæ laudibus cumulabatur.
Aera lupinis quid diſtent,non ignorat.Horat.lib.1.epiſt.75,
Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis,
Id eſt, quantum pecunia differat à lupinis, legumine viliſſimo. Acron: Quæ ſit differentia inter bonos & malos. Eraſmus in Chili. Id eſt, nouit diſcrimen rerum vilium & precioſarum.
Acuta æra: Acutè ſonantia,Horat.Carm.1.16.2.
Arguta Silius lib.17.4.
Circùm arguta cauis tinnitibus æra,ſimulq;
Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.
Canorum æs. Virg Aen.9.104,
At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.
Cauum:id eſt tuba ærea. Virg.Aen.3.48,
—dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo.
Cauum æs,pro vaſ. ęreo concauo. Ouid.5. Metam,101.
Cauo ære clypeus. Virg.Aeneid 3.55.
Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus aduerſis figo.

Concauum

Concauum æs Ouid.4.Metamorph.6,
—impulſaq; tympana palmis
Concauaq; æra ſonant, longoq; foramine buxus.

Corinthia ęra. Plin.lib.34. cap.2, Ex illa aũt antiqua gloria, Corinthium ęs maxime laudatur: hoc caſus miſcuit.

Crepitantia ęra. Virg.4.Georg.31.

Deorum æs. Virgil. 4. Aeneid.12.41, pro Orichalco, vt ait Seruius.

Deliacum ęs. Plin. lib.34. cap.2, Antiquiſſima æris gloria Deliaco fuit. Et paulò pòſt Proxima laus Aeginetico fuit. Inſula & ipſa nec æs gignens; ſed officinarum temperatura nobilitata.

Ephyræa æra. Virgil.2. Georg 93. Vbi Seruius: Ephyræia æra, Corinthia, quæ laudat etiam Cic. nam Ephyrus eſt Corinthus.

Fuluum ęs. Ouid.1. Metam.23.

Micantia æra: id eſt, arma ærea, Virg.2. Aen.146.

Operoſum ęs, id eſt, magno opere & artificio fabricatum. Ouid.3.epiſt 7.

Paphyum ęs: Hoc eſt, Cyprium. Paphos verò Cypri eſt oppidum. Ouidius in Ibin, 89.

Raucum ęs: pro clypeo æreo, ad teli tactum, raucum ſonum emittente. Virg.2 Aen. 109.

Rauci æris canor. hoc eſt, tubarũ clangor. Virg.4 Georg.15.

Recuruum æs. Lucan. lib 1.87,
—quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. Hoc eſt, litui inflexi incitauere ad ineundam pugnam.

Renidens æs. Virg.2. Georg.57.

Aes Salluſtianum Liuianum. Plin lib 34.cap.2, Proximum bonitate fuit Salluſtianum, in Centronum alpino tractu, non longi & ipſum æui: ſucceſſitq; ei Liuianum in Gallia. Vtrumque à metallorum dominis appellatum: illud ab amico diui Auguſti: hoc à coniuge: velocis defectus. Liuianum quoque certè admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in Marianum conuerſa: quod & Cordubenſe dicitur.

Saturnia ęra: Vaſa ęrea, quibus vtebantur tempore Saturni in ſacris. Perſ. Satyr 2.13,
Aurum vaſa Numæ, Saturniaq; impulit æra.

Aes ſignatum & graue. Liu Decad.4.261.

Solita ęra. Virg Aen.9.164.

Sonans ęs. Ouid.12. Metam 10. de fama loquitur,
—tota eſt ex ęre ſonanti;
Tota fremit, vocesq; refert, iteratq; quod audit.

Sonorum ęs. Claud.7 paneg 30.

Stridentia ęra. Virg.4 Georg 35.

Temeſæa æra: à Temeſe oppido Cypri, in quo præcipua æris bonitas & fertilitas fuit; vt tradit Strab lib. 6. Ouid. 6. Faſt.88.

Tinnula æra: Tinnientia ac reſonantia. Ouid.4. Metam 79.

Vetuſta ęra: Moneta vetus. Ouid.1. Faſt.1 44.

Vnca æra: id eſt, hami Ouid.lib.2. de Ponto, eleg 7.2,
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

Concrepant æra. Ouid 5 Faſt.

Aes conflare: hoc eſt, purgare. Plin lib.7. cap.56, Aes conflare & temperare, Ariſtoteles, Lypum Scythen monſtraſſe; Theophraſtus, Delam Phrygem, putat.

Domare æra, hoc eſt, malleis tundendo mollire, & in longũ latumve ducere. Stat lib.1. Achil.83.

Ex ære aliquem ducere: id eſt, ęre fuſo, aut malleis in laminas ducto exprimere Virg.6. Aen 170,
Ducent viuos de marmore vultus. Plin. lib. 7. cap. 37, Edixit Alexander, ne quis ipſum alius, quàm Apelles pingeret; quàm Pyrgoteles ſculperet, quàm Lyſippus ex ære duceret.

Aes ducere: Idem. Horat.2. epiſt.1.40,
Edicto vetuit ne quis ſe præter Apellen
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra,
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Excudere æra ſpirantia: Hoc eſt, ſtatuas tam affabrè efficere, vt animatæ videantur. Virg.6. Aen 170,
Excudent alij ſpirantia molliùs æra.

Tacent æra. Stat. lib.1. Achill.126.

¶ Aeramentum: opus ex ære factum. Plin lib.35. cap.15.9, In reliquo vſus æramentis illinitur. Idem lib. 33. cap.5. 8, de auri glutino loquens: Plumbum nigrum albo iungitur, ipſumq; album ſibi oleo: Item ſtannum æramentis; ſtanno argentum. Idem lib.15. cap.8. 2. Atque æramenta omnia contra æruginem.

¶ Aeraria, locus in quo æs effoditur. Plin.lib.34. cap.13.

¶ Aerarium: Pecunia erat publica, vno in loco condita: quam Tribuni ærarij, quum opus erat, promebant. Feſtus: Aerarium ſanè populus Romanus in æde Saturni habuit.



Aerarium, pro loco & repoſitorio ipſius publicæ pecuniæ. Cæſ bel. Ciuil. Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repentè terror inuaſit: vt, quum Lentulus Conſul ad aperiendum ærarium veniſſet, ad pecuniam Pompeio ex ſenatuſconſulto proferendam, protinus aperto ſanctiore ærario ex vrbe profugeret.

Aerarium militare. Sueton. Aerarium militare cum vectigalibus nouis conſtituit. Hoc eſt, quod peculiariter accommodatum eſſet ad ſoluenda militum ſtipendia.

Aerarium ſanctius ab antiquis dictum eſt. quod prorſus intactum erat; ex quo nihil promi licebat ob annuas neceſſitates. Liu. lib.7. ſecundi belli Punici: Aurũ viceſimarium, quod in ſanctiore ęrario ad vltimos caſus ſeruabatur, promi placuit.

¶ Aerarius: ſubſtantiuum. Qui ęrea opera fabricat. Plin. lib. 16. capit.6. 5. Aerariorum tantum officinis compendio. Aerarium facere, & inter ęrarios, ſiue in ærarios referre, pro eodem leguntur: hoc eſt, ea ignominia quempiam afficere. quod ius propriè ad Cenſores pertinebat. Liu. lib.4. ſecundi bel. Pun. His, ſuperioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuque moti, ærarij omnes facti. Varro: Hoc eſt magnum cenſorem eſſe, ac non ſtudere multos ærarios facere. Valer lib. 2. cap. de Cenſoria nota: Salinator verò quatuor atq; triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit.

¶ Aerarius: adiectiuum. Qui ad æs pertinet. Plin. lib.33. cap. 5. Laudationem eandem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs fieri compertum eſt.

Aerarius faber: Qui opera ex ęre fabricat. Plin. lib 34. cap.8. 13 & cap.1, A rege Numa collegio tertio fabrum ęrariorum inſtituto.

Aerariam fabricam alij Chalibas monſtraſſe putãt, alij Cyclopas. Plin lib.7 cap.56.

Aerarius lapis, ex quo æs coquitur Plin lib.34 cap 12, Scolecia fit & per ſe raſa ab ærario lapide, de quo nunc dicemus. Chalcitim vocant lapidem, ex quo & ipſum æs coquitur.

Aerarij milites, vt ait Varro, 4. de Lin. Lati. dicuntur ab ære, quòd ſtipendia facerent.

Aeraria officina. Plin. lib. 18. cap.10.1. Aeraria fabrica. Idem lib.7. cap.56.

Aerarios queſtores hodie vocare poſſumus eos, quos mulctarũ, id eſt, emendarum receptores vocant Tacit. lib.13.

Aerarij tribuni, à tribuendo ære ſunt appellati. Hæc Feſtus. At Varro de lingua Latina, lib.4. Tributum, inquit, dictum à tribubus: quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à ſingulis proportione cenſus exigebatur. Ab eo, quibus attributa erat pecunia, vt militi reddant, Tribuni ærarij dicti.

¶ Aeratus: Qui ære tectus eſt. Plin. lib.34. cap.3.4, Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius queſtor, quòd ærata oſtia haberet in domo. Nam triclinia ęrata, abacosque, & monopodia, Cneum Manlium Aſia deuicta primùm inuexiſſe triumpho ſuo, L. Piſo author eſt.

Crates æratæ. Stat.4 Theb 22.
Omnibus æratæ propugnant pectora crates.

Claſſes æratę: Naues roſtris æreis munitæ. Virg 8. Aen.133.

Clypeus æratus. Sil lib.15 149.

Cuſpis ærata. Ouid 5. Metam.2.

Fores æratæ. Tibul. lib.1. eleg.3.15.

Aeratus homo. Plautus pro pecunioſo & bene nummato poſuit, in Moſtel.89.90. Feroce facis: quia te ęratus amat.

Aeratę naues: quę & roſtratę dicebantur. Nauium enim roſtra ex ære fiebant. Cæſar lib.2. de bello ciuili: Interim L. Naſidius à C. Pompeio cum claſſe nauium ſedecim, in quibus paucę erant æratę, L. Domitio Meſſalienſibusque ſubſidio miſſus. Virg. lib 9. Aen. vbi de nauib. Troian. in Nymphas marinas verſis,
—hinc virgineæ (mirabile monſtrum)
Reddunt ſe totidem facies, pontoq; feruntur,
Quot priùs æratę ſteterant ad littora puppes.

Pila ęrata Propert. lib.4 eleg. 1.16.

Portę æratę. Ouid.8. Metam.9.

Poſtes ærati. Virg.2. Aeneid.2.5.

Prorę æratę. Virg 9. Aeneid.26.

Puppes æratę. Ouid.8, Metam.21.

Securis ærata Virg 11. Aeneid 131.

Tela ærata Tibul. lib.1. eleg.10.5.

¶ Aereus. qui ex ære factus eſt. Virg.1. Aeneid.
Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexæq;
Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.
Loquitur de foribus templi nam priſci, teſte Plinio, libro 34. cap. 3, limina etiam ac valuas ex ære in templis factitauere.

Caſſis ærea. Sil. lib.3.55.

Clypeus æreus. Virgil.12. Aeneid.109.

Galea ærea. Virgil 10. Aeneid. 165.
Rota ærea. Virgil. 5. Aeneid. 54.
Temo æreus. Virg. 3. Georg. 34.
Aereum vas Plin. lib. 12. cap. 7. 5.
¶ Aereus, *pro forti*, poeticè. Virg. 5. Aen.
Vaſtis tremit ictibus ærea puppis.
Vbi Seruius: Aerea, fortis: vt,
—& iunctos temo trahat æreus orbes.
Nam puppis ærea non eſt; ſed prora.
Sic in eodem lib. 54.
æream rotam pro forti,
idem Seruius interpretatur.
¶ Aerifer: Id eſt, ęs ferens. Ouid. 3. Faſt. 148.
Iamq; erat ad Rhodopen, Pangęaq; flumina ventum
Aeriferę comitum concrepuére manus.
Id eſt, crepitacula ęrea ferentes.
¶ Aerificium: quod fit ex ęre. Varro, [illegible]: Nihil ſunt Muſę politis, quaſi æraficiæ dixi. Nonius.
¶ Aeripes: æreos vel æratos pedes habens. Ouid. 6 ep. 7.
Narrat & ęripedes Martis araſſe boues. Hoc eſt, habentes pedes ęre munitos. Ita enim dicunt poetæ eos habuiſſe. Idem 12. epiſt. 19.
¶ Aeriſonus. Stat. lib. Thebai. 53,
—meliùs votis Mareotica fumat
Coptos, & æriſoni lugentia flumina Nili.
Id eſt, æris ſonum dantis, propter ſiſtrum, quo in Iſidis ſacris vtebantur.
Ida ęriſona. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. 141. Et lib. 3. 6,
Aeriſono de mõte ratem, pręfixaq; tegũ Scuta videt.
Vrbes æriſonę: Hoc eſt, reſonãtes propter crebros peluium & tintinnabulorũ ęreorum crepitus, in eclipſi Lunę pulſari ſolitorum. Claudianus de bello Getico, 97.
¶ Aero: æs miſceo, ære adultero, ſiue ære orno. Vnde æratę fores, apud Virgilium. Priſcianus de ſpeciebus verborum lib. 8, A' metallorum quoq; nominibus ſolent naſci verba: vt ab Auro, Auras: ab Aere, Aero, ęras: vnde auratus, & æratus.
¶ Aeroſus. Feſtus: Aeroſam appellauerũt antiqui Cyprum, quòd in ea plurimum æris naſcatur.
Aeroſum aurum: Quod multi ęris admiſtionem habet. Plin. lib. 33. cap. 5. 7. E' diuerſo ęroſum cõtrahit ſe, hebetaturq; & difficulter ferruminatur.
Aeroſus lapis, qui multum habet æris, & ex quo ęs fit. Plin. lib. 34. cap. 1. 2, vbi de ęris generibus: Fit & è lapide ęroſo, quem vocant Cadmiam.
Aesalon, *vel Aeſalus*.] genus accipitris apud Plin. lib. 10. cap. 8, Aeſalona Gręci vocant, qui ſolus omni tempore apparet, cæteri hyeme abeunt. Idem libro eodem, cap. 74, Aeſalon vocatur parua auis, oua corui frangens: cuius pulli infeſtantur à vulpibus.
Aesculus.] Arbor glandifera, teſte Plin. lib. 16. cap. 6. 1, Ioui ſacra, lib. 12. cap. 1. & lib. 16. cap. 4. Hęc, vt idem ait libro 17. cap. 20. 7, prouenit cęſura triennio ſerior, nimis moroſa naſci. In quacunque terra ſeritur, naſcitur è balano; ſed non niſi ęſculi, ſerè de dodrantali. Idem lib. 16. cap. 4. Corona Ciuica iligna primò fuit: poſtea magis placuit ex ęſculo Ioui ſacra. Virg. 2 Georg. 9.
Altiùs ac penitus terrę defigitur arbos:
Aeſculus in primis: quę quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Vbi Seruius: Aeſculus arbor eſt glandifera; quæ licet ab eſu dicta ſit, tamen per æ ſcribitur. Sunt tamen, qui ſine diphthongo ſcribant, ab eſca deriuantes. Plin. li. 16. ca. 31.
Aeſculus maxima. Virg. 2. Georg. 4.
Rigida Horat. 3 Carm. 10. 4
¶ Aeſculentum: locus ęſculis conſitus. Horat. 1. Carm. 22. 5,
Quale portentum neq; militaris
Daunia in latis alit ęſculetis.
¶ Aeſculeus. Palladius lib. 1. tit. 9. Deinde vt axes quernæ cum ęſculeis non miſceantur. Ouid. 1. Metam. 91.
Aestas.] ſecunda eſt ex quatuor anni partibus: olim tamẽ pars erat anni dimidia. Tunc enim (teſte Seruio) annus in duas tantùm partes diuidebatur: hoc eſt in æſtiuum, & hyemale ſolſtitium: ex quibus ęſtatem ac hyemem intelligimus. Virg. 3. Georg.
Incipies ſtabulis, edico, in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondoſa reducitur ęſtas.
Vbi Seruius: Id eſt, donec vernum tempus adueniat. Varro 4. de Lingua Latina. Ab ęſtu ęſtas, hinc ęſtiuum: niſi fortè à Græco [illegible]. Plin. lib. 12. cap. 19, Auſtri ibi tam ardenter flant, vt ęſtatibus ſyluas accendant.
Aeſtas, pro Anno. Virgil. 2. Aeneid.
—nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.
Id eſt, ſeptimus annus.
Aeſtas atrox. Claudian. Paneg. lib. 2. 93.
Calida. Virgil. de quatuor temporibus anni. Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Feruens. Idem ibidem.
Florens. Virg. de obitu Mæcenatis.
Formoſa meſſibus. Ouid. 1. de Remed. Amoris. 38.
Frigida. Stat. Syl. lib. 3. 5. 17.
Grauis. Virgil. 2. Georg. 66.
—grauis incumbens ſcopulis arentibus ęſtas.
Ignea. Horat. 1. Carm. 17. 1.
Iners: Homines inertes reddens Stat. 3. Thebaid. 52.
Iniqua. Colum. lib. 10, de cultu hortorum.
Læta. Virg. 3. Georg. 64, At verò Zephyris quum læta vocantibus æſtas.
Liquida. Virg. 4 Georg. 12, id eſt, ſerena.
Mollior. Virgil. 1. Georg. 63.
Noua. Virgil. 1. Aeneid. 87,
Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor. Vbi Seruius: Aeſtate noua: Bene noua, quia eſt & adulta & præceps, ſecundùm Salluſtiũ. Dicitur autem ęſtas noua, primo ęſtatis menſe: adulta, ſecundo: præceps vel extrema, tertio.
Nuda. Virgil. de quatuor temporibus anni: Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Peſtilens æſtas. Liuius: Grauis peſtilenſque omnibus animalibus æſtas.
Puluerulenta. Virg. 1. Georg. 14.
Salubris. Horat. 2. Serm. Satyr. 4 5.
—ille ſalubres
Aeſtates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.
Serena Virg 6. Aeneid. 142.
Ac veluti in pratis, vbi apes ęſtate ſerena
Floribus inſidunt varijs.
Torrida. Virg. 7. eclog. 10.
Vaga Claudianus in Eutrop. 2. 20,
Sed vaga laſciuis flueret diſcurſibus æſtas.
¶ Aeſtiua loca ſunt, in quibus armenta & greges, & milites ęſtuant Liu. 3. bell. Maced. Educto in æſtiua milite. Virgil. 3. Georg. —nec ſingula morbi
Corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repentè. Vbi Seruius: Loca poſuit pro animalibus. Aeſtiua autem. ſunt loca vmbroſa, in quibus per æſtatem pecora vitant ſolis calorem Statius: Et vmbroſi patuère æſtiua Lycæi.
¶ Aeſtiuo: Ad æſtum vitandum alicubi moror. Plinius libro 12. capite 5. Intra ſepem eam æſtuant paſtores, opacam pariter & minutam vallo arboris. Varro 2. de re Ruſt. capit. 2. Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æſtiuabant. Idem libro eodem cap. 1. Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum. Statius, 4. Sylu. eleg. 4. 5. Latijs æſtiuat in oris.
Aeſtiuare, etiam dicitur de piſcibus. Plin lib. 9. cap. 15. Multi in Propontide æſtiuant.
¶ Aeſtiuus: Qui æſtatis eſt: licèt ab Aeſtus, non ab Aeſtas, fit.
Aeſtiuę nubes. Martial. lib. 5. 64, Aeſtiuus ſol. Plinius lib. 12. cap. 14. 1.
Aeſtiua animalia vocat pulices, & pediculos, Plin. lib. 9. capit. 47.
Aqua æſtiua. Vlpianus: Aeſtiua, inquit, aqua eſt, qua ſola vti æſtate expedit.
Aquæ æſtiuę, id eſt, tepidæ. Propertius lib. 4. eleg. 25.
Aura æſtiua. Horat. 1. Carm lib. 1. 22 4.
Calores æſtiui Colum. lib. 4. cap. 7.
Candor æſtiuus Claudian. Paneg. lib. 1. 43.
Canis æſtiuus. Tibul. lib. eleg. 4. 2. Vulgò vocant, Dies caniculares
Claſſes æſtiuæ. Claud de bello Gildon 11.
Dies æſtiui Cic. 1. de Leg. 22. Et 7. Verr. 64.
Falces æſtiuæ. Claudian. Paneg. lib. 4. 78.
Feruores æſtiui. Colum. lib. 4 cap. 24.
Ignes æſtiui. Propertius lib. 3. eleg 20. 3.
Iubar æſtiuum Claudian Paneg lib. 6. 9.
Leo æſtiuus. Claud. Paneg lib. 3 42,
Nempe æſtate viget Leo, ſydus cœleſte.
Lux æſtiua Virg. 4 Georg. 11
Nilus æſtiuus Claudian in Ruff lib. 1 38.
Nox æſtiua Horat Epiſt. lib 1. Epiſt. 5 3.
Nubes æſtiuę. Virg. 4 Georg. 63
Orbis æſtiuus Tibul lib. 1. eleg. 2. 11.
Aeſtiuæ partes vitis Colum. de arboribus, cap. 5. 4. Videtur ſignificare ſecundum illud incrementum in palmitibus, quod circiter menſem Auguſtum fieri ſolet; & quaſi partes illas vitium, quæ magis inſolitæ ſunt.
Aeſtiuus partus. Plin. li 12 cap 14 Autumno thus legitur ex æſtiuo partu Hoc eſt, ex eo, quod produxit ipſa æſtas.
Puluis æſtiuus. Claudian. Paneg. lib. 4. 43.
Sol ęſtiuus. Plin. lib. 12. cap. 14. Et Virg. lib 4. 5. Georg. 6.
Soles

Soles æſtiui. Stat 4. Syl. 4.4.
Sopor æſtiuus. Claudian. epigram. 6.9.
Tellus ęſtiua. Senec. in Medea. 10.5, Aeſtiua tellus floruit cantu meo. Hoc eſt, Tellus meis incantationibus talis facta, qualis æſtate ſolet eſſe.
Vmbra æſtiua. Ouid. 13. Metam. 170.
Solibus hybernis, æſtiua gratior vmbra.
Aestimo.] Valla: Aeſtimo & Exiſtimo à plerisq; confundũtur: Cũ diuerſa ſint, ſicut Cogito & Excogito. antè enim eſt Cogitare, deinde Excogitare: licèt non, quicunq; cogitat, ſtatim & excogitet. Ita priùs rem æſtimamus: deinde, qualis ſit, exiſtimamus, Aeſtimare enim, eſt conſiderare: Exiſtimare verò, iudicare. Quint lib. 2. cap. 13, conſumptis affectibus non reperiens quo dignè modo vultum patris poſſet exprimere, velauit eius caput, & ſuo cuiuſq; animo dedit æſtimandum.
Aeſtimare, cum accuſatiuo & ablatiuo. Quin. lib. 11. cap. 1, Sic egit, vt qui pœnam ſuam honoribus ſummis eſſet ęſtimaturus. De Socrate loquitur.
Aeſtimare flocci. Plaut Moſtell. 2.73. Neq;, quod dixi, flocci æſtimat. Hoc eſt, nihili facit.
Aeſtimare pluris. Liuius: Mancipia minora annis xx. quæ poſt proximum luſtrum decem millibus ęris, aut pluris veniſſent: ea quoq; decem tantò pluris, quàm quanti eſſent, æſtimarentur.
Aeſtimare ac diſpicere. Columell lib. 4. cap. 27. Quare prudentis eſt, ac maximè callentis vinitoris, æſtimare, ac diſpicere, quibus locis in annum debeant materias ſummittere.
Aeſtimare aliquem. Plautus Capt. 7.4. Nam ego te æſtimatum huic dedi viginti minis.
Grauius aliquid æſtimare Cæſar, bell. Gal. lib. 7.
Aeſtimandum dare aliquid ſuo cuiuſq; animo. Quint. lib. 2. cap. 13.9.
¶ Aeſtimatio: conſideratio & perpenſio. Plin. lib. 7. cap. 50, Quidſquòd, æſtimatione nocturnæ quietis, dimidio quiſque ſpatio vitæ ſuæ viuit.
Aeſtimatio: Taxatio. Cæſar, bel. Ciuil. 334, Militib. æqua facta ęſtimatione, pecuniam pro his rebus ſoluit. Sic Plin. lib. 12. cap. 19.7.
Aestvs.] Feſtus: Aeſtus, ſolis, & eſtiui temporis flagrantia. Virg. 3. Georg. Aeſtibus & medijs vmbroſam exquirere vallem.
Aeſtus, de calido ignis vapore dictum, qualis exit è fornace. Virg 2. Aen. Propiusq; eſtus incendia voluũt. Ibidem: Exſuperant flammę; furit æſtus ad auras.
Aeſtus, vt ait Nonius, eſt marinus impetus, & cõmotio. Plau. Aſin. Quò magis te in altũ capeſſis, eſtus te in portum refert. Liu 3 bel. Pun 192. Aeſtu ſecundo Locros traiecit. Ab hac ſignificatione legimus, *Aeſtuoſum mare.*
Vaſti æſtus maris. Catul. in Argonaut 26.
Aeſtus maris accedũt & reciprocant. Plin. li. 2. ca. 97, Aeſtus maris accedere, & reciprocare, maximè mirum: pluribus quidem modis: verùm cauſa in Sole Lunaq;.
Aeſtus maris, decedit, creſcit, recedit. Plin. li. 2. cap. 97. In ripa Bætis oppidum eſt, cuius putei creſcente ęſtu minuuntur, augeſcunt decedente. Et cap. 98. His addit Ariſtoteles, nullum animal, niſi æſtu recedente, exſpirare.
Aeſtus maris modici. Plinius libro 2. cap. 97, Modici Luna noua æſtus: pleniore ab ea exundant; plenaque maximè feruent.
Aeſtu frangitur mare. Lucret lib 6 29.
Furit æſtus arenis. Virg. 1. Aen. 23.
¶ Aeſtus, pro mari æſtuoſo. Virg. 2 Georg. 33, Tyrrhenusq; fretis immittitur æſtus Auernis.
¶ Aeſtus, translatum ad animum. Fluctuare æſtu curarum. Virg. 8. Aeneid 4.
Commouere æſtus belli Lucret lib. 5. 288. Et belli magnos commouit funditus æſtus. Hoc eſt, tumultus bellicos.
¶ Aeſtus, *pro amore* Ouid. 14 Metam. 71,
Vt primùm valido mentem collegit ab æſtu.
¶ Aeſtus: *Agitatio, & difficultas.* Quint. lib. 11. c. 1. Illic maior æſtus, vbi quis pudenda queritur.
¶ Aeſtus: *Dubitatio, ſollicitudo.* Plin. lib. 1. Epiſt. ad Pompeium Falconem: Erat hic quoque æſtus ante oculos, ſi fortè me appellaſſet. Idem alibi: Explica æſtum meum: id eſt, dubitationem, inquit Budæus.
Age.] quum eſt hortandi aduerbium, propriè iungitur verbo imperatiuo ſingulari ſecundæ perſonæ. Virgil. 4. Aeneid. Eia age, rumpe moras. Idem in 6. Dic age. Virgil. 3. Aeneid. Fare age. Vbi Seruius: Hortantis eſt, age: Id eſt, dic celeriter.

¶ Age, corripientis aduerbium. Terent. Adelph. 2. 2. 7.

—age, ſcis quid loquar?

¶ Age, excitandi aduerbium, frequens eſt poſt Nunc, in connexionibus poeticis. Virgil. Georg. 4. 30.

Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipſe
Addidit, expediam. Sic Aeneid. 6. & 9.

¶ Age, *pro dic*. Terent. Adelph. 2. 2. 15. Age. noui tuũ animũ.

¶ Age, *cum verbo tertiæ perſonæ*. Liuius 1. Decad lib. 1. non ita procul à fine: Age ſanè, omnes citatis equis aduolant Romam.

Age, *cũ verbo plurali*. Valer. Flaccus: Vos age funereas ad littora voluite ſyluas. Plaut. Age licemini Idem: Age igitur, vos intrò abite.

¶ Age age, conſentientis. Terent. Heaut. 4. 3. 14. Age age, traducatur Bacchis. Terent. And. 2. 1. 12. Age age, vt lubet.

¶ Age, vix conſentientis aduerbium. Terent. And. 4. 2. 30.

----huc face, ad me vt venias, ſi quid poteris.
D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamen ſi quid. D. age, veniam.

Vbi Donatus: vix conſentientis eſt, Age veniam.

¶ Agedum: hortantis aduerbium. Feſtus: Agedum, ſignificat Age modo. Eſt enim adhortantis ſermo. Valla: Agedum, non ſingularem tantùm deſiderat, ſed etiam pluralem: neque id modo in carmine, vt Propertius, Vos agedum, ſed etiam in proſa: vt Quintilian. Agedum, ſi videtur, extra portas proſpicite ſqualida arua, & ſpinis obſitas ſegetes, & ſemeſos arborum truncos. Terent. Eunuch. 4. 4. 27. Agedum, hoc mihi expedi primùm. Vbi Donatus: Agedum, Dum παρέλκον, eſt, & adiuuat ex animo loquentem. Plautus Moſtel. 4. 125. Agedum contempla aurum. Liuius 1. ab Vrbe 163, Agedum, inquit, diuine tu, inaugura.

Agedum, *cum verbo tertiæ perſonæ*. Liu. 1. Decad. lib. 7. Quem nunc, inquit, Roma fortiſſimum virum habet, procedat agedum ad pugnam.

¶ Agite: Aduerbium hortantis, ſecundam perſonam pluralem imperatiui propriè poſtulat, teſte Valla Plaut. Menæch. 17. 105. Agite, qui, facitote ſonitus vngularum appareant. Virgil. Aeneid. 1. Quare agite ô tectis iuuenes ſuccedite noſtris.

Agite, *interdum abſolutè ponitur*. Plaut. Amphit. 4. 148. Agite pugni, iamdiu eſt quòd ventri victum non datis.

¶ Agitedum: hortandi aduerbium, idem quod Agite: niſi quòd hoc inſtantiùs hortatur, ſicut & Agedum. Liu. 7. ab Vrbe: Agitedum ite mecum.

Ager.] Locus in rure, quem colimus, ſiue arãdo, ſiue conſerendo. Donatus: Ab agendo ager dictus eſt, quòd in eo multa agenda ſunt. Varr 4. de Lingua Latina: Ager dictus eſt, in quo terram agebant, & vbi quidem agebant aliquid fructus cauſa. Hanc Varronis etymologiam Quintilianus lib. 1. reprehendit, his verbis. Sed cui non poſt Varronem ſit venia? qui agrum, quòd in eo agatur aliquid, & graculos, quia gregatim volant, dictos Ciceroni perſuadere voluit? (ad eum enim ſcribit) quum alterum ex Græco ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus auium. Hæc Quintilian. Sane ager Græcè dicitur ἀγρός. Terent. Heaut. 1. 1. 94. Agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo.

Ager, eſt etiam circumiectum ipſi vrbi territorium. Salluſt. Reliquos Catilina per montes aſperos in agrum Piſtorienſem abduxit.

Fatigatio agrorum. Columel. 2. de re Ruſtic. cap. 1 Neque enim prudentis eſt, adduci tanquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere: ſic cultibus & agitationibus agrorum fatigationem ſuccedere.

Modus agri. Colum 1. de re Ruſt. cap. 3. Suaq; lege C. Licinius damnatus eſt, quòd agri modùm quem in magiſtratu rogatione Tribunitia promulgauerat, immodica poſſidendi tranſcendiſſet.

Molitio agrorum, ſoliq;. Columel. in præfat. lib. 1.

Profeſſor agrorum. Colum. in præfat. lib. 1. Cuius præcepta ſi vel temerè ab indoctis, dum tamen agrorum profeſſoribus, antiquo more adminiſtrarentur, minus iacturæ paterentur res ruſticæ.

Sationes agrorum facere. Columel. 2. de re Ruſt. cap. 2. 17. Hæc quum ita explorauerimus, agrorum ſationibus faciundis expediemus.

Vaſtitas agrorum. Colum. 1. de re Ruſt. cap. 3. Mox etiam, quum agrorum vaſtitatem victoriæ noſtræ, & internecciones hoſtium feciſſent; criminoſum tamen ſenatori fuit, ſupra quingenta iugera poſſediſſe.

Vncia agri. Varro 1. de re Ruſtic. cap. 10. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubciſiuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt: id habet ſcrupula ducenta octoginta octo.

Almus ager, quòd nos alat. Virgil. 2. Georgic. 66.

Amœnus. Horat. de Arte Poëtica. 4.

Aquoſus. Columel. 2. de re Ruſt. cap. 16. Nec dubium, quin aquoſus ager maiorẽ ſtercoris copiam; ſiccus, minorem deſideret.

Benignus. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 12.

Calculoſus. Columel. lib. 3. cap. 11. Simili quoque de cauſa probari ſolutam glaream, calcuſoſumq; agrum, & mobilem lapidem.

Caldus. Cato de re Ruſt. cap. 6. In agro craſſo & caldo oleã conditiuam maximè ſerito.

Campeſtris Varro. 1. de re Ruſt. cap. 6.

Carbunculoſus. Colum. lib. 3. cap. 11.

Confragoſus atq; arduus. Varro 1. de re Ruſt. cap. 18.

Conterminus. Plin. lib. 18. cap. 6.

Copioſi agri. Varro 1. de re Ruſt. cap. 16.

Craſſus & lætus ager. Cato de re Ruſt. cap 6.

Cretoſus vliginoſusque. Colum. 2. de re Ruſt. cap. 9.

Diues. Virg. 7. Aeneid. 53.

Dotales agri: Hoc eſt, Agri qui dote acquiruntur. Ouid. 5. Faſt. 42.

Effœti. continua fertilitate laſſati, ait Seruius. Virgilius 1. Georgic. 17.

Egregios agros colere. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 16.

Exoſſatus: Hoc eſt, Elapidatus. Nam lapides oſſa terræ dicuntur. Perſius Satyr. 6. 14.

Ferax. Colum. 1. de re Ruſt cap. 4.

Flauentes agri. Claudianus 2. de raptu Proſerpinæ. 25.

Fœcundus ager. Claudianus 1. in Ruff. 39.

Frigidus & macer. Cato de re Ruſt. cap. 6.

Frugifer. Lucanus. lib. 1. 28.

Frumentarius. Columel. 2. de re Ruſtica, cap. 2. Et ideò frumentarius ager, id eſt, pinguis, magis alijs qualitatibus æſtimandus eſt.

Gelidi agri. Iuuenalis Satyr 3 64.

Grauidus ager. Virg. 2. Georg. 1.

Hiſpidi agri. Horat. 2. Car. 9. 1. Id eſt, horridi propter vepres.

Honeſtior ager. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 4.

Ieiunus, atq; exilis. Colum. 5.

Imbecillor. Colum. 1. de re Ruſt. cap. 3.

Incul-

Incultus. Ouid.7.Metamor.108.
Informis Horat.1.Sermo.ſat.4.
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum:
Hoc eſt fœdatum & deturpatum.
Ingenioſus ager ad ſegetes. Ouid.4 Faſt.137.
Frigida Carſeolis nec oliuis apta ferendis
Terra; ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
Inſalubris.Plin.lib.18.cap.5.
Iuncoſus. Plin.lib.18 cap.6.
Lapidoſus Ouid 8.Metamorph.162.
Lati agri. Virgil 8 Aeneid.2.
Laxus ager. Colum.1.de re Ruſt.cap.3.
Limoſus.Colum.2.de re Ruſt.cap.10.
Litigioſus.Ouid.2.Faſt.132 Ad Terminum: Omnis erit ſine te litigioſus ager.
Lutoſus, Colum.2.de re Ruſt.cap.4.
Madidi agri. Ouid.1.Metamorph.85.
Malus.Plinius libro 18.cap.5.Malus eſt ager,cum quo dominus luctatur.
Mediocris. Colum. 2.de re Ruſt.cap.9.
Miſeri agri.Val.1.Ardo.135.
Nebuloſus ager. Cato de re Ruſt.cap.6.
Neglectus. Ouid.2.Faſt.104.
Nobiles agri,id eſt,famoſi. Senec.Thyeſte.1.24.
Operoſus ager.Ouid.2.Amor.Eleg.16.7.
Optimus ager, qui ſub radice montis ſitus eſt. Varro 1.de re Ruſt. cap.7.
Patrij agri.Ouid.14. Metamor.95.
Patuli.Sil.lib.7.76. Idem lib.15.110.
Peſtilens & exilis ager. Col. lib.1.de re Ruſt.cap.4.
Pinguis ac lætus.Col lib.1. de re Ruſt.cap.4.
Planus. Col.2.de re Ruſt.cap.4.
Putris. Colum.2. de re Ruſt cap.2.
Quæſtuoſus. Plin.lib. 18 cap.5.
Riguus.Colum.2.de re Ruſt.cap.17. Poteſt tamen mediocriter accliuis, ſi aut pinguis eſt, aut riguus ager,pratum fieri.
Rudis:In quo nondum vlla fuit ſeges.Colum.lib.3.cap.11. Idem.2.cap.2.
Salubrior. Varr.1. de re Ruſt.cap.4.
Secretus Ouid.de Nuce.18.
Felix ſecreto quę nata eſt arbor in agro,
Et ſoli domino ferre tributa poteſt.
Serenus. Claud.3.de raptu Proſerp.47.
Sterilis.Ouid.1.de Arte amandi.
Surcularius. Varr.1.de re Ruſt.cap.2.
Syluester.Colum.in pręfat.lib.1.
Temperatus, & minime humidus.Colum.2.de re Ruſt.c.8.
Tepidi agri.Val.3. Argonaut 44.
Triſtes.Tibul lib.2 Eleg 3.14.
Vacuus & apertus ager. Colum.2.de re Ruſt.cap.9.
Vber.Colum.3. de re Ruſt.cap.1.
Viduus pecudibus. Colum.2.de re Ruſt.cap.15.
Viridis.Martial.lib.7.epig.111.
Vitiferi agri. Sil.lib.15.112.
Vtilior frumentis.Colum.2 de re Ruſt.cap.10.
Alget ager.Martial.lib.7. epig.111.
Anhelantes agri.Stat.3.Syl.1.11.
Acer anhelantes incendit Sirius agros.
Aret ſerenitatibus ager.Colum.2 de re Ruſt.cap 8.
Aſſignare agros. Horat.2. epiſt.1.2, —aſpera bella
Componunt,agros aſſignant,oppida condunt. Acron: Agros aſſignant, dum diſtribuunt colonias.
Ager aſſignatus dicebatur, qui inter veteranos certis limitibus diuidebatur:qui etiam limitati nomen ſumpſit.L in agris.de Acquir rer.domi.
Concidi agrum.Plinius lib.18. cap.6. Humidiorem agrum foſſione concidi atque ſiccari, vtiliſſimum eſt.
Conſerere agros. Virg.1.Eclog.15.
---en queis conſeuimus agros?
Conſitus arbuſtis ager. Colum.2.de re Ruſt.cap.2.
Contemptus.Ouid.de Nuce 122.
Cultus.Horat.4.Carm 14.6.Varro de ling Latin.lib.4.tradit, agrum cultum dici ab eo, quòd ibi cum terra ſemina coaleſcant.
Deſertus.Ouid.3 Metam.122.
Deſolare agros. Colum. 1. de re Ruſt. cap. 3. Flagitioſum, quos hoſtis profugiendo deſolaſſet agros,nouo more ciuem Romanum ſupra vires patrimonij poſſidendo deſerere.
Diſcretus ager.Statius 5.Thebaid.112.
Diuiſi agri. Varro 1.de re Ruſt.cap 20.
Exercere agrum.Colum. 2.de re Ruſt.cap.2.
Extricare.Colum.lib 3.cap.11. Ager, ſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt, facilè extricatur.
Findere agros ſarculo.Horat.1.Carm.1.3.



Induruit ager.Colum.2.de re Ruſt.cap 4.
Infeſtari agrum ſeminibus. Colum. 2. de re Ruſt.cap.14.
Metari agros.Virgil.lib.2 Georg.55.
Mouere. Virg 1. Georg 25.
Multari agrum.Colum 1.de re Ruſt.cap.2. Nam illud vetus eſt, & Catonis, Agrum peſſimè multari, cuius dominus, quid in eo faciendum ſit,non docet,ſed audit villicum.
Onerati agri meſſibus.Ouid 7.Metamor.158.
Parare agros. Colum. 1.de re Ruſt.cap.3.
Prolatare.agros. Tacit.lib.18.
Proſcindere.Colum.2.de re Ruſt.cap.2.
Refrigeſcere agrum. Colu.2. de re Ruſt. cap.16. Nec ignorare colonos oportet, ſicuti refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur,ita peruri,ſi nimiùm ſtercoretur.
Renouatus ager.Ouid.1.Metamorph.23.
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Requietus Ouid.2. de Arte amandi.71.
Da requiem:requietus ager bene credita condit.
Stercorare agros, Varro 1.de re Ruſt.cap.7.
Sternere.Virgil.2.Aeneid.62.
In ſegetem veluti quum flamma furentibus Auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros,ſternit ſata lęta, boumq; labores.
Male ſubactus ager.Colum.2. de re Ruſt.cap.4 Nam veteres Romani dixerunt male ſubactum agrum, qui ſatis frugibus occandus ſit.
Sulcare agros.Tibul.lib.2.eleg.3.17.
Vertere agrum. Colum. lib. 3. cap.13. In longinquis & remotis regionibus, iſtud genus vertendi & ſubigendi agri minimè vſurpatur.
Agros alienos irrigas, tuis ſitientibus. Hoc eſt,aliena curas negotia, tuis neglectis. C. de Seruitutibus & aqua. cap. Præſes.
Agrum optimè colere non expedit. Apud priſcos adagionis inſtar fuiſſe, Plin. teſtatur.lib.18 cap.6. Temerarium, inquit, videatur, vnam vocem antiquorum poſuiſſe, & fortaſſis incredibile penitus exiſtiment,nihil minùs expedire,quam agrum optimè colere.
Agrum imbecilliorem eſſe oportet: Subaudi, quàm agricolam.Colum lib.1.cap 3. teſtatur, apud Afros agricolas huiuſmodi prouerbium fuiſſe celebre.
In agro ſurculario capras Varro de re Ruſt.lib.1.cap.2 Dictum hoc,veluti legem agricolariam affert. Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. Deflecti poteſt ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admiſtu,corrumpunt teneram ætatem.
¶ Agellus:diminutiuum ab Ager. Ter. Adelphis.5.8.27.Agelli hic ſub vrbe eſt paululum,quod locitas foris.
Paruus admodum agellus. Plin. libr.17.cap.6. Sic libr.18. cap.6.9.
Dulcis agellus. Lucret.lib.5.275.
Vitus. Horatius de arte Poetica 24.
¶ Agreſtis:Qui ruſticus eſt,& ad agros pertinet.Vir.1.eclo.
Ludere,quæ vellem, calamo permiſit agreſti.
Alumnus agreſtis:Hoc eſt,Aegyſthus:quia in agris,à capris nutritus fuit.Senec. Agamem.7.29.
Agreſtis aper. Ouid de Philom.11.
Cultus.Stat.6. Thebaid.12.
Falx.Iuuenal. Saty 13.8.
Ferramentum agreſte.Liu.1.ab Vrbe 178.
Frondes agreſtes Horat.3.Carm.18.3.
Gaza agreſtis. Virgil.5.Aeneid.8.
Latium agreſte. Horat.2.Epiſt.1.32.
Laurus agreſtis. Tibul lib.2.Eleg.6.16.
Lupi agreſtes.Statius 3. Thebaid.9.
Numen agreſte.Senec.Hippoly.4.10.
Nymphę agreſtes.Virgil.3.Aeneid.7.
Palæſtra agreſtis:Ruſtica luctatio.Virg 2.Georg.107.
Poma agreſtia.Virgil.1.Geor.69.
Agreſtes tauri.Plin.lib.8.cap.21.
Saltus agreſtis Ouid.14.Metamor.162.
Satyri agreſtes. Horat de Arte Poetica.45.
Sparus agreſtis.Virgil.11. Aeneid.137.
Stramen agreſte. Virgil.11. Aeneid.14.
Sylua agreſtis.Ouid 7.Metamorph.49.
Tecta agreſtia.Ouid.4.Faſt.162.
Tineæ agreſtes.Ouid.15. Metamorph.75.
¶ Agreſtis,*per metaphoram,dicitur pro Duro, aſpero,acerbo,*
Aſperitas agreſtis. Horat.1.Epiſt.192.
Donum agreſte.Silius lib.13.24.
Agreſtis muſa: Ruſticum carmen, vt ait Seruius. Virgil.6. Ecloga.
Pectus agreſte:Dirum. Ouid.Epiſt.21.42.
¶ Agreſtis:*ſubſtantiuè pro homine ruſtico.* Virgil. 9. Aeneid.3.
Lydorumq; manum, collectos armat agreſtes. Idem.1. Georg.9.

Ignaroſq; viæ mecum miſeratus agreſtes Ingredere.

Duri agreſtes. Virgil. 1. Georgico. 32.

Frigidus agreſtis. Ouid. 5. Faſt 33.

Tardi agreſtes. Ouid. Metamorph. 70.

¶ Agricola: quaſi agrum colens dicitur, qui quamlibet agriculturam exercet. Cat. de re Ruſt. cap. 1. Bonus agricola, bonuſq; colonus. Ita laudabāt antiqui virum bonum: ampliſſimeq; laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Virg. 1. Georg.

O' fortunatos nimiùm, ſua ſi bona norint, Agricolas!

Plin. in prooemio lib. 14. 2.

Auarus agricola Virg 1. Georg. 10.

Beati agricolæ. Horat. 2 epiſt. 1. 29.

Crudus agricola. Martial. lib. 12 epigram. 77.

Ebrius & crudus nil habet agricola.

Fortes agricolæ Horat. 2. epiſtol. 1. 29.

Indocilis cœli agricola. Vide indocilis.

Indomiti agricolæ Virgil. 7. Aeneid. 105.

Miſeri. Virgil. 12. Aeneid. 91.

Negotiotioſus agricola. Col. Gratiora iſta in otio legentibus, quàm negotioſis agricolis.

Parcus. Stat. 5. Syl. 1. 25.

Pauper. Propert. lib. 2, Eleg. 20. 2.

Peritiſſimi agricolæ. Colum. 11. cap. 1.

Seueri. Lucret. lib 3. 273.

Turpis agricola. Ouid. 1. de arte amandi 146.

Validus. Colum. lib. 11. cap. 1.

¶ Agricolatio: Agrorum cultus. Col. lib. 11. cap. 1. 1. Agricolationum ſermonibus inſtigatus. Idem lib. 1. cap. 9 Minùs in hoc officio, quàm in cæteris, agricolatio frugalitatem requirit.

¶ Agricultor: Qui colit agros. Liu. 6. belli. Pun 178. Seruos agricultores Rempub. abduxiſſe. Fortaſſis legi debet ſeparatim, Agricultores.

¶ Agricultura: Cultus agrorum. Plin. lib 18 cap. 6. 12.

AGESIS.] aduerbium excitandi, compoſitum ex particula Sis, quæ verbis imperatiui modi apud Veteres addebatur. Lucret lib. 1.

Nunc ageſis, quoniam docui nil poſſe creari De nihilo.

AGGEMO.] Ex Ad, & Gemo cōpoſitum. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 13. 23.

Aggemit & noſtris ipſa carina malis. Vide Adgemo.

AGGER.] Virg. 9. Aeneid.

----Et foſſas aggere complent. Vbi Seruius: Agger, eſt cuiuſlibet rei coaceruatio, vnde foſſæ, aut valles repleri poſſunt.

Aggere arenæ. Virgil. 1. Aeneid. 24.

Illidiiq; vadis, atq; aggere cingit arenæ.

¶ Agger, eſt moles terræ circa fluuiorū ripas, ipſis oppoſita fluminibus, ne inundatione vaſtent agros. Virgilius Aeneid. 2.

Non ſic, aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis
Exijt, oppoſitaſq; euicit gurgite moles.

¶ Agger: Foſſa. Virg. 7. Aeneid.

----primuſq; in littore ſedes
Caſtrorū in more pinnis atq; aggere cingit. Seruius.

Agger camporum medius Stat. Thebaid. 2. 142.

Agger murorum Virgil. 10. Aeneid.

Quin intra portas, atq; ipſis prælia miſcent
Aggeribus murorum, & inundant ſanguine foſſæ.

Vbi Seruius, Agger propriè dicitur terra illa, quæ vallo facta propiùs ponitur: ſed abuſiuè, & muros, & munimenta omnia, aggerem dicimus, ſicut modò, Aggeribus murorum, pro munimentis.

Aggere viæ. Virgil. 5. Aeneid. 54.

Qualis ſæpe viæ deprehenſus in aggere ſerpens.

Vbi Seruius: Agger, eſt mediæ viæ eminentia, coaggeratis lapidibus ſtrata.

Agger aduerſus. Virgil 12. Aeneid.

Videt ab aduerſo venientes aggere Turnus.

Seruius: Aggere, id eſt, eminentia.

Alpini aggeres: Id eſt, Alpes. Virgil. 6. Aeneid. 164.

Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci
Deſcendens. Vbi Seruius: Id eſt, à monimentis alpium.
Hæ enim, Italiæ murorum exhibent vicem.

Apricus agger. Horat. 1. Sermo. 8. 3.

Coctus. Propert. lib 3. Eleg. 11. 5.

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus.

Gramineus. Virgil 7. Aeneid. 21.

Herboſus. Ouid. 14 Metamorph 89.

Incuruus. Ouid 15. Metamorph. 138.

Miluius. Stat. lib. 2. Syl. 1, 36. Pontem Miluium intelligit, vt opinor.

Niuis aggeres: Id eſt, niuis cumuli. Virgil. 3. Georgic. 71.

Solidus agger. Stat. lib. 4. Sylu. 4. 1.



Terentius. Varro lib 1 de re Ruſt. cap. 14.

Terreno ex aggere buſtum Virgil. 11. Aeneid. 170.

Theſſalici aggeres. Senec. in Hercul. Oeth. 2. 13 Hoc eſt, tres Theſſaliæ montes à gigantibus accumulati, vt in cœlum conſcenderent.

Aggere tumuli compoſitus. Virg. 7. Aeneid 2.

Subitus agger Id eſt, ſubitò factus Lucan. lib. 1. 103.

Vaſtus. Seneca in Thebaid. 1. 22.

Cingere locum aliquem aggere. Virgil. 7. Aeneid. 32.

Conſtruere aggerem. Lucanus lib. 2. 60.

Aggeres facti à milite. Ouid. 15. Metamorph. 119.

Aggere tecta moliri: Id eſt, domos terra conſtruere. Virg. 7. Aeneid. 26.

Rupti aggeres Virg. 2. Aeneid. 99.

Sternere aggeres. Seneca in Her. Fur. 13. 16.

¶ Aggero: Accumulo. Colum. Omnes arbores fructiferæ circumfoſſæ aggerari debent. Figuratè dictum, pro eo quod eſt, terra circum arbores aggerari debet. Idem de arboribus, cap. 28. Stercoratam terram circa aggerato. Ibidem, cap 5.

¶ Aggerare, *per Metaphoram, pro augere & aggrauare.* Virgil. 11. Aeneid Et his onerat dictis, atque aggerat iras. Idem 4. Aeneid. 40.

Inceditq; animum dictis, atq; aggerat iras.

¶ Aggerare, *pro Aggerere, ſiue aggerendo implere* Curtius lib. 4. Exhauriendas eſſe regiones, vt illud ſpatium aggeraretur, & exæſtuaret ſemper fretum. Id eſt, molibus iungeretur continenti, & aggere continuaretur.

AGGERO.] Ex ad & gero. Idem quod Aggero, ſiue Congero. Martial lib. 8. —aggeſta contumulauit humo. Virg. 3. Aeneid. 13. —& ingens Aggeritur tumulo tellus. Statius 10. Thebaidos 11.

----& aggeſtis vigilant altaria flammis.

¶ Aggeſtus: Subſtantiuum verbale. Tacit. lib. 19. Et locus ipſe caſtrorum placebat, late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu, florentiſſimis ponè tergum municipijs. Quint. in Aegro redempto.

Aggerere bona ad aliquem Plaut Trucul. 4. 15.

—quum eorum aggerimus bona alioqui
Etiam vltrò ipſi aggerunt ad nos. Idem Ciſtel. 2. 61.
Amarum ad ſatietatem vſque aggerit.

¶ Aggerere. *pro Gerere, vel potiùs Ferre, Portare.* Plaut Caſina 3. 35. Ita te aggerunda curuum aqua faciam probè. Idem Rud. 12. 26. Siquidem mihi vltrò his aggerenda etiam eſt aqua.

AGGLOMERO] Implico & Coniungo. Virgilius 2. Aeneid. —& lateri agglomerant noſtro. Sic Nonius interpretatur, ſed meliùs ſic dicemus: Agglomerant, pro agglomerantur, id eſt, adiunguntur, quaſi globum facturi. de bello enim loquitur: in quo globus dicitur agmen confertiſſimum Idem 12.

—denſi cuneis ſe quiſq; coactis
Agglomerant. Id eſt, denſantur, vt cuneatim dimicent. Sic Seruius.

AGGLVTINO.] glutine coniungo, Sed & pro ferruminare, (quod fit in Metallis) nonnunquam accipitur. Plinius lib. 36. 9. Fragmenta vitri reporata agglutiuantur tantùm. Idem lib 33 cap. 5. 7. Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro.

Agglutinare ad aliquid. Plaut. Aulul. 26. 71. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant. Pro aggerantur, accumulantur.

AGGRAVO] Valde grauo, onero, premo, exaggero. Plinius lib 12. cap. 17 8. Odor aggrauans capita, ſed citra dolore. Liu. 6 ab Vrbe 105. Et lib. 4. 55. Vnum abfuit bellum externum: quo ſi aggrauatæ res eſſent, vix ope deorum omnium reſiſti potuiſſet. Quint lib. 5. cap 7. 12. Sparſa quoque plerunque colligimus argumenta, quæ per ſe nihil reum aggrauare videantur.

Aggrauatur pondus. Plin lib. 18. cap. 12. 1.

¶ Aggraueſco Grauior fio, Aggrauor, Ingraueſco. Terent. Hecyra 3. 2. 2. Malè metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat Vbi Donatus: Aggraueſcat, grauior fiat, propriè, quia morbi graues dicti ſunt.

AGGREDIOR] Adeo. Accedo. Plautus Curc. 7. 59.

—forte aſpicio militem:
Aggredior hominem: ſaluto aduenieus. Terent. Hecyra:
Aggrediar. Bac. his ſalue. Vbi Donatus: Bene Aggrediar, quaſi rem difficilem.

Aggredi aliquem de re aliqua. Plautus Marc. 7. 44.

Quin ego hunc aggredior de illa?

Aggredi aliquem dictis. Virgil. 4 Aeneid.

¶ Aggredi: *Adire quempiam doloſè & inſidioſè, hoc eſt, decipiendi cauſa.* Plaut. Perſa. Huic inſidiæ paratæ ſunt: propè aggrediar virum. Terentius Phormi. 5. 8 75. Itane agitis mecum? ſatis aſtutè aggredimini.

¶ Aggredi:*Incipere* Plau Trucul.9.9,—nullam rem oportet doloſe aggrediri, niſi Aſtutè accurateq; exſequare. Hîc pro ſuſcepere poteſt accipi. Et eſt vetuſtè dictū Aggrediri, pro Aggredi.

¶ Aggredi:*Inuadere* Salluſtius:Ex lateribus cæteros aggreditur Plaut Amphit. Martigenam illic aggreſſus belluam.

Aggredi facinus Hirtius de bello Hiſpanienſi 6.58.

Aggredi opus magnum & difficile. Hirtius de bello. Alex. 1.19.

Aggredi honores.Virg.eclog.4.

Aggredere ò magnos (aderit iam tempus) honores.

Hoc eſt, incipe ad honores aſpirare.

¶ Aggreſſio.Quint.100, a. Aut certè confertā eſſe aggreſſionum & entymematum ſtipatione minimè velim.

Aggrego.] interdum Congregare eſt,& quaſi in gregem contrahere.

Aggregare ſe ad amicitiam alterius. Cæſar.6.bel.Gall.560.

Aggressio.] Vide Aggredior.

Agilis.] qui ſeſe facile agit: hoc eſt, qui leui & expedito eſt corpore. Plaut. Epid. 2. 8. Corpulentior videre atque agilior.Horat.lib.1.Epiſt 19.19.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi:
Sedatum celeres,agilem gnauumq; remiſſi.

Agilis claſſis. Liu.10.bel.Pun 38. Quæ enim reſtitiſſent,agili & nautico inſtrumento aptæ & armatæ claſſi naues, tormenta machina q; portantes?

Currus agiles.Senec.in Medea. 10.10. Video Triuiæ currus agiles.

Curſus. Stat.lib 4.Sylu.3.7.

Dextra agilis.Stat.lib.5.Sylu 1.2.

Flamma. Senec. in Hippol. 5.11.

Greſſus agiles. Sil.Ital 3.37.

Fergreſſus agiles mecum , & comitare vocantem.

Agilis induſtria hominis. Colum. Symachus,Malo,inquit, vnius agilem induſtriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Pes agilis.Senec in Hippolyt.2 31.

Remus.Ouid.in Sappho 13.

Studium agile. Stat lib.6. Thebaid.111.

Victoria agilis.Nonius : agilem, celerem ab agendo.Siſenna Hiſt.lib.4.

Agilem dari, facilemq; victoriam.

Vir agilis Ouid.2 Faſt.104.

¶ Agilitas : Leuitas & dexteritas corporis. Plin. lib.35.cap. 11.14. Lecythion agilitatis exercitator.

Agilitas nauium:id eſt,celeritas. Liu 6 bel.Pun 261.

¶ Agiliter:id eſt,cum agilitate. Col. lib 2.cap.2.22.Detque requiem in ſumma,vt,ſpe ceſſandi,totum ſpatium bos agiliùs enitatur.

Agina.] Eſt qua inſeritur ſcapus trutinæ: id eſt, in quo foramine trutina agitur & ſe vertit.Vnde aginatores dicuntur,qui paruo lucro mouentur. Feſtus.

Agipedes.] referente Feſto Pompeio in dictione Pedarius,à Lucilio dicti ſunt ſenatores, qui in ſenatu quidem ſedebant;verùm ſententiam non rogabantur,ſed in aliorum ſententias pedibus deſcendebant: ideò agipedes, quòd pedum diſceſſione dicerent ſententiam.

Agitatio, Agitator.]

Agito.] Vide Ago.

Aglaspis.] Nomen legionis erat. Liu. 5. Dec.4. A' tergo cetratis erat,frontem aduerſus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur. Apparet nomen eſſe à ſplendore ſcutorum.

Agmen.]Seruius:Agmen propriè eſt exercitus ambulans. Quicquid fuerit aliud : abuſiuè dicitur. Virgilius 8. Aeneidos.

—it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

¶ Agmen:*Impetus curſus*.Virgil.2.Aeneid 43.

—illi agmine certo
Laocoonta petunt.Idem 6.Aeneid.

Quiue viri tanto complerint agmine ripas. Et 1. Georgicorum:Agmen aquarum. Liu.1. ab Vrbe 22. Iuuenes per mediam concionem agmine ingreſſi.

¶ Agmen:*Motus*.Virgil.3.Georgicorum:

Quū medij nexus, extremæq; agmina caudæ Soluuntur.

¶ Agmen:*Multitudo* Liu.2. ab Vrbe 168 Nuntiatumq; Coriolano,adeſſe ingens mulierum agmen.

¶ Agmen , *pro actu & ductu quodam* , Ennius in quinto ait:

Quod per amœnam vrbem leni fluit agmine flumen.

Macrobius Saturnal lib.6 cap.4.

Aligerum agmen Virgil.12 Aeneid 50.

Aquarum agmen. Virg. 1.Georgicorum.65.

Armata agmina.Claudian. epigram.2. in Ruff. 16. Tacitus lib.19.

Attonitum agmen.Stat.5.Thebaid.80.

Atrum.Virg.12.Aeneid.91.Hoc eſt,pulueris nube coopertum. Seru.

Caſtum.Claud.2 de rapt.Proſerpi.65.

Reginam caſto cinxerunt agmine matres Elyſiæ.

Celere agmen remotum.Virgil.5.Aeneid. 3.

Citum. Tacit lib.19.

Clypeata agmina. Virg.7.Aeneid.159.

Condenſa.Sil.lib.2.90.

Confertum agmen. Virg 2.Georg.74.

Denſum agmen agere. Virgil.5.Aeneid.166.

Equeſtre agmen. Ouid.9. epiſt.20.

Ferrata agmina.Horat.4. Carm.13.6.

Fœminea. Virgil.11. Aeneid.133.

Fortiſſima.Lucan.lib.7 45.

At medij robur belli fortiſſima denſant Agmina.

Grande agmen. Lucr.lib 1.88.

Graniferum agmen ſpargere. Hoc eſt multitudinem formicarum grana ferentium. Ouid. 7. Metam.130.

Horrentia agmina.Horat.2. Serm. Saty.13.

Hoſtile agmen. Ouid.8.Metam.8.

Immenſum agmen aquarum. Virg.1. Georg.65.

Infernum. Seneca.Med.12.17.

Infeſtum.ſeneca.Herc.furen.13.9.

Longum. Virg 1.Aeneid.38.

Molle Tacit. lib.19.

Nigrum.Virg.4.Aeneid.81.

Palantia agmina Silius lib.15.95.

Paruum agmen. Lucret lib.1 88.

Pilata agmina. Virgil. 12. Aeneid.15.Vbi, Pilata, retulit ad Romanos, qui pilis vti ſolebant in bello.

Puerile agmen.Virg 5. Aeneid.109.

Puluerulenta agmina. Virg 4. Aeneid. 31.

Rapidum agmen.Lucan.lib 2.69.

Rauca agmina. Statius 5.Thebaid. 3. gruibus.

Seruilia. Lucan.lib.2.19.

Vt primùm fortuna redit, ſeruilia ſoluit
Agmina. Hoc eſt: ſeruis ad libertatem vocatis confecit exercitum.

Tardum agmen. Virg.9. Aeneid. 10. id eſt, Peditum,qui equitum comparatione tardi ſunt.Seruius.

Terreſtre Hoc eſt,turmæ militum per terram incedentium. Luc. lib.5.142.

Terrificum. Claud.8 epig.15.

Toruum.Stat.8.Thebaid.97.

Trepidum. Lucan. lib.2. 79.

Agere agmen equitum.Virg.7.Aeneid,161.

Carpitur agmen. Plin. 3. Epiſt. ad Minut. Numeroſum agmen reorum , ita demum videbamus poſſe ſuperari , ſi per ſingulos carperetur. Nam carpi agmen dicitur,quum militium aliquis intercipitur.

Cingi agminibus Ouid 1. Triſt. 46.

At ſimul intonuit,fugiunt,nec noſcitur vlli.
Agminibus comitum qui modò cinctus erat.

Cogere agmen.Ouid 2. Metam.23.

----quorum agmina cogit Lucifer.

Concitare. Ouid.14. Metam.48.

Coniurata agmina Ouid.5. Metam 31.

Denſare agmina. Silius lib. 8.103.

Deturbare agmina gladio. Silius lib.7.144.

Deuaſtata ferro agmina Ouid.13.Metam.51.

Ducent agmina. Virg.1. Aeneid.99.

Examinata agmina. Virg 5.Aeneid.160.

Frementia.Vale.6. Argon.37.

Metere agmen. Silius lib. 13.44.

Partitum agmen. Virg.5. Aeneid.112.

Prorumpunt agmina.Lucan.lib 1.99.

Spargere agmen.Ouid.7. Metam 130.

Stipatum agmen. Gellius.lib.1.

Tripartitum agmen. Tacit lib.19.

Agnascor.] ex Ad & Naſcor. Paulus in lege Qui in adoptionem. De adoptionibus lib. 1. Pandect. Qui in adoptionem datur,ijs quibus agnaſcitur, & cognatus fit.Modeſt. in lege Non facilè. De gradibus & affinitat. lib. 38. Quibus agnaſcitur:id eſt, in quorum familiam venit per adoptionem.

Agnatus : Participium. Agnatum dicimus quicquid vltra naturæ debitum natum eſt Plin.lib.11.cap.52.Membra animalibus agnata,inutilia ſunt: ſicut ſextus homini ſemper digitus.Idem lib 11. cap. 39. 5. Pili agnati celeriùs recreſcunt. In hac ſignificatione ſcribitur etiam per d. Adnaſcor.

Agnati dicuntur , qui per virilis ſexus perſonas, cognatione coniuncti ſunt: quaſi à patre congeniti, inquit, Caius Iuriſconſ Paulus in lege Iuriſconſultus,de Gradib.& affinitatib. lib. 38. Pandect. Inter agnatos & cognatos hoc inter eſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam qui eſt agnatus,&

tus, & cognatus eſt non vtiq; autem qui cognatus eſt, & agnatus eſt.

Ad agnatos & gentiles aliquem deducere. Var. de re Ruſt. lib.1.2 7. Ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Prouerbiale antiquis fuit, quum furere aliquem, aut mente captum eſſe ſignificare volebant vt dicerent. Ad agnatos & gentiles deducendum eſſe.

Agnellvs. *Agninus* ] Vide Agnus.

Agnitio.] Vide Agnoſco.

Agnomen.] Eſt quod extrinſecus aliqua ratione vel cauſa quæſitum eſt.

Agnomen genitiuum. Ouid.3 de Pont.eleg.2.22.

Adiectiq; probent genitiua agnomina Cottæ:
Si tu non eſſes interitura domus.

Agnosco.] Ex Ad & Noſco eſt. Agnoſcere dicimus olim notos, Cognoſcere priùs incognitos. Virgilius:

—& veterem Anchiſen agnouit amicum.

Varro: Vereor ne me quoque dum reuertero, præter canem agnoſcat nemo. Sæpe tamen confunduntur. Terent. Eunuch.5.2.8.

—ita miſerimus
Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.

Agnoſcit, qui non repudiat, ſed libenter admittit. Liu. Patrem eius quondam, pro pupillo procurantem, familiare oſtentum, quum reſpondiſſet aruſpex, magnum quod eſſet Capuæ imperium ad eum peruenturum: nihil ad eã ſpem agnoſcentem dixiſſe ferunt, &c. Id eſt, id vaticinium ad puerum pertinere recuſantem, & admittere nolentem.

Agnoſcere æs alienum. Vlpianus in lege Ex facto de Here. inſtit.lib.28. Pandect. Vnde ſcio quæſitum, æris alieni onus pro qua parte agnoſci debeat. Et refert Papinianus, pro hæreditarijs partibus eos agnoſcere æs alienum debere.

Comprobare agnoſcereq; aliquid Vlpianus in leg. Quo enim. Rem ratam haberi. lib.46. Pandect. Rem habere ratam, hoc eſt, comprobare agnoſcereq; quod ſit actum à falſo procuratore.

Agnoſcere & amplecti crimen. Plinius in Epiſt.

Agnoſcere debitorem. eſt vt idoneum accipere: ita vt, qui delegat liberatus ſit. Paulus, in lege Lucius. De adminiſtratione tut.

Agnoſcere debitum. Paulus, in lege Lucius Titius, De adminiſtrat & per tuto.lib.26. Pandect. Eſt ratum habere & approbare debitum ab alio factum, illudq; in ſe recipere, & eum liberare, qui tale debitum contraxit.

Agnoſcere nomina: idem quod agnoſcere debitum. Vtitur Paulus in lege Quum quæritur. De adminiſtra. & peric. tuto.lib.26. Pandect.

Agnoſcere oculis alienis Plin.lib.29.cap.1.19. Alienis pedibus ambulamus: alienis oculis agnoſcimus.

Agnoſcere ſonitum. Virg 8. Aeneid.

—ſed Troius heros
Agnouit ſonitum, & diuæ promiſſa parentis.

Vbi Seruius: Agnouit ſonitum, hoc eſt, quid ſonitus ſignificaret.

¶ Agnoſcendus: participium. Lucan lib.2.39. Agnoſcendus erat.

¶ Agnitus: Participium Valer. Flaccus lib.4 88.

—ſalue ô mihi longum
Exſpectata manus, noſtriſq;(ait) agnita votis.

Agniti natales, de nullis alijs, quàm de ingenuis ſunt intelligendi. Author Pomponius in l. Hoc ſermone. Si libert. inge.dic.

¶ Agnitio Plin.lib.10 cap. 70. 2. Piſces ſui cadaueris agnitionem fugientes.

Agnvs.] Feſtus: Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod ſignificat caſtũ eò quòd ſit hoſtia pura & immolationi apta.

Agnus autumnalis. Colum. lib.7.cap.3. Chordi ani dicuntur, qui poſt tempus naſcuntur. Varro de re Ruſt. lib.2. cap.1.

Expertes herbæ agni: id eſt, qui nondum herbam ederunt. Colum lib 7 cap.3.

Formoſos agnos procreare. Varr. de re Ruſt.lib.2.cap.2.

Hornus: id eſt, huius anni. Prop.lib 4.eleg.3.13.

Immaturus. Colum.lib 7.cap.4.

Mollis. Martialis lib.5. de villa Fauſtini.

Petulci agni. Lucret.lib.2.74.

Pingues. Virg 1. Aeneid.128.

Satur lacte agnus. Var. de re Ruſt. lib.2.cap.2.

Subrumi agni: Hoc eſt, lactentes. Varro de re Ruſtic. lib.2. cap.1. & rurſum. cap 11.

Teneri. Virgil 3. Eclog.21.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Admittere agnos ad matres. Colum.lib.7.cap.5.

Depellere agnos à lacte. Virg 6. eclog.

Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Depulſi agni à matribus. Varro de re Ruſt.lib.2.cap.2.

Deſiderant agni matrem. Varro. ibid.

Diſiungere agnos à mamma. Varro de re Ruſt.lib.2.cap.1. Ferè ad quatuor menſes à mamma non diſiunguntur agni: hœdi, tres: porci, duos.

Agnus editus: Id eſt, natus Columel. libro 7.cap.3.15. Agnus autem quum eſt editus, erigi debet, atque vberibus admoueri: tum etiam eius diductum os, preſſis humectari papillis, vt condiſcat maternum trahere alimentum.

Agni legati quatenus viderentur, quidam aiebant tantùm ſex menſium eſſe. Sed verum eſt, eos legatos, qui minores eſſent anniculis. Paul. de Legat.3.l. Quum quæritur.

Seneſcunt agni deſiderio matrum. Var. de re Ruſtic. lib.2. cap.2.

Subijcere agnum ſub alterius mammam, ſi parum habet lactis mater. Varro de re Ruſt lib.2.cap 1.

Subrumare agnos: id eſt, Rumæ ſeu mammæ nutricis ſubmittere. Colum.lib.7.cap 4.

Sugere mammam matris dicuntur agni. Varro de re Ruſt. l.b.2. cap.1.20.

¶ Agna: Menſuræ genus in agrorum dimenſione. Colum. libr. 5 cap 16. Actus quadratus vndique finitur pedibus 120 Et paulò pòſt: Sed hunc actum, prouinciæ Beticæ ruſtici agnam vocant.

¶ Agna: fœmininum ab Agnus.

Aſpera agna. Valerius Flaccus 3. Argon.141.

Aſpera nunc pauidos contrà ruit agno leones.

Coronata agna aliquid luſtrare, ſiue expiare. Iuue. Sat.13.14.

Agna humilis. Horat 2. Carm.17.7. Id eſt, Humilium oblationi apta, Acron.

Lactens. Ouid.lib 4. de Ponto.eleg.8.9.

Mera. Varr. de re Ruſt.lib. 2. cap.2. Oues primùm oportet bonas emere, quã ſita ætate, ſi neque vetulæ ſunt, neque meræ agnæ: quòd alteræ iam nondum, alteræ iam non poſſunt dare fructum.

Mira. Horatius 2. Serm. 3.48.

Niuea. Iuuenal. Saty 12.1.

----niueam reginæ cædimus agnam.

Hoc eſt Iunoni deorum reginæ agnam candidam immolamus.

Nitida. Horatius.2. Serm.3.43

Nouella Ouidius de arte amandi lib.1.24.

Pauens Ouid 6. Metamorph.106.

Pulla, id eſt, nig Horat.1. Serm 8.6.

Tenera. Sat 8. Thebaid.116. de Leone.

¶ Agnellus. d minutiuum. Plaut. Aſin. 12. 77. Agnellum hœdillum me tuum dic eſſe.

¶ Agninus. Qui ex agno eſt, aut ad agnum pertinet. Plin. lib 20.cap 4. 28. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in vino poto. Plaut. Aul. 13.4. Rogito piſces, indicant caros, agninam caram, bubulam, vitulinam. in his & ſimilibus, Caro ſubauditur.

Agninis lactibus canem alligare. Ballio in Pſeudolo Plautina:

----quia pol qua opera credam tibi,
Vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus.

Qui canem alligat inteſtinis agninis: is non modò canem amittit, verum & prædam vltrò dederit fugitiuo. Si qui credit aliquid homini malæ fidei & rem perdit, & fruſtra obligatum habet eum, qui non eſt ſoluendo. Lactes enim dicuntur inteſtina molliora. Eraſmus in Chiliad.

Ago ] Agit, qui omnino intẽtus eſt alicui negotio, & totus eſt in eo. Indè eſt illa locutio, hoc age. Teren. Adel.2.2.18. Animus tibi pendet: vbi illinc, ſpero, redieris, tamen hoc ages.

¶ Agere: *pro Facere*. Virg 10. Aen. Ardens limitem agit ferro.

Agere, facere. Liu. Permiſſum à Senatu Conſulibus non eſſet, agerent facerent, vt è republica ducerent.

Agere ad lites & iudicia relatum. Et agere propriè dicitur in iudicio: Facere verò, citra iudicium. nota. ff. Quod cuiuſque vniu.leg.1.§ Quibus leg. facti. § Agi. de verb. ſignif.

Agere ante litem conteſtatam, nemo dicitur. leg. Amplius num petitum. ff. Rem rat.hab.

Agere dicitur, qui excipit. leg.1. ff de except.

Agere pecuniariam litem aduerſùm aliquem. Quintilianus, lib 6.cap.1.37.

Agere, plus eſt, quàm contrahere. Vlpianus in leg. Labeo. de verb.& rer ſignif.50. Pandect.

¶ Agere: *Applicare, admouere.* Virg 2. Aeneid.

Obſeſſumq; acta teſtudine limen.

Seruius. Sic agere vineas & turres. Cæſar.3 bel. Gallici.436.

¶ Agere: *Aduertere, Attendere.* Terent. And. 1.2. 15. Hoccine agis, an non? D ego verò iſtuc Alibi ſic: Hoc age, amabo. Plaut. Vos hoc agite Vnde eſt illud Terentianum: Alias res agis. hoc eſt, aliud cogitas, non hoc attendis.

¶ Agere,

¶ Agere, *pro Exigere*. Terent. Adelph. 1. 1. 26.
—do, prætermitto, non neceſſe habeo omnia
Pro meo iure agere.

¶ Agere & Ducere. Virg. in Bucolicis: ----en ipſe capellas
Protinus æger ago: hanc etiam vix, Tityre, duco.

¶ Agere. *Fugare*. Virg. 2. Georg.
Et membris agitatra venena. Nonius.

¶ Agere: *Gerere*. Saluſt. in Iugurth. Senatus, ob ea feliciter acta dijs immortalibus ſupplicia decernere, &c.

¶ Agere: *Mouere*. Agere caudam. Colum. lib. 6. cap. 6.

¶ Agere: *Loqui*. Terent. Adelp. 1. 1. 53. Sed eſt ne ipſus, de quo agebam? Idem Heaut. 3. 3. 24 Quid tu, ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egiſti Syre?

¶ Agere: *Regere*. Virg. 1. Aeneid. Tros, Tyriusq; mihi nullo diſcrimine agetur. Seruius.

¶ Agere: *Vexare, Inquietare: quod vſitatius Agitare dicitur*. Virg. 4. Aeneid.
—agit ipſe furentem,
In ſomnis ferus Aeneas. Idem in 6.
Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabunt.

¶ Agere: *Vigere, perſequi, ait Seruius*. Virg. 4. Aeneid.
—qualis coniecta cerua ſagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis. Terent. Adelph. 3. 2. 21. Cęteros ruerem, agerem, raperem. Vbi Donatus: Agerem, perſequerer, premerem. Virgilius 4. Aeneid. 49. Illa fretus agit ventos.

¶ Agere, *abſolutè, pro Viuere*. Tacit. Annal. lib. 3. Non modò apud illos homines, qui tùm agebant, etiam ſecutis temporibus vario rumore iactata.

Agere inter homines, id eſt, viuere, vitam exigere. Tacitus: Agere inter homines deſijt.

¶ Agere, *multis modis acceptum*. Martial. in Attalum, lib. 1. 75.
Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper.
Eſt, non eſt quod agas: Attale ſemper agis.
Si res & cauſæ deſunt, agis Attale mulas.
Attale, ne quod agas deſit, agas animam.

¶ Agi & ferri, prouerbialis figura eſt translata à more militari: quòd illic homines & iumenta aguntur, ſarcinæ feruntur. Hac autem vtimur, pro eo quod eſt, Populari aut Vexare. Liu. de bello Macedon. lib. 8 Tùm demum fracta pertinacia eſt, vt ferri agique res ſuas viderunt. Ad hunc modum vſus eſt. Idem 4. Decad. lib. 10. Virgilius libro 2. Aeneid. 75.
—alij rapiunt incenſa, feruntq; Pergama.
Hoc eſt, diripiunt ac populantur. *Transfertur quandoque ad animum*. Taci. de Orat. Nunc principes in Cæſaris amicitia agunt feruntque cuncta. Hoc eſt, pro arbitrio agunt, quicquid volunt. Eraſm. in Chiliad.

Agere aliquem ad aliquid: impellere inducere, incitare. Plinius, lib. 30. cap. 1. 9. Liu. 9. bel. Maced. 54 Captos mentes, velut furialibus ſtimulis, ad omne ſcelus & omnem libidinem agerent.

Accuratè aliquid agere. Plaut. Capt. 5. 32.

Agere ad. Hora 2. Serm. Saty. 7. 5.
Siquis ad illa Deus ſubitò te agat, vſque recuſes.

Agi ad furores extremos. Val. Flac 6 Argon. 134.

Agere omnia ad præſcriptum. Cæſar. 3. bel. Ciuil 202.

Aemulatus agere. Hoc eſt, æmulari. Tacitus, lib 13. Ne in vrbe æmulatus ageret, prouinciç Luſitaniç præficitur.

Aeuum. Ouid. 15. Metamor. 118.

Aeuum per crimina: id eſt, Viuere ſceleratè & dedecoroſè. Ouid. 10 Metamor. 49.

Ambages Plaut. Pſeud. 22. 5. Pro, vti ambagibus.

Ambiguè. Tacitus lib. 19.

Amicum. Plin. in Paneg. 140. Tunc maximè Imperator, quum amicum ex imperatore agit.

Animum. Horatius in arte: Et quocunq; volent, animum auditoris agunto. Id eſt, impellant, afficiant, trahant, & rapiant, in quemcunq; affectum volent.

Annum ſecundum agere, &c. Varro, 2. de re Ruſt. cap. 7. 2. Liu. 3. ab Vrbe 306.

Apologum. Plautus Sticho. 9. 32.

Aquas agit riuus. Ouid. 1. Faſt. 81.

Arbitrium alicuius rei agere: id eſt, ſtatuere pro arbitrio. Liuius 5. Decad. lib. 4. Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli paciſq; agere. Tacit. lib. 20. Proinde perfuga Batauus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, ſed meritas ſceleris pœnas exſpectaret.

Agere autem, pro Perſequi: Venuleius eleganter dixit in lege fin. Quod vi aut clàm.

Augurijs diuum agimur Virg. 3. Aen. 1.

Agere bellum. Ouid. de Arte amandi, 1. 37.
Bellaq; non puero tractat agenda puer.

Bene mecum agitur: Idem eſt, quod in bona conditione ſum. Nonnunquam actiuè. Valer. Maxim. lib. 5. Bene egiſſent Athenienſes cum Milciade, ſi eum, poſt trecenta millia Perſarum in Marathone deuicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere & vinculis mori coëgiſſent. Valla lib. 5.

Blanditijs agitur nihil. Ouid. 6. Metam. 137.

Agere canticum, dicitur tibicen. Liu. 7. ab Vrbe 8. Venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquantò magis vigete motu, quia nihil vocis vſus impediebat.

Captiuos ſub curribus. Martial. lib. 8. 27. pro in triumpho ducere.

Cauſam. Plin. lib 17. cap. 9. Qum cauſam apud Cenſores ageret.

Cenſuram inter aliquos: pro exercere. Senec. epiſt. 67.

Cenſura agitur Ouid. 6. Faſt. 130.

Agere circum: id eſt, in circuitu Virg. 1. Aenid. 25.
—aſt illam ter fluctus ibidem,
Torquet agens circùm, & rapidus vorat æquore vortex.

Circùm caput. Colum. lib. 3. cap. 2. 13. Et quod de ſacro numine poeta dicit; Et quocunque deus circùm caput egit honeſtum.

Conſilia. Liuius 10. ab Vrbe. Conſilia ſecreta agunt: id eſt, tractant.

Conſulem. Plin. in Paneg. 127. & Valerius Maximus. Sic agere Tribunitiam poteſtatam. Liu 4. ab Vrbe 244.

Contagia latè. Ouid. 7. Metam. 112. Hoc eſt, corruptionem longè ſpargunt & immittunt.

Contentione magna. Liu. 1. Decad. lib. 3. 305.

Conuentus. Cæſar 10. belli Gallici. & 6.

Conuiuam lætum: Lętè conuiuari. Horat. 2. Serm. 6. 28.

Agere cum aliquo: De re aliqua tractare. Plaut. Moſtel. 15. 71. Cęſar. 1. bell. Gall. 40. Is ita cum Cæſare egit.

Agere cum aliquo, alio modo. Terent. Quid cum illis agas, qui neq; ius, &c. Id eſt, quod ius ab illis obtineas.

Agere cum aliquo, in alia ſignificatione. Plaut. Nihil ago tecum. Hoc eſt, nihil rei mihi eſt tecum.

Agere curam. Liuius, 2. ab Vrbe, 109. Valerius, lib. 1. cap. de Religione: Magna conſeruandæ religionis apud maiores noſtros cura acta eſt. id eſt, magna adhibita eſt diligentia.

Agere curam de ſe. Liuius.

Curſum. Plin lib. 5. cap. 24. 3. Euphrates curſum ad occaſum ſolis agit. Pro eo quod eſt labitur.

Cuſtodiam vrbis: Vrbem diligenter cuſtodire, ad eius cuſtodiam excubare. Liu. 5. ab Vrbe, 44.

Agere de pace. pro, tractare. Liuius 2. bell. Maced. 141.

Agere de re aliqua ad fidem: eſt, ita componere actionem, vt fidem faciat, agentiq; credatur. Liu. lib. 3. bel. Maced. Antiochus, miſſis ad Quintium legatis, qui ad fidem de ſocietate agerent, omnia Aſię legens, peruenit in Lyciam, &c.

Agere delectum. Plin. libr. 7. cap. 29. Ingeniorum gloria quis poſſit agere delectum, per tot diſciplinarum genera, & tantam rerum operumq; varietatem: Pro, diſcernere ingenia, vel inter ingenia.

Agi deſiderio alicuius rei. Liuius, 9. bel. Pun. 31. Id eſt, moueri, impelli, accendi.

Diem agere vltimum. Liuius, 5 ab Vrbe, 97. ſignificat, quępiam eſſe in extremo vitę die.

Agere ferias, id eſt, feriari: apud Plautum.

Diris agere aliquem. Hor. Epod 5. 18.

Enſis agit plurima bello nauali. Lucan. lib 3. 114.

Agere equum in viam. Liu. 3. bel. Pun. 217.

Error agit aliquem. Ouid. 3. Faſt. 111.

Agere ex æquo. Tacit lib. 20. Aut ex æquo agetis, aut alijs imperitabitis. Rurſum in vita Agricolæ.

Ex diuerſo agere. Quint. lib. 5. cap. 11. 33. Aut aduerſarij, aut eius qui ex diuerſo agit.

Exemplis. Plin. lib. 10. cap. 75. Etſi exemplis agatur, profectò paria fiant.

Experimenta. Plin. lib. 29. cap. 1. 18. Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt. Id eſt, artis ſuæ periculum faciunt, atq; ita eam approbant & confirmant. De medicis loquitur.

Agere fabulam, comœdiam, tragœdiam. Terentius in prologo Eunuch. 19.
—nunc quam acturi ſumus Menandri Eunuchum.

Fama agit aliquem. Hor. 2. Car. 2. 2.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.
Acron: id eſt, ducet per notitias omnium.

Fortuna noſtra agitur per aduerſas procellas. Ouid. 5. Triſt. 15. 1.

Frigora agunt venti, Vir. 1. Geor. 71.

Aeſtusq;,pluuiasq;,& agentes frigora ventos.

Agere frondem dicitur arbor. Plin.lib.18.cap.6.12.

Agere fugam: Fugere, Liu.5.bel.Pun.27.

Genialiter agere feſtum. Ouid.11.Meta.20.

Grauiter agere aliquid. Hor.1.Epiſt.1.5.

Gradus agere pręcipites. Val.Flac 8. & Argon.27.

Gradus agere tacitos, Valerius Flaccus, 3. Argonaut.88. id eſt, tacite.

Agere grates. Liuius lib.10.ab Vrbe 118. Læti atque alacres dijs populoq; Romano grates agunt. Antiquo more dictum, pro Gratias agere.

Gratias furtiuè: In angulo, ad aurum. Sene.de bel.li.2.c.23.

Gratias remotis arbitris. Senec. lib. 2. cap. 23. Ingratus eſt, qui remotis arbitris agit gratias.

Pro re aliqua gratias agere. Cęſar: Gratias pro eorum ſtudio erga ſe egit.

Age hoc: Ad hoc ſolùm attende, animumq́; aduerte. Plaut. in Perſa, Hoc age, opúſne eſt hac tibi empta? Terent Phor. 2.3.88. Te oblectet; tibi habe. P. minue verò itam. D. hoc age. Vbi Douatus: Hoc age, annuentis eſt.

Hoc agite. Terent. Eunuch. 1. 2. 50. Hoc agite, amabo. Vbi Donatus: Hoc agite, pro aduerbio corripientis eſt poſitum: aut certe pro adhortatione audientię prębendę. Sic Plaut. Hoc agite ſultis ſpectatores. Et conuenit velut nutu audientiam ſignificantis, & geſtu hoc ipſum adiuuantis.

Agere hyemem ſub tectis: id eſt, tranſigere. Liuius 5.ab Vrbe 6. Sic æſtiua agere ſub tectis, Liuius 7. bel. Pun.123. de militibus loquitur.

Agere ictum: pro impellere, Liu.5. Decad.lib.2.

Idus agendæ ſunt tibi mecum. Horat.4.Carm.11.3. Acron: Id eſt, celebrandę. Diem verò natalem Mæcenatis ſignificat, nimirum Idus Apriles.

Imperium agere. Plin.lib.7.cap.28.

Impetus agit aliquem. Ouid.2.Metam.41.

Agere in pro, eſſe. Virg. 5. Aen. Nunc ego Getulis agerem ſi ſyrtibus exul. Vbi Seruius: Si in Getulis ſyrtibus agerem, id eſt, eſſem. Plin.lib.8. cap. 25. Dies in terra agit, noctes in aqua. Quint. in procem. lib.6. Vt in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen.

Agit animum in admirationem Plin.lib.25.cap.1.1. Id eſt, impellit & quaſi rapit atq; trahit.

In arma. Liu.6. ab Vrbe 68.

Agere in crucem: Id eſt, tollere. Liu.2.bel.Pun.141.

In exilium, Plin.lib.7.cap 30.2. Et Liu.5 bel.Pun.10.

In fraudem. Virg.10. Aen.14. id eſt, in periculum.

In fugam. fugare, Liuius.

In orbem agi. Virg.2.Georg.

In bona ſpe. Tacit.lib.12.ad finem: Crebroq; vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quò mi es bona in ſpe ageret.

Incurioſiùs. Tacitus lib. 20. Ceſę cohortes eorum in vico Marcoduro, incurioſiùs agentes.

Inquiſitio agitur. Plin.lib.29.cap.1.18.

Iter agere. Ouid.2.de Arte amandi.17. de Icaro.

Iudicium agi. Plinius lib.9.cap.35.

Agere laudes & grates dijs. Liuus 7.ab Vrbe 173. Sic Plautus in Trinum.12.2.

Agere dicuntur legati: Pro eo quod eſt, legationis munus exſequi. Liu.9. ab Vrbe 241.

Lege agere. Terent. Phorm. 5. 8. 91. Lege agito ergo. Vbi Donatus: Lege agito, dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduerſario videbatur. Plaut. in Aulul. Lege agito, ei cœnam coque.

Limes agendus Ouid.3. de Arte amandi 111.

Nec ſtabiles animos annis, viridemq; iuuentam
Vt capias, idem limes agendus erit. Hoc eſt, non iiſdem artibus fefelleris ſenem & iuuenem. Prouerbium.

Menſuram alicuius rei agere. Plin.lib.15.cap.3.6. Amurcæ menſuram nemo agit. Id eſt, nemo amurcam metitur, ſiue ad menſuram redigit.

Morem. Salluſtius: Primùm omnium, omittendum morem hunc, quem agitis, impigræ linguæ.

Agit mecum fortuna ſecundis rebus: Id eſt, fauet. Lucan. lib.1.63.

Agitur menſis ſeptimus, aut annus. Plin. lib. 14. cap. 1.9. A' Virgilij vatis obitu, 90. aguntur anni. Teren. Hecyra.3.3.34. Tùm poſtquam ad te venit, menſis iam hic agitur ſeptimus.

Foràs agendus eſt metus mortis. Lucr lib.3.8.

Et metus ille foràs preceps Acherontis agendus
Funditus humanam qui vitam turbat ab imo.
Hoc eſt, expellendus omni ex parte.

Modeſte agere Quint.lib.5.cap 6.3.

Multum agit ſexus, ætas, conditio: Quint.lib.4 cap.1.8.

Agere, ne. Liuius 9.belli Punici: Omnia, ne id fieret, Carthaginenſibus de induſtria agentibus. Hoc eſt, omni conatu eò tendentibus, vt illud impediretur.

Nimbos agens Eurus. Hor. Carm.16.5.

Noctem inter gaudia agere. Virgil. 6. Aeneid. id eſt, ducere.

Nugas agere: pro, nugari. Plaut Ciſtel.7.40. & Aſin.3.79.

Agere orbem, naufragum, periclitantem: quorum induere perſonas non attinet, niſi affectus ſumimus. Quintilian. 107.6.

Otia: id eſt, in otio & tranquillitate viuere, vel otiari. Virgil. Georg.3.

Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Otia agunt terra.

Agere pacem. Salluſtius: Liceatne tùm pacem agere.

Pacem: pro, Quieſcere. Sil.Ital.lib.7.57.

Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.

Partes alicuius viciſſim. Terent Phorm.5.5.7. Viciſſim partes tuas acturus eſt. Id eſt, facturus officium tuum, ſicut eius officium feciſti.

Agi dicuntur pecora, vt ait Seruius. Virg.Eclog.1.

—en ipſe capellas
Protinus æger ago. Sic agere pre ſe armenta. Liuius 1. ab Vrbe 25. Mulas. Mart. lib. 3. 75. Quintilian.libr.2.cap. 17. 12.

Agi per ſaxa latratibus canum. Ouid.2.Metam.99.

Agere plebem. Liuius lib 3. His ferè agere plebem, plebisq; animos: id eſt, exercere & vexare.

Pœnas alicuius ſceleris à ſe agere Liuius 5. belli Pun.icit75. pro exigere.

Pœnitentiam agere dicitur, quem facti pœnitet, qui dolet ſe aliquid feciſſe, qui rem factam, infectam cupit. Plinius Epiſt.130.

Prę ſe agere aliquem. Stat Thebaid.3.87.

Præcipitem ex Cæſar 3.bell. Ciuil.186. Et ex inferiore loco aduerſus Pilum incitati, curſu præcipites Pompeianos egerunt. Hoc eſt: eos à ſuperiore loco expulſos, in fugam verterunt.

Predas. Liuius 3.ab Vrbe 22. Idem lib.1.19. Inde eos, collecta iuuenum manu, hoſtilem in modum prędas agere. Hoc eſt, prędari.

Agere prędam, ad furtum etiam refertur. Plaut. Aulul.18.3. Ne illic pulchram prędam agat, ſiquis illam inuenerit aulam onuſtam auri.

Properatò agi ad mortem. Tacit lib.13.

Quercus agere carmine. Virg.4. Georgic. 102. de Orpheo:
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Seruius: id eſt mouentem.

Quid ages? Terent. Phorm.2.2.8. Quid ages? P. quid vis, niſi vt maneat Phanium, &c. Vbi Donatus: Non interrogantis, ſed metuentis, hoc dictum eſt.

Quid agis? Terent. Phorm.1.4.40. Ah, quid agis? quò abis Antipho? Vbi Donatus: Perturbati interceſſoris eſt, dicere, Quid agis? vt alibi. Mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum? Oratio illa Quid agis, eſt prohibentis, aut reuocantis: quaſi tu dicas, Quid agere paras? Quid vis facere?

Vide quid agas. Modus eſt loquēdi, quo admonemus eos, qui magna aut periculoſa aggrediuntur. Teren. Eun.2.1.18. Vniuerſum triduum? Vide quid agas. Idem Phorm.2.2.32. Senex adeſt: vide quid agas, Vbi Donatus: non terrentis: ſed excitantis eſt.

Agere radices deorſum. Col. lib. 2. cap. 10. 19. Sed tenuem radicem deorſum agunt. Plin.lib.16.ca.31.2. Robora ſuas radices in profundum agunt. Olus coliculum agit. Col. lib. 11. cap. 56. 1. Ficus agunt folia. Columella lib.5.cap. 10.7. Cythiſus frondem agere cœperit. Colum. de arb.cap. 28.3. Sic etiam gemmas. Varro lib.1.cap.30. & Colum.lib. 5.cap.11.2.

Agere remiſſiùs cum ſubiectis: Hoc eſt, eos tractare remiſſius. Colum.lib.11.cap 1.22.

Rem eandem agere, vel agi. Vlpian. in l. 7. Si quis cum. § Si ancilla ff. de except.rei iudic.

Alias res agere. Terent. Eunuch.2.3.55. Deſine, iam conclamatum eſt. CH. alias res agis. P. Iſtud ago quidem. Vbi Donatus: Rectè, quia dixit ille, Iam conclamatum eſt. Plinius libro 13. capite 3.1. Summa commendatio vnguentorum, vt tranſeunte fœmina odor inuitet, etiam aliud agêntes.

Retrò aliquid agere Plinius lib. 36. cap. 5. 1. Quòd ſi quis horum familiam ad proauum vſque retrò agat, inueniet artis eius originem cum Olimpiadum origine cœpiſſe. Sic retrò agere carmen, aut orationem, eſt à fine incipiendo pronuntiare, aut recitare: apud Quintilianum.

Agere reum. Plin. lib.2. cap.77. Vna accuſatur, vna agitur rea. De fortuna.

Agere rimas. Plinius libro 19. capite 2. 7. Ouidius 2. Metamorph.43.

Scin-

Scintillas agere. Lucr. 2. 135, Scintillasq; agere, ac latè differre fauillam. Id eſt ſpargere.

Agere ſe, propriè dicitur, qui egrè ſe mouet, aut grauatè incedit. Virg 6. Aen. Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat. Idem lib. 9, Is enim ſe primus agebat. Tractus ſermo eſt à ratione phyſica; nam agitur corpus, animi iudicio. Terent. And 4. 2. 25, Quid tu, quo hinc te agis? Vbi Donatus: Quo te agis: vt tarditatem diſcedentis oſtendat. Agere enim ſe, tardi & triſtes dicuntur.

Agere ſe pro equite Romano: id eſt, gerere ſe. Suet. in Claudio, cap. 25, Libertinos, qui ſe pro equitibus Romanis agerent, publicauit. Hoc eſt, populo communes fecit.

Secula vitæ aguntur. Ouid. 3. Metam. 89.

Agere ſecretum: id eſt, ſolum eſſe. Suet. in Tiber cap. 60, Piſcatori, qui ſibi, ſecretum agenti, grandem mullum inopinanter obtulerat, perſricari eodem piſce faciem iuſſit.

Agitur Senatus: id eſt, habetur. Suet. in Ceſare Dict. cap. 88.

Agere honoratam ſenectutem. Liu. 4. bel. Maced. 131.

Silentium pro ſilere. Ouid.

Spumas ore: hoc eſt, emittere. Virg. 3. Georg. 40.

—& ſpumas aget ore cruentas.

Stationem. Tacitus lib. 17, Stationem in caſtris agebat Iulius Martialis Tribunus.

Stationes: Eſſe in ſtationibus. Liu. 3. ab Vrbe 177. & 4. 169.

Tempora agere. Ouid 3. Faſt. 81,

Quum croceis rogare genis Tithonia coniunx
Cœperit, & quintæ tempora lucis aget.

Hoc eſt: Quum aurora quintum diem faciet, vel adducet.

Tempora belli. id eſt, tranſigere. Ouid. Epiſt. 13. 9.

Triumphum ex aliquo populo agere. Liu 6. ab Vrbe 33.

Triumphum de aliquo agere. Plin. lib. 34. cap. 3. 3, Qui de Perſeo rege naualem triumphum egit.

Velis tumidis agimur. Horat. 2. epiſt. 2. 41.

Ventis agi. Ouid. 1. Triſt. Eleg. 2. 8.

Ver agit orbis. Virgil 2. Georg. 68,

—ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.

Verberibus agitur nauis. Lucan. lib. 3. 108, Hoc eſt, ordinibus remorum impellitur.

Vi agere. Liu. 4. bell. Maced. 179.

Viam. Virgil. 3. Aeneid. 138,

—Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare.

In portu vigilias. Liuius 10. ab Vrbe. 159.

Lacrymis agendum eſt. Seneca in Thyeſt. 6. 6, Hoc eſt, Lacrymis petenda eſt venia.

Sapienter agendum Ouid. 13. Metam. 76.

Agón? Victimarij verbum, pro Agóne? Senec. lib. 3. Controuer. Carnifex manum tollat; deinde reſpiciat ad patrem, & dicat Agon? quod fieri ſolet victimis?

¶ Actus: Participium. Virg. 6. Aeneid. His actis, properè exſequitur præcepta Sibyllæ. Id eſt, perfectis & abſolutis.

Acta ætas: pro, exacta. Plaut. Trinum 6. 36, Mihi quidem ætas acta eſt; tua iſtuc refert maxime. Sic, Actum tempus. Horat. in arte.

Actus: *Appulſus* Virg. Siue errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti. Idem in 6. Pelagine venis erroribus actus? Nonius.

Actus: *Coactus, Territus*. Virg. 6. Aeneid.

Prodigijs acti cœleſtibus oſſa pi..bunt. Nonius.

Actus: *Colliſus*. Virg 7. Aen. —quibus actus vterq;
Europæ atq; Aſiæ fatis concurrerit orbis. Seruius.

Actus: *Compulſus*. Virg. 5. Aen. Idem 7,

—actosq; animis in funera reges. Liu 7. bel. Pun. 8, Elephanti quoq; cōmiſſo iam certamine in prēliū acti.

Actus multis caſibus: id eſt, agitatus, vexat'. Virg 1. Aen. 49.

Imber actus cœlo. Virg. 2. Georg. 67.

Actus reus criminis. Ouid. 2. Triſt. 61. Idem de Arte amandi, libro 1. 78.

Sitis acta omnibus venis: Hoc eſt, calor ſitim generans, per omnes venas diffuſus. Virg. 3. Georg. 95.

Teſtudo acta. Virg 2. Aen. 88,

—obſeſſumq; acta teſtudine limen. Vbi Seruius: Acta, applicata. Sic lib. 9. 105.

Actus in parietes palus Colum. lib 8. cap 3. 4.

Retrò actus Ouid. 12. Metam. 51. id eſt, verſus.

Actum eſt: Prouerbiale genus loquendi apud veteres, quo etiam hodie deſperationem ſignificamus. Terent. And. 3. 1. 7, Quid ego audio? actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat. Vbi Donatus: Hæc res ſecundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, nequis rem actā apud iudices repetat. Idē Terent. Adelph. 3. 2. 17, Actum eſt. Vbi idem Donatus: Actum eſt, inquit, verba ſunt deſperationis: nam Actum eſt, dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia.

Actum agere Terent. Adelph. 2. 2. 24. Nunc ſi hoc omittam, actum agam. Idem Phorm. 2. 3. 72. Actum, aiunt, agas. Plaut. Pſeud. 5. 20, Rem actam agis, Liu. Dec. 3. lib. 8, Scio multis veſtrum videri, P. C. rem actam hodierno die agi, & fruſtra habiturum orationem, qui tanquam de integra re de Africa prouincia ſententiam dixerit.

Actum eſt de. Liuius 2. ab Vrbe 210. Actumque de exercitu foret.

¶ Acta: nomen ex participio. Valla lib 4, Geſta & Acta hoc differunt; quia illa ſunt in adminiſtratione magiſtratus, & in rebus maioribus, & ad remp. vel ad plures ſpectantibus; vt geſta Alexandri, geſta Pompeij, geſta Cæſaris: Acta verò etiam rerum priuatarum, & minorum ac familiarium. Plin lib. 10 cap. 2 4. de Phœnice Romam allato: Allatus eſt & in Vrbe, Claudij principis Cenſura, anno Vrbis DCCC. & in comitio propoſitus, quod actis teſtatum eſt: ſed quem falſum eſſe nemo dubitaret.

In acta alicuius ſe obligare; &, In acta alicuius iurare. Suet. in Tib cap. 26.

Actorum ſcriptura diurna. Tacitus libro 3. Annal. Non apud authores rerum, non diurna actorum ſcriptura reperio.

Acta belli & domus. Neſtor apud Ouid. 12. Metam. 37.

Vitæ acta. Ouid 4. Triſt. eleg. 9 19.

Acta diurna, quæ per ſingulos dies fiunt & ſcribuntur Suet. de Cæſare: Inito honore, primus omnium inſtituit, vt tam Senatus, quàm popul, diurna acta conficerentur.

Diurna acta Vrbis. Tacit lib. 13.

Forenſia acta. Ouid. ad Piſonem 7.

Fortia acta Val. Flac 6 Argon. 26.

Horrifica acta: id eſt, horrorem incutientia, nempe magica. Val. Flac. 3 Argon 85.

Immania Ceſaris acta cōdere: Grandia & præclara Cæſaris geſta deſcribere. Ouid. 2. Triſt. 67. & 9. Metam. 58.

Ingentia acta recenſere. Stat. 2. Theb. 142.

Mortalia acta. Ouid lib. 1. Triſt Eleg. 2. 20.

Nocturna acta Ouid lib. 2. de Arte amandi, 136.

Patris actis ſuperbire. Ouid Epiſt. 8. 9.

Propiora acta. Stat. 5. Theb 24.

Canere acta longi temporis. Ouid. 1. Faſt. 21.

Acta circumducere: id eſt, antiquare & delere. Paulus ſub titulo. de Re iudicata. Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant, iudex poteſt ea die iubere circunduci: niſi vel negotium, vel lis terminata eſt.

Communicare acta ſua cum aliquo. Vlyſſes apud Ouid. 13. Metam. 49.

Comprobare acta. Ouid. lib. 5. Triſt ad finem.

Condere acta Cæſaris. Ouid. 2. Triſt 67.

Loqui acta. Ouid. 6. Faſt. 123,

—mira quidem, ſed tamen acta loquor.

Recenſere acta. Stat. 2. Theb. 142.

Vincere acta patris Ouid 11. Metam. 45.

¶ Actus: Verbale. Plerumq; actionē ſignificat: hoc eſt, omne quod agitur Quint. lib. 2. cap. 18. 3, Quum ab actu, hoc eſt, opere, receſſerunt.

Actus, *hoc eſt, geſta & præclara facinora*. Lucan. lib. 8. 162,

Adde actus tantos, monumentaq; maxima rerum.

Sceleris actus, id eſt, perpetratio ſceleris. Lucan. lib. 8. 134,

Septimius ſcelens maius ſcelus inuexit actu.

Herculei actus. Claud. in Ruff lib. 1. 57.

Humanos actus digerere, Stat. lib. 5. 5 Sylu. 8.

Actus placiti dijs: id eſt, grati, Valer. Flac. 2. Argon. 1.

Priores actus. Claudian. 8. Paneg. 29,

—actusq; priores
Commendat repetitus honor.

Rapidus actus: Feſtina impulſio, Propera perſecutio. Lucan. lib. 9. 7.

Actus vitæ. Quintil. lib. 11. cap. 1, Etiam in cæteris actibus vitæ, non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere conuenit.

Actus rerum, eſt, quem noſtrates, rerum & negotiorum expeditionem vocant. Plin. Iunior: Nunc me actus rerum modicè, ſed tamen diſtringit. Quintil. lib. 8. cap 3, Et perſona quædam neſcio an nunquam vtique in vno actu rel poſſit incidere.

Actum alicuius gerere Martianus in l. Interdum: de Publicanis. Quum is ſeruus, qui actum domini geſſiſſe diceretur, in commiſſum excidiſſet, venire non debuiſſe.

Ab actu remotus. Paulus: Diſpenſatori, qui ab actu, ignorante debitore, remotus eſt, rectè ſoluitur.

Actus forenſis. Quintil. lib 10. cap 1.

Iam multum acti eſt, poſſet aliquis non affuiſſe, & hæres eſſe? Quint. lib. 7 cap. 2. 35.

¶ Actus, modo ſignificat in comœdijs & tragœdijs certa ſpatia canticorū: modo inter vicinos, quatuor pedū latū: modo in Geometria, minorem partem iugeri, id eſt, centū viginti pedum: modo motum corporis, vt hiſtrionum & ſaltatorum; qui etiam ex hoc ipſo Actuoſi dicuntur. Author Feſtus. Varro de re Ruſt lib. 1. cap. 1, Actus quadratus, qui & latus eſt pedes centum viginti, & longus to-

tidem. Actus, vt Modeſtinus de Seruit. Ruſt. præd ait, eſt iter, vbi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, quo quis pedes vel eques commeare poteſt. Plin. lib. 18. cap. 3: 1, Actus vocabatur, in quo boues agerentur; quum aratur vno impetu iuſto.

Actus, in fabulis. Quint. lib. 5. cap. 10. 7, Nam & fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ, argumenta dicuntur.

¶ Actiuus: nomē eſt fictum à Grammaticis: vt actiua ſignificatio. Et verbum actiuum, quod, teſte Priſciano, ſemper actum ſignificat, & facit ex ſe paſſiuum. lib. 8. cap. De generibus verborum.

¶ Actuoſus: actiuè & paſſiuè ſignificat Paſſiuè, eſt res laborioſa, quaſi in qua plurimum agendum & laborandū eſt. Donatus in Terentium: Hæc ſcena actuoſa eſt, magis in geſtu, quàm in oratione conſtituta. Actiuè, id eſt, ſemper agens, nunquā ceſſans. Seneca: Iracundos feruida natura animi facit: eſt enim actuoſa & pertinax ignis.

Actuoſa vita, quæ in actione & labore verſatur; non autem in ſtudio & contemplatione: qualis eſt opificū & mercatorum, & eorum qui in Reipub. aministratione verſantur. Apud Valerium.

Actuoſi dicuntur, qui motu corporis maximè exercentur; vt hiſtriones & ſaltatores. Author. Feſtus.

¶ Actio. Actiones corporis naturales. Celſ. lib. 1. Naturales corporis actiones appellant, per quas ſpiritum trahimus & emittimus; cibum potionemq; & aſſumimus & coquimus: Itemq; per quas eadem hæc in omnes membrorum partes digeruntur.

Actio habet varia ſignificata. Valla lib. 4. Actio dicitur, tum ipſa pronuntiatio, tum oratio quæ habetur, tum oratio ſcripta.

Actio, *pro oratione, ſiue quum habetur, ſiue quum ſcripta eſt.* Quint. lib. 7. Cuius actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram.

Breuis & conciſa actio Quint. lib. 6. cap. 4. 2.

Clamoſa Quint. lib. 5. cap. 13. 3.

Facilis & fauorabilis Quint. lib. 5. cap. 10. 79.

¶ Actio, apud Iuriſconſultos, dicitur ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. Hæc Iuſtin. lib. 4. Quintil. lib. 4. cap. 2. 21.

Competit actio in eum. Quint. lib. 3. cap. 6. 8.

Excludere aliquem actionis iure. Quint. lib. 7. cap. 2. 7.

Reſtituere actionem. Suetonius: Nam & ijs, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones.

¶ Actio. Gell. lib. 9. cap. 6. Ab eo quod eſt ago & egi, verba ſunt quæ appellant Grammatici frequentatiua: Actito, & actitaui.

¶ Actiuus. Quint. lib. 11. cap. Generalis diuiſio artium. & 47. b. Vt illa ſit ſpectatiuæ partis; hæc actiuæ.

¶ Actor: qui agit.

Actor comœdiæ, qui comœdiam agit: vt ſit in theatro. Terent. in prologo. Liu. 7. ab Vrbe 9, Vt actores Attellanarum nec tribu moueantur.

Actor, vt ait Valla li. 4. dicitur orator, qui agit cauſam, quiq; geſtum vultus & corporis agit.

Infirmus actor. Quint. lib. 6 cap. 1. 33.

Mediocris actor cauſarum. Horat. de Arte poët. 74.

Actor publicus, Plin. epiſt. 18. lib. 7.

¶ Actor vniuerſitatis dicitur, vel collegij: vel Syndicus appellatur: ꝓcurator ſingulorū hominum. Martian. Digeſt. lib. 37. Ipſos verò municipes, ſi eis fideicommiſſi nomine non caueatur, non idem aſſecuturos; ſed eis extraordinario remedio opus erit: videlicet, vt decreto Prætoris actor eorum in poſſeſſionem mittatur.

¶ Actor. *pro villico.* Colum. lib. 1. cap. 7. Ita fit, vt & actor & familia peccent, & ager ſæpiùs infametur. Ibid. cap. 8.

¶ Actuarius, qui acta publica, actionéſve cauſidicorum in iudicio velociter excipit: qui & Notarius à Quintiliano dicitur. Suetonius in Cæſare, cap. 55, Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædam feruntur, vt pro Quin. Metello: quam non immeritò Auguſtus exiſtimabat, magis ab actuarijs exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis; quàm ab ipſo editam.

¶ Actuarius. *aductiuum eſt aliquando.* Vnde Actuariæ naues, celeres dictę, quòd citò agi poſſent; ait Nonius. Budæus verò; Actuariæ (inquit) naues à Latinis dicuntur, qui remis aguntur; non velis tantùm. Liu. 5. bell. Pun. 172, In hoc tumultu actuariæ naues inſtructæ. Cæſar 5. bell. Gall. 2, Has omnes Cæſar actuarias fieri imperat.

Actuaria nauigia pro nauibus actuarijs. Cæſ. 1. bel. Ciui. 111.

¶ Actutum. Virgil. 9. Aeneid.

— tum cætera reddet
Actutùm pius Aeneas. Vbi Seruius: Actutùm, confeſtim, ſinè dilatione: & eſt aduerbium temporis.

¶ Agito: frequentatiuum. Significat crebrò agere, concutere, commouere. Virgil. 1. Georg.

Continuò ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere.

Agitare verbis faſtidia alicuius. Horat. Epod. 12. 3.

Agitare: *Perſequi,* ait Seruius. Virg. 3. Georg. Galbaneoq; agitare graui nidore chelydros.

Agitare: *Vexare.* Virg. 3. Aen. Quæ deinde agitet fortuna, fateri. Vt, Agitataq; numina Troiæ. Ibidem Virgilius: Et ſcelerum furijs agitatus Oreſtes. Anceps cura conſulem agitabat. Liu. lib. 14. 104. Furor agitat milites. Idem 9. bell. Pun. 92.

Agitare, *pro Adminiſtrare* Salluſt. In pace verò beneficijs magis, quam metu, imperium agitabant. Idem in Catil. Rempublicam agitare.

Agitare, *pro Habitare, vel Viuere.* Salluſt. Super Numidiam Getulos accepimus, partim in tugurijs, partim incultius vagos agitare.

Agito, *cum infinitiuo.* Valer. Flac. lib. 2. 33. —totam indè per vrbem perſonat, conſilia incant. Sil. Ital. lib. 13. 80.

Agitare, abſolutè. Tacit. lib. 11. de Curtio Ruffo: Poſtquam adoleuit, ſectator Quæſtoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumento vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat. Celſus in præfatione libri 1.

Animo agitare aliquid. Liu. 6. bel. Pun. 9, Nihil enim paruū; ſed Carthaginis iam excidia agitabat animo.

Agitare animo formidines. Liu. lib. 10. bel. Pun.

Animo agitare menſuram alicuius rei. Plin. lib. 2. cap. 1. 2, Furor eſt, menſuram eius animo quoſdam agitaſſe. De mundo loquitur.

Cum animo agitare aliquid Salluſt. ad Cęſarem, de Repub. ordinanda: Itaque mihi multa cum animo agitanti, conſilium fuit, famam modeſtiamq; meam poſt tuam dignitatem habere.

In corde aliquid agitare. Plaut. Truc. 93.

Mente aliquid agitare. Salluſt. in Catilin. Liu. 7. ab Vrbe. 166.
Nunc quæ mente agitem, audite.

Agitare ſecum. Terent. Phorm. 4. 3. 11.
Ego quoq; id quidem agitans mecum ſedulò,
Inueni, opinor, remedium huic rei.

Animum curis agitare. Liu. His curis cogitationibusq; animum agitauerat ab ineunte ætate. Id eſt, exercuerat.

Agitare rem aliquam ſecretis imaginationibus. hoc eſt, animo verſare, & ſecum conſultare. Tacit. lib. 13.

Agitare æuum. Virg. 4. Georg. 31, De apibus: Magniſq; agitant ſub legibus æuum. Hoc eſt, vitam tranſigunt.

Caput. Columel. lib. 6. cap. 6. 2.

Choros: id eſt, choreas exercere. Virg. 4. Georg. 107.

Cœtus. Salluſtius: Nequis in vrbe cœtus nocturnos agitarit.

Conſilia. Liu. 4. ab Vrbe. 107. Ibi ſecreta conſilia agitare: queri ſe à plebe adeò ſpretos. Idem 8. bel. Pun. 52, & Valer. lib. 6. cap. 6.

Conuiuium. Terent Hecyr. 1. 2. 18. Agitarem inter vos liberè conuiuium. Vbi Donatus: Agere, eſt aliquid vel neceſſarium facere: Agitare, voluptarium. Plaut. Aſin. 15. 7. Hoc agitemus conuiuium vino & ſermone ſuaui

Cuſtodiam. id eſt, Cuſtodire. Plaut. Rud. 20. 20.

Diem. Plaut. Perſa. 12. 21. —age accumbe, hunc diem ſuauem meum natalem inter nos agitemus amœnum.

Feſtos dies: Conſumere dies feſtos in ludis, compotationibus, & alijs eiuſmodi rebus voluptarijs. Terent. Heaut. 4. 4. 11, Apud eum miles Dionyſia agitat.

Agitari diuerſum. Salluſt Primò commotus metu atq; libidine diuerſus agitabatur. Id eſt, modo huc modò illuc impellebatur, in diuerſas ſententias.

Equum calcaribus agitare. Plaut. Aſin. 12. 118. Calcari quadrupedem agitabo aduerſus cliuum. Allegoria eſt: quaſi dicat, Eum perinde vexabo atq; equum, qui contra montem aſcendens agitatur calcaribus.

Fugam: id eſt, fugere. Virg. 2. Aen. 128. Vos agitate fugam.

Gaudium & lætitiam. Salluſt. in Catilin.

Ingenium per ſtudia pro exercere. Senec. Epiſt. 109. Quia hoc tempus idoneum eſt laboribus; idoneum agitandis per ſtudia ingenijs.

Iocos. Perſius Satyr. 6. 1, Mox iuuenes agitare iocos. Hoc eſt, Iuueniles ſiue iuuenum amores deſcribere.

Iuſtitiam. Plin. 15. 5. 2, Mihi autem egregium inprimis videtur, vt foris, ita domi; vt in magnis, ita in paruis; vt in alienis, ita in ſuis agitare iuſtitiam. Id eſt, aſſiduè exercere.

Latrocinia. Tacit. lib. 12.

Mentionem de re aliqua Liu. primæ Decad. lib. 7. 2.

Moras. Salluſt. Ne moras agitando, aliud quàm bellum mallet, id eſt, cunctando, differendo.

Pacem. Salluſt. Læti pacem agitabamus. Aut eſt, pacem tractabamus: aut, nos in colenda pace exercebamus.

Seditionibus agitare plebem. Plin lib. 14. cap. 4.

Præce-

Præcepta alicu us. Salluſt. Quæ præcepta patris mei quum agitarem Id eſt, in illis ſeruandis me exercerem, aut fortaſſe de illis cog tarem.
Præſidium. Salluſtius in Iugurtha: Cohortes cum omni equitatu præſidium agitabant. Liu. 3. Decad lib. 7.
Agitare pulmonem riſu perpetuo: id eſt, aſſiduè ridere. Iuuenal Satyr. 10. 7. Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democ.
Rem aliquam ſermonibus: Pro, tractare. Liu 3. ab Vrbe. 140. Verſarent in animis ſecum vnamquamq; rem: agitarent deinde ſermonibus, atq; in medium, quid in quaq; re plus minúſve eſſet, conferrent.
Sacra: pro Agere, vel frequenter agere. Catul. de Berecynthia & Aty. 5.
Spes inanes. Ouid. 7. Metamorph. 68.
Vias. Senec. in Hippolyto. 9. 2,
Cur tibi tanta eſt cura perennes
Agitare vias ætheris alti. gilare.
Vigilias. Plautus Trinum. 13. 25. Id eſt, totam noctem vi-
Vitam. Salluſt. in Catil. Etiam tum vita hominum ſine cupiditate agitabatur. Pro, agebatur.
Agitandum eſt corpus leui geſtatione. Celſ lib. 3. cap. 6.
¶ Agitatior: comparatiuus. pro Agilior. Senec. epiſt. 109. Agitatiorem mihi animum eſſe credebam. Loquitur de eo tempore, quo abſtinebat à carnibus.
¶ Agitatio: Motus, ſiue Commotio.
Agitatio terræ. Colum. lib. 2. cap. 2. 5. Actionem ſignificat, & quaſi exercitationem: non qua ſe exercet terra, ſed qua exercetur ab agricol s.
Agitatio mentis. Eſt aſſiduus ille motus animi in rebus honeſtis cogitandis & quaſi mentis ipſius exercitatio. Quintil. lib. 1. cap. 1. Sicut aues ad volatum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio, atq; ſolertia.
Agitatio ſpiritus. Plin. lib. 20. cap 5. de cæparū purgamētis, loquēs: Et, ſi ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis cuſtodiri, ſtomacho vtili eſſe ſpiritus agitatione.
¶ Agitator: ferè apud autores relatus inuenitur ad equorū curruúmve rectorem Virg. 1. Georg.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis. Hoc eſt agaſo, ab agendo. Quint. lib. 8. cap 6. Translatio eſt, quum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, Gubernator magna contorſit equum vi.
¶ Agitabilis: Qui facile huc atq; illuc agitatur & impellitur. Ouid. 1. Metamorph 15.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
AGOLVM. Paſtorale baculum, quo pecudes agūtur. Feſtus.
AGON.] certamē, ſtudium: locus certaminis. Plin. epiſt. 22. lib 4 Gymnicus agon celebrabatur.
¶ Agonales, dies, per quos rex in regia immolat: dicti ab Agónēeò quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur. Varr. lib. 5. de lingua Lat.
¶ Agones dicti ſunt apud Romanos, qui percutiebant victimam: quòd ex more, priùs quàm ferirent, populum rogabant, Agóne? id eſt, Agóne? Agonum meminit Lactantius Statij enarrator.
Agones epitaphij dicebantur certamina nouemdialia, quæ in honorem exſequiarum in funeribus fiebant. Budæus lib. de Aſſe.
¶ Agonium, dies appellabatur, quo rex hoſtiam immolabat. Agonium, id eſt, ludum, ob id dictum, quia locus in quo ludi initiò facti ſunt, fuerit ſine angulo: cuius feſta, Agonalia dicebantur. Feſtus.
Agonalium, ſiue Agoniorum appellatio, vnde ducta ſit, ampliſſimè deſcrib t Ouid. lib. 1. Faſt. 64.
¶ Agonotheta: erat agonum moderator, præſeſq; & iudex. Spartian. in Hadri n. Multa in Athenienſes contulit, & pro Agonotheta reſedit. Budæus.
AGORANOMVS.] Aedilis dicitur. Plaut. Capt. 13. 55. Mirūq; adeò eſt, niſi hunc fecerunt ſibi Aetoli Agoranomum. Sic dictus, ab ἀγορᾶ & νέμω: quaſi qui fori ius habeat.
AGRARIVS, Agreſtis, Agricola, Agripeta.] Vide AGER.
AGRIMENSORES.] Caſſiodor lib. 4. Vari. lect. Agrimenſor (inquit) more vaſtiſſimi fluminis, alijs ſpatia tollit, alijs rura concedit.
AGVMENTVM.] quod ex immolata hoſtia defectū in iecore imponendo, agendi cauſa. Varro l b. 4. de Ling. Lat.

A H

AH.] interiectio, quæ ad varios animi affectus explicandos accommodatur.
Ah *dolentis* Virg 1 eclog Ah, ſilice in nuda connixa reliquit.
Ah, *flentis, aut lamentantis: inquit Donatus.* Terent. Adel. 3. 2. 31.
—ah Me miſeram.
Ah, *indignantis ſibiipſi, & ſeipſum arguentis.* Terent. And 3. 1. 11, Ah, vix tandem ſenſi ſtolidus.
Ah, *deſiderii.* Plaut. Aſi. 12. 2. Ah, quantò ampliùs valere, ſi hic maneres?
Ah, *indignantis & ſtomachantis alteri, cum reprehenſione.* Teretn. Andr. 1. 5. 18.
Nam quid ego dicam de patre? ah
Tantámne rem tam negligenter agere?
Ah, *leniter arguentis, ſiue reprehendentis.* Plaut. Bacchid. 1. 31. Ah nimium ferus es. Terent. Andr. 5. 2. 27. Ah, ne ſæui tantopere.
Ah, quantò eſt, te id dare operam,
Qui iſtum amorem ex animo amoueas tuo.
Ah, *abnegantis.* Terent. And. 3. 3. 12. Ah, ne me obſecra.
Ah, *increpantis cum indignatione.* Terent. Eunuch. 2. 1. 3.
—ſátne hoc mandatum eſt tibi?
P. Ah, rogitare? quaſi difficile ſit.
Ah, *quaſi corrigentis alterius dictum.* Terent. Eunuch. 5. 2. 50.
Tamen ſi pater. C. quid? ah volet, certò ſcio.
Ah, *reclamantis, aut contradicentis.* Terent. Hecyr. 5. 1. 16.
—meum receptas filium ad te Pamphilum, B. ah.
L. Sine dicam.
Ah, ah, *inclamantis,* Plaut. Moſtel 8. 52,
Scio te bona eſſe voce: ne clama. D. herclè ego
Verò clamabo. Tr. ah ah morem mihi gere.
Ah ah, *ſuſpirantis* Plaut Mil. 20. 47.
—habe bonum animum. P. ah ah,
Quum venit in mentem, mores vt mihi mutandi fient.
AHA.] interiectio ind gnantis alteri, & ipſum arguentis. Plaut. Bacchid. 18. 11, —aha,
Bellorophontem iam tuus me fecit filius.
Aha, *abnegantis.* Plautus Bacch. 1. 54, Manum da, & conſequere. B aha minime.
AHENVM.] Paulus Iuriſcon. in L. Quum de lanionis. De inſtruct & inſtrum. legat. lib. 33. Pandect. Nec multum refert inter cacabos & ahenum, quod ſupra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg 1. Georg.
Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Idem 1. Aen.
Littore ahena locant al j. Vbi Seruius: Ahena, quibus vtebantur, non ad elixandas carnes; ſed ad ſe lauandos, Heroicis enim temporibus carne non veſcebantur elixa.
¶ Ahenum ſæpenumerò capitur pro ampliſſimo vaſe, in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex ijs locis, in quibus claruit vſus purpuræ. Vt,
Agenoreum: Id eſt, Tyrium, vel Sidonium. Martialis lib. 10. In Caium:
Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.
Amyclæum. Ou d lib. 2. de Remed. amoris 63.
Aſſirium. Claudian. lib. 2 de rapt. Proſerp. 10.
Getulum. Sil. Ital. lib. 16. 36.
Sidonium. Seneca.
Tænareum: id eſt, Laconicum, Val. Flac. Argonaut. li. 5. 103.
Tyrium. Stat. lib. 1. Sylu. 2. 30.
Ardens. Iuuenal. Satyr. 15. 17,
—nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus. Hoc eſt: nec elixauit, nec aſſauit.
Calidum. Ouid. 7. Metam. 53. Rurſum ibidem 56.
Cauum. Ouid. 6. Metam. 129.
Feruens. Seneca.
Paruum Ouid. 8. Metam. 130.
Spumans. Senec. in Thyeſt. 1. 12.
Tepidum. Virg. 1. Georg. 60, Seruius legit, Trepidum. Vndans. Virg. 6. Aeneid. 44.
¶ Aheneus: adiectiuum Poeticum, pro Aereus. Ouid. 1. Metam. Horat. lib. 1. epiſt.
—hic murus aheneus eſto:
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Hoc eſt, fortiſſimum ac tutiſſimum animi munimentum. Gellius tamen vſus eſt lib. 16. cap. vlt. ad finem: Simulacra duo ahenea. &c.
Iugum aheneum. Horat. 3. Carm. 9. 4. Id eſt, forte, vt ait Acron & Porphyrio.
Signa ahenea. Horat lib. 2 epiſt. 1. 50. (2. eleg. 19. 6.
Turris ahenea. Horat 3 Carm 16. 1. & Ouid. Amorum lib.
¶ Ahenus: Idem quod æreus, id eſt, ex ære factus, ſed hoc propriè poeticum eſt.
Acus ahena. Ouid. 2. Faſt. 116.
Cadus ahenus. Virgil. 6. Aeneid. 46.
Caſſis ahena Stat 6. Thebaid. 78.
Cor ahenum. Stat. 3 Thebaid. 56,
—ſed ſcopulos & ahena precando
Flectere corda paro.
Cornu arietis militaris ahenum. Propert. lib. 4. eleg. 11. 7.
Crateres aheni Virgil. 9. Aeneid. 36.
Fores ahenæ. Virg 1. Aeneid.
Forma ahena. Propert. lib. 4. eleg. 2. 13.

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Oſca manus.
Iugum ahenum Valer.Flac.Argonaut.7.120.
Labrum ahenum. Virg.4.Aen.6.
Lux ahena. Virg 2.Aen.94, id eſt, ſplendor armorum.
Manus ahena: Hoc eſt, fortis & dura, teſte Acrone. Horat.1. Carm.25.4.
Maſſa ahena: pro Diſco æreo, Stat.6.Thebaid.130.
Moles ahena: pro clypeo laminis æreis graui. Stat.4. Thebaid.34.
Porta ahena. Stat.10.Thebaid.52.
Poſtes aheni. Claud.lib.1.de raptu Proſerpinæ.15.
Signa ahena. Lucret.lib.1.65.
Thoraces aheni. Virg 7.Aeneid.
Trabes ahenæ. Claud lib.1.de raptu Proſerpinæ 49.
AHV.] interiectio eſt perturbatæ mulieris. Terent.Eunuch. 5.60, Ahu, tace obſecro.

A I

AIO.] defectiuum. Quint.lib.6.cap.4. Siculi aiebant in Delphico ſediſſe. Plaut. Vel ai, vel nega. Næuius: nata eſt ſponſa prægnans? vel ai, vel nega. Gel lib.16. Siue aias, ſiue neges, hærebis in captione. Priſcianus Aiamus dixit, lib.1.de Conſtruct. Plaut. Rud 11.14, Vel tu mihi aias, vel neges. Aio, propriè Fateor ſignificat. Terent. Eunuch. 2. 2.21, Negat quis, nego: ait, aio. Idem 4. 4. 4. Modò ait, modò negat.
Ait. Terent. Eunuch. 1.2. 59, Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi. Vbi Donatus: Semper Ait dicimus, quum vel inuiſa nobis & audientibus, vel vana dicta narramus alicuius.
Ais, pro Inquis. Horat.2.Sermo. Non ſum mœchus, ais.
Aiunt: Terent. And.1.2.20,
—omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferũt. D. Ita aiunt. Vbi Donatus: Aiunt, hæc credunt, & loquuntur vniuerſi. Et eſt trepida confeſſio, & quaſi inuiti reſponſio.
Aiunt. Terent. Phorm.2.3.72, Actũ, aiunt, ne agas. Vbi Donatus: Aiunt, dicimus, quum prouerbium ſignificamus.
Ain', pro Aiſne. Terent. Andr.5.3.4. Ain' tandem, ciuis Glycerium eſt? Vbi Donatus: Ain', percunctatiuum verbum eſt. Idem Phorm.2.3.26, Ain', tandem carcer.
Ain' tu? Terent. Hecyr.3.4.1, Ain' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? Vbi Donatus: Ain' tu, pro Aiſne tu? Et ſic iam aliquid dixiſſe magni in præcedenti oratione, ex reſpondentis ſermone demonſtratur.

A L

ALA.] qua aues volant. Virg.1.Aeneid.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis. De cygnis loquitur.
¶ Ala, pars hominis concaua ſubter brachium: quæ & Axilla dicitur. Plin.lib 21.cap.20, Halitus oris commanducata abolet, alarumq; vitia.
Alas hominis vellere. Iuuenal. Satyr.11.16.
¶ Ala, etiam in brutis. Plin.lib. 11. cap.40, Elephas tantum ſub armis duas, nec in pectore, ſed citrà, in alis occultas.
¶ Ala, in herbis dicitur, cauus inter caulem & ramulos anfractus, vnde ſinuatim noua proles egreditur: facta ab humanis alis translatione. Plin.lib.25. cap. 5. de Mercuriali herba: Alarum cauis multis. Et lib.27. cap.4. Idem lib.22. cap.18, Sub alis foliorum.
¶ Ala, de ranis marinis. Plin.lib.9.cap.51.
¶ Alæ, pro velocitate, figuratè, ab effectu: quia ſcilicet alæ auibus velocitatem faciunt. Virg.3.Aeneid.
Et ventis & fulminis ocyor alis.
¶ Alæ, vocantur ab alarum ſimilitudine, Equitum ordines, vt ait Gell.lib.16.cap.4. quòd circum legiones dextra ſiniſtraq; , tanquam alæ in auium corporibus, locabantur. Liu.6.bel.Pun.193, Pluſque aliquanto damni hæc ala equitum amiſſa Annibali, quàm Salapia fuit. Virg.4.Aen.
Dum trepidant alæ, ſaltuſq; indagine cingunt.
Conamen alarum. Lucret lib.6.168.
Remi alarum. Ouid.5.Metam.112.
Remigio alarum volare. Virg. 1. Aeneid. 61. de Mercurio. Sic lib.6.4.
Verbera alarum. Virg.12.Aeneid.175.
Alæ atriorum. Vitru lib.6.cap.3.
Fati alas: Id eſt, mortem. Horat.2.Carm.17.5.
Fulminis alæ. Virg.5.Aeneid.63.
Alæ ſagittæ: id eſt, pennæ. Virg. 9. Aeneid. Ergò alis allapſa ſagitta. Seruius.
Alæ velorum. Virg.3.Aeneid. Et velorum pandimus alas.
Ventoſior alis ſuis Cupido. Ouid.libro 2. Am.eleg.9.10.ad Cupidinem.
Aeriæ alæ. Virgilius in Cyri.
Ambiguis alis volat hora. Seneca in Hippol.11.4.
Aſſiduis alis circumuolare. Statius 1.Thebaid.11.
Atræ alæ mortis. Horat.2.Sermo.1.12.
Audaces alæ. Ouid.epiſt.17.10.de Dædalo.
Bibulæ. Ouid lib.1.de Arte amand.47.
Celeres alas commouere. Virg.5.Aeneid.44.
Deficientes alæ. Statius lib.10.Thebaid.115.
Denſæ. Virg.1.Georg.77.
Frenigera ala. Statius 5.Sylu.1.20.
Fuluæ alæ ſomni. Tibul.lib.2.eleg.1.ad finem.
Grandes. Iuuenal. Satyr.14.20.
Hirſutæ: hoc eſt, piloſæ brachiorũ axillæ. Horat.Epo.12.1,
An grauis hirſutis cubet hircus in alis. Hircum appellat, alarum fœtorem hircino ſimilem.
Humentes. Stat.10.Thebaid 29.
Infernæ. Claudian lib.2. in Eutropium, 47.
Inſignes. Virg.4.Georg 17.de apibus loquitur.
Laſſatæ. Ouid.1. Metam.30.& 62.
Loquaces. Claudianus in 2. Penegyr.82.
Madidis cantat quæ Soſtratus alis. Iuuenal. Satyr.10.18.
Madidis Notus euolat alis. Ouid.1. Metam.54.
Molles alæ ſomni, id eſt, ſuaues. Sil Ital.lib.10 96.
Migrantes. Ouid.2.Metam.52.
Nouæ. Ouid.7.Metam 81.
Olorinæ. Ouid.6.Metam.22.
Pares. Ouid.2. Metam 70.
Pernices. Virg.4.Aeneid.36.de Fama.
Plantares alæ Mercurij. Statius.1.Thebaid.
Plauſæ. Ouid.14 Metam.101.
Præpes ala. Statius 2.Thebaid.8.
Rapidæ alæ Claud.lib.3.de Rapt.Proſerp.51.
Recentes. Ouid.11.Metam.148.
Roſeæ alæ pauonum Claudian lib. 1.Panegyr.8.
Spatiantes. Ouid.4 Metam.73.
Teneræ. Stat.3.Thebaid.110.
Trepidæ. Stat.9. Thebaid.
Veloces. Ouid.4.Metam. Et Claud.in Ruff.lib.1.28.
Ventoſæ. Virg.12.Aeneid.16.9, Ventoſaſq; addidit alas.
Viſcatæ. Ouid.lib. de Arte amand.79.
Volucris ala. Valer.Flac.Argonaut lib.7.80.
Accommodare alas humeris. Ouid.2.de Arte amand.14. de Dædalo.
Aſſumere alas humeris. Ouid.11.Metam 158.
Atterere alas in duris cotibus. Virg 4.Georg 41.de apibus.
Concutere alas. Claudian.in Ruffi.lib.1.25.
Eripere alas regibus apum. Virg.4.Georg.22.
Alis coruus euerberabat os oculoſq; hoſtis. Quintil.lib.2. cap 4.14.
Euerberare alis clypeum. Virg.12. Aeneid.173. Clypeumq; euerberat alis.
Exſuere alas: id eſt, deponere. Virg.1.Aen.139.de Cupidine.
Formare alas fulminis horrifici. Valer. Flacc. Argonaut. lib.2.20.
Frænatæ alæ ſigna moderari. Stat.4.Syl.7.10.
Increpare alis. Stat.10.Thebaid.92.
Inſtigare alas vocibus. Virg.11 Aeneid.146,
Fertur equo, varijſq; inſtigat vocibus alas,
Nomine quemq; vocans.
Inſiſtere alis. Lucret lib 6.168.
Mouere alas. Seneca in Hippolyt.3.6. Ouid.2.Metam.144.
Pandere alas ad ſolem æſtiuum. Virg.4 Georg.6 de apibus.
Plaudere alis. Virg 5.Aeneid.103.
Porrigere alas. Ouid.8.Metam.110.
Sublimem alis portare. Virg 4.Aeneid.48.
Quatere alas. Virg.3.Aeneid.45.de Harpyis.
Sciſſæ alæ velorum. Claudian 4.Panegyr.28.
Spargere alas coloribus. Virg 7.Aen.39.
Strepitantes alæ. Tibullus lib.2.eleg.2.4.
Stridentes alæ Virg 1.Aen.81. Ouid.4.Metam.124.
Sumunt alas pedes. Ouid.11.Metam.68,
—iam tum mihi currere viſus
Plus homine eſt, alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Sumptis alis effugere. Ouid.5.Metam.58.
Superuolitare tecta alis. Virg.6.eclog.17.
Trepidantes alæ. Ouid.7.Metam.77.
Verberare alis æthera. Virg.11. Aeneid.151. de aquila.
Vertere alas ad aliquem. Sil.Ital.lib.15.146.
¶ Alaris, & Alarius. Liu. 10. ab Vrbe. 201, Cum cohortibus alaribus. Idem 5. belli Maced.15, Qui præerat alarijs equitibus. Cæſar. belli Gal.lib. 1. Omnes alarios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſtituit, quò minus multitudine militum legionariorum pro hoſtium numero valebat, vt ad ſpeciem alarijs vteretur.
¶ Alatus: Alas habens. Virgil. Aeneid. 4. de Mercurio loquens.
Vt primùm alatis tetigit mapalia plantis. Ouidius 5. Faſtor.133.
Alati equi Solis. Ouid.lib.3.Faſt.84.

¶ Aliſer:

¶ Aliſer: Alatus. Ouid 4. Faſt, 113, —Et al ſero tollitur axe Ceres. Id eſt, curru.

¶ Aliger: Alatus. Plin. li. 12. cap. 19. 1, Aligeriſq; ſerpentibus. Et lib. 36. cap 5. 28. Aligeroſq; ludentes cum ea Cupidines. Virg. Aeneid.

Ergo his aligerum dictis affatur amorem.

Agmen aligerum: id eſt, aues. Virg. 12. Aeneid. 50.

Aliger Arcas: pro Mercurio. Stat. 3. Sylu. 3. 16.

Genus aligerū. Senec. in Hippoly. 3. 13. Ignes ſentit genus aligerum. Hoc eſt, etiam aues ſentiunt flammas amoris.

¶ Alipes: id eſt, velox. Silius Ital. libr. 7. 140, Alipedem planta currum premit.

Alipedes equi. Virgil. 1. Aeneid. 98,

Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum.

Sic Ouid. 2. Metam. 10. de equis Solis verba faciens.

Alipes: pro equis velocibus. Virg 7. Aeneid. 56.

Inſtratos oſtro alipedes, pictiſq; tapetis.

Alipedes turmæ, apud Silium Ital. lib. 3. 59.

Alipedes cerui. Lucret. lib. 6. 154.

Alipes, citus. Stat. 11. Thebaid. 40.

Alipes deus: Mercurius alatos pedes habens. Ouid. 22. Metam. 63. Sic 3. Faſt. 20.

¶ Alipilus: Qui alarum pilos in balneis vellit. Senec. Epiſt. 57. Alipilum cogita, tenuem, & ſtridulam vocem, quo ſit notabilior, ſubinde exprimentem, nec vnquam tacentem, niſi quum alas vellit, & alium pro ſe clamare cogit. Cælius lib. 16. cap. 46.

Alabaster, ſiue *Alabaſtrus* & *Alabaſtrum*.] Vas vnguentarium ex alabaſtrite factum. Mart lib. 11,

Quod Coſmi redolent alabſtra, fociq; deorum.

Plin. lib. 13. 2 2, Vnguenta optimè ſeruantur in alabaſtris: odores in oleo.

Alabaſtri figuram nonnihil exprimit. Plin. lib. 9. cap. 35, de vnionibus loquens. Elenchos, inquit, appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes.

¶ Alabaſtrus, per metaphoram dicitur calyx roſæ, antequàm ſit expanſa. Plin. lib. 21. cap. 4. vbi de roſa; Germinat omnis primò incluſa granoſo cortice: quo mox intumeſcente, & in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit; in calycis medio ſui ſtantes complexa luteos apices.

Alabastrites.] Eſt genus marmoris: alio nomine Onyx, de quo ſic Plin. lib. 36. cap. 7. Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vſquam alibi, naſci putauêre noſtri veteres. Deinde, capite ſequenti ita ſubiungit: Hunc aliqui lapidem Alabaſtritem vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria: quoniam optimè ea incorrupta ſeruare dicitur.

¶ Alabaſtrites, etiam gemma eſt, naſcens in Alabaſtro Aegypti, & in Syriæ Damaſco, candore intercincto varijs coloribus: quæ cremata cū foſſili ſale, ac trita, grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Plin lib. 37. cap. 10.

Alabetae.] Piſces in Nili lacu naſcentes. Plin lib 5. cap. 9.

Alacer vel *Alacris*.] Virg. Aeneid. 5.

Ergo alacris, cūctoſq; putans excedere pugna Terent. Eunuch. 2. 3. 12. Quid tu es triſtis? quidve es alacris?

Salluſt. in Catil. Poſtquàm omnium animos alacres videt.

Alacer monitu. Sil. Ital lib. 13. 84.

Alacres odio Statius 1. Thebaid. 85.

Alacer ad. Cæſar. 3. bell. Gal. 429. Nam ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer & promptus eſt animus.

Certamen alacre. Sil. Ital. lib. 1. 37,

Hannibalem voce, atq; alacri certamine poſcit. Id eſt, ſtudio, & contentione.

Enſes alacres. Claud. in Eutrop lib. 2. 57.

Leones alacres. Claudian. 2. Panegyr. 5.

Syluæ alacres. Virg. 5. ecloga, 12.

¶ Alacritas: Vigor, & animi erectio, necnon & lætitia geſtiens. Liu. lib 3. Poſtquàm ingenti alacritate clamor eſt ſublatus. Cæſ. 1. bel. Gal. 172. Summaq; alacritas & cupiditas belli gerendi innata eſt. Idem 3. bel. Ciuil. Eſt quædam animi incitatio, atq; alacritas, naturaliter innata omnibus, quæ ſtudio pugnæ incenduntur.

Alacritas laboris in Laconicis canibus. Plinius libro 10. cap. 63. 2.

¶ Alacriter. Plin lib. 20. cap 20. 12. 3, Sequuta ætas alacriter defendit. Hic pro Acriter poſitum eſt.

¶ Alacre: pro Alacriter Plaut. Amph. 1 5. 42. Verùm quidem è loco compellemus alacre.

Alapa.] idem quod colaphus. Valla in Randenſem. Iuuenalis Satyr. 8,

—ridere poteſt qui

Mamercorum alapas.

Alapæ mimorum. Martialis:

O' quàm dignus eras alapis, Mariane, Latini:

Te ſucceſſurū credo ego panniculo. Mimi in Theatralib. ſpectaculis cùm dabantur, alios minos ad riſum excitandum alapis cædere ſolebant.

Alaris.] Vide Ala.

Alaternus.] Arbor, ſiue frutex, nullum ſemen aut fructum ferens: cui folia ſunt inter ilicem & oliuam. Autor Plin. lib. 16. cap 26. Colum. lib. 7. cap. 6. 1.

Alatus.] Vide Ala.

Alauda.] Auis eſt, quæ, teſte Plin. lib. 11. cap. 27, galerita dicitur: quòd apicem habeat, hoc eſt, criſtam in capite, ad ſimilitudinem galeri.

Alauda, legio quædam erat Romana. Plin. lib. 11. cap. 38, Atq; ab illo galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda.

Albarium: Albatus.] Vide Albus.

Albegmina.] Partes extorum quę dijs immolabantur, à colore eorum dicta. Feſtus.

Albeo, Albesco.] Vide Albus.

Albeolus.] Vide Alveolus.

Albicerata.] ficus, pediculo minimo, latiſſima. Plin. lib. lib. 15. cap. 18.

Albico, Albidus.] Vide Albus.

Albinus.] Albini dicitur, qui calce pura parietem illinit. l. 1. C. de excuſat. artif.

Albiolus.] Vide Albeus.

Albogalerus.] à galea nominatus. Eſt enim pileum capitis, quo diales flamines, id eſt, ſacerdotes Iouis, vtebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba Ioui cæſa, cui affigebatur apex virgula oleagina Feſtus.

Albosia.] Vide Albesia.

Albucilla.] mulier multorum amoribus famoſa, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniurationis in Tiberium indice fuerat, delata eſt impietatis in principem. Cornel. Tacit. lib. 5. non procul à fine.

Albucum.] Herbæ genus. Plin. lib 21. cap. 17.

Albuelis.] Vuæ genus eſt. Plinius lib. 14. cap. 2. Albuelis ſummis arboribus fert hor eſt.

Albugo.] Macula in oculo. Plin. lib. 20. cap. 5. Idem lib. 21 cap. 26. 2.

Albumen.] Album oui Plin. lib. 28 cap. 6.

Alburnum.] quid ſit, declarat Plin. lib. 16 cap. 38. Vocatur à colore alburnum: mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facilè putreſcens, teredini obnoxia. quare ſemper amputabitur.

Albus.] Feſtus Album quod nos dicimus, à Græco, quod ἀλφὸν eſt, appellatum. Sabini tamē Alpum dixerunt. Vnde credi poteſt, nomen Alpium, à candore niuium, vocitatū. Virg. 3. Georg. —color deterrimus albis. De equis loquitur. Plaut. Capt. 1. 1. 116.

Albo corpore & oculis nig is.

Album vinum. Plaut. Album an atrum vinum potas?

¶ Album: Pandect. lib 50. titulus eſt. De albo ſcribendo, in quo præcipitur, quo ordine ſcribi debeant Decurionū nomina. Vlpian. Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt lege municipali præcipitur. Ibidem: In ſententijs quoq; dicendis idem ordo ſeruandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.

Album citharœdorum. Sueton. in Nerone. cap. 21, Sinè mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum iuſſit aſcribi.

Album iudicum. Suet. in Claudio Cæſare, cap 16.

Album iudicū per metaphoram dictū, à Plinio in prçfatione, lib. 1. 25, Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Alluſit enim ad morem eorū, qui cauſas acturi in foro, aut declamaturi, auditores corrogabant, quaſi futuros iudices eloquentiæ, aut facundiæ. Budæus.

Mittere in album iudicum. Senec. de Benef l b. 3 cap. 7.

Albo ſenatorio eradere aliquem. Cornel. Tacit. lib 4.

Album prętoris. In lege prima De Edendo: Eum quoq; edere Labeo ait, qui prodit aduerſarium ſuum ad album. Intelligendum eſt de albo prætoris, in quo edicta prætorum proponebantur: cuius crebra in iure mentio.

¶ Album ea quoq; tabula nominatur, in qua ſingulorū annorum acta literis mandabātur à Pontifice maximo; proponebaturq; domi eius, vt poteſtas eſſet populo cognoſcendi: ijq; nunc Annales maximi nominātur Ex Heroldo. In eadem tabula, ſiue in alia eiuſmodi, etiam ſcribebātur ea, quæ ad ſacrorum ritum pertinebant. Vnde locutio illa, In album referre. Liu. 1. ab Vrbe 139, Omnia ea ex cōmentarijs regijs, Pontificem maximum, in album relata, proponere in publico iubet.

¶ Albus, *pro pallido, & per metaphoram, pro anxio & ſolicito, interdum accipitur* Martial lib. 1. 51.

Non amo hanc vitam, quiſquis me non amat, opto:

Viuat & vrbanis albus in officijs. Sipontinus: Quoniam, inquit, ob timorē ſanguis ab exterioribus partibus ad

bus ad cor refugit; propter quod facies exalbeſcere videtur, factum eſt, vt album ſæpe pro pallido accipiamus.

¶ Albus, *pro eo quod vulgò berentinum vocant, vt eſt pilus aſinorum.* Perſius:

Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.

De auribus enim aſini loquitur.

Albo reti aliena captare bona. Plaut. in Perſa: Nec iſti faxim vſquam appareant, qui hîc albo reti aliena oppugnant bona. Rete vocat calumnias quadruplatorum, & paraſitorum. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, ſyngraphasque, quibus lis intenditur peragiturque. Nec omnino diſplicet, vt ad Album prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur, reſpexerit. Nam leges etiam Solon aranearum retibus ſimiles eſſe dixit. Eraſmus in Chiliad.

¶ Album, *abſolutè poſitum, pro albore* Virg. in Buc.

—Sparſis etiam nunc pellibus albo.

Idem 3 Georgicor.

Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo.

Album oculi. Celſ lib 7. cap. 7, Vbi albo ipſius oculi palpebra inhæſit. Idem lib. 2. cap 8.

Album oui, pro albumine, Abſolutè dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 3, Cum oui albo illitum. Sic idem ſæpe alibi. Celſ. lib. 6. cap. 6, Oui & album, & vitellus.

Alba auis: pro re noua & inuſitata; quòd aues perpaucæ ſint hoc colore. Iuuenalis: Coruo quoq; rarior albo.

Album calculum addere, id eſt, approbare. Indè ſumptum, quòd antiquitus, miſſis in vrnam calculis, ita ferebantur à iudicibus ſententiæ, vt albis abſoluerent, nigris damnarent. Ouid. Metamorph. lib. 15. 9. Plinius Iunior: Confitebor & ipſum me & contubernales ab editione non abhorrere, ſi modò tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Id eſt, ſi noſtrum hunc errorem tuo iudicio comprobaris.

Albæ gallinæ filius: hoc eſt, feliciter natus. Iuuenal. Quia tu gallinæ filius albæ: vel quod prouerbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua Suetonius in Galba, his quidem verbis: Liuię olim, ſtatim poſt Auguſti nuptias Veietanum ſuum reuiſenti, præteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem demiſit in gremium. Quumq; nutriri alitem, ac pangi ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, vt hodie quoq; ea villa Ad gallinas vocetur. Conuenit igitur adagium in eos, qui rara & fatali quadam felicitate, ſucceſſuque rerum vtuntur. Eraſmus in Chiliad.

Albus Lucifer. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. ad finem.

Pallor. Horat Epod. 7. 3.

Quadrigæ albæ Plin. lib. 7. cap. 30, Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius Tyrannus, aliàs ſæuitiæ ſuperbiæque natus, vittatam nauem miſit obuiam: ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit.

Alba ſenecta. Propertius lib. 3. eleg 5 5.

Sparſerit integras alba ſenecta comas.

Alba ſtella Caſtoris & Pollucis. Horat. 1. Carm. 12. 6. Acron: Alba, ſerena. Nam frequentiùs dum oritur, tempeſtates facit ſed hîc proſperum poſuit.

¶ Albarium, ſiue Opus albarium: dicitur, quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non eſt: & ex pura calce fit. Plin. lib. 35. cap. 16. 3, Eademq; lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 23. 4, Contrà in albario opere, vt macerata calx reglutinum hæreat.

¶ Albatus. Id eſt, veſtibus albis ornatus. Antiqui autem feſtos dies albati ferè agebant. Horat. 2 Ser. 2. 13.

Ille repotia, natales, alióſve dierum

Feſtos albatus celebret.

Plin lib 8. cap. 41, Albati equi palmam occupauêre.

Albatus: Minor magiſtratus, ab albo. Varro.

¶ Albeo: Albus ſum. Virg 12. Aen.

Campiq; ingentes oſſibus albent.

Plin. lib. 12 cap. 19. 7, Damnatur in primis molle cinnamomum, aut cui albet cortex.

¶ Albentes comæ. Ouidius 4. de Ponto, eleg. 12. 6. & lib. 2. de Arte, 134.

Albentes equi. Plin. in Paneg.

Albens oliua. Ouid. 11. Epiſt. 14.

Albentes roſæ. Ouid. de Arte amand. 37.

Albentibus ſpumis fræna oblita. Ouidius 15. Metamorph. 104.

Albentes villi. Ouid. 11. Metam. 36. de villis interioribus auricularum aſinarium Midæ.

Albens vitta. Ouid 6. Metam. 22 & lib. 15. 136.

¶ Albeſco: Albus fio, aut albus ſum Virg. 1. Georg.

Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.

Albeſcit fluctus in vndis fractis. Sil Ital. lib. 8. 85.

Albeſcit lux. Virg. 4. Aen. 118.



Regina e ſpeculis vt primùm albeſcere lucem

Vidit. Vbi Seruius: Hypallage eſt. Luce enim albeſcunt omnia; non lux albeſcit.

Albeſcit meſſis ariſtis maturis. Ouid. 5. Faſt. 72.

Albeſcens capillus. Horat. 3 Carm. 14. 5.

Albeſcentes vndæ. Sil. Ital. lib. 8. 90.

¶ Albico: Albeo, ſiue Albus ſum. Plin. lib. 27. cap. 5. Mutat colorem; ſed ex nigro albicare incipit. Idem lib. 12. cap. 12, 4. Albicans caulis in purpura. Horat. 1. Carm. 4. 1,

Nec prata canis albicant pruinis.

Albicatur: Candidatur & albeſcit. Varro, Caue canem: Vbi riuus præcipitatur, in nemore deorſum rapitur, atque offenſus aliquo à ſcopulo lapidoſo albicatur. Autor Nonius.

¶ Albidus: Aliquantulùm albus. Colum. lib. 2. cap. 9. 11, Quod extrinſecus album, intus etiam conſpicitur candidum. Plinius Epiſt. 173 b. Color cæruleo albidior.

Albidum vlcus. Colum. lib 5. cap. 26.

Albida ſpuma. Ouid. 3. Metam. 15.

¶ Albitudo: Idem quod albor. Plautus Trinum. Vbi habitet item alterum ad ipſam capitis albitudinem.

¶ Albor. Varro: Qui vident, alborem eius admirantur.

ALCAEA.] cauda, propriè leonis. Plin lib. 8. cap. 16, Nec in leone tantùm intelligitur alcæa; ſed in equo item, & boue, & id genus alijs, quæ vtuntur cauda vt adiutorio. Callimachus abſurdè etiam in muſca alcæam poſuit. Cælius lib. 7. cap. 28.

ÀLCEA.] genus herbæ: vulgò Biſmalua. Plin lib. 27. cap. 4.

ALCEDO.] Auis eſt. ſic dicta, quaſi algedo; quòd frigidiſſimis temporibus nidificet. Plaut. Pœnulo 4, 134,

Iam hercle tu periſti: niſi illā mihi tam tranquillā facis,

Quàm mare eſt olim, quū alcedo pullos educit ſuos.

ALCEDONIA.] dicūtur ab alcedine: hoc eſt, tranquilli dies, quibus nidificant halcyones. Plaut. Caſin. 2. 25, Tranquillum eſt: alcedonia ſunt circà forum. Vbi interpres: Alcedonia, tranquilla tempora, vel tranquilli dies.

ALCES.] ſeu Alce, Græcorū more, (vt ait in Plin. Hermol.) animal eſt in Gallia Tranſalpina: de quo ſic Cæſar 6. bell. Gal. 94. Sunt item, quæ appellantur Alces harum eſt conſimilis capris figura, & varietas pellium: ſed magnitudine paulò antecedunt; mutilæque ſunt cornibus, & crura ſine nodis, articuliſque habent, neque quietis cauſa procumbunt: neque, ſi quo afflictæ caſu conciderunt, erigere ſeſe, aut ſubleuare poſſunt. Plin. lib. 8. cap. 15, Septentrio fert & equorum greges ferorum; ſicut aſinorum Aſia & Africa: præterea Alcen, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem.

Alcyone vxor Cæycis. Vide Halcyon.

ALCYONIVM.] Plin. lib. 32. cap. 8, Fit in mari (inquit) ex nidis, vt aliqui exiſtimant, Alcyonum & Cayeum: alij ex ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus: alij, è limo, vel quadam maris lanugine.

ALEA.] Eſt omnis ludus, magna ex parte in fortunæ varietate conſiſtens, ſed propriè dicitur de teſſeris. Plin lib. 14. cap. 22. Alius quantum alea quæſierit, tantum bibit. Martialis de Nucibus:

Alea parua nuces, & non damnoſa videtur:

Sæpè tamen pueris abſtulit illa nates.

Alea, *pro fortuna* Liu. Nec tam celerem aleam vniuerſi certaminis cernens.

Alea, *etiam pro dubitatione, & periculo ponitur.* Plin. in præfatione li. 1. Vtitur illa, & M. Tullius, extra omnē ingenij aleam poſitus. Hoc eſt, extra omnem dubitationē, & extra omne periculum, vt aliquis ei ingenio præferatur. Varro 1. de re Ruſt. cap. 4. 2. Quare, ſi ſalubritas non eſt; cultura nō aliud eſt, quàm alea domini vitæ, ac rei familiaris. Col. in prefat. lib. 1. Maris & negotiationis alea.

Alea fati: id eſt, periculū & caſus incertus. Lucan. lib. 6. 2.

Blanda alea. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10.

Damnoſa. Mart. lib. 14. de Nucibus. Iuuen. Satyr. 14. 1.

Fallax. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 2. 9.

Feſtiua & honeſta alea luſitare. Gell. lib. 18. c. 13.

Alea pernox: in qua auiditate lucri pernoctatur. Iuuen. Sà-(tyr. 8. 2.

Præceps. Horat. lib. 1. epiſt. 19. 5.

Turpis. Iuuen. Satyr. 11.

Vetita legibus. Horat 3 Carm. 24. 12.

Periculoſa. Horat 2. Carm. 1. 2.

Aleam adire. Senec. de Ben lib. 3. cap. 11, Itaq; vt æquiore animo adirent aleam, danda illis aliqua poteſtas fuit.

Alea decoquit. Perſius Satyr.

Hic campo indulget; hunc alea decoquit.

Aleam emere: hoc eſt, incertum rerum euentum. quod fit, quum captus piſcium, vel auium, vel miſſilium emitur. Pomp. in lege Nec emptio. De contrah. empt. & vend. Pandect. lib. 18. & Paul. in lege Quum hæreditatem. de Hæred. vel act. vend. libro eodem.

Aleam ſequi. Varro: Sequentes aleam, non rationem. Id eſt, euentus ancipitis exſpectationem.

Ire in dubiam ſeruitij imperijque aleam. Liui. 1. ab Vrbe. 95, Id eſt, anceps fortuna eſt, dubiusque euentus, vtrùm dominaturi, an ſeruituri ſimus.

¶ Aleatorius: quod ad aleam pertinet.

Aleatorium forum. Sueton. in Auguſto, cap. 71, Luſimus per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus.

Ritus aleatorius. Gel. lib. 18, cap. 13.

¶ Aleo: Idem quod aleator, teſte Feſto, Næuio, & Pub. Mimographo.

ALECTORIA.] Lapis qui in ventriculo galli inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 10. 5, Alectorias vocant, in ventriculis gallinaceorum inuentas, cryſtallina ſpecie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotonienſem vſum in certaminibus, inuictum fuiſſe videri volunt.

ALES.] Auis, dicta ab alarum magnitudine. Sunt enim alites propriè maiores aues, vt gallinæ, anſeres, cornices, cornices, grues. Plin. lib. 10. cap. 19. Nunc de ſecundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur ſpecies oſcines & alites. Illarum generi cantus oris, his magnitudo, differentiam dedit. Martial.

Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. Id eſt, pauonis.

Poëticè & in maſculino legitur. Virg. Aen. 12. 50,

Namq; volans rubra fuluus Iouis ales in æthra. Id eſt, Aquila.

Alitum, *genitiuus pluralis per epentheſim, pro Alitum.* Virg. li. 11.

Alituum, pecudumq; genus ſopor altus habebat.

Palladis ales, pro Noctua Ouid. 2. Faſt. 18,

Pandiones ales. Ouid. ad Piſonem 16. Hirundinem intelligit, aut Luſciniam.

Phaſidis ales, pro Phaſiano. Stat. lib: 4 Sylu. 6. 2.

Cyllenius ales, pro Mercurio. Claud. libro 1. de Rapt. Proſerp. 16.

Cythereia ales, pro Columba. Sil. Ital. lib. 3. 138. Eſt enim Veneri dicata.

Daulias ales, pro Philomela ſiue Luſcinia: à Daulide oppido. Seneca in Hercul. Oeth. 3. 4.

Phœbeius ales. pro Coruo. Ouid. 2 Metam. 109.

Tegeaticus, pro Mercurio. Stat. lib. 5. Syl. 1. 21.

Titanius, pro Phœnice. Clau. Epigr, 3. 2.

Argentea ales, id eſt, alba. Ouid. 2. Metam. 108.

Ales auida, pro Vulture, iecur Tityi iugiter exedente. Seneca in Herc. fur. 13. 14. & in Agamem. 1. 4.

Canorus ales, pro Cygno. Horat. 2. Carm. 20. 3.

Criſtatus, pro Gallo. Ouid. 1. Faſt. 91.

Flammiger. pro Aquila, quæ Iouis fulminibus ſeruit. Stat. 8, Theb. 131.

Fuluus ales Iouis, pro Aquila. Virg. 12. Aen. 50.

Impiger ales, pro Mercurio. Stat. 1. Theb. 59.

Interritus. Sil, Ital. 5. 18.

Longæua ales, pro Phœnice. Claud. de Rapt, Proſerp. libro 2. 17.

Lugubris, pro malo & infelici auſpicio. Hor. 3. Carm, 3. 13.

Mala ales, pro malo aufpicio. Horat. Epod. 10. 1.

Matutinæ aues, Propert lib 1. eleg. 15. 10.

Miſerabilis ales. Ouid. 11. Metam. 147.

Occinentes alites. Catul. epig. 22. 1.

Potiore alite aliquid facere: id eſt, meliori auſpicio. Hor. 4. Carm. 6. 5.

Regia ales, pro Aquila. Ouid. 4. Metam. 73.

Sæua. Senec. in Oedipo, 12. 3.

Secunda alite aliquid facere: id eſt, proſpero auſpicio Hor, Epod 16. 5.

Secundis alitibus procedere. Claud, Panegyr. 6. 2.

Vaſta ales, pro Struthiocamelo. Claud. in Eutropium, libro 2. 62.

Delata ales ab acie: pro aue deorſum volante. Virgil, 1. Aene. 80.

¶ Ales, *adiectiuum omnis generis, ponitur à Poëtis pro Veloci.*

Silius: Alite vectus equo. Virg. 8. Aen,

—ignis & alitis auſtri.

Ales, item pro Alatus, id eſt, alas habens.

Currus ales. Senec. in Medea, ad finem.

Equus ales. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 11. 5, pro Pegaſo equo alato.

Paſſus ales, Ouid. 19 Metam 117,

—paſſu volat alite virgo.

Pegaſus ales. Horat. 4. Carm. 11. 6.

Planta ales. Sil. Ital. lib. 4. 68.

Plumbum ales: pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hoſtem. Sil. Ital. lib 3. 74.

ALESCO.] antiquum verbum: idem quod Nutricor, Creſcor. Varro 1. de Re ruſt cap. 44 3, Quæ nata ſunt, inquit, in fundo aleſcunt, adulta cōcipiunt. Ibidem, c. 2. 5. Quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere, aut metiri poſſit? Idem lib. 2. cap 4. 17, Quòd neq; mater ſola poteſt ſufferre lac, neq; congenerati aleſcendo roborari.

Aleſcendi cacumen tangere. Lucret. lib 2. 227.



ALETVDO.] Corporis pinguedo. Author Feſtus. Verbale, ab Alendo, ſed obſoletum.

ALEX.] Genus eſt liquaminis, quod Plinius muriæ vitium appellat, lib. 31. cap. 9. 2.

ALGA.] Herba, quæ naſcitur in aquis marinis. Plin. Littus non arenoſum, ſed alga & fluuiorum ſordibus plenum. Horat. 2. Serm. 5. 2,

Et genus & virtus, niſi cum re vilior alga eſt. Sic Virgil. 7. Eclog. 9.

Alga inutilis. Horat. 3. Carm. 17. 2.

Marina. Palladius.

Mollis. Val. Flac. lib. 1. Argon. 51.

Rubra. Claud. epigr. 4. de Magnete.

Viridis. Claud. in Ruffinum, lib. 1. verſ. vlt.

¶ Algenſis. Plin. lib. 9. cap. 27, Lutenſes & algenſes purpuræ, quæ in limo & alga enutriuntur.

¶ Algoſus Plin. lib. 32. cap. 9. 3, Purgant & myaces, quorum natura tota in hoc loco dicetur: aceruantur muricum modo, viuuntq; in algoſis. Hoc eſt, in locis alga abundantibus.

ALGEO.] idem quod Frigeo. Feſtus: Algeo, ex Græco ἀλγέω dicitur, id eſt, doleo: vt ſit frigus dolor quidam, membrorum rigore concretus. Horat in Arte poet. 83.

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, ſudauit & alſit. Iuuenal.
Probitas laudatur & alget. Hoc eſt, Friget virtus, quia pauci eam exercent.

Algentes pruinæ. Stat. 3. Theb. 93.

¶ Algidus: Frigidus. Catul. epigram. 58. de Berecynthia & Aty. 14. Niuem vocat algidam.

¶ Alſioſus: Quod naturæ eſt frigeſcentis, & facile à frigore læditur. Plin. lib 20. cap. 13, Alſioſisque crudam dederunt in cibo. Idem lib. 21. cap. 30, Abrotonum & adonium alſioſa admodum ſunt. Varro 2. de Re ruſt. cap 3 5, Stabulatur pecus melius ad hibernos exortus, ſi ſpectat quod eſt alſioſum.

¶ Algificus. Gel. lib. 19. cap. 4, Quòd timor ſit omnibus algificus. Id eſt, frigus inducit, algorem facit.

¶ Algor: Idem quod Frigus, ſiue potiùs frigus vehementius. Plin. lib. 14. cap. 2, Aeſtu magis, quàm algore vexantur. Salluſt. in Catil. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.

¶ Algus, algi, vel Algus, huius algus: Idem quod algor. Plaut. Rud. 14. 24, Tu vel ſuda, vel peri algu. Idem: Paupartatem, algum, famem. Lucret. libro 3. 147, Morbis, algoque, fameque. Vtrunque eſt nomen obſoletum, ſinè plurali.

ALGOSVS.] vide ALGA.

ALIAS, ALIBI.] Vide ALIVS.

ALIBILIS.] Vide ALO.

ALICA.] Potio, dicta quòd corpus alat, vt ait Feſtus. Plinius libro 18. cap. 11, Alica fit è zea, qua ſemen appellauimus.

¶ Alicariæ meretrices appellabantur in Campania, ſolitæ ante piſtrina alicariorum verſari, quæſtus gratia: ſicut hæ, quæ ante ſtabula ſedebant, dicebantur Proſtibula. Feſtus.

¶ Alicula: diminutiuum ab Alica Martial. lib. 12. 78, Mittebat Vmber aliculam mihi pauper:

Nunc mittit alicam: factus eſt enim diues.

¶ Alicaſtrum: Genus farris eſt, ab Alica deriuatum, Colu. lib. 2, ca 6, Semen trimeſtre, quod dicitur Alicaſtrum, idq; pondere & bonitate præcipuum eſt.

ALICVBI, ALICVNDE.] Vide ALIVS.

ALLICVLAE.] Recenſentur ab Vlpiano inter pueriles veſtes, in l. 23. §. 2. D. de aur. & arg. vbi tamen in vulgatis libris legitur, Alicubi. Legendum putat Hotomannus Alliculæ, vt manicatæ tunicæ intelligantur: quæ pueris decoræ, grandioribus autem minùs honeſtæ apud Romanus erant: vt patet ex Gel. lib. 7 cap. 12.

ALIENATIO, ALIENATVS. Vide in ALIVS.

ALIENIGENA.] ſignificat externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitum. Gel. lib. 2. cap. 24. Neq; vino alienigena, ſed patrio vſuros.

Alienigena iuſtitia: pro iuſtitia externorum. Val, lib. 6. cap. de Iuſtitia.

¶ Alienigenus. Colum. lib. 8. cap. 16, Nec nos alienigeni piſces decipiant. Val. Max. Adijci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurdè poſſunt.

Ligna alienigena. Lucret. lib. 176. Id eſt, ex elemtento diuerſæ naturæ.

Alienigena membra Centaurorum: id eſt, humana & equina. Lucr, lib. 5. 176.

Mores alienigeni. Valerius Maximus.
Res alienigenæ: id eſt, alienorum geniorum, ſiue naturarum diuerſarum. Lucret lib. 1.174.
Studia alienigena. Valerius Maximus.
Terræ alienigenæ. Lucret. lib. 1.178.
ALIENO, ALIENVS.] Vide ALIVS.
ALIFER, ALIGER.] Vide ALA.
ALIMENTVM.] Vide ALO.
ALIMODI.] pro Aliuſmodi. Feſtus.
ALIMON.] auro: herba, quæ guſtantes eſurire non patitur. Plin. lib. 17. ca. 24. Nec viſcum prodeſt & cythiſus: nec auro, quod Alimon vocant Græci.
ALIÒ.] &c. id genus. Vide ALIVS.
ALIPES, & ALIPILVS.] Vide ALA.
ALIPTES.] vnctor, qui athletas certaturos vngebat, & magiſter ac præceptor athletarum dicebatur. Iuuenal. Satyr. 3. Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes.
ALIQVANDO.] in aliquo tempore. Plin. lib. 3. cap. 11. 1, Aliquando Syris vocitata.
ALIQVANTVS.] idem pene quod mediocris ſignificat. Salluſt. Iugurth. Timor aliquãtus, ſed ſpes amplior: quippe victoribus. Idem: Romani ſignorum & armorum aliquanto numero, hoſtium paucorum potiti ſunt. Modeſtinus: Lucius Titius, quum centum & vſuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniam quàm debebat, obſignauit.
¶ Aliquantò: aduerbium quantitatis, comparatiuis propriè iungitur. Plin. lib. 21. cap. 6. 1, Folio aliquantò latiore.
¶ Aliquantum: aduerbium quantitatis, poſitiuo, propriè iungitur. Plaut. Bacch. Credo timida es aliquantum ſoror.
Aliquantum, *cum comparatiuo*. Terẽ. Eunuc. 1. 2. 51, Eius frater aliquantùm ad rem eſt auidior. Liuius 1. ab Vrbe, 29, Habitum formamque viri aliquantùm ampliorem, auguſtioremque.
Aliquantum, *cum genitiuo*.
Aliquantum noctis, id eſt, obſcuritatis Ouid. in Ibin. 13.
¶ Aliquantulùm. Terent. And. 2. 6. 16, Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum.
Aliquantulum, *interdum eſt nomen*. vt aliquãtulum frumenti, aliquantulum ſimi. Plin. lib. 17. cap. 8. 3.
¶ Aliquantillum. Plaut. Capt. 4. 34. Foris aliquantillum etiam, quod guſto, id beat.
¶ Aliquantiſper: Ad temporis breuitatem refertur, vt ait Valla, lib. 2. Plaut. Pſeud. 7. 159, Aliquantiſper concedere hinc mihi intrò lubet. Terent. Heaut. 3. 3. 11, At certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.
ALIQVIS.] Donatus: Aliquis, vim habet pluralem, quamuis ſingulariter dicatur, non enim eſt aliquis, niſi de multis. Plaut. Merc. 4. 21. Aperite hoc aliquis. ent. Adelph. Aperite aliquis actutùm oſtium.
Aliquis, *incertam perſonam ſignificat: & eſt idem quod Quiſpiam*. Terent. And 4. 6. 18, — ſimul arbitror Iam eſſe aliquem amicum & defenſorem ei.
Aliquis, *venuſtè ſubauditum ante relatiuum Qui*. Horat. 2. Sermonum: Sunt quibus in Satyra videar nimis acer.
Aliqui, *pro Aliquo*. Plaut. Moſtel. 4. 18, Te ſcapha donabo ego hodie aliqui: Hoc vetuſtum eſt.
Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3. 3. Aliquem ex priuatis audiuimus iuſſiſſe.
Aliquo modo. Plaut. Sticho, 10. 41.
Aliquo pacto. Terent. And. 5. 3. 13. Vbi Donatus: Aliquo pacto, Quoquo modo.
Aliquis, *cum genitiuo*. Plin. lib. 13. cap. 4. 1, Ex palmis, gentium aliquibus panis.
¶ Aliquid, *ſubſtantiuum eſt*. Plaut. Capt. 11. 55, Profectò iam aliquid pugnæ edidit. Idem Rudent. 14. 13, Da mihi aliquid loci, vbi condormiſcam parùm.
Aliquid feſſus: pro Aliquantùm feſſus. Plin. lib. 5. cap. 9.
Aliquid monſtri. Terent. And. 1. 5. 15, Vbi Donatus: Duplex contumelia, & Monſtri, & Aliquid: minus enim eſſet, aliquod monſtrum. Sic: Quid mulieris vxorem habes?
Aliquid alium iuuare: id eſt, in re aliqua. Virg. 10. Aene. 16. Nos aliquid Rutulos contrà iuuiſſe, nefandum eſt.
Eſt aliquid: pro Non prorſus contemnendum eſt. Ouid. 13. Metamorph. 49.
Eſt aliquid, de tot Graiorum millibus vnum
A' Diomede legi. Idem lib. 6. Faſt. 6.
Eſt aliquid, nupſiſſe Ioui Iouis eſſe ſororem.
¶ Aliquà: *per locum* Liuius 6. bel. Pun. 143, Siqui euaſiſſent aliquà.
Aliquà: *Aliquo pacto, Aliquo modo*. Terent. Phorm. 5. 1. 19, Vereor ne vxor aliquà hoc reſciſcat mea. Virg. 3. eclog.
Et, ſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes.
¶ Aliquatenus: Vſque ad aliquam partem, ſiue aliqua ex parte. Plin. lib. 27. cap. 12. 1, Caulibus pluribus ab vna radice aliquatenus rubentibus. Quin. lib. 10. cap. 1. Philiſtus vt multò infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior. Et lib. 3. ca. 9. de partibus cauſarum iudicialium: Hoc quoque Ariſtoteles aliquatenus nouat. Ibid. Et aliquatenus exſtare videantur. 146. b. Colum. lib. 4. ca. 3, Quum tamen vitis aliquatenus ſe confirmauit.
¶ Aliquò: Ad vel in aliquem locum. Terent. Heaut. Aliquò profugiet militatum.
Interdum additur ei accuſatiuus, cum præpoſitione In. Terent. Adelph. 3. 3. 5, Credo abductum in ganeum aliquò: Pro, in aliquod ganeum. Ibid. 5. 2. 11, In angulum aliquò abeam.
ALIQVOT.] id ſignificat, quod vulgò dicitur, Neſcio quot. Terent. And. 3. 3. 3, Aliquot me adiêre. Vbi Donatus: Aliquot, hoc eſt, nec multi, nec pauci.
¶ Aliquotfariam. Varro de Re ruſt lib. 1. cap. 2. 6, In eo agro aliquotfariam in ſingula iugera dena culea vini fiunt.
ALITER.] Vide ALIVS.
ALITVRA.] Vide ALO.
ALIVS.] Priſcianus: Alius, pen. circunflexa, & alij, in genitiuo inuenitur. Cæcilius in 5. lib. Nullius alij rei, niſi amicitiæ eorum cauſa. Gel. lib 4. Erat enim ius ſenatori, vt ſententiam rogatus diceret, antè, quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Idem lib. 17. cap. 5, Neque alius modi iſti ſunt, quàm cuius eſſe eos ſuprà docuimus.
Aliæ, *genitiuus f. g.* Gel. lib. 17. cap. 9, Inſcriptio alia, aliæ locum & nomen teneret.
Alij, *in datiuo*. Quintil. lib. 9, Non enim neſcio cui alij priùs: nec poſtea ſibi vni, ſed omnibus præcipit. Salluſt. in Catil. Aliud alij natura iter oſtendit. Plin. epiſt. 8. lib. 3, Siquam ipſe meruiſti, alii tribuas.
Alius, pro Alter, ſiue Secundus. Cic. Verr. 6. 24. Tam te has phaleras à Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebãt, quàm alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano.
¶ Alius de multis: Alter, de duobus dicitur. Næuius: Cui cæpe edendo, oculus alter profluit. Salluſt. in Catil. Animi imperio, corporis ſeruitio, magis vtimur: Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune eſt. Salluſtius in Catil. Pars ingenium, alij corpus exercebant.
Alius Lyſippo: pro, à Lyſippo, ſiue quàm Lyſippus. Horat. lib. 2. epiſt. 1. 48,
Edicto vetuit, nequis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.
¶ Alius, *dictum de duobus, vbi ſine coniunctione hoc nomen geminatur*. Salluſt. in Catil. vbi de Cæſare & Catone: Genus, ætas, eloquentia, propè paria fuêre, magnitudo quoq; animi & gloria: ſed alia alij, id eſt, diuerſa vtriq;.
¶ Alius *geminatum cum verbo aut adiectiuo plurali*. Plaut. Stich. 6. 46, Alius alium percontamur, cuia eſt nauis? Salluſt. in Cat. Alius alio more viuentes. Gel. lib. 11. ca. 7. Aſpexerunt omnes qui aderant alius alium.
Aliæ ſuper alias epiſtolæ. Plin. Epod. 8. lib. 7.
Alius alium. Terent. And. 4. 4. 40. Fallacia alia aliam trudit.
Alius alium: pro Alij alios. Quint. lib. 1, Præſtat tamen ingenio alius alium. Salluſt in Cat. Alius alium hortari.
Aliud ſtans, aliud ſedens. Salluſt. in Ciceronem. Aliud ſtans, aliud ſedens, de Repub. ſentis.
¶ Alius, *geminatum, interpoſita coniunctione*. Liu. 7. bel. Pun. 141, Aliæ atque aliæ religiones. Id eſt, multæ religiones, eædemque diuerſæ.
Alio atque alio loco exoritur. Plin. lib. 2. cap. 103. 9.
¶ Alius, *pro, Diuerſus*. Terent. And. 1. 2. 18, Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. Vbi Donatus: Aliam vitam, pro, diuerſam & contrariam.
Alius, *pro Diuerſus venuſtè iungitur aduerbio Longè*.
¶ Alius, *geminatum, itidem pro Diuerſus, & ferè in diuerſis caſibus ſine coniunctione*. Salluſt. in Cat. Sed in magna copia rerum aliud alij natura iter oſtendit. Ibidem: Alius alio more viuentes. Liu. 1. ab Vrbe. 87, Alius alia via ciuitatem auxerunt. Virg 1. Georg.
Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna.
¶ Alius ac, vel atque: pro, Alius quàm. & in hoc genere loquendi pro Diuerſus quoque accipitur. Terent. Phorm. 4. 4. 3. Aliud mihi reſpondes, ac rogo. Cæſar de bel. Ciuil. Aliæ ſunt legati partes atq; imperatoris. Hoc eſt, Aliæ ſunt legati partes, aliæ imperatoris.
¶ Aliud ex alio: nõnulli exponunt per Poſt, vt ſit, Aliud poſt aliud. Virg. Aene. 5. Nos alia ex alijs in fata vocamur.
¶ Alia ſuper alia: ſignificat, plura eodem fermè tempore, & quaſi aceruatim aut fieri aut euenire. Plin. epi. 128, Alijs ſuper alias epiſtolis egit mihi gratias. Liu. 3. ab Vrbe, 236, Quæ impiè nefarieq; per bienniũ alia ſuper alia es auſus.
Alij ſuper alios ceciderũt, & ſimilia. Liu. 1. ab Vrbe, 103, Sup aliũ ali*, vulneratis trib. Albanis, exſpirãtes corruerũt Vbi tamẽ de duob. loquitur. Ibi. 220, Alios ſup alios trucidare.
¶ Alius,

¶ Alius, *partitiuum nomen eſt : & genitiuo iungitur.* Plin. epiſt. 11.ca.37.70, Terreſtrium alijs denticulatæ aſperitatis venter. Idem lib.10.cap.53, Ouorum alia ſunt candida, vt columbis, perdicibus: Alia pallida, vt aquaticis.

¶ Alius, *relatiuum eſt, vt Grammatici loquuntur, ſubſtantiæ.* Virg eclog.2, Sum caſia, atq; alijs intexens ſuauibus herbis. Ex quo ſequitur, caſiam ſimiliter herbam ſuauem eſſe. Sic Salluſt. citante ibidẽ Seruio: Leonem atq; alias feras.

¶ Alij, indefinitè ſignificat aliquos eiuſdem generis, de quo agitur, non autem omnes. Ceteri vel Reliqui, ſine exceptione omnes alios ſignificat. Terent Eunuch. Cedò alios. Vbi Donatus. Non Reliquos dixit, ſed Alios, quaſi multi ſint. Sal. in Catil. Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus. Virg. Aene. 1, Scelere ante alios immanior omnes. Plin. lib. 7. in procœmio: Principium iure tribuetur homini: cuius cauſa videtur cuncta alia genuiſſe natura.

Alius quidam. Terent. in Adelph. 5.2.4, Eſt alius quidã paraſitaſter paruolus. Gel. Alius quidam veterũ poëtarum.

Alius quiſquam. Plaut. Amph. 4.146, Nec nobis, præter me, alius quiſquam eſt ſeruus, Soſia. Sic Alius nemo, apud Terentium.

Alius quiſq;. Plaut. Epid. 5.28,
Tum captiuorum quid ducunt ſecum? E. pueros, virgines,
Binos, ternos, alius quiſq;.

Alia, partim Salluſt. in Oratione Cottæ Conſulis ad populum: Multa mihi pericula domi, militiæ, multa aduerſa fuere: quorũ alia toleraui, partim repuli deorũ auxilijs & virtute mea. Dicere poterat, Alia toleraui, alia repuli.

Alis, pro Alius: & Alid, pro Aliud, veteres dicebant, Lucret. lib.1,53, Quando alid ex alio reficit natura. Idem lib.5. ad finem: Nanq; alid ex alio clareſcere corde videbant.

¶ Aliã: Per locum. Donatus in Hecyram Terentij.

¶ Aliàs: *alio loco vel modo.* Vlp. in L. Palàm ff. de ritu nupt. Si qua in taberna, caupona, vel aliàs pudori ſuo non parcat.

¶ Aliàs: *pro Aliter, vel Alioqui.* Plin. lib 8. ca. 26, Atq; ita profluuio ſanguinis morbidum aliàs corpus exonerat. Ibid. cap.25. de crocodilo: Vnum hoc animal terreſtre, linguæ vſu caret: vnum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum: alias terribile, pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie.

Aliâs, triplicatum. Plin. li.7.c.55, Alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias ſenſus inferis dando.

¶ Alibi: alio in loco. Virg. Georg. 1.
Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi. Plin. lib.2.c.3.3, Præterea viſus probatione, alibi plauſtri, alibi vrſi, tauri alibi, alibi literæ figura, candidiore medio ſuper verticem circulo.

Alibi: *pro, in re aliqua.* Plaut Bacch. 22.16, — atq; ego ſi alibi
Plus perdiderim, minus ægrè habeam.

Terent. Hecyr. 3.1.14, Habebam alibi animum amoti deditum.

Alibi quàm. Quint. lib.11. cap.1, Pleraq; quæ natura non ſunt reprehendenda, atque ideò interim ſunt neceſſaria, alibi quàm mos permiſerit, turpia habentur. Quod alias vitioſum, interim alias rectum eſt. Quint. 1 1. b

¶ Alicubi: aliquo in loco. Quint. lib.10. cap.1. Omnia verba ſunt alicubi optima.

¶ Alicunde: ex aliquo loco. Terent. And. 2.4.3, Venit meditatus alicunde, ex ſolo loco.

Alicunde, non ſemper locum ſignificat, ſed ſæpe ad rem aut hominem refertur. Plaut. Perſa. 2.42, Alicunde exora mutuum. Id eſt, ab aliquo homine.

¶ Alienus: qui eſt aliorum, noſter non eſt. Ouid. li.1, de Arte amandi 70, Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.

Alienus cibus. Terent. Eunuch. 2.2.34.

Alienum forum. Martial. in Præfat. lib.12.

Alienus: *Qui non eſt de noſtris domeſticis aut familiaribus.* Plautus Ciſtel. 2.16, Alienus hic nemo eſt. Idem Stich. 8.31, Apud me cœnant alieni nouem.

Alieno more viuere. Terent. And. 1.1.125.

Aliena oratio. Plaut. Milite. 10.51, Et meam partem itidem tacere, quum aliena eſt oratio. Id eſt, quum alius loquitur.

Alienus orbis. Plin. lib.12. cap.1.4, Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantùm, ex alieno petitam orbe? Id eſt, non noſtro, ſed peregrino & longinquo.

¶ Alienum, *abſolute, pro re aliena.* Sal. in Cat. Alieni appetens, ſui profuſus.

Aliena loqui dicuntur, qui vehemẽter ægrotantes aut mente capti delirant, neſcientes quid dicant Ouid. lib.3. Triſt. eleg. 3.4. ad vxorem.
Quinetiam ſic me dicunt aliena locutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum.

¶ Alienus, *pro Alienigena, ſiue eo qui non eſt noſtras.* Plin. lib.7. cap.1. Tot gentium ſermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas, vt externus alieno pene ſit hominis vice.

Alienus, *pro Alienato.* Terent. Hecyr. 1,2.83, Poſtquam hunc alienum ab ſeſe videt. Idem Phormione: Quid ego vobis Geta alienus ſum?

¶ Alienum, *pro abſurdo.* Cæſar bel. Gal. lib.6. Non alienum eſſe videtur de Galliæ Germaniæq; moribus, & quo iſtæ nationes differant inter ſe proponere.

Alienum, *id eſt, inſalubre & noxium.* Cornel. Cel. lib.4. capite vlt. Equitare podagricis quoq; alienum eſt.

Alienus cibus ſtomacho. Cornel. Celſ. lib.4. cap.5, Sumendi cibi faciles, & ſtomacho non alieni.

Aliena conſilij domus. Sal. in Cati. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena conſilij propter Semproniam.

¶ Alienus, *cum datiuo.* Quint. in prœm. lib.1.5, Ego autem quum exiſtimem nihil arti oratoriæ alienum.

Alienus, *cum ablatiuo.* Alienum ingenio ſuo. Plau. Capt. 3.31.

Alienus ſanguine regibus. Liu 9 bel. Pun. 147, Exſtitit quidam Mezetullus nomine, non alienus ſanguine regibus. Id eſt, non alienus à ſanguine regum: vel, Nõ alienus ſanguine à regibus.

Alienus locus, *pro incommodo.* Cæſar de bel. Gal.

Alienum tempus: Minimè aptum, vel opportunum tractandæ aut gerendę rei, de qua agitur Liu. 3. bel. Pun. 103.

Alienum fortunæ ſuæ vultum gerere: id eſt, malè conuenientem. Senec. de Vita beata.

Abſurdum atque alienum à vita mea videatur. Terent. Adelph 5.8.22.

¶ Alienior, pro Aliena. Terent. Adelph. 1.2.30, Alieniore ętate poſt faceret tamen.

Alieniſſimus ruſticæ vitæ: pro eo quod eſt, à vita ruſtica. Colum. lib.3. cap. 21 2.

¶ Alieno: Alienum facio. Plin. lib.20. ca.18.1, Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum tranſmarino alienatur. Hoc eſt, propter tranſmarinum fit alienum, & ab vſu remouetur.

Alienari mente. Plin. lib.26. cap.8.6.

Alienare ab alquo voluntatem. Cęſar 7 bel. Gal. 34.

¶ Alienari, pro Corrumpi: quod vulgò dicunt Alterari. Cornel. Cel. lib 7. cap.16, Si vero adhuc ea ſui coloris ſunt, cum magna feſtinatione ſuccurrendum eſt. Momento enim alienantur, extremo & inſueto ſpiritu circundata. Loquitur de inteſtinorum vulneratorum curationibus.

¶ Alienatus: participium. Plaut. Merc. 12.26, Alienata eſt abs te mulier.

Alienatus ad libidinem animus: Hoc eſt, à virtute ad libidinem abductus. Liu. 3. ab Vrbe. 197.

Alienatus mihi eſt vſus ædium: Hoc eſt, mihi ablatus, Plau. Merc. 21.4.

Alienatus ſenſu animus: Id eſt, ſic immutatus, ſic dimotus ac deiectus à ratione, vt nihil rectum ſentiat. Liu. 2. ab Vrbe, 56. Sic alienatus ſenſibus. Liu. 5. bel. Pun. 209. Item alienatus mente. Plin. 28. cap. 8.5.

¶ Alienatus: nomen ex participio. vt, Alienata mens. Liu. 4. bel. Pun. 120.

¶ Alienatio: dicitur quaſi ſeparatio atq; disiunctio cuiuſpiam ab alio: hoc eſt, quum ab alio quis alienat animum, ſtudium, amorem, aut voluntatem. Cęſar 2. bel. Ciuil. 126, Caſtrorum autem mutatio quid habet, niſi turpem fugam, & deſperationem omnium, alienationem exercitus?

Alienatio mentis: Eſt tanta commotio perturbatioque rationis, vt homo non ſit compos ſui. Plin. lib.21. cap. 21.4. Cornel. Celſ lib.4. cap.2.

¶ Aliò: Ad alium locum. Plaut. Milite. 11.48.

Aliò miſſus ſum. Terent Eunuch. 2.2.48.

Aliò conferre animum: Id eſt, Ad aliam rem ſe conuertere. Terent Heaut. 2.4.10.

¶ Alioqui, ſiue Alioquin: ſignificat Aliter, ſiue Alio modo, vel Quod ſi non, vel Præter hoc. Plinius in Præfatione, lib. 1. Quintil. libr. 2. cap. 16, Phrynen non Hyperidis actione, quanquam admirabili, ſed conſpectu corporis, quod illa ſpecioſiſſimum alioqui diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Horat. Serm Satyr 41.

¶ Aliorſum: *verſùs alium locum,* & eſt dictum per ſyncopen, pro Alioverſum. Plautus Trucu. 8.36, Ancillas iubet, quoniam iam decimus menſis aduentat propè, Aliam aliorſum ire.

Aliorſum: *Ire aliam partem, ait Donatus.* Terent. Eunuch. 1.2.2.
Miſeram me, vereor ne illud grauiùs Phædria
Tulerit, néve aliorſum, atq; ego feci, acceperit.

¶ Alioverſùm: in aliam partem. Plaut. Aulu. 9.8,
Atqui ego iſtuc Anthrax alioverſùm dixeram:
Non iſtuc, quod tu inſimulas.

¶ Aliter: alio modo. Terentius Adelph. 5.8. 13, Nihil agis: fieri aliter non poteſt.

Aliter, *geminatum.* Plau. Epid. 12.9, Aliter catuli longè olent, aliter ſues.

Aliter atq; numen erumpens. Plin. lib. 2. cap. 93.3, Hoc eſt, varijs modis.

Aliter, *pro Contrà Donato interpretante*. Terent. in Prol. Andr. 3.
 Verùm aliter euenire multò intelligit. Virg. Aene. 2.
 Dijs aliter viſum.

Aliter ac: pro, Aliter quàm. Terent. Phorm. 3.2.45, Ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.

Aliter atq;: Idem quod Aliter ac Terēt Adelph. 4.3.6, Nunquam te aliter, atq; es, in animum induxi meum.

Aliter quàm. Plaut. Sticho. 2.29, Atque aliter nos faciant, quàm vxores ſuas, æquum eſt viros.

Sin aliter. Plaut. Amph. 4.55, Sin aliter ſint animati. Terent. Adelph. 5.3.5. Sin Aliter de hac re eſt eius ſententia.

Aliter: *pro, Quandoq; ſiue Aliàs, ſiue, Si id non fiat.*
 Paulus in L. ſingulis. ff. de except. rei iud.

Aliter, *pro Alioqui*. Colum. lib. 2. cap. 9. Sed antiquiſſimum eſt, omnem inde humorem facto ſulco deducere: aliter vana erunt prædicta remedia.

¶ Aliubi: pro Alibi. Plin lib. 10. cap 30.1, Nec vſquam aliubi candidæ naſcuntur.

Aliubi, *geminatum*. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 44. Vt ex eodem ſemine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo.

Aliubi atq; aliubi. Plin. lib. 9 cap. 44.1, Aquatilia genera aliubi atq; aliubi meliora. Senec. de Benef. lib. 5. cap. 6.

Aliubi, *ter repetitum* Plin. libr. 11. cap. 14.1, Aliubi enim faui cera ſpectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa: aliubi magnitudine, vt in Septentrionalibus.

¶ Aliunde: Ex alio loco. Plin. lib. 13. cap. 16.2. Radice nihil criſpius, nec aliunde precioſiora opera. Id eſt, ex nulla alia Trogetes arboris parte, quàm ex radice. Idem lib. 15. cap. 19.7. Inde repertum, vt allatæ aliunde, & inter ſe colligatæ inijcerentur fico Id eſt, ex alio loco.

Aliunde nota. Quint. lib. 4. cap. 1.3.

¶ Aliuſmodi: quaſi alterius modi. Cæſar: Vno enim excepto, quem aliuſmodi atq; omnis natura finxit, ſuos quiſq; habebat charos.

ALIVTA.] Antiqui dicebant, pro Aliter. Hinc eſt illud in legibus. Numæ Pompilij: Si quis aliuta faxit, ipſus Ioui ſacer eſto. Feſtus.

ALLABOR.] Iuxta labor, ſiue fluo. Liu. 5. bel. Pun. 87. Ad exta ſacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapſi edêre iecur. Virg. 9. Aene. Ergo alis allapſa ſagitta.

Allabi, de nauigatione dictum. Virg. 6. Aene.
 Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Allapſus genibus: Id eſt, ad genua proſtratus, qualiter ſolent ſupplicabundi, Seneca in Hyppo, 5.16.

¶ Allapſus: Verbale. Horat. Epod. 1.4.
 Vt aſſidens implumibus pullis auis
 Serpentium allapſus timet.   Sil. Ital. lib. 3.94,
 At gregis allapſu fremebundo territus acris
 Expauit molles Rhodanus.

ALLABORO] Idem quod Laboro, vel Vehementer laboro. Horatius Epod 8.4,
 Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine,
 Ore allaborandum eſt tibi.

Allaborare alicui rei: Id eſt, per laborem aliquid ei adijcere. Hor. 1. Carm. 38.1, Simplici myrto nihil allabores.

ALLAEVO] Idem quod Læuigo. Læue facio. Colum. lib. 4. cap. 25, de falce vinitoria loquens: Nam quum in aduerſum preſſa manu deſecare quid debet, cultro vtitur: quum allæuare, ſcalpro: quum incauare, roſtro. Ibidem: Nam ea plaga, quæ ſic efficitur, vno veſtigio allæuatur.

ALLAMBO.] Idem quod Lambo: & per methaphoram, Leniter attingo. Quint. in Sepulcro incantato: Scitis ipſi, quo exſequiarum die labore extracta ſit, quandiu filium tenuerit, allambentibus flammis.

ALLATRO.] Aduerſus aliquem latro. Et ad canes propriè pertinet, ſicut Latrare.

Allatrare aliquem, per metaphoram: Eſt per inuidiam criminari. Liuius 8. bel. Maced. 237, Qui viuo quoque eo, allatrare eius magnitudinem ſolitus erat. Colum. in præfat. lib. 1 8, Sed ne caninum quidem (ſicut dixere veteres) ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quemq; allatrandi

Allatrant maria oram aliquam per metaphoram. Plin. libr. 4. cap. 5.8, Tot ſinus Peloponenſem oram lancinant, tot maria allatrant. Hoc, pro, Vndique alluunt, poſuit: ſed ad fluctuum ſonitum reſpexit, quaſi ſit canū latratibus comparandus. Idem lib 2. cap. 68.3.

Allatrat victorem inuidia ore nigro. Sil. Ital. lib. 8.58.

ALLATVS.] Participium Vide AFFEROR.

ALLAVDO.] Poeticum verbum, pro Laudo, vel Valde laudo. Plaut. Merc. 384. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

ALLECTO.] Vide ALLICIO.

ALLECTVS.] Vide ALLEGO, ALLEGIS.

ALLEGO.] allegas. Eſt propriè, grauioris negotij cauſa quempiā mittere interceſſorem, interpretem, ſequeſtrem, internuncium. ſed hoc in priuatis rebus: ſicut Legare in publicis. Plaut. Caſ 2.51, Pater allegauit villicum, qui poſceret ſibi iſtam vxorem.

Allegare ad aliquem, Plaut. Epid. 9.43, Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotium.

Allegare aliquem alicui rei, Plaut. Amph. 8.40, Alium ego iſti rei allegabo, ne time.

Allegare. Budæus: Sua iura allegare. & in iure diſceptare: quod Cauſificari Plautus dixit: Cic. etiam, & Cauſari, & Proferre: Quintil. & Iuriſconſulti, Allegare appellant.

Allegare: *Afferre, Adducere.* Plin. in Epiſt Tam multa allegauit, quæ ad rem propoſitam pertinere minimè videbantur. Idem Epiſt. 59.a, Adhibes preces: allegas exemplum. &, Allegantes patrocinij fœdus. Plin. epiſt. 4. libr. 3. Quint. lib. 4. cap. 1, Nam tum dignitas litigatoris allegatur, tum confirmatur infirmitas. Stat. Achil. 2.45,
 Allegantq; ſuos vtroq; à ſanguine diuos.

ALLEGO.] allegis. In cœtum adiungo, & aſcribo, & quaſi coopto.

Allegere ordinē. Vlpianus de Decurionibus: Spurios quoque poſſe in ordinem allegi, nulla dubitatio eſt. Sueton. in Tiberio: Inſtanti ſæpiùs, vt ciuitate donatum in Decurias allegeret, negauit ſe allecturum. Liu. Cæterùm quia de plebe allegebantur, eandem ægrè paſſi Patres

Allegere inter Prætorios. Plin. lib. 1. epiſt. 14, Allectus enim à diuo Veſpaſiano inter Prætorios, honeſtā quietem huic noſtræ, ambitioni iudicum, an dignitati? conſtantiſſimè prætulit.

¶ Allectus participium. Feſtus. Allecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex Equeſtri ordine in Senatorum ſunt numerum aſſumpti Nam Patres dicuntur, qui ſunt Patritij generis. Conſcripti, qui, in Senatu ſunt ſcriptis annotati.

ALLEVO.] In altum tollo, vel de imo, & vbi quid iacet, atque proiectum eſt, ſurſum tollo. Quint lib. 1. cap. 12, Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur oranti. Hæc Valla lib. 5 Idem lib 12. Ideoque abiectos ac ſubmittentes ſeſe, libenter alleuamus. Ouid. 6. Metam. 50.
 Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus.

Alleuare afflictum. Quint. in Pariete palmato.

Alleuatur animum Artabanus. Conel. Tacit. libro 5. Id eſt animo.

ALLEX.] Plat Pœnulo: Tunc etiam amator audes eſſe, allex viri? Hoc loco Allex viri, ab Allicio deductum quidam volunt: id eſt, quæ allicere ad te viros ſoles.

ALLIATVS.] Vide ALLIVM.

ALLICIO.] Ex Ad & Lacio antiquo verbo compoſitum. Eſt blanditijs attrahere, ſiue potiùs inducere, atque inuitare.

Allicere aures. Lucret. lib. 6.37.

Allicere delectatione. Quint. l b. 5 cap. 14.23.

Allicere iuuentutem ad ſtudia. Quint. lib. 3. cap. 1.3.

Peſtem. Lucan. l b. 9.170.
 —calidoque vapore
 Alliciunt gelidas nocturno frigore peſtes.

Somnum, aut ſomnos. Plin. lib. 21. cap. 18.8. & lib. 9. cap. 13. 2. Item lib. 29. cap. 3. Ouid 6. Faſt. 137,
 Alliciunt ſomnos tempus motuſque, merumq;.

¶ Allectus: participium. Quint lib. 7. cap. 3.35. An etiam conſuetudine peccandi ſit allectus.

¶ Allector: Qui allicit Colum lib. 8 cap. 10.1, Qui ab aucupibus in hunc vſum nutriti, quaſi allectores ſint captiuorum. De turdis loquitur.

¶ Allecto: Frequentatiuum. Colum. libro 2. capite 3.1, Ad aquam duci oportet, ſibiloque allectari, quò libentiùs bibant.

¶ Allectatio Quint. lib. 1. ca. 10.25, Et Chryſippus etiam nutricū, quæ adhibētur infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat.

¶ Allicefacio. Idem quod Allicio. Suet. in Vitellio, cap. 14. Nobiles viros, condiſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditijs tantùm non ad ſocietatem imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit.

ALLIDO.] Compoſitum ex Ad, & Lædo Eſt ad aliquid impingere. Cæſar 3. bel. Ciui. 107. Et ex magno remigium propugnatorumq; numero pars ad ſcopulos alliſa interficeretur. Colum. de arboribus, cap 9.3 Medullamque omnem eradito, tùm demum in ſe poſitum colligato, ſic ne gemmas allidas. Id eſt, attingendo lædas. Lucretius libro 4.60.
 Sic eliditur, vt ſiquis priùs arida, quàm ſit

Cerea

Cerea perſona, allidat pilæve,trabive. Catul. in Argonaut.epigr.59.14, Ipſius ante pedes fluctus ſalis alliddebant.

Allidi aliquis dicitur,per metaphoram. Colum. libr.1.3.8, Quoniam quum ſit colluctandum cum eo,ſi fundus prævaleat,allidi dominum.Pro,affici damno.

ALLIGO.] Ad aliquid ligo,Colum.Arbuſtiuam vitem, antè quàm putes,alligare diligenter oportet.

Alligare caput lana.Martial.lib.12 86.

Alligat naues anchora morſu.Virg.1.Aene.35.

Alligare vulnus Liu.7.ab Vrb,105.

Alligare ad rem aliquam Plin.lib.10.cap.24.2, Lino ad pedes eius alligato nodis & lib.16.cap.44.5.

Alligare, *pro Impedire*.Virg.6 Aene.88,

Fata obſtant,triſtiq; palus innabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfuſa coercet.

Alligare iter,Stat.Sylu.lib.4.3.10,

Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis.

Alligare aliquem. Terent.Adelph. 5.3.58, Eo pacto prorſum illic alligaris filium. Vbi Donatus: Quis dicitur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſſit. Ergo propriè ad amicam alligari adoleſcentem dixit amatorem.

Alligare *ſe obnoxium facere* Teren.Eunuch.4.7.39. Audin' tu? hic furti ſe alligat. Vbi Donatus: Alligat, aſtringit, illaqueat,& obnoxium facit.

Alligare ſe ad præcepta catholica Quint.lib 10.cap.13.9.

Alligare ſe ad pœnam,Quintil.lib.10.cap.3.

¶ Alligatus: participium. pro Obligatus, Alligata fœdere ciuitas.Liu 5.bel.Maced.178.

¶ Alligatio.Colum lib.11.cap.2.12,Arbuſtorumq; ſiue putatio,ſiue alligatio,finienda eſt.

¶ Alligator: Qui alligat.Colum lib.4. cap 13.1. Deinde ſequitur alligator: cuius officium eſt,vt rectam vitem producat in iugum.

¶ Alligatura Verbale dictum vt Scriptura. Colum.de arboribus,cap.8,2,Infra inſitionem & alligaturam,falce acuta leuiter vitem vulnerato.

ALLINO.] Idem quod ſimplex Lino.Plinius: Sunt qui leporino coagulo mel addant.& hoc ſæpe allinant dentem. Idem libr.2.cap.12.3, Turbidus liquor vim glutini præbet,quum primo ſupina tabula ſchedâ allinitur. Horat.in Arte Poetica.90

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignum. Acron: Id eſt,apponet.

Allinere vitia ſua alteri: pro, Linere vel aſpergere aliquem ſuis vitijs.dixit Senec.Epiſt.7.

ALLIVM.] Genus oleris quo veſcimur. Plin.lib.19.cap.6. Allium ad multa ruris præcipue, medicamenta prodeſſe creditur: tenuiſſimis,& quæ ſeparantur in vniuerſum, velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis: aſperi ſaporis: & quò plures nuclei fuere hoc eſt aſperius. Virg.2. ecloga:

Allia, ſerpillumq; herbas contundit olentes.

¶ Alliatus Plaut. Moſt.2.45.Sine me alliatum fungi fortunas meas.Hoc eſt:permitte me,quem allium olere,& fœtere dicis,&c.

ALLOQVOR.] Plaut.Amph.4.244. Alloqui te perparcè liceat,obſecro. Varro.5. de ling. Latine.Allocutum mulieres ire aiunt,quum eunt ad aliquem locutum conſulendi cauſa.

¶ Alloquium: Id eſt, allocutio.Liuius 1.ab Vrbe,156,Et ipſe quoque fortunam benigno alloquio,comitate inuitandi, beneficij, que quos poterat ſibi conciliando, adiuuabat. Plin.lib. 6. cap. 22.4. Hoſpitali regis clementia,ſex menſium tempore imbutus alloquio. Plin epiſt.8.c Medici, ſalubres,ſed voluptate carentes cibos, blandioribus alloquijs proſequuntur.

Alloquia dulcia.Horat.Epod.13.4,

Illic omne malum,vino cantuq; leuato,
Deformis ægrimoniæ,dulcibus alloquijs.

Alloquium aptare Stat.11.Theb.123.

Alloquium mite Stat. Theb.111.

ALLOCVTIO.] Venuſtius & vſitatius eſt alloquium.Plin. epiſt.vltima,lib.2. Mutat perſonam, vertit allocutionem. Id eſt, ſermonem.

Allocutione ſolari aliquem. Catul. ad Cornificium, epigram.36,

Quem tu (quod minimum,facillimumq; eſt)
Qua ſolatus es allocutione?
Iraſcor tibi,ſic meos amores
Paulum quidlibet allocutionis
Mœſtius lacrymis Simonideis.

ALLVBESCO.] Antiquum verbum, pro Placeo. Plautus Mil.14.13,

— nimiſque nitida fœmina
Hercle verò iam mihi allubeſcit primulùm.

ALLVCINOR.] Gel.lib.16. cap.12, Cloatius Verrius,in libris,quos inſcripſit Verborum à Græcis tractorum, Allucinari factum ſcripſit ex eo,quod dicitur græcè ἀλύειν.Vnde Elucum quoque eſſe dictum putat, A' litera in E conuerſa, tarditatem quandam animi & ſtuporem,qui allucinantibus plerunque vſu venit Nonius: Allucinari, aberrare,& non conſiſtere atq; diſſolui, obſtupefieri, atq; tardari,honeſtè veteres dixerunt.Feſtus: Allucinatio,Erratio. Colum. lib. 7. cap. 3. ad finem: Nec fur aut beſtia allucinantem paſtorem decipiat.

ALLVCITAE ] Animalcula quædam Nonius: Hallicinari dicitur vana ſomniare: tractum ab allucitis, quos nos κώνωπας dicimus,ſicut Petronius Arbiter aſſerit.Nam centum vernales allucitæ me moleſtabant.

ALLVDIO.] Plaut in Stich Quando adbibero,alludiabo.

ALLVDO.] Quaſi ad aliquem ludo.Plin.lib.9.cap.8.6. Hominem non expaueſcit,vt alienum: obuiam nauigijs venit: alludit exſultans. Et paulò pòſt: Et alludens natantibus,impoſitosque portans De delphinis loquitur.

Alludere, eſt (inquit Valla lib.4.) quum aliud dicimus,& ad aliud ſententiam latenter referimus. vt Virg. ſeptimo, Aene.24,

Nec plura alludens,ea vox audita,laborum,
Prima tulit finem. Seruius: Alludens, aut certè ludentem ſignificat: aut Alludens.Id eſt, ad reſponſi fidem verba componens.

Alludere ad mulierem.Terent Eunuch.3.1.34. Fortè habui ſcortum: cœpit ad id alludere.

Alludere philoſophiæ: pro, quaſi per luſum, & non ſeriò tractare philoſophiam.Seneca epiſt 73, Adhuc eſt tertium genus,qui philoſophiæ alludunt,& nondum quidem eam attigerunt.

Alludere: Fauere. blandiri. Seneca: Quum tibi alludit huius vitæ proſperitas.

Alludit vnda. Plin.lib.26.cap.7. In ſaxis vbi alludit vnda.

Alludentes vndæ.Ouid.4 Metamor 69. Hoc eſt,quæ alludere videbantur & blandiri. Et Quint. 100.b, Littus eſt, qua fluctus alludit.

ALLVO ] Ex Ad & Lauo,lauis.vt Veteres declinabant.

Alluit gentes Mœotis.Seneca in Oedipo,5.15.

Flumen Sidenum, quo alluitur oppidum Polemium. Plin. lib.6.cap.4. Vide lib 3.cap.1.11,& cap.4.1.

¶ Alluuies: Immoderata aquarum violentia,quæ non tantùm agros confundit: ſed quandoq; eripit,& nonnunquam funditus deſtruit. Colum lib.3.cap.11.7, Vel etiam valles, quæ fluminũ alluuie & inundationibus cõcreuerint. Liuius 1. ab Vrbe, 15. In proxima alluuie,vbi nunc ficus ruminalis eſt, (quam Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. Loquitur de Tyberis inundatione.

ALLVS.] Pollex,proximum digitum ſcandens,quòd velut inſiluiſſe in alium videatur: quod Græcè dicitur [illegible]. Feſtus.

ALMVS]. adiectiuum, Latini etiam ſibi vendicant,ab Alendo dictum.Vnde Feſtus: Alma,inquit,ſancta ſiue pulchra: vel alens,ab alendo ſcilicet. Plaut. Curcul.7.79. Inuoco almam meam nutricem.

Adorea alma: Id eſt,gloria quæ altrix eſt virtutum. Horat. 4.Carm.4.9

Carthago alma Sil.Ital.lib.13.3.

Alma Ceres. Virg.1. Alma de Sibylla dictum,quòd ſcilicet virgo fuerit.Aen.6.

Almus dies,id eſt clariſſimus.Virg.8 eclog.

Naſcere præq; diem veniens age lucifer almum,

Seruius.Horat.4.Carm.7.2.

Fauſtitas alma,Horat.4.Carm.5.4.

Nutrit Ceres,almaque fauſtitas.

Iubar almum,id eſt,dies. Valer.Flac.Argon.lib.5.63.

Liquor almus aquarum.Lucret.lib.2.79.

Lux alma. Virg.1. Aen.63. Vt primùm lux alma data eſt. Alma lux dicta,quòd alat vniuerſa. nam Phyſici dicunt, omnia per diem creſcere.Seruius.

Ager almus. Virg.2.Georg.Parturit almus ager.

Maiæ almæ filius: pro Mercurio.Horat.1.Carm.2.9.

Muſæ almæ.Horat.3.Carm.4.9.

Nox alma Senec in Agamem.2.4 Idem in Troade,6.6.

Nutrix Lucret.lib.5.47.

Pallas.Lucret.lib 6.151.

Alma parens, pro Venere. Virg.2.Aeneid.118.& 133.Martial lib.8.22,Vigilat Memnonis alma parens: Id eſt, aurora.Virg.10. Aen. Alma parens Idæa deûm. Vbi Seruius: Alma propriè eſt tellus,ab eo quòd nos alat: abuſiuè etiam alijs numinibus hoc epitheton datur.

Pax alma.Tibul lib.1.eleg.vlt.ad finem.

Sol almus. Horat. in Carmine ſecul. 2.

Tellus alma. Colum. lib. 3. cap. 21. 2. Quibus alma tellus annua vice, velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus diſtenta muſto demittit vbera.

Venus alma. Virg. 1. Aen. 125.

Vites almæ. Virg 2. Georg. 47.

ALNVS.] arbor fluuialis, ſiue paluſtris: quæ neque fert fructum, neque ſemen. De hac multa Vitruuius lib. 2. cap. 9. Meminit & Plin. lib. 16. cap. 37. & alibi.

Alnus alta. Senc. in Hippo. 1. 2.

Amica fretis. Stat. lib. 6. Theb 22.

Electrifera Claud in Epithalamio Honorij & Mariæ.

Fluminea. Sil. Ital. lib. 3. 93.

Longa Ouid. 13. Metam. 170.

Procera. Virg. eclog. 6. 13.

Viridis. Virg eclog. 10. 15. Dicunt enim, alnos in Padi ripis primùm viſas, illicq; ſpectatiſſimas & magna copia vire re: vt ait Pauſanias, ex hiſtoria quam narrat Ouid. libro 2. Metam. Virg. eclog. 6. 13. in alnos mutatas tradit ſorores Phaëtontis, hoc carmine:

Tunc Phaetontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.

Idem tamen lib. 10. Aen. 38. alteri ſubſcribit opinioni:

Namq; ferunt luctu Cycinum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondes, vmbramq; ſororum
Dum canit.

¶ Alnus *pro nauigiolo: quia ex trunco alni excauatæ fiebant huiuſmodi ſcaphæ.* Claud. in præfat. li. 1. de Raptu:

Qui dubijs auſus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, præbuit arte vias.

Virg. 1. Georg. 28,

— alnos primùm fluuij ſenſêre cauatas.

Alnus leuis. Virg. 2 Georg. 91.

Apta fluctibus. Lucan. lib. 3. 89.

Syluaq; Dodones, & fluctibus aptior alnus.

ALO.] Eſt rebus ad victum, cultumq; neceſſarijs ſuſtento: quod vulgus dicit Intertenere: vt alere familiam.

Nonius: Alere & Educare hoc diſtant. Alere, eſt victu temporali vitam ſuſtetare. Educare autem, ad ſatietatem perpetuam educere. Accius in Andromeda: Alui, educaui: id facite gratum vt ſit ſeni. Terent. And. 1. 1. 30.

— aut equos Alere.

Alere, & Nutrire, pro eodem. Vnde lex illa XII tabularum, Liberi parentes alant, aut vinciantur. At in rebus incorporeis frequentiùs, vt creſcant. Quintilianus in præfat. lib. 1. Sed alere facundiam, vires augere eloquentiæ poſſit. Perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Augere facundiam, augere vires eloquentiæ poſſit. Virg Hos ſucceſſus alit. Id eſt, quaſi horum animos ſucceſſus augeſcere facit. Hæc Valla, libro 5. cap. 46.

Alit binos fœtus vbere. Virg Eclog. 3. 6.

Alunt rhombos æquora Horat. 2. Serm Satyr. 2. 10.

Aluere victum mortalium glandiferæ arbores. Plin. in proœmio, lib. 16 2.

Aluntur aſperitate aquarum arbores. Plin. lib. 12. cap. 9. 3.

Tellus alit ſaxa. Lucret. lib. 2. 232.

Nec mare, nec fluctus plangentes ſaxa crearunt,
Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex ſe.

Ali ab. Lucret lib. 1. 163. — atque alimur nos
Certis ab rebus.

Cibus alit. Lucret. lib. 6. 190,

Diditur in venas cibus omnes, auget, alitq;
Corporis extremas quoque partes, vnguiculosq;.

Ali victu. Lucret. lib 4. 127.

Pax aluit vites. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 19.

Ali formidine mortis. Lucret. 3. 13.

Diuitijs alitur amor. Ouid. de Remed. amoris, lib. 2. 70.

Bellum: Idem quod, Bellum fouere. Liu. 1. bel Maced. 61.

Controuerſiam. Cæſar 7. bel. Gal. 132. Vires. Cæſar 4. bel. Gal. 467.

Capillum. Plin. li. 24. c. 15. Infantibus illita capillum alunt.

Culpam Propert. lib 4. eleg. 4. 14.

Flammas. Ouid. 10. Metam. 35.

Ira leones alit. Stat lib. 12. Theb 148.

Alere monſtrũ Prouerbium, vbi quid occulti vitij latere ſignificamus. Terent. in And. Aliquid monſtri alunt.

Sitim alere. Ouidius de Ponto lib. 3, eleg. 1. 4.

Ali ſpe Ouidius in Ibin, 26.

Staturam alere. Cæſar bel. Gal. lib. 6 de Germanorum moribus, qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem. Hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, neruosq; confirmari, putant.

Vitium alitur. Vir. 3. Geor 90. — alitur vitium, viuitq; tegendo,

Vulnus alere. Virg 4. Aen. 1.

At regina graui iamdudum ſaucia cura.
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Alere molliùs more nutricum, Quintil. libr. 2. cap. 4. 4.



Pleniùs alit viua vox. Quint. lib. 2. cap. 2. 5.

Pluribus minore faſtidio alitur ſtomachus. Quin. l. 2. c. 12. 5.

¶ Altus: participium. Plin. Ouillo lacte altus.

¶ Alendus amor verbis. Ouid. de Arte amandi, lib. 2. 31.

¶ Altilis: Sunt autem altilia, animantia quæ incluſa aluntur: ſiue aues in corte, aut auario: ſiue quadrupedes in roborario, ſiue piſces in viuario. Valla lib. 1. Altilis auis, altilis quadrupes, altilis piſcis, qui ſagina altus, ſiue alitus eſt, atq; ſaginatus. Plin. lib. 10. cap. 50. Præter vnam gallinam, quæ non eſſet altilis.

Altilis aper. Iuuenal. Satyr. 5. 12.

Altiles cochleæ. apud Plin. lib. 9. cap. 56. 1.

¶ Altile: non ſolùm pingue, ab alendo, verùmetiam opulentum. Plaut. Ciſtel Prohibet diuitijs maximis, dote altili atque opima. Nonius.

¶ Altor: Qui alit. Senec in Hercule furente, 13. 22.

— ſiue me altorem vocas,
Seu tu parentem.

¶ Altrix: Quæ alit. Plin. lib. 10. cap. 64. 1, Altricemq; habere per ſe vitam illam, quæ ſatis, arboribusq; contingat.

Altrix terra. Plin. lib. 3. cap. 1. 1.

Altrix Apulia fabuloſa. Horat. 3. Carm. 4. 2.

Altrix bellorum Numidia. Silius lib. 1. 33.

Altrix nix. Valer. Argon. lib. 6. 65.

¶ Alibilis: Qui facultatem habet alendi. Varro de Re ruſt. lib. 2. cap. 11. Eſt enim lac omnium rerum, quas cibi cauſa capimus, liquentium, maximè alibile. Rurſum ibid. paulò poſt: Caſei quum molles ſunt, magis alibiles, in corpore non reſides: veteres & aridi, contrá.

¶ Alumnus: qui ab aliquo alitus eſt. & eſt nomen ad aliquid dictum. Refertur enim propiè ad nutricium, nutricémve. Varro: Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana veritas, Atticæ philoſophiæ alumna. Valla li. 6. Plin. lib. 11 cap. 40. 2, Detracta mamma alumno ſuo, ilicò ſterileſcit.

Agreſtis ille alumnus euertet domum. Seneca in Agamem. 7. 29. de Aegiſtho nutrito in agris.

Dulcis alumnus. Horat. 1 epiſt. 4. 2.

Indecores alumni Stat Theb. 19. 153.

Alumnus iuuenis. Ouid. 11. Metamor. 20.

Paruus alumnus. Horat. 3. Carm. 18. 1.

Alumnus artis. Stat. Theb. lib. 6. 76.

Pietatis. Ouid. 14. Metam. 89.

Ruris. Ouid. 3. Amorum, 14. 1.

Nemorum. Stat. Theb. 10. 7.

Alumnus, *impropriè, pro eo qui alit.* Plin. lib. 3. cap. 5, Terra omnium terrarum alumna, eadem & parẽs, numine deûm electa. Dictum de Italia. Corn. Tacit in dialogo de Claris oratoribus: Eſt, inquit, magna iſta & notabilis eloquẽtia, alumna licentiæ, quam ſtulti libertatem vocant.

¶ Alumnari: Alere & Nutrire ſignificat Apuleio, lib. 8. de Aſino: Quos ad tutelæ præſidia curioſè fuerãt alumnati.

¶ Alimentum: nutrimentum. Vlpianus: Alimenta ſi fuerint legata, dici poteſt etiam aquam legato ineſſe: ſi in ea regione fuerint ipſa legata, vbi vænundari aqua ſolet. Iabolenus Iuriſconſ. Alimentis legatis, cibaria & veſtitus & habitatio debebitur: quia ſine ijs ali corpus non poteſt. Plin lib. 11. cap. 14. 2, Hoc quidam attingi vetant: vt largo alimento valida exeat ſoboles.

Alimenta flammæ vel ignis. Ouid 14 Metamor. 106. Plin. lib. 14 cap. 20. 8, Fæx vini ſiccata recipit ignes, ac ſinè alimento flagrat per ſe.

Alimenta ignis arida. Sil. Ital. lib. 17. 20.

Alimenta lactis dare puero Ouid. 3. Metamor. 63.

Alimenta nubium. Ouid. 1. Metam. 55.

Vitiorum, Ouid. 2. Metam. 154.

Alimenta mitia, Ouid. 1. Metam 58.

Alimenta arcu expedire: Victum ſibi arcu & ſagittis quærere. Corn. Tacit lib. 5. Artabanus in Hyrcanis repertus eſt, illuuie obſitus, & alimenta arcu expediens.

Alimenta reponere in hyemem. Quint. lib. 2. cap. 16. 9.

¶ Alimentarius: Cui alimenta legata ſunt. ſæpè legitur in iure ciuili, & præcipuè in L. Quum ij. De tranſact. libro 2. Pandect.

¶ Alimonium: Nutrimentum. Varro lib 1. de Re ruſt. cap. 8. 6. Vbi enim natura humida, ibi altiùs vitis tollenda: quòd in partu & alimonio vinum, non vt in calice, quærit aquam, ſed ſolem. Idem lib. 3. cap. 16. 12, Hæc omnia vocant, à mellis alimonio, alues.

¶ Alitura: pro nutricatione. Gel. lib. 12. cap. 1, Non partionem ſolam, tanquam illam quam ille ſequebatur, ſed alituram quoque feram & ſæuam criminatus eſt.

ALOE.] herba eſt amariſſimi ſucci. Vnde per metaphoram dixit Iuuenalis: Plus aloes, quàm mellis habet. Hoc eſt, plus amaritudinis, quàm dulcedinis. De hac herba ſic habet Plin. lib. 27. ca. 4. Aloe ſcillæ ſimilitudinem habet, maior & pinguioribus ſolijs ex obliquo ſtriata. Caulis eius

tener

tener eſt, rubens medius, non diſſimilis antherico: radice vna, ceu palo in terram demiſſa, graui odore, guſtu amara, laudatiſſima ex India affertur: ſed naſcitur & in Aſia, &c.

ALPES.] A` candore niuium dictæ ſunt: quia perpetuis ferè niuibus albeſcunt. Sunt montes excelſi, Italiam ſeparantes à Gallia & Germania.

Alpes, alpis, *ſingulari numero*. Claudian. in Paneg. 7. 89,

— extemplo frondoſa fertur ab Alpe. Lucan. l. 3. 60,

Agmine nubiferam capto ſuper euolat Alpem.

Alpium iuga. Horat. Epod. 1. 3.

Aeriæ Alpes. Ouid. 2. Metamorph. 46. Item Virgilius, Georg. 3. 93.

Altæ. Catul. 19.

Celſæ. Silius lib. 1. 33.

Deuexæ Lucanus, lib. 2. 86.

Edomitæ. Claud. in Ruffinum, lib. 2. 1.

Gelidæ Lucan. lib. 1. 37.

Hybernæ. Horat Serm. 2. Satyr. 5. 9.

Latebroſæ. Ouid. ad Liuiam, 3.

Maritimæ. Tacitus, lib. 18.

Nubiferæ Claud. in Paneg. 3. 62.

Patulæ. Silius lib. 15. 131. hoc eſt, peruiæ & apertæ.

Sæuæ. Iuuenal. Satyr. 10. 17.

Trepidæ. Claud. in Paneg. 5. 15.

Ventoſæ. Ouidius, lib. 2. Amorum, eleg. 16. 4.

Laxatæ. Claud. in Paneg. 1, 15.

Recluſæ. Claud. de bello Getico, 40.

Reſolutæ. Lucan lib. 1. 44. propter niues liquefactas.

Alpes tremuerunt. Virg. 1. Georg. 94.

Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audijt, inſolitis tremuerunt motibus Alpes.

Tremendę Alpes. Horat. 4. Carm. 47.

¶ Alpinus. Alpinę gentes. Liu. 1. bel. Pun. 161. Alpina flumina. Plin. libr. 27. ca. 28. 12. Venti Alpini, flantes de Alpibus: quia Alpes, Gallorum lingua. Alti montes vocantur. Seruius in 4. Aen. 44.

Alpina bella. Lucanus, lib. 8, 158.

Alpinum dorſum. Stat lib. 1. Sylu 4. 12.

Alpina glacies. Claud. 2. de rap. Proſerp. 36.

Alpinæ pruinæ. Claud. in Paneg. 5. 51.

Alpinus rigor. Ouid. 14. Metamor. 159.

ALPHA.] nomen primæ Græcorum literæ.

Alpha penulatorum. Martial. lib 2. 57. Idem lib. 5. 27.

Quòd alpha dixi, Codre, penulatorum. Videtur ſignificare, Codrum fuiſſe primum penulatorum: hoc eſt, inter plebeios & pauperes primum tenuiſſe locum.

ALSIOSVS. ALSVS.] Vide ALGEO.

ALTARE.] Feſtus: Altaria ſunt, in quibus ignis adoletur. Idem: Altaria ab altitudine dicta ſunt: quòd antiqui, dijs ſuperis in ædificijs à terra exaltatis ſacra faciebāt, dijs terreſtribus, in terra, dijs inferis, in effoſſa terra. Virgil. 2. Aeneid.

Hic Hecuba & natæ nequicquam altaria circum.

Vbi Seruius: Superorum & aræ ſunt, & altaria: inferorum tantùm aræ. Plin. lib. 15. cap. 39. 7. Vt ne propitiandis quidem numinibus, accendi ex his altaria aræq; debeant.

Feſta altaria Sil, lib. 12.

Fumida. Ouid. 12. Metam. 52.

Thurea. Stat lib. 4. Theb.

Admotus altaribus. Liu. in præfat. lib. 1. Decad. 3, Fama eſt, Annibalem annorum ferme nouem, pueriliter blandientem patri Amilcari vt duceretur in Hiſpaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eò traiecturus ſacrificaret, altaribus admotum, tactis ſacris iureiurando adactum, ſe, quumprimùm poſſet, hoſtem fore populo Romano.

Altaria adolere donis. Lucret. lib. 4 249.

Altaria tædis caſtis adolere. Virg. 7 Aen. 14.

Impoſitis ardent altaria fibris. Virg. 4. Georg. 97.

Altaribus numerum diuorum augere. Virg. 7. Aen. 42.

Altaria cumulare donis. Virg 11. Aen. 10.

Altaria molli vitta cingere. Virg. eclog. 8. 12.

Altaria culta. Claudianus.

Dicata altaria. Seneca. in Medea, 1. 8,

Facere altaria pinguia thure. Ouidius de Ponto, libro 2. eleg. 3. 20.

Altaria fumant Ouid. 1. epiſt. 5.

Argolici rediêre duces, altaria fumant. & Virgil. eclog. 1. 4.

Pateris altaria libant. Virg. 12. Aen. 35.

Struere altaria donis Virg. 5. Aen. 11.

Vaporata altaria. Stat lib. 1. Theb.

ALTE`] Vide ALTVS.

ALTER] alteris: ſignificat maſſam plumbeam, quâ ad exercenda corpora in gymnaſijs vtebārur. Mart. lib. 14. 54.

Quid pereunt ſtulto fortes altere lacerti?
Exercet meliùs vinea foſſa viros.

ALTER.] altera, alterum. Vide Alius.

Alterius ſors. Horat. 1. epiſt. 14. 3.

Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.

Alteræ, *in datiuo protulerunt Veteres*. Terent. Heaut. 2. 3. 30,

— hoc ipſa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui. Col. lib. 5. cap. 11. Vt alteræ delibratæ parti conueniat.

Aliter, *in plurali etiam vſurpatur*. Virgil. in Bucol. Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. Id eſt, altera decem, quæ mihi reſtant.

Alter, *pro Alius, poſt Nemo*. Quint. lib. 8 cap. 9. & lib. 7. cap. 1. Qui tantùm inter ſe diſtant genere dicendi, vt nemo ſit alteri ſimilis.

Alter, *pro Alijs, aut Quouis alio*. Plaut. Qui de altero obloquitur, ipſum ſe contueri oportet.

¶ Vnus & Alter, *venuſtè pro duobus dicitur*. Virg. 3. Aeneid.

Iamq; dies, alterque dies proceſſit. Hic ſubauditur, vnus. In hoc genere, teſte Valla, accipitur Alter, pro ſecundo ex duobus, pluribusve.

Alter, *pro Secundus*. Colum. lib. 5. cap. 6. 20, Vſque in alteram vel tertiam gemmam.

Altero quoq, die: hoc eſt, ſecundo quoq; die. Cel. li. 4. c. 12, Altero quoq; die vinum vel aquam bibere.

Alter, *pro Neuter*. Quint. lib. 1. cap. 1. Ita fiet, vt, quum æquali cura linguam vtramque tueri cœperimus, neutra alteri officiat Id eſt, ſibi inuicem non officiant. Cæſar, 1. bel. Ciuil. Quare paribus eorum beneficijs parem ſe quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iuuare.

Alter, *item pro Secundo*. Terent. And. 1. 1.

Sed poſtquam amans acceſſit precium pollicens
Vnus, & item alter. Alij ad incertum numerum hoc referunt, vt ſit, Vnus & idem alter, id eſt, plures: vt ibidem Donatus ait.

Alter, *poſt vterque*. Quin. Quum enim vterq; alteri obijciat, palàm eſt vtrunq; feciſſe.

Primus, & alter. Cato, cap. 157, Prima eſt leuis, altera eſt criſpa.

Alter, *geminatum ſine coniunctione*. Liu. 1. ab Vrbe, 178, Vterq; vociferari, & certatim alter alteri obſtrepere Sal. in Catil. Ita vtrunq; per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget.

Alter, *item geminatum, ſed de pluribus dictum, pro Alius*. Suet. in Calig. Nec ceſſauit ex eo alterum alteri criminari, atque inter ſe omnes committere. Plin. l. 11. c. 30, De formicis: Et quoniam ex diuerſo conuehunt, altera alterius ignara.

Alter, *citra geminationem, cum verbo quoque plurali legitur*. Plautus in Truc. 8, 22. Quondam fuit quum inter nos ſorderemus alteri.

Altera die quàm. Liu. 1 bel Maced. 52. Nauibusq; ex claſſe Cos. Cornelij lectis, altera die quàm à Brunduſio ſoluit, id eſt, Secundo die, vel duobus diebus, poſtquam.

In altera iura cedere. Hor. 2. epiſt. 2. 55.

Alter quiſquam: *pro, Quiſquam alius*. Plaut. Neq; me Athenis eſt alter quiſquam, cui credi rectè, æqueq; putent.

Ille alter. Terent. Eunuch 2. 3. 9, — ludum iocumq;

Dices fuiſſe illū alterū, præut huius rabies quę dabit.

Ecce aūt alterum. Ter. Eun. 2. 3. 5, — ecce autem alterum,

Neſcio quid de amore loquitur. Vbi Donatus: Sic dicimus, quum propter alterum de altero venit in mētem.

Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus. Virg. 8. eclo. 8 id eſt, duodecimus.

Alter ex duobus. Quintil. in procem. lib. 6. Prior alterum ex duobus eruit lumen.

Alterum tantum. Liu. 1. Decad. lib. 8. Alterum tantum ex Latino delectu adijciebatur. Id eſt, tantundem. Ruſus, li. 10, Militibus ex præda centenos binos aſtes, & alterum tantū centurionibus atq; equitibus diuiſit. Paulus in l. Licitatio. De publican & vect. lib. 39. Pandect. Quod illicitè, publicè vel priuatim exactum eſt, cum altero tanto paſſis iniuriam exſoluitur.

¶ Alter, *pro Similis*. Liu. 1. bel. Pun. 37, Sed pater ipſe Amilcar, Mars alter, vt iſti volunt.

Alter ab illo. Virg. 5. eclog. 10, Tu nunc eris alter ab illo.

Alter, *& pro Non bono ponitur*. vt in augurijs, altera quum appellatur auis. quæ vtique proſpera non eſt. Sic Alter nonnunquam pro Aduerſo dicitur & malo. Feſtus.

¶ Alternus. Qui fit alternatim, ſeu alternatis vicibus. Virg. 7. eclog. 4.

Alternis igitur contendere verſibus ambo Cœpêre.

Id eſt, dicere verſus alternis vicibus.

Alternum, *pro Vario*. Virg. eclog. 5.

Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui.

Vbi Seruius: Alterna, varia: propter muſicam, cuius ſonus varius inuenitur, ex pedum diſſimilitudine.

Alternum, *abſolutè poſitum*. Virg. 3. eclog.

Amant alterna Camœnæ. Vt puta verſus alternos, aut (cantus.

Alterna loqui. Hora.1.Serm.Saty.8.8.

Alternis annis: Id eſt altero ſemper ex duobus. Alternis annis ægrotat. Cato de Re ruſt. cap.59. Sic Alternis diebus. Plin.lib.8.cap.16.

Alterna iactat brachia. Virg 5. Aene.75.

Alterno quoq; die. Celſus, lib.3. Vtilis, quotidianus, aut alterno quoque die poſt cibum vomitus. Idem: Oportet hyſſopum alterno quoque die bibere.

Alterna pariere manu. Ouid.5.Triſt. 7. de fratribus, qui ſe mutuò occiderunt.

Alterna morte fratrem redemit. Pollux. Virg.6.Aen.25.

Alterno pede terram quatere: pro Saltare. Horat.1. Carmin.4 2.

Alternis pedibus inſidere. Plin.lib.10.cap.2.13. De gruibus loquitur.

Alternus pulſus. Plin.lib.2.cap.82.

Quies alterna. Quint lib 1. Nam quæ ſenſu & anima carent, vt ſeruare vim ſuam poſſint, alterna quiete retinentur. Ouid.4.epiſt.18,

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Alternis ſermonibus aptus Iambus. Horat. de Arte, 17.

Alterno tempore Lucr.libr,5.196.

Alternis verbis. Liu.1. Decad.lib.8. Id eſt, altero quoq; verbo, ſiue ſecundo quoque verbo.

Alterna vice. Golum.lib.9.cap.15.8 Idem lib 3 cap,2, Vtroque candidi muſti alterna vice annorum plus aut minus afferunt.

Per alternas vices ire. Ouid.4. de Ponto,2,2.

Alternis vicibus. Sen. in Hippol.10.8,

— vomitque vicibus alternis aquas.

Alternis, *ablatiuus repetitus*. Plin.lib.8. cap.30. Hyænis vtranque eſſe naturam, & alternis annis eſſe mares, alternis fœminas fieri, parere ſine mare, vulgus credit. Senec epiſt. 121. Alternis Catones, alternis Vatinij, id eſt, nunc Catones, nunc Vatinij: de ijs, qui ſibi non conſtant, ſed moribus ſunt varijs. Plinius ad Apollinarem. epiſt.301, accipit pro vario & alterno ordine: Alternis viticulæ ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma.

*In ablatiuo Alternis, interdum ſubſtantiuum ſubauditur.* Virgil. 3. eclog.8, Alternis dicetis. Sub. vicibus aut verſibus. Idem 1.Georg.

Alternis idem tonſas ceſſare nouales. Sub. annis: id eſt, alternatim, vt Seruius interpretatur. Alibi, vt ſenſus exiget, accipiendum erit.

Alternis facilis labor. Virg.1. Georg.16. Id eſt, intermiſſis: ſubaudi, agris Seruius.

¶ Alterno Eſt è duobus modò vnum, modò alterum facere & quaſi alternis vicibus variare. Plin.lib.7.cap.13. Alij aliæque fœminas tantùm generant, aut mares: plerunque & alternant. Colum lib.5.cap.6.

Alternare, *quum ad animum refertur*, eſt, nunc hoc, nunc illud animo agitare. Virg.3. Aen. Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt. Vbi Seruius: Alternanti. varia mente tractanti.

Alternare cibum: pro, viciſſim diſtribuere Plin.lib.10. cap. 33. de hirundinibus loquens: In fœtu ſumma æquitate alternant cibum.

Alternat fertilitas arborum. Plin.lib.16.ca 6 Arborum fertilitas omnium ferè alternat, ſed maximè fagi.

Alternat fructus. Plin.lib.15. cap.3. de olea: Sic quoque alternare fructus cogitur decuſſis germinibus.

Alternant fructum quædam arbores Plin lib.16.cap.38.

Alternare vices. Ouid.15. Metam 82. de hyænis.

Alternante aqua. Propert.lib.2.eleg 27.11.

¶ Alternantes. Virg.3. Georg 43.

Illi alternantes multa vi prælia miſcent.

¶ Alternatus: participium. Plin.lib 29. cap.4.11, Canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruisq; cerui alternatis & dorcadis.

Alternatus ex diuerſis rebus. Sen.epiſt 44, Ex ſplendidiſſimis ſordidiſſimiſque alternata ſeries. Id eſt, conſerta.

¶ Alternatio: Per vices ſucceſſio Feſtus.

¶ Alternatim: Per vices. Quadrigarius annalium, lib.3, Item gaudium atq; ęgritudinem alternatim ſequi. Nonius.

¶ Alternè: alternatim, ſeu alternis vicibus. Plin.lib.11.cap. 37.16. Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

¶ Altero: Vario, & quaſi alterum facio. Ouid. 1. Faſt.75. Ille ſuam faciem transformat, & alterat arte. Item in Metamorphoſi: Alterat vndas.

¶ Alteruter: de duobus dicitur: Et eſt, vt ſic dicam, Vnus vel alter Celſus: Id quod funditur, neque frigidum eſſe oportet, neque calidum: ne alterutro modo lædat. Plinius: Alteruter exortus. lib.2. cap.8.8. Et alterutro latere, lib.2. cap.17.3.

¶ Alterutrinq; Plin.lib.20.cap.7.6. de lactucæ facultatibus. Nec vlla res in cibis auiditatem incitat, inhibetq; eadem: in cauſa alterutrinq; modus eſt.

¶ Altrinſecus: E regione, vel ex altera parte. Plau.Mil 8.35, Quid illic aſtas? quin retines altrinſecus? Idem Pſeud. 5. 122, Pſeudole, aſſiſte altrinſecus, atque onera hunc maledictis.

¶ Altrouerſum: aduerbium obſoletum. Plau Caſina.12.25,

— verùm autem altrouerſùm quum eam mecum
Rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio. Id eſt, in alteram partem, vel ex altera parte.

ALTERAS.] Antiqui dicebant, pro Alias. Feſtus.

ALTERCOR: & antique ALTERCO.] Cum aliquo rixor ſiue litigo: quod proprie fieri dicitur, quum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Cæſar 3. bel. Ciuil. 77. Qua ex frequentia T. Labienus prodijt, ſummiſſa oratione loqui de pace, atq; altercari cum Vatinio incipit. Terent. And.4.1.29. Cum patre altercaſti dudum. Vbi Donatus: Legitur & Altercatus es, non enim Alterco dicimus.

Altercantur inter ſe mulierum ritu. Liu.3. ab Vrbe,290. Horat.2.Ser. Altercante libidinibus tremis oſſa pauore Id eſt, timore rixãte cum libidinibus: quia ſcilicet pauor inde retrahit, quò libido trahit.

¶ Altercatio: Iurgatio, vt ait Feſtus. Liu 1. ab Vrbe.24. Inde cum altercatione congreſſi. Idem 5. bel. Maced. Altercatio inde, non ſermo fuit.

Altercatio, *Litigandi genus in iudicio.* Cuius artem & præcepta latiſſimè docet Quint.lib 6.cap.4. Et lib. 10.cap.1, Altercationibus atq; interrogationibus, oratorem futurum optimè Socratici præparant.

Altercationibus velociter occurrere. Quint.lib.2.ca.4.21.

¶ Altercator: Patronus, qui in iudicio vtitur altercatione. Quin.lib.6.cap 4, Bonus altercator vitio iracundię careat. Ibidem: Ne turbidus & clamoſus ſit altercator.

Altercator turbidus & iracundus. Quint. ibidem.

ALTERNATOR, ALTERNATIO, ALTERNE', ALTERNO, ALTERNVS.] Vide ALTER.

ALTILIS.] Vide ALO.

ALTISONVS, ALTITONANS, ALTITVDO, ALTIVOLANS, ALVIVOLVS.] Vide ALTVS.

ALTOR: ALTRIX: ALTVS.] Vide ALO.

ALTRINSECVS, ALTROVERSVM.] Vide ALTER.

ALTVS.] altior, altiſſimus: adiectiuum notæ ſignificationis. vt Alta maceria pedes quinq;. Cato de Re ruſt. cap. 15. Et Virg. 12. Aen.

Deſuper altus equo grauiter ferit. Plin. lib. 23. cap. 7.16. Altus palmum.

Alti colles attolluntur Plin.lib.12.cap.2.14.

Altus aceruus. Lucr. lib. 3.40.

Cælum altum. Virg. eclog.4.2. Ouid,2. Metam.13.

— & qua vix manè recentes.
Enituntur equi, medio eſt altiſſima cœlo.

Ceruices altæ. Virg.1.Aene.44.

Gradus altos euadere. Virg.4.Aene.137.

Humus alta. Horat. Epod.16.11.

Iter altum ire. Virg 4.Georg 22.

Altius iter egit, tactus cœli cupidine. Ouid.8. Metam.45.

Iuba alta. Senec Hippo.10.10.

Montes alti Virg 3. Georg 82.

Lunam altam ſuſpiciens. Virg.9. Aen.84.

Nemora alta. Virg.3. Georg 78.

Nix alta. Horat.1. Serm. Saty.1.2.

Præſepes altæ. Virg.7. Aene.55.

Alta via ad Argos collibus ruptis. Senec. in Hippo.10.14.

¶ Altum: *Excellens, glorioſum.* Virg.3. Georg.9.

Te ſine nil altum mens inchoat. Nonius.

Altior ſpiritus Ouid.4. Triſt. eleg.1.9.

Alta tapeta. Virg.9 Aene.68.

Altus vultus Horat 4 Carm.6.9.

¶ Altus homo: *Magnus*. Virg.10. Aen.148, — iacet altus Orodes Idem: altus Apollo.6. Aen. 2.

Altiſſimus æſtus Plin.lib 16.cap.1.2.

Altus Iupiter. Ouid.2. de Arte amandi,8.

Alta pecunia. Ouid.2. Amorum, eleg.2.8,

Sic tibi ſemper honos, ſic alta pecunia creſcet.

¶ Altus: *Nobilis*. Virg 10. Aen.26.

Altus Aeneas. Horat.2. Serm. Saty.5.13.

Alta Carthago. Virg.4. Aen 20.

Alta Roma. Virg.1. Aene.3.

Altiſſime princeps. Claud. epigr 20.3. ſcribit ad Honorium imperatorem.

¶ Altus, *Profundus*. Cæſar 8.bel.Gal 67, Altiſſimo flumine, velut indagine munitum Seruius in 1. Aeneid. Altum, inquit, & ſuperiorem & inferiorem altitudinem ſignificat. namq; menſuræ nomen eſt altitudo. Plin. lib. 10. cap.48.1, Apicius nepotum omnium altiſſimus gurges.

Altior cupido. Corn. Tacit.lib.20.

Altus Euphrates Virg.4. Georg.112.

Flumen altum. Virg.4. Georg 67.

Mare.

Mare. Virg 7. Aen. 40.
Fundamenta alta theatri. Virg. 1. Aene. 87.
Gemitus altus. Virg. 11. Aene. 19.
Altus gurges. Virg. 6. Eclog. 18.
Alta mente repoſtum. Virg. 1. Aene. 6.
Otium altum. Plin. epiſt. 180.
Quies alta. Virg 6. Aen. 105.
Somnus altus. Hor. Serm. 2. Saty. 1. 2.
Sopor: Multus & profundus. Virg. 8. Aeneid. 6. Altiſſimus ſomnus. Liu. 7 ab Vrbe, 169.
Spelunca alta. Virg. Aene. 6. 48.
¶ Altum: *ſecretum, reconditum, ait Seruius.* Virg. 10. Aenei. 12. Horat 2. Ser. Saty 6. 12.
Altus dolor. Virg 1. Aen 43.
Alta mens, & placida. Quint lib. 6. in proœm. 7.
Altum pectus. Virg. 6 Aene. 120.
¶ Altiores literæ: *pro, Maiore doctrina.* Sen. de Benef. 5.
Altiora ſtudia. Plin. epiſt. 16. lib 5.
¶ Altum: profundior maris pars, & à terra remotior, ſiue ipſum mare. Sal. Et piſcatori ſcapha in altum nauigat. Virgil. 1. Aene. 8.

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

Altum, *abſolute, pro cœlo.* Virg. 1. Aene. 61,

Hæc ait, & Maia genitum demiſit ab alto.

Alto iactatus Virg 1. Aene 2.
Altum tenere. Virg. 5. Aene 33.
Ab alto vrget in breuia & ſyrteis Virg. 1. Aene. 23.
In altum vela dare. Virg. 1. Aene. 8.
Per altum ire. Virg. 3. Aene. 75.
¶ Altè: modo Excelsè, modo Profundè, ſignificat. Virg. 6. Aene. Ergo altè veſtiga oculis. Liu. 1. ab Vrbe. 182. Ferrum haud altè in corpus deſcendiſſe, id eſt, Non profundè.
Altiùs: cui opponitur Inferiùs. Ouid. 2. Metam. 28.
Altè cinctus. Hor. Serm. 2. Saty. 8. 2.
Altè conſternere terram. Virg. 4. Aene. 89.
Altiùs efferre caput, Virg. 3. Georg. 110.
Altè extulit dextram. Virg 5. Aene. 88.
Altiùs ingredi Virg. 3. Georg 15,
Continuò pecoris generoſi pullus in aruis Altiùs ingreditur.
Altiùs penetrare. Celſ. lib. 5. cap. 27. De fiſtulis & earum generibus loquitur.
Altiùs ad viuum perſedit. Virg. 3. Georg. 87. Id eſt, oſſa & medullas penetrauit Seruius.
Altiùs aliquid proſequi. Plin lib 2. cap. 23. 2.
Altiùs expedire. Virgil 4. Georg. 57,

— altiùs omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam:

Altiùs cura ſerpit. Plin. lib. 14. cap. 11. 1.
Altè ſubiectare arenam. Virg. 3. Georg 48.
Altè oculis veſtigare. Virg 6. Aene. 29.
Altè: in magnam altitudinem, vel longè. Virg. 4. Aene.

— it ſtridor, & altè
Conſternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes. Statius in Thebaid.
Ipſe tuis altè radiantem crinibus arcum. Imprimat.

¶ Altiſonus: qui ex alto ſonat.
Altiſonus Iupiter Sen. in Hippo 11. 3.
Altiſoni martis prælia referens, Claud epig. 17. 6.
¶ Altitudo: *Eſt propriè rei alicuius ſublimitas.*
Arboris altitudo, ad quinq; pedes Plin. lib. 12. cap. 15. 1.
Altitudo: *Profunditas.*
Altitudo maris. Ceſ 4. bel Gal. 557.
Altitudo plagæ. Celſus, lib. 7. cap. 7.
Altitudo animi. *pene Idem ſignificat, quod animi magnitudo.* Liuius 4 ab Vrbe, 31, Hanc modeſtiam æquitatemque, & altitudinem animi.
¶ Altiuolus Plin lib. 10. cap 19, Sunt ferè omnes altiuolæ, præter nocturnas, Et cap. 47. 1, Grauiores omnes fruge veſcuntur: altiuolæ, carne tantùm. De himantopodibus loquitur.
ALVEVS.] Continens fluminis inter vtranq; ripam. Vnde ſæpe legitur in Iure ciuili: Si fluuius alueum mutauerit. Virgilius:

Aſſuetæ ripis volucres, ac fluminis alueo.

Plin lib. 7. cap. 2. 12 Alueus nauigabilis. Et lib 6. cap. 26. 10. Alueus continuus.
Alueo pleno fuit Quint lib 2. cap. 1. 4.
Alueus: *pro vaſe ligneo concauo.* Liu. 1. ab Vrbe, 23.
Alueus: *pro naui.* Propertius.
Portabat ſanctos alueus ille viros. Et Virg.
Alueo accipit ingentem Aeneam. 6. Aene. 83.
Alueos nauium inuerſos pro tugurijs habere. Salluſt. in Iugurtha. & Liu. 3. ab Vrbe, 154.
Alueus: *Vas in quo apes continentur & mellificant* Plin. lib. 11. cap. 20. 1, Alueos nunquam vltra decem annos duraſſe, proditur. Idem lib. 11. cap. 16.



Alueus fagineus. Ouid. 8. Metam. 32.
Alueus vernus. Tibul. 2. eleg. 1. 10.
Alueus, *pro ipſis apibus.* Plin. lib. 11. cap. 16, Feruntq; ſocietate fraudata alueos mori.
¶ Alueolus: vas eſt ligneum concauum. Liu. 8. bel. Pun. 254, Secures, falces, alueolos, molas. Colum. lib. 8. ca. 5 10. Totum ouorum numerum in alueolum ligneum cōferat.
Alueolus: *Tabula luſoria.*
Alueoli etiam in balneis ſunt. Vitruu. lib. 5. cap. 10,
¶ Aluear, ſiue Alueare, Alueariium: accipitur pro copia alueorum eodem in loco poſitorum, ac apum mellificantium Valla, lib. 1. Col. lib 9 cap. 11, Quum vetus alueare numero apium deſtituitur. Idem lib. 9. cap. 8.
Aluearia, *pro ipſis alueis, id eſt, vaſis in quibus apes continentur, & mellificant.* Plin lib. 21. cap. 14. Circumlini aluearia fimo bubulo vtiliſſimum. Sic idem alibi ſæpius. Virg. 4. Georgicor. 7.

— aluearia vimine texta.

¶ Alueatus: In modum aluei cauatus. Cato, cap. 43, Sulcos, ſi locus aquoſus erit, alueatos eſſe oportet: Id eſt, deorſum faſtigiatos.
¶ Alueolatus. Vitru lib. 3 cap. 3. de columnarum faciendarum ratione: Stylobatam ita oportet exequari, vti habeat per medium adiectionem, per ſcamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo videbitur.
ALVINVS.] Vide ALVVS.
ALVMEN.] Plin lib 35. ca. 15 poſt ſulphuris tractationem ſic infert: Nec minor, aut ab eo diſſimilis eſt aluminis opera: quod intelligitur Salſugo terræ.
¶ Aluminatus. vt Aqua aluminata, quæ tranſit per venas aluminis. Plin. lib. 31, cap 6. 3.
¶ Aluminoſus: Idem quod Aluminatus. Plinius libro 31. cap. 3. 18.
ALVMNVS] Vide ALO.
ALVTA] pellis mollior, calceis cæteriſque operibus faciendis concinnata Cæſar 3. bel. Gal. 400, Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. Plin. lib. 23. cap 7 11, Produnt etiam, ſi quis inclinata arbore, ſupino ore aliquem nodum eius morſu abſtulerit, nullo vidente, atque in aluta illigatum licio è collo ſuſpenderit, ſtrumas & parotidas diſcuti. Martialis, lib 7. 34.
Alutarius: pellium tenuiorum concinnator. Plaut. Hic alutarius credo
ALVVS.] Eſt, inquit Seruius, quò defluunt ſordes. vt Salluſtius: Simulans, ſibi aluum purgari. Plin. lib. 2. cap. 41. 1, Alij commouentur ſtatis temporibus aluo.
Aluus, inquit Feſtus, venter fœminæ, ab alendo dicta eſt.
Aluus: Venter qui apparet. Colum. lib. 7 capite 10. 5, Niſi obeſam illuuiem atque diſtentam pabulis aluum demerſerit.
¶ Aluum, Accius maſculino genere protulit, Annalium primo: Mala nemus retinens gaudo concepit in aluo. Sic multi alij, teſte Priſciano, lib. 6. Id nunc obſoletum eſt.
Alui cauſa dare aliquid. Plin. lib. 22, ca. 14. Hoc eſt, ad molliendam aluum.
Dolores alui cohibere. Plin lib 23 cap. 8.
Alui ductio. Celſ. lib 2. cap. 12, Deiectionem antiqui varijs medicamentis, crebraque alui ductione, in omnibus ferè morbis molliebantur.
Alui reſolutio. Celſus, lib 2. cap. 7.
Vitia alui detrahere. Plin. lib. 20. cap. 7.
Aluus atra. Ouid. 13. Metam. 158.
Auida. Ouid. 12. Metam. 4.
Biliosa. Celſus, lib. 2, cap. 8.
Cruda, vel non conſiſtens. Cato cap. 125, Aluus cruda, quæ cibos non conficit: Aluus non conſiſtens, quæ non continet, nempe ex profluuio.
Curua. Virg. Aen. 2. In latus, inq; feri curuam compagibus (aluum.
Dura. Hora. Serm. 2. Sat. 4. 6.
Fuſior. Celſus, lib. 1 cap. 3, Melior eſt autem, in iuuene fuſior, in ſenectute aſtrictior.
Grauida Ouid. epiſt. 613.
Inanis. Iuuenalis, 5. 1.
Aluum latam trahens. Virgil 4. Georg. 19, loquitur de regibus apum.
Liquida Celſus, lib. 2. cap. 12. Sic lib. 4. cap. 19.
Longa. Ouid 5 Metam. 115 Virg. 3. Georg. 84.
Mala. Celſus, libro 2. cap. 4. Aluus autem mala eſt, ex toto ſuppreſſa.
Peior cita aluus eſt: ſed ne hec quidem terrere protinus debet ſi matutinis temporibus coacta magis eſt: aut ſi procedente tempore paulatim contrahitur, & rufa eſt, neque fœditate odoris ſimilem aluū ſani hominis excedit. Celſus, lib. 2. cap. 3.

Pericu-

Periculoſa eſt, quæ inter febres fluens, conquieſcere hominem in cubili non patitur. Celſus, lib. 2. cap. 4.
Pernicioſa. Cel. lib. 2. cap. 8 ad finem: Aluus nigra, ſanguini atro ſimilis, repentina, ſiue cum febre, ſiue etiam ſine hac eſt, pernicioſa eſt. Hic pro excrementis accipitur.
Tenera. Celſus, lib. 3. cap. 18.
Tuta. Celſus, lib. 2. cap. 8.
Auluus tumens. Plin. lib. 2. cap. 5.
Aluum aſtringit labor, ſedile, &c. Celſ. lib. 1. cap. 3.
Ciere aluum: id eſt, ſoluere. Plin. libr. 20. cap. 9. Sic lib. 22 cap. 13.
Humorem alui ciet radix labruſcæ, decocta in aqua. Plin. li. 23. cap. 1.
Cita aluus, id eſt, ſoluta. Plin. lib. 27. cap. quarto. Idem li. 23. capite 7 ad finem. Sorba recentia ſtomacho, & aluo citæ proſunt.
Citam aluum compeſcere. Plin. lib. 23. cap. 13, emendare. Plin. lib. 24. cap. 10.
Cita aluus exercet aliquem. Cel. lib. 1. cap. 6.
Cohibere aluum. Plin. lib. 23. cap. 1.
Comprimere & mouere aluum contraria. Celſus, lib. primo cap. 10.
Concita aluus. Plin. lib. 21. cap. 12.
Conquieſcit aluus. Celſus, lib. 4. cap. 19.
Contrahitur aluus. Celſus, libro quarto, cap. 19. Id eſt, ſupprimitur.
Deijcere aluum: Idem quod aluum ſoluere. Cato cap. 156, Aluum ſi voles deijcere, ſuperiorem ſumito cymam braſſicæ.
Deſcendit aluus. Celſ. lib. 2. cap. 7.
Detrahere aluo aquam. Plin. lib. 24. cap. 8. de Sambuco.
Ducere aluum. Celſ. lib. 2. cap. 12. & lib. 4. cap. 3.
Elicere aluos. Plin. lib. 19. cap. 5. de Raphano: Sapor autem aſper, & medicamenti inſtar ad eliciendas aluos.
Emollire aluum. Plin. lib 20. cap. 2. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. Et cap. nono.
Euacuare aluum. Plin lib. 20. cap. 6.
Extrema aluus. Celſus, libro 2. cap. 8. i. id quod extremum excernitur.
Aluus plurimum negotij exhibet homini. Plin. libr. 26. ca. 8, Plurimum tamen homini negotij aluus exhibet, cuius cauſa maior pars mortalium viuit. Alias enim cibos non tranſmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit.
Exinaniri aluum. Plin. lib. 22 cap. 21, Et, ſi decocti ſuccus bibatur, efficaciſſimè exinaniri. Idem lib. 26. cap. 8.
Fertur aluus. Celſ. lib. 4. cap. 19. Vbi & liquida aluus, & ſæpiùs quàm ex conſuetudine fertur.
Firmare aluum. Plin. lib. 14. cap. 18. Thaſiam, vuam Aegyptus vocat apud ſe prædulcem, quæ ſoluit aluum. Eſt cõtrà in Lycia, quæ ſolutam firmat.
Fluit aluus. Celſ. lib. 4. cap. 19.
Aluo folia impoſuit, epiphoris, ſtranguriæ, & veſicę. Plin. li. 25. cap. 5.
Inanire aluum. Plin. lib. 20. cap. 3. Idem li. 24. cap. 16, Aluum inaniunt ex ſale & aceto ſumpta.
Inhibere aluum. Plin. lib. 19. cap. 8. de beta.
Inijcienda aluus eſt aqua. Celſus, lib. 2. ca. 12, Tum inijcienda aluus eſt, ſi leui medicina contenti ſumus, pura aqua: ſi paulò valentiori, mulſa: ſi reprimendi cauſa, ex verbenis.
Leuare aluum. Plin. libro 23. cap. 7. ad finem: Inuenio apud authores, ſiquis matutino ceraſa roſcida cum ſuis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur.
Aluus liquanda, interdum etiam dicenda, quibus extenuatum corpus incipit ſpiritum trahere commodiùs. Celſ. lib. 4. cap. 4.
Mollire aluum. Plin. lib. 20. cap. 9, Aluum modicè mollientem. Et lib. 22, cap. 21. Iucundiùs aluum molliri. Item li. 25. cap. 5, Datur ad leniter molliendum aluum.
Mouere aluum. Plin. lib. 20. cap 29. ad finem.
Aluum mouens vinum. Id eſt, quod aluum citat & mollit. Cato, cap. 115.
Purgare aluum. Plin. lib. 20. ca. 7, Idem ſuccus aluum purgat. Sic lib. 21. cap. 19. ad finem,
Reddere aluum cum multo ſpiritu. Celſ. libro 2. cap. 7. & cap. 23.
Siſtitur aluus ladano vtroq;. Plin lib. 26. cap. 8.
Aluum ſiſtere. Plin. lib. 20 cap. 6. Et cap. 7, Lactucæ copioſiores aluum ſoluunt, modicæ ſiſtunt. Ibidem: Milio ſiſtitur aluus.
Soluere aluum. Plinius libro 23. cap. octauo, Siliquę recentes ſtomacho inutiles, aluum ſoluunt: Eædem ſiccatæ ſiſtunt.

Subducere aluum. Celſ. lib. 3 cap. 4.
Subſtitit aluus. Celſ. lib. 6. cap. 11.
Subtrahere aluum. Celſus. lib. 3. cap. 4, Deinde eam materiam, quæ lædere videbatur, ducendo, ſæpius aluum ſubtrahebant.
Succurrere aluo. Plin. lib 20. cap. 23.
Supprimere aluum Celſus, lib. 4. cap. 19. Alia via eſt, vbi velis aluum ſupprimere.
Suppreſſa aluus. Celſ. lib. 2. cap. 12. Sic eodem lib. cap. 4. Aluus ex toto ſuppreſſa.
Trahere aluum. Plin. lib. 24. cap. 6. Idem lib. 25. cap. 5. Trahit aluum. & bilem, pituitasq;.
Turbare aluum. Plin, lib. 22. cap. vlt. de Euro.
Ex aluo matris natura profudit in oras luminis. Lucretius 5. 46.
In aluum congerit. Ouid. 6. 130.
Aluo in obliqua. Stat. Theb. 5. 111.
In aluum delabuntur cibi. Plin. lib. 11. cap. 37.
Soluendæ alui gratia. Plin. lib. 26. cap. octauo, Eſt & ſemen in vſu, cum melle decoctum ad catapotia, ſoluendæ alui gratia.
In aluo proficere. Plin. lib. 22. cap. vlt. de cicere & cicercula. Cicer, ſi largiùs ſumatur, aluus ſoluitur: Cicercula etiamnum magis in aluo proficit.
Per aluum purgari ſi libeat Plin. lib. 26. cap. 8.
Per aluum trahit bilem & pituitam. Plin. lib. 26. cap. 8.
¶ Aluus, *pro Excrementis alui.* Celſus, lib. 2. cap. 6. de indicijs mortis, Aluus quoq; varia peſtifera eſt. Paulò pòſt: Sed hæc quidem poteſt paulò diutiùs trahere. In precipiti verò iam eſſe denunciat, quæ liquida, eademq; vel nigra, vel pallida, vel pinguis eſt. Plin. lib. 21. cap. 18, Lilij radices è mulſo potæ, inutilem ſanguinem cum aluo trahunt. Idem lib. 24. cap. 6.
¶ Aluus, *pro alueo, id eſt, vaſe in quo apes mellificant.* Varro, 3. de Re ruſt. cap. 15, Aluos, vbi ſint, alij faciunt ex viminibus rotundas, alij è ligno ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferulis quadratas: longas pedes circiter ternos, latas pedem, ſed ita, vti quum par ſit, quà compleant, eas coanguſtent: ne in vaſto loco & inani deſpondeant animum. Hæc omnia vocant, à mellis alimonio, aluos: quas ideo videntur facere anguſtiſſimas, vt figuram imitentur earum.
Ab aluo caua fagi demiſſus exercitus. Claud. de Raptu Proſerpinæ, lib 2. 26. Loquitur de apibus.
Aluinus: qui aluo langueſcit. Plin. lib. 15. cap. 7. 6. Aduerſatur aluinis. Idem lib. 21. cap. 27. 1, Aluinis impoſita, multum prodeſſe dicitur.

## A M

Am.] Accuſatiua olim præpoſitio: nunc autem extra compoſitionem obſoleta. Priſcianus, lib. 14, Am, inquit, περὶ, Græcam præpoſitionem ſignificat: id eſt, Circùm. Feſtus: Am præpoſitio loquelaris, ſignificat Circùm. Varro: Am pro Cicùm ponere ſolebant: vt Cato in Originibus oratorum, Amterminum, id eſt, Circum terminum.
Ama.] Falx meſſoria, Sarculum: Item inſtrumentum foſſorium. Amatum meminit Vlpianus, in l, quæſitum eſt. D. inſtructo & inſtrumento legato.
Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo.] Vide Amo.
Amando.] Ablego, aliquò mitto, vt à me amoueam.
Amandatus ad aliam nutricem filius. Gellius, lib. 12. cap. 1. ad finem.
Amanuensis.] ſeruus, cuius opera & manu in ſcribendo vtimur. Sueton. in Nero. 44. Ne diſpenſatoribus quidem, aut amanuenſibus exceptis.
Amaracus, vel Amaracum.] Herba, quam Sampſuchum alias dicimus: vulgò Maiorana. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampſuchum ſiue Amaracum, in Cypro laudatiſſimum, & odoratiſſimum, ſcorpionibus aduerſatur ex aceto & ſale illitum.
Olens ſuaue amaracus. Catul. epig. 56,
Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci.
¶ Amaracinus: Qui ex amaraco factus eſt. Plinius libro 21. cap. 22. Vbi de Sampſucho, ſeu amaraco: Fit ex eo oleum, quod Sampſuchinum vocatur, aut amaracinum, ad excalefaciendos emolliendosq; neruos.
¶ Amaracinum: ſubſtantiuè vnguentum ex amaraco factum. Lucr. lib. 6. 95, Deniq; amaracinum fugitat ſus, & timet omne Vnguentum. Hinc eſt illud Gellij, ad finem totius operis: Vetus adagium, Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino ſui.
Amaranthus.] Flos, ab immortalitate nomen trahens. Plinius lib. 21. cap. octauo. Amarantho non dubiè vincimur. Eſt autem ſpica purpurea veriùs, quàm flos aliquis & ipſe

& ipſe ſinè odore: mirumque in eo, gaudere decerpi, & lætius renaſci. Prouenit Auguſto menſe: durat in Autumnum.

AMARVS.] Virg. 1 eclog. 16, Et ſalices carpetis amaras. Pli. lib. 12. cap. 9 2, Facilius noc, & cruſtoſius, amariusq;.

Amaros amores experiri. Virg eclog. 3. 22.

Apium amarum. Virg. 6. eclog 14.

Calices amariores ingerere. Catul. epig 24. 1.

Baccæ amaræ. Virg. 2 Georg. 18.

Caſus amari. Ouid. 5. Triſtium, 5. 3,
Fert tamen, vt debet, caſus patienter amaros.

Cortex amara. Virg. eclog. 6. 13.

Dicta amara. Ouid. 2. Triſtium, 11. 7.

Dies amara. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 3.

Fibræ amaræ Virg. 1. Georg.

Folia amara. Virg. 2. Georg. 63.

Fumus amarus. Virg. 12. Aene. 11. & 9. Ouid. in Ibin, 49.

Hiſtoria amara. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 18.

Hoſtis amarus. Virg. lib. 6.

Inulæ amaræ Hor. 2. Sermo. Saty. 8. 11.

Amari lacus, qui dicuntur in Aegypto. Vide Strab. lib. 17.

Lingua amara. Ouid. 2. de Remed. 31.

Luctus amari. Ouid. 14. Metam. 93.

Lues amara. Ouid. de Pulice, 1.

Monitus amarus. Ouid. 17. epiſt.

Meſſis amara. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.

Mors amara Propert lib. 1 eleg. 18 4.

Noctes amaras exercere. Propert lib. 1. eleg. 1. 7.

Os amarum dicitur Corn. Celſo, lib. 1. cap. 3. Quum amarorem quendam ſentimus.

Amara pericula Ponti Ouid. 5. Triſt. eleg. 2. 6.

Sales amari. Quint. lib. 10. cap. 1, In mentione Caſſij Seueri. Præterea, vt amari ſales, ita frequenter amaritudo ipſa radicula eſt.

Scripta amara. Ouid 4. de Ponto, eleg. 14. 14 8.

Sermo amarus Hor. 1, Serm. Saty. 7. 2.

Sonitus amarus Stat. 10 Theba. 110.

Succus amarus. Ouid. de Arte amandi, lib. 2. 67.

Vmbra noctis amarior. Tibul. lib. 2, eleg. 4. 3.

Amara curarum eluere. Horat 4. Carm. 12. 4.

Amara riſu lento temperare. Hor. 2. Carm. 16.

Amarus rumor. Virg. 4. Aen. 41.

Amara mulier. Terent. Hecyra, 4. 4. 88.

¶ Amareſco: Amarus fio. Palladius: Amygdalus ſi rodatur, amareſcit.

¶ Amarities: Idem quod Amoror. Catul. epigram. 63. 4 ad Mallium:
Multa ſatìs luſi: non eſt dea neſcia noſtri,
Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

¶ Amaritudo: Rei amaræ ſapor. Plin. lib. 11. cap. 37. 61, Ideò tantam habēt amaritudinem, vt à canibus non attingantur.

¶ Amaror: Idem quod Amaritudo. Virg. 2. Georg.
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.

Amaror tangit. Lucret. lib. 4. 46. Quum tuimur miſeri abſynthia, tangit amaror.

¶ Amarulentus: valde amarus. Per metaphoram, Animi dolor in inuidiam aut maleuolentiam exacerbatus. Gellius: Amarulentus librum maleuolentiſſimum cõſcripſit.

AMASIVS.] Amator. Plaut. in Caſina. 13. ad finem: Miſerrimum hunc hodie ego habeo amaſium. Gel. lib. 19. cap. 9. Audite, ac diſcite, noſtros quoq; antiquiores poetas amaſios ac venerios fuiſſe. Sic l. 7. c. 8. Amaſius delphinus.

AMBACTVS.] apud Ennium (inquit Feſtus) lingua Gallica ſignificat ſeruum. Cæſar 6. bel. Gal 61, Vt quiſque eſt genere copijsq; ampliſſimus: ita plurimos circùm ſe ambactos, clientesq; habet.

AMBAGES.] Verborum circuitus. Liu. 9 ab Vrbe, 57. Et vix pueris dignas ambages, ſenes & conſulares fallendæ fidei exquirere. Idem: Vbi quid vellet parens, quidve præciperet, tacitis ambagibus patuit. Plin. lib. 19. cap. 8. Sanguinarium illud reſponſum, hac facti ambage reddidit.

Ambages fallacioſæ. Gel lib. 14.

Flexa ambage. Stat. lib. 4. Theb. 129,
Labitur, & flexa dubios ambage reſoluit.

Ambage multiformi. Plin lib. 2. cap. 9, Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium. Idem lib. 19. cap. 8. & lib. 20. cap. 49.

Ambages obſcuræ. Ouid. in Ibin, 76. de Sphynge.

Nexæ. Stat. lib. 1. Theb. 98,
Aſtore quos nexis ambagibus augur Apollo.

Succinere ambages. Perſius Sat. 3. 2,
— quid iſtas Succinis ambages?

Ambage longa morari aliquem. Ouid. Metam. 105.
— ſinè vllo
Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos.



Ambage verborum obſcurum carmen magico demurmurat ore. Ouid. 14. Metam. 13. de Circe loquitur.

Horrendas canit ambages. Virg. de Sibylla, 6. Aene 20.

Miſſis ambigibus: longæ ambages. Virg. 1. Aene. Horat. 2. Serm. 5. 2.

Poſitis ambagibus, vera loqui. Ouid. 10. Metam, 14.

Non abdita ambage. Tacit. lib. 5. Vide ABDITVS.

Ambage remiſſa. Ouid. epiſt. 7. 30. Id eſt, miſſis ambagibus: Hos populos potiùs in dotem ambage remiſſa. Accipe.

Remota ambage Ouid. Faſt. 3. 68.

Per ambages tenere. Virg. 2. Georg. 9,
— non hîc te carmine ficto.
Atque per ambages, & longa exorſa tenebo. Quintil. 61. b, Nec diſcentem per ambages fatigabit.

Per ambages aliquid tegere. Liu lib. 1.

Ambage variarum viarum ducit in errorem. Ouid. 8. Meta. 33. de Dædalo.

Ambages æquoris remotæ: id eſt, longinquæ. Claud. Panegy. 5. 7.

Ambages tecti reſoluit. Virg. 6. Aene. 6. de Dædalo & Labyrintho.

¶ Ambagioſus. Gel. lib. 14. cap. 1, Non enim comprehenſa, inquit, neque definita, neque percepta dicunt: ſed lubrica atque ambagioſa coniectatione nitentes, inter falſa atque vera pedetentim, quaſi per tenebras ingredientes, eunt.

AMBARVALES.] Hoſtiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus ſacrificabantur: Feſtus Seruius: Ambaruale ſacrificium dicitur, quòd arua ambiat victima.

AMBEDO.] Ex Am, & Edo: id eſt, Circumedo. Plautus Merc. 5. 13,
Suæ vxoris dotem ambediſſe: oppidò mihi
Illud videri mirum: vt vna illæc capra
Vxoris ſimiæ dotem ambederit.

Ambeſus: participium. Virg. 3 Aene. 52,
Quam vos dira fames, noſtræq; iniuria cædis
Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas.

Ambeſa flammis robora Virg. 5. 149.

Ambeſum multo vulnere. Sen. in Hippo. 12. 23.

AMBEGNI.] Bos & Veruex appellabantur, quum ad eorum vtraq; latera agni in ſacrificium ducebantur Feſtus.

AMBIDENS.] Siue Bidens, ouis dicitur, quæ ſuperioribus & inferioribus eſt dentibus. Feſtus.

AMBIGO.] Dubito, Diſcors, ſum. Controuerto. Liu. 3. Decad. lib. 1, Regni certamine ambigebant fratres. Terentius Heaut. 3. 1, 88, Vicini noſtri hîc ambigunt de finibus.

Ambigere patriam. Tacit. lib. 5. Deuijs plerunque itineribus ambigens patriam & declinans. Hoc eſt, (vt opinor) ambiens, & non ingrediens.

Ambigere verbis. Liu. Et id, de quo verbis ambigebatur.

¶ Ambigitur: imperſonale. Plin, lib. 16. cap. 40. 11, De ipſo ſimulacro deæ ambigitur.

Ambigitur ſæua de morte. Stat. Theb. 12. 92.

¶ Ambiguus: dubius. Feſtus: Ambiguum eſt, quòd in ambas agi partes animo poteſt. Terentius:
Ambiguum hoc mihi iamdudum fuerat.

Ambiguus, *cum genitiuo*. Tacit. lib. 2. Annal. Ambiguus pudoris ac metus. Idem lib. 19. Futuri ambiguus. Rurſum, li. 20, Conſilij ambiguus.

Ambiguus imperandi. Tacit. lib. 1. Annal. Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Republica, & ambiguus imperandi. Hoc eſt, incertus an imperare deberet.

Ambiguus vitæ iacuit. Claud. in Eutrop. 1. 10.

Ambiguis alis volare. Seneca. in Hippo. 11. 4.
Volat ambiguis mobilis alis. Horat.

Ambiguæ aquæ: id eſt, diuerſa natura præditæ. Ouid. 15. Metam. 67.
Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixère priores.
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Ambiguis dictis animi ſententia prætentanda mihi erat. Ouid. de Byblide, 9. Metam. 118.

Domus ambigua. Vir. Aen. 133, Quippe domum timet ambiguam. Vbi Seruius: Domum ambiguam, in qua habitat mutabilis fœmina. Errore ambiguo. Stat. Theb. 5 88.

Fauor ambiguus. Liu. 3. Decad. lib 1. Per ambiguum fauorem haud dubiè gratiam victoris ſpectantes.

Fidei ambiguæ vir: id eſt, lubricæ, qui ſe modò huc, modò illuc inclinat Liu. bel. Pun. 206.

Ambigua fides. Liu. 6. ab Vrbe, 7, Per annos propè centum nunquam ambigua fide in Amicitia populi Romani fuerant. Ouid. 2. Amorum, eleg. 9. 10.

Ambiguus hæres tanti certaminis, Ouid 3. Metam. 26.

Infans ambiguus. Senec. in Hip. 5. 21. Minotaurũ intelligit.

Ingenium ambigum. Plin. epiſt. 67. a, Erat puer acris ingenij, ſed ambigui.

Iter

Iter ambiguum. Perſ. Satyr. 5.
Labor ambiguus ignotæ ſortis: id, dubij exitus. Seneca in Hipp. 7. 2.
Lapſu ambiguo refluitq;, fluitq; Ouidius de Mæandro fluuio Phrygiæ, 8. Metam. 33.
Ambigui mares. Claud. in Eutrop. lib. 1. 93.
Eunuchi veſtros habitus, inſignia ſumunt
Ambigui Romana mares.
Ambiguus modò fœmina. Oui. 4. Metamorph. 56. de Scythone.
Proles ambigua. Virg. 3. Aene. 36.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parentes.
Seruius: Ambiguam, Non incertam, ſed duplicem. vt in ſequentibus probat, dicens, Geminosq; parentes.
Protheus ambiguus. Ouid. 2. Metam. 2. Quia in varias ſe mutat formas, modò leonis, modò aquæ, modò ignis.
Senſu ambiguo. Claud. in Ruffinum, 1. 4.
Vates ambiguus, id eſt, qui rem obſcuris verbis inuoluit. Sil. Ital. 7. 88.
Ambiguæ captos virginis ore viros. Ouidius, 3. Amorum eleg. 11. 6.
Verba ambigua perplexa voce iacis. Seneca in Hipp. 5. 10.
Voces ambiguas in vulgum ſpargere cœpit Vlyſſes. Virgilius 2. Aene. 20.
Vultu ambiguo. Hor. 2. Carm. Ode 5. 5.
¶ Ambiguum, ſubſtantiuè. Virg. 5. Aen. 66.
Tranſeat elapſus prior, ambiguumq; relinquat.
Vbi Seruius: Ambiguum, minus firmum ad celeritatem.
Amiguum eſt. Ouid. 1. Metam. 154.
Ambiguum eſt, Clymene precibus Phaetontis, an ira
Mota magis dicti ſibi criminis.
In ambiguo eſſe Tacit in vita Agricolæ: Non ſanè alias exercitatior, magisq; in ambiguo Britannia fuit. Hoc eſt, in maiore defectionis, & rebellionis periculo.
In ambiguo ſeruat. Hor. 1. Epiſt. 17. 6.
In ambiguo verbum relinquere. Lucr. 4. 229.
¶ Ambiguitas: dicitur quum de re aliqua ambigitur.
Ambiguitates exquiſitæ. Quint. lib. 1. cap. 10. 4.
Ambiguitatem explicare. Quint. lib. 3. cap. 6. 32.
Ambiguitatem ſoluere. Quint. lib. 7. cap. 3. 38.
¶ Ambiguè: dubiè.
Ambiguè agere. Tacit. lib. 19.
Ambiguè certare. Tacit. lib. 21. Hoc eſt, varia fortuna.
Ambiguè dictum. Horat in Arte poet. 91.
AMBIO.] Ex Am, & Eo, ſignificat vndiq; cingere, circumdare Virg. 10. Aen.
Atque oras ambijt auro. De veſtimento loquitur.
Ambire maximo circulo. Plin. lib. 2. cap. 8. 4.
Ambit terram aquis Oceanus. Ouid. 5. Faſt. 17.
Ambire nexibus. Ouid. 15. Metam. 132.
Ambire littora natatu. Stat. 3. Sylu. 2. 4.
Ambire torrentibus. Virg. Aene. 6.
Ambibat fundamina Siculæ terræ. Ouid. 5. Metam. 73.
¶ Ambire: Ambitionibus appetere, vt ait Nonius. Virg. 4. Aeneid. 57.
— quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? Vbi Seruius: Ambire, blanditijs circumuenire.
Ego ambio: ego periclitor. Plin. Epiſt. 6. lib. 6.
Ambire palam hiſtrionibus. Plaut. Amphit. 3. 69.
Ambit vocibus varijs: id eſt, ambitioſè circumuenit. Valer. Argonaut. lib. 7. 52.
¶ Ambire: pro Cupere. Stat. 2. Sylu. 51.
— hunc ipſe choro plaudente Philetas.
Callimachusq; ſenex, Vmbroq; Propertius antro,
Ambiſſent laudare diem.
Ambit vitulam mater: pro affectatur, & ſtudioſè comit. Claudian. lib. 1. de rapt. Proſerp. 26.
Ambitu[illegible]enis auguſtior infans. Claudianus, Panegy. 7. 31. de Honorio Aug.
Ambitio: Ipſa actio ambientis, ait Feſtus.
Ambitio & Ambitus differũt, Valla: Ambitio in animo eſt: Ambitus in actu. Nam qui præter modum cupit, aut honores, aut laudem, ambitione peccat: Qui verò elargitur pecuniam ſuam, aut populo muneribus ludisque blanditur, aut cæteris artibus, quæ legitimè non ſunt, ad publicos honores tendit, ambitum committit. Nonnunquam Ambitus, pro affectu Ambitionis accipitur, apud Quintilianum, ſiue pro Spe quadam fauoris, & quaſi captatione miſericordiæ. vt: Si iuuenis innocentiſſimus, Iudices, vti vellet ambitu triſtiſſimæ calamitatis, poterat allegare vobis am[illegible]ſam cum oculis cogitationum omnium temeritatem.
Ambitio nutrix auaritiæ. Claud. lib. 2. Paneg. 23.
Ambitio cretata. Perſius, Sat. 5. 18.
Ius habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? Candidatos deridet, id eſt, honorum & magiſtratuum petitores: qui in veſte candida populi ſuffragia non ſine adulatione ambiebant.
Impatiens. Stat. lib. 1. Theb.
Demens Claudianus.
Impotens. Seneca in Thyeſte, 4. 3.
Leuis. Ouid. Faſt. 61.
Miſera grauiq; ſolutus. Horat. 1. Serm. 6. 26.
Praua. Horat. 1. Sermo. Saty. 6. 11.
Solicita. Ouid. lib. 4. Triſt.
Ambitione mortis. Claud. epigram. 22. 33.
Ambitio exarſerat. Liu. 4. Decad. lib. 5. In exitu iam annus erat, & ambitio magis, quàm vnquã alias, exarſerat, Conſularibus comitijs.
Ambitionis manifeſtus aliquis. Tacit. lib. 14. Magna dum vixit ſeueritatis fama ſupremis teſtamenti verbis ambitionis manifeſtus.
Ambitione inani pectus caret. Horat. 2. epiſt. 2. 43.
Ambitione relegata dicere poſſum: Id eſt, ſine ambitione. Horat. Serm. 1. Sat. 10. 17.
¶ Ambitio, etiam obſequium glorioſum ſignificat. Sueton. in Othone: Nullo officij aut ambitionis in quenquam genere omiſſo. Budæus.
¶ Ambitio extimæ cutis. Sol. cap. 48. pro circuitione extimæ cutis, & cap. 35. Alueos circundant ambitione tergorum bubulorum: id eſt, tegmine ambiente.
¶ Ambitioſus. Plin. lib. 5. cap. 15. 1. de Iordane loquens: Amnis amœnus, &, quantum locorum ſitus patitur, ambitioſus, Id eſt, magni ambitus ſiue multa ambiens.
Ambitioſus, *ambitione laborans*. Horat. 2. Serm. Sat. 3. 33.
— verùm ambitioſus & audax.
Atria ambitioſa. Mart. lib. 12. 63. ad Clientes: Atria ſi ſapias, ambitioſa colas. Ibidẽ 65. Et caſa diuitijs ambitioſa latet.
Amor ambitioſus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4. in fine.
Ars ambitioſa. Plin. lib. 29. ca. 1. 19. de arte medica loquitur.
Colus ambitioſa. Claud. in Paneg. 7. 119.
Decreta ambitioſa vocantur, quæ per gratiam & fauorem facta ſunt Vlpian. de Decretis ab ordine faciendis. lib. 50. Pand. Ambitioſa decreta Decurionum reſcindi debent.
Diligentia ambitioſa. Vlpian. l. Si bene collocatæ. De vſu & fruct. lib. 22. Pandect. Nam inter inſolentiam curioſam, & diligentiam non ambitioſam, multum intereſt. Diligentia non ambitioſa, eſt iuſta & accurata, nec nimia, nec affectata, nec famæ aucupatrix. Budæus
Feſtinatio ambitioſa. Quint. lib. cap. 4. 17.
Gloria ambitioſa Stat. Theb. 6. 87.
Horror ambitioſus. Ouid. 8, Meta. 65.
Iudex ambitioſus: id eſt, gratiæ aucupator. Liu. 4, Decad. libro 9.
Ambitioſa ornamenta recidet. Horat. in Arte poetica, 90. De verſibus loquitur.
Ambitioſus pauper. Quint. lib. 2. cap. 4.
Sententiæ ambitioſæ: id eſt, per gratiam & fauorem latæ. Sueton. in Domit.
Ambitioſus in malis. Quint. lib. 6. Non ſum ambitioſus in malis, nec lacrymarum augere cauſas volo. Ouid. 3. de Ponto: Pro noſtris vt ſit ambitioſa malis.
Ambitioſus in laude. Mart. lib. 1. 60.
¶ Ambitioſum, *etiam Enixum dicunt, & Affectatum, id eſt, Ingenii ſtudio factum*. Tacit. lib. 12. de Othone loquens: Ambitioſis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum.
Ambitioſa: *Superflua*. Quint. lib. 1 cap. 3, Si tamen ambitioſis vtilia præferet. Idem lib. 6. cap. 5, Quidam litigatoribus ſuis illum modò ambitioſum declamandi ſudorem præſtitiſſe contenti.
Ambitioſior hederis. Horat. Carm. 37. 4.
— nec Damalis nouo
Diuellatur adultero,
Laſciuis hederis ambitioſior. Id eſt, Arctiùs ambiens & lacertis amplectens adulterum, quàm hederæ arborem cui adhærent.
¶ Ambitioſè. Per ambitionem. Liuius 1. ab Vrbe, 167. Iſque primus & petiiſſe ambitioſè regnum, & orationem dicitur habuiſſe.
Ambitioſè fouere aliquem. Liu.
Ambitioſiſſimè petere prouinciam. Quint. lib. 6 cap. 3. 47.
Ambitioſè triſtis. Martial. lib. 1. 29. Si quis tamen tam ambitioſè triſtis eſt, vt apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas ſit.
¶ Ambitus, participium: *Circundatus*. Ouid. 1. Metam. Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.
Ambitos honores à Principe. Claud. in Ruff. 1. 36.
¶ Ambitus: Varro 4. de Ling. Lat. Ambitus, Circuitus, ab eo, XII tab interpretes, ambitum parietis, circuitum eſſe deſcribunt. Feſtus. Ambitus propriè dicitur circuitus ædificiorum,

ficiorum, pares in latitudinem pedes duos, & ſemiſſem, in longitudine idem quod ædificium. Sed & eodem vocabulo affectati honoris crimen appellatur, à circumeundo, ſupplicandoq;. Hactenus Feſtus. Lucan lib. 1.

—læthaliſq; ambitus vrbi,
Annua vænali referens certamina campo.

Ambitus aquæ. Horat de arte poët. 4.

Mol i ambitu omenta pingues viſcerum obtendunt ſinus. Senec. in Oedip. 4. 16.

Ambitus nauigationis. Quint. lib. 10. 30.

Ambitus nominum. Plin. lib 15. cap. 30.

Amb tus verborum. Colum. lib. 2. cap. 2.

¶ Ambitus. *pro Aucupatione gratiæ, & vitioſa emerendæ famæ cupiditate.* Quint. lib 4. Eſt enim, inquit, nonnunquam prauis iudicibus hic ambitus aduerſus amicos. Idem li. 11 Summouendum verò eſt vtrumq; ambitus genus: vel potentibus contra humiles venditandi operam ſuam, vel illud etiam iactantius, minores vtiq; contra dignitatem attollêdi. Idem lib. 6. Facere ambitum. Feſtus: Affectati honoris crimen approbatur, ambitus, à circumeundo ſupplicandoque.

Ambitus acrior. Tacit. lib. 14.

Ambitu petere. Seneca in Medea. 6. 5,

—ſegnis hic ibit dies
tanto petitus ambitu, tanto datus?

Ambo.] Nomen eſt collectiuum Vterq; & Ambo differũt. Vtrumque feciſſe dicimus, ſi & hic & ille fecerit diuiſim. Ambos feciſſe dicimus, ſi duo coniunctim aliquid fecerint. Terent. in Prolog. And. 10, Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit Idem Heaut 1. 1. 67, Ambo accuſandi eſtis. Idem Vnà ambo abierunt foras. Liu. 1. ab Vrbe. 179, Ambo ſe foras eijciunt.

Ambo, *accuſatiuus.* Horat. 2. Serm. Satyr. 3,

Præterea ne vos titillet gloria, iure
Iurando obſtringam ambo. Plaut Rud. 19. 7.
Iube dum recedere iſtos ambo illuc modò.

Ambo iter peragunt. Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 20.

Ambo conuenimus. Virg eclog. 5. 1.

Ambo florentes ætatibus. Virg. eclog. 7. 1.

Ambæ vnà feruntur iunctis frontibus. Virg. 5. Aeneid. 32 de Centauro & Priſti nauibus loquens.

Ambas buccas iratus inflat. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 5.

Ambas palmas ad cœlum tendit. Virg 10 Aen. 167.

Ambrices.] Tegulæ, quæ tranſuerſæ, aſſeribus & tegulis interponuntur. Feſtus.

Ambrosia.] herba, quam alij Botrym, alij Artemiſiam vocant. Plin lib. 27. cap. 4. Poetæ fabulantur, Ambroſiam appellari cibum deorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11, 3,

Nectar & Ambroſiam latices epulaſq; deorum.

¶ Ambroſia: nomen Antidoti, quod Zopirus Ptolemæo regi compoſuit. Cornel. Celſ. lib. 5. cap. 23.

Ambroſia dulci dulcius. Catul epigram 94.

Ambroſio ſinu puerum complexa Claud. Epithal. 22.

Ambroſia ſ lubr. s Virg. 12 Aeneid. 84,

Ambr ſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.

¶ Ambroſius: ex ambroſia, vel ad ambroſiam pertinens. Martial. l. b. 4 8.

Temperat ambroſias quum tua cura dapes. Virgil. 1. Aen Ambroſiæq; comæ. Vbi Seruius: Ambroſiæ comæ, aut deo um vnguento oblitæ, hoc eſt, ambroſia: aut certè abuſiuè dixit, diuinæ comæ.

Ambroſius ſuccus. Sil Ital 7. 42. Colum. lib. 10 cap 39.

Ambroſio liquore membra ſpargit. Stat. libro 9. Thebaid. 147.

¶ Ambroſiacus. Plin. lib. 14. cap. 3. 4. Sed ſunt etiamnum inſignes, vua non vino ambroſiaca, duracina.

Ambubaiae] ſunt (Porphyrione authore) mulieres vagæ ac viles: quibus nomen hoc caſu vanorum, & ebrietate balbutientium verborum, videtur eſſe inditum. Acron verò ſic: Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicinæ, lingua Syrorum. Etenim lingua eorum, tibia, ſiue ſymphonia, ambubaia dicitur. Alij dictas putant, quòd Am, id eſt, circùm Baias, locum amœniſſimum, & voluptatibus plenum, verſarentur. Sueton in Nerone, cap. 27. Inter ſcortorum totius vrbis ambubaiarumque miniſteria. Horat. 1. Serm. Satyr 2. 1,

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, b ltrones, hoc genus omne.

Ambulo.] Ab Ambio deducitur; quod eſt Circuire. Significat autem huc atque illuc ire: pr priè tamen exercitationis, aut animi cauſa. Plautus Menæch. 8. 4, Conuiuæ ambulant ante oſtium. Idem Merc 3. 96, Sed dum in porticu ibi ambulo.

Ambulare: *Ire, Gradi, Incedere.* Plin li. 10. cap. 65, Mures Aegypti bipedes ambulant, ceu Alpini. Plaut. Bacchid Cum illa neq; cubat, neq; ambulat.

Ambulare pedibus. Plaut. Truc. 10. 47.

Ambulare paſſus quingentos. Plin. lib. 20 cap. 2.

Ambulant aues. Plin. lib. 10 cap. 30, Ambulant aliquæ, vt cornices: ſaliunt aliquæ, vt paſſeres, merulæ, &c.

Ambulant naues. Cato, de re Ruſt.

Ambulat demiſſis tunicis. Horat. 1. Ser. Satyr 2. 5.

Ambulat libera per tutas vias. Ouid. 1. Faſt. 25. de Pace loquitur.

Ambulet ante noctem cum facibus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 11.

Ambulans fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9.

Ambulat erecto pectore. Claud. in Eutrop. 1. 61.

Ambulare ſuperbum. Horat. Epod. 4. 1,

Licèt ſuperbus ambulet pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Ambulare in ius. Plaut Rud. 20. 22, Ambula in ius Terent. Phorm. 5. 8. In ius ambula. Vbi Donatus: Ad iudicem eamus, ſcilicet: nam Ius, pro loco eſt.

Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. lib. 10. cap. 50. 1. Quaſi dicat, peruagatum eſt, vtpote in legibus paſſim repetitum.

¶ Ambulari, paſſiuum in tertijs perſonis Plin. lib. 23. cap. 14, Si ſtatim bina ſtadia ambulentur.

¶ Ambulans cœna. Martial. lib. 7 47,

Pro menſis habet Annius miniſtros;
Tranſcurrunt gabatæ, volantq; lances.
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

¶ Ambulatio. Plin. lib. 11. cap. 53. 6, Ideò Athletas malunt cibos ambulatione perficere.

Ambulatio plana, non vtiq; commodior eſt. Siquidem melius aſcenſus & deſcenſus cum quadam varietate corpus moueat. Celſ. lib. 1. cap. 2.

Ambulatio recta melior, quàm flexuoſa Celſ lib. 1. cap. 2.

Ambulatio: *Locus ad ambulandum; idem quod Ambulacrum.* Vitruuius, lib. 5. cap. 9; Circa theatra ſunt porticus & ambulationes: quæ videntur ita oportere collocari. Colum. lib. 1. cap. 6, Ambulationes meridiano æquinoctiali ſubiectæ ſint; & vt hyeme plurimum ſolis, & æſtate minimum recipiant.

¶ Ambulator: Qui huc & illuc ſæpè ambulat. Cato cap. 5. 1, Villicus ne ſit ambulator. Colum. lib. 1. cap 8. 5, Villicus enim (quod ait Cato) ambulator eſſe non debet.

¶ Ambulatrix. Cato cap. 143 de villicæ officio loquens: Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix ſiet.

¶ Ambulatorius. Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas: vt meminit Vegetius. Hirtius de bello Alexandrino, lib. 4. 10, Præterea ambulatorias totidem tabulatorum confixerant. Sub. turres.

Ambulatorium operculum. Plinius libro 21. cap. 14. 2. de aluearijs loquẽs: id eſt, quod facile huc & illuc moueatur.

¶ Ambulacrum: Locus in ædificijs ad deambulandum accommmodatus. Feſtus: Ambulacra, ambulationes. Plaut. Moſtel 9. 60,

—gynæceum ædificare vult hic in ſuis,
Et balneas, & ambulacrum, & porticum. Gell lib. 1. cap. 2. Propulſabamus caloris incommoda, lucorum vmbra ingentium, longis ambulacr s & mollibus ædium poſticum refrigerantibus lauacris nitidis.

¶ Ambulatilis. Ambulatiles funduli, Vitru lib. 10. cap. 1. 13.

Amburbale, vel *Amburbium.*] dicitur ſacrificium, quo vrbem circuit & ambit victima: vt ait Seruius in eclog. 3. 36, Feſtus verò: Amburbiales (inquit) hoſtiæ dicebantur, quæ circùm terminos vrbis ducebantur.

Amburo.] Circumuro. Plaut. Epid. 14. 9, Quaquà tangit, omne amburit. Plin lib. 10. cap. 33. 4, Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti morbis medentur.

¶ Ambuſtus: inquit Feſtus, Circumuſtus.

Ambuſta iuga taurorum. Claud. de bell Getico, 5.

Ambuſta ſude truncus. Seneca in Hippol. 10. 22.

Ambuſta feruoribus Ariana regio Plin. lib. 6. cap. 23.

Ambuſtus fulminibus Plin. Epiſt. 11 lib. 3.

Ambuſta lumina pruinis. Valer. Argon. libro 4. 14. de Prometheo.

Ambuſto aggere flagrantis ripæ. Claud. in Ruff. 23.

Ambuſta aquis, ſi ſtatim ouo occupentur, puſtulas non ſentiunt Plin lib 29. cap 3.

Ambuſtus ſonipes. Claud. Paneg. 4. 69.

Ambuſta illinere Plin. lib. 24 cap. 10.

Ambuſtis illinitur cruda cannabis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Ambuſtis oſſibus arua premit. Iliaca. Ouid. ad Liuiam, 87 de Achille.

Ambuſta igni vel frigore. Plin. lib. 24 cap. 8.

¶ Ambuſtio. Plin. lib. 23. cap. 4, Myrteum oleum medetur eruptionibus, & ambuſtionibus.

AMECVM & *Amecam.*] pro amico & amica, antiqui dicebant. Labericus in lacu Auerno mulierem fuiſſe amecabundam ſcripſit: Hoc eſt, amantem Nonius. Feſtus: Ab antiquis Ameci, & Amecæ, per E literam efferebantur.

AMENS.] Qui à mente ſua diſceſſit: vt ait Varro, de Ling. Lat. lib. 5. Terent. Andr. 1. 3. 13, Nam inceptio eſt amentium, haud amantium.

Amens animi. Virg. 4. Aeneid. 41.

Amens dolore ſemianimis procubuit. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 19.

Amenti furore cæca. Catull. in Argonaut. 30.

Amens metus incubat. Lucan. 1. 6.

Amens terror. Claudian in Ruffinum, 52.

¶ Amentia. Amentia grauis Ouid. 5. Metam. 105.

Amentia verſat. Horat. Serm. 2. Satyr. 3. 50,

Ludere par impar; equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum, amentia verſet.

AMENTVM.] Lorum, quo aliquid retinetur, aut ligatum eſt. Plin. lib. 34. cap. 6. 7, Corneliæ, Gracchorum matri, ſedens poſita ſtatua eſt, ſoleisq; ſine amento inſignis. Feſtus: Amenta, inquit, ſunt, quibus, vt mitti poſſint, vinciuntur iacula, ſiue ſolearum lora, ex Græco, quod eſt [illegible], ſic appellata: vel, quia aptantes ea ad mentum trahunt. Seruius: Amentum eſt lorum, quo media haſta religatur & iacitur. Virg. 9. Aeneid.

Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.

Liu. 7. bell. Maced. 168. Et iaculorum amenta emollierat. Plin. lib. 7. cap. 56. Iaculum cum amento ferunt inueniſſe Aetolum Martis filium.

Amentum digitis tende prioribus, & totis iaculum dirige viribus. Seneca in Hippol. 6. 16.

¶ Amento. Lucanus: Iaculum amentauit, habena, aut iaculum amentatum contorſit: aut, vt torqueret, muniuit amento, quaſi habena.

AMES.] Feſtus: Amites, perticæ aucupales. Horatius in Epod. 2. 7,

Aut amite leui rara tendit retia. Amites, (inquit Porphyrio) hodieq; appellantur, furculæ, quibus retia in venatione vel in aucupio ſuſpenduntur. Palladius, lib. 10. cap. 12, Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ, cæteraq; inſtrumenta capturæ. Idem lib. 7. cap. 2.

AMETHYSTVS.] gemma, quæ purpurea eſt, & colore violæ. Cauſam nominis (inquit Plin. lib. 37. cap. 9. 4.) afferūt, quòd vſque ad vini colorem accedens, priùs quàm eum deguſtet, in violam deſinit, fulgorque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens.

Amethyſtus, vuæ genus. Colum. lib. 3. cap. 2.

Amethyſtus purpureus. Ouid. 3. de Arte amand. 37.

¶ Amethyſtinatus: nomen duriuſcule deriuatum ab Amethyſtinus. Martial. in fictum diuitem:

Hic; quem videtis greſſibus vagis lentum,
Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta. Hominem dicit amethyſtino colore ornatum.

¶ Amethyſtinus. Iuuenal. Satyr. 7. 14, Vendunt amethyſtina, id eſt, veſtes ex colore amethyſtino. Hoc autem dicit: Ideo purpurati, aut amethyſtinati incedunt cauſidici, vt ſuas operas cariùs vendant.

Amethyſtinus color. Plin. lib. 21. cap. 8, Amethyſtinum colorem dicimus, qui in viola micat, & ipſe in purpureum.

¶ Amethyſtizontes carbunculi: hoc eſt, quorum extremus igniculus in amethyſti violam exit. Plin. lib, 37. cap. 7.

AMICABILIS: *Amicè.*] Vide AMICVS.

AMICINVM.] Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Feſtus.

AMICIO.] Veſtio, Operio. Horat. Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Sueton. in Veſpaſ. cap. 20, Dum ſalutabatur, & calceabat ipſe ſeſe, & amiciebat.

Amicibor, vetuſtè dictum, pro Amiciar Plaut. Perſa. 9. 5.

Subnixus alis me inferam atq; amicibor glorioſe.

Amicitur in fuluis alis Ouid. 5. Metam. 110.

Amicitur vitibus vlnus. Ouid de Ponto, 3. eleg. 8. 3.

Amicitur chartis. Horat. 2. Epiſt. 1. in fine.

¶ Amictus: participium, idem quod Veſtitus vel Opertus. Horat. 1. Carm. 6.

Nube candente humeros amictus.

Amicta oſſa lurida pelle. Horat Epod. 17. 5.

Amicta loca niue. Catull de Berecynthia & Aty. 58. 14.

Amicta vitibus vlmus. Horat. 1. Epiſt. 17. 1.

¶ Amiculatus. Indutus. Sol. cap. 65. Pars nudi, pars obſcœna tantùm amiculati.

¶ Amictus: quicquid, quo quis ſuperamictus, ſiue opertus eſt. Tibullus: Fruſtrà iam veſtes, fruſtrà mutantur amictus.

Aurato amictu velatur. Ouid. 14. Metam. 53.

Croceo amictu velatus Hymenæus. Ouid. 10. Metam. 1.

Amictus duplex Virg. 5. Aeneid. Hęc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum.

Amictus ferrugineus. Claud. de rapt. Proſerp. lib. 2. 55.

Glauco amictu caput contexit. Virg. Aen. 12. 176.

Lineus amictus. Tacit. lib. 10.

Multo amictu nebulæ circumfudit dea gradientes. Virgil. Aeneid. 1. 83.

Perlucenti amictu. Ouid. 4. Metam. 63.

Purpureus amictus. Horat. 1. Epiſt. 18. 6.

Sordidus amictus. Virg. 6. Aeneid 60.

Amictus laceſſere ſummos. Stat. 2. Sylu. 1. 40.

Lapſus ex humeris amictus. Ouid 3. de Arte amand. 54.

Madido amictu oneratus. Claud. de bell. Get. 71.

Refugo amictu palleſcit nox afflata totis coruſcis. Claud. Epig. 3. 2.

Plebeio amictu tectus. Lucan. lib 3. 4.

Tenues amictus laniauit. Ouid. 4. Metam. 21.

Deponere amictus. Iuuen 1. Satyr. 15.

Amictu erepto nuda. Propertius, lib 2. eleg. 1. 3.

Amictu euitare tela alicuius. Prouerbiali figura dictum eſt à Catullo:

Contra nos tela iſta tua euitamus amictu. Hoc eſt, Non armis, non clypeo; ſed facile depellimus, non ſecus, quàm muſcarum inſultus.

Græci amictus exoluerunt. Tacit. lib. 14.

Amictu fœmineo velauit. Stat. Achil. 2. 66.

Amictus: *pro modo & ratione veſtiendi corporis & decore veſtitus.* Quintil. lib. 11. cap. vlt. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Iterum: & negligentior amictus, & ſoluta ac velut labens vndiq; toga.

¶ Amiculum. Feſtus: Amiculū genus veſtimēti, à circumiectu dictum. Liu. 8. bell Pun. 18, Reginæ pallam pictam cū amiculo purpureo. Curtius, lib. 5, Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: deinde ſumma quæque amicula exſuunt, paulatimque pudorem profanant: ad vltimum ima corporum velamenta proijciunt.

AMICA.] Quam quis amat inhoneſtè. Horatius in prima epiſt. Vt nox longa, quibus mentitur amica. Terent. Andr. 1. 3. 11. Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt.

Culta amica. Ouid. de Arte, 2. 35.

Dura. Ouid. 1. Amorum, eleg 9. 5.

Fallax. Ouid. 2. Amorum:

Nec modo decipiant voces fallacis amicæ.

Formoſa. Ouid. Faſt. 5. 68.

Magna Iuuenal. Satyr. 4.

Mollis. Ouid. epiſt. 3. 23.

Tenera Ouid. 1. de Arte.

Amicæ venales ad munus. Propert. 2. eleg. 17. 5.

¶ Amicula diminutiuum. Plin. Iunior, lib 3. epiſt. 9, Miſerat etiam epiſtolas Romam, ad amiculam quandam.

AMICVS.] Paulus Iuriſc. Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos; ſed quibus fuerint iura cum patref. honeſtis familiaritatis quæſita rationibus.

Amicus æquæuus. Virgil. 5. Aeneid. 90.

Bonus. Tacit. lib 20, Nullum maius boni imperij inſtrumentum, quàm bonos amicos.

Chari amici. Horat. 4. ode 9. 11.

Diſcolor amicus infido ſcurræ. Horat 1. epiſt. 19. 1.

Dulcis amicus. Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 14.

Fidus amicus. Horat. lib. 1. Epiſt.

—ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foràs eliminet.

Amico Hercule diues Horat. 2. Serm. Satyr. 6. 3.

Inops amicus. Perſius, Satyr. 6. 3.

Iucundus Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 19.

Lector. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 1.

Purus. Horat 1. Serm. Satyr. 6. 14.

Sterilis. Iuuenal. Satyr. 12. 10.

Tenuis. Ouid. ad Piſonem. 24,

Rara domus tenuem non aſpernatur amicum.

Verus amicus eſt tanquam alter idem. Horat. in Arte, 86.

Amici propioris munere fungi. Horat. 1. Epiſt. 9. 1.

Amici lugentis cauſam plorare. Iuuenal. Satyr 15. 14.

Remanens amicus in duris rebus, Ouid. 1. Triſt eleg. 8. 5.

Rodere amicum abſentem Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 17.

Spoliari amicis charis Claud. Epig 1. 5.

¶ Amicus: *adiectiuum.* Cæſar. 2. bell. Ciuil. 72, Quas Cæſar eſſe amicas ciuitates arbitrabatur. id eſt, amicitia coniunctas.

Amicas vires acquirit bello: id eſt, amicorum vires Ouid. 7. Metam. 92.

¶ Amicus, *ſi cum re inanimata iungitur ſignificat vtilem vel gratum.* Virg 2. Aen. Tacitæ per amica ſilentia lunæ. Vbi Seruius: Amica, Sibi grata.

Amica quies: Grata, iucunda, placida. Ouid.

Amicum

Amicum dijs: Quod placet diis Horat.2.Carm.17.1.
Amicus Muſis. Horat.1.Carm.26.1.
Amicum agmen: id eſt, amicorum. Ouid.1.Epiſt.10.
Animus amicus. Terent. Hecyra. 3.3.29. Horat.4. Carm. ode 7.4.
Aruum amicum Ouid de Ponto 5.eleg.15.5.
Aures amicæ Horat.in Carm.ſec.15.
Dictis fatur amicis. Virg.2.Aen.30.
Manus amica. Ouid.Epiſt.10.25.
Numen malè amicum. Virg.2.Aen.146.
Opes amicæ. Virg.5. Aen.
Portus amicos intramus. Virg.6.Aen.12.
Leuant pondus amicum. Stat.10.Thebaid.75.
Quies amica. Claud in præfat.3.libri,1.
Sydus apparere amicum. Horat Epod.10 2.
Tempus agere amicum. Horat 3.Carm.6.9.
Tempus fraudibus amicum. Stat Syl.5.2.8.
Vento amico nauem ferri. Ouid.2.Triſt.Eleg.4.4.
Vultu amico promittere ſpem. Ouid.3.Metam.9.2.
Vultus amicos veneratur. Claud.Paneg.8.27.
¶ Amicior: comparatiuus.
Amicior vndis fraxinus. Stat.9.Thebaid.99.
¶ Amiciſſimus. Cæſar,8. bell.Gall. 156. Epaſnactus Aruernus, amiciſſimus Popul.Rom.
¶ Amiculus: diminutiuum. Horat.1.Epiſt.18.1, Diſce docendus adhuc, quid cenſet amiculus.
Amiculus dulcis. Catul. ad Alphenum, 28.1,
Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi.
¶ Amiciter: pro amicè. Plaut. Perſa, 7.3. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam. Danunt argenti minuti.
¶ Amicabilis: id eſt amica. Plaut. Mil.16.8, Vos modò porrò, vt occœpiſtis, operam date amicabilē. Vlpian.in l.Idemq;. Mandati, vel contrà, lib 17.Pandect. Et eſt verum eum, qui non animo procuratoris interuenit, ſed affectionem amicabilem promiſit in commonendis procuratoribus & actoribus, mandati non teneri.
¶ Amico. Stat. Thebaid 3 9.4, Ac prior Aeclides ſolita prece numen amicat. Id eſt, amicum ſibi facit, propiciat, placat, conci iat.
¶ Amicitia. Amicitiai, pro Amicitiæ, genitiuo vſus eſt Lucret lib.3.117,
Hunc vexare pudorē, hūc vincula amicitiai Rumpere.
Amicitia adiutrix virtutum.
Amicitia, *etiam inter res inanimas.* Plin.lib.19 cap.8.26, Amicitia eſt rutæ cum fico Idem in prooemio libri 20. Odia amiciæq; rerum ſurdarum ac ſenſu carentium.
Amicitiæ pudicæ ſanctus amor. Stat.2.Syl.29.
Amicitia exercita cum aliquo. Tacit.l b.17.
Principum graues amicitiæ Horat.2.Carm.1.1.
Infauſtæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Tacit. libro 4. ad finem.
Amicitiæ ſanctū & venerabile nomē. Ouid.1.Triſt.eleg.7.3.
Amicitia ſuauis. Lucret.lib.1.29.
Validus ad amicitiam alicuius Tacit.lib.5.
Amicitia vetuſta puer puero vinctus. Ouidius 4. de Ponto, eleg.3 3.
Accipere aliquem in amicitiam. Liu.4. Decad.lib.4.
Amicitiæ cœptæ perenne fœdus Stat.4.Syl.6.19.
Amicitiæ terga dare. Ouid.3.Triſt eleg.5.
Amicitias dat cenſus. Ouid.1.Faſt 44.
—dat cenſus honores;
Cenſus amicitias: pauper vbiq; iacet.
Amicitiæ durant firmiſſime. Quintil. lib.1.cap.2.
Increpuit amicitias muliebres. Tacitus libro 5. non procul ab initio.
Amicitia indeclinata. Ouid.4.Triſt eleg.5.5.
Teq; (quod eſt rarum) præſta conſtanter ad omnes
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Inſtituere amicitiam cum aliquo Liu.4.Decad.lib.4.
Amicitiam pepigerat cum eā gente. Liu. 4. Decad lib.8.
Amicitia ac ſocietas renouata Liu 4 Decad.lib.4.
Renuntiare amicitiam alicui. Id eſt, Direptam ſignificare. Tacit. lib 2.
Per amicitiam diuosq; rogatus. Horat.2.Serm.Satyr.4.18.
Rumpere amicitiæ vincula. Lucret.lib 3 117.
Venire in amicitiam alicuius. Liu.4.Decad.lib.8.
Violare amicitiam alicuius Liu.4. Decad lib.4. Paulò pòſt: Veſtram amicitam ac ſocietatem non violaui.
¶ Amicities: Idem quod Amicitia. Lucret. libro 5. 204, Tunc & amicitiam cœperunt iungere habentes Finitima inter ſe.
AMITA.] Feſtus: Amita, patris mei ſoror; quia tertia à me ſit, atq; auia videri poteſt. Dicta ex eo, quòd ab antiquioribus auita ſit vocitata.
AMITINI.] fratrum maris & fœminæ filij. Nonius.

AMITTO.] Dimitto. Terentius Heauton.3.1 7.1,
Priùs proditurum te tuam vitam & priùs
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium. Vbi Donatus: Hoc quod nos dicimus, Dimitte; antiqui etiam dicebant Amitte. Salluſt Pactione amiſſo Publio legato.
¶ Amittere, *pro Mittere.* Plaut. Capt.2.36.
Quo pacto hic ſeruus ſuū herum hinc amittat domū.
¶ Amittere: *Perdere.* Salluſt. Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus. Terent. Heauton. 2.3.84, Aut illa cum his amittenda ſunt.
Amittere è manibus. Liu. 9.bell Pun 160, Maſiniſſam ſaucium propè è manibus inter tumultum amiſit.
Amores. Virgil.3.Georgic.45.
Animam. Plaut Amph 4 86.
Colorem. Ouidius,9. Metamorph.65.
Confidentiam. Plaut Amphit.17.2.
Conſilium Terent.Eunuch.2.2.10.
Decorem. Celſus lib.2. cap.2, Peius tamen ſignum eſt, vbi aliquis contra conſuetudinem emacuit, & colorem decoremq; amiſit.
E conſpectu. Terent.Eunuch.2.3.2. Neq; virgo eſt vſquam: neq; ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.
Egeſtatem, ærumnas, &c. Salluſt.
Amittit florem punica roribus nimijs, & pruinis. Plin.lib. 16.capit.26.
Fugam. Salluſtius.
Imperium. Plin.lib.2.cap.26.3.
Impetum. Seneca in Hercul. Oetheo, 8.2.
Laudem. Plin.epiſt 177 b.
Libidinem omnem. Plaut Milit.20 50.
Oculos. Cæſar 3 bel.Ciuil 209.
Occaſionem. Terent.Eunuch.3.5.57.
Opes. Ouidius 21 epiſtol. 14.
Patrem aut liberos. Plin.epiſt.84. Senec.in Herc.Oeth.11.2.
Reuerentiam amittere dicitur imperator. Plin.in Panegy.
Prædam. Plaut.Milit.8 45.
Salutem. Plaut.Merc.11.5.
Senſus Ouid.10.Metamorph.100.
Vires. Ouid.1.de Ponto, eleg.2.8.
Vitam. Horatius 1.Sermonum, Satyr 1.12.
Vitam per dedecus. Salluſt.in Catil.
¶ Amiſſio: Rei alicuius priuatio Plin.lib.17. cap.2.3. Foliorum amiſſio. Valerius, lib.2. Quò paruulorum amiſſionē.
¶ Amiſſus, participium Virgil 2.Aeneid.
Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.
AMMIVM.] ſemen eſt exile, minus cumino. Plin. lib. 20. cap.vlt & lib.20.cap.15.
AMMONIACVM.] metopij arboris lacryma: de qua ſic Plinius lib.12.cap.23.1, Ergo Aethiopiæ ſubiecta Africa, ammoniaci lacrymam ſtillat in arenis ſuis.
¶ Ammoniacus, adiectiuum. Ammoniacus ſal, ab Ammonia ciuitate: Strabo.lib 17 Columel.lib.6.cap.17.6.Ouid. de medicamine faciei,19. Cumque Ammoniaco maſcula thura ſale Plin lib 31. cap.7. de ſalis generibus loquens: Nam Cyrenaici (ait) tractus nobilitantur ammoniaco; & ipſo, quia ſub arenis inueniatur, appellato.
AMMONITRVM.] Maſſa vitri albi: de qua Plinius libro 36. capit. 26 4.
AMNIS.] Fluuius Feſtus: Amnis propriè dicitur à Circumnando: quon am ex Græca præpoſitione ſumptum, quæ eſt ἀμφὶ; ſignificat enim circum: & nare, fluere. Virg. 1. Georgic.
Atq; alius latum funda iam verberat amnem.
Amnis, *pro torrente.* Virgil. 4. Aeneid. Ruunt de montibus amnes.
Amnis, *vetuſtè poſitum in fœm. gen.* Plaut. Merc. Neque vlla mihi obſtabit amnis. Næuius Lycurgo: Sed quaſi amnis cis rapit; ſed tamen inflexa flectitur. Varro περὶ πάτερ lib. 1, Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam. Ex Nonio.
Amnes alti Iuuenal.Satyr,10.18.
Auriferi. Claudian.in Eutrop.2.62.
Caſtior bibendus amnis. Stat.4.Sylu.7.3.
Cauus Auſonius: Ingerit illa cauos amnes.
Cæruleus. Stat.1.Syl.5 11.
Circumfluus. Ouid.15.Metam.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.
Clamatus ſacris vlulatibus. Stat 9 Metam.24.
Clementiſſimus Ouid 9 Thebaid.87.
Concitus imbribus. Ouid.3 Metam.16.
Frigidus. Claudianus.
Fumidus. Virg 7. Aeneid. Fumidus, atque alte ſpumis exuberat amnis.
Gelidus Claudian epigr.5.15.
Cœlo gratiſſimus. Virg.8.Aen.13. loquitur de Tybride.
Lethæus. Virgil.6.Aeneid.141.

Liquidiſſimus. Ouid.6.Metam.80. de Marſya Phrygiæ amne loquitur.
Lubricus. Ouid.3.Amorum,eleg.5.17.
Magnus.Ouid.1.Metam.57.
Maligno amne radit arenas, Seneca in Hippol,1,3.
Mitiſſimus.Stat.1.Syl.3.2.
Nubigena. Stat.lib.1. Thebaid 72.
Obliquus.Lucan.lib.1. Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem.
Papyrifer. Ouid.3.Triſt.eleg.10.6.Nilum intelligit.
Peregrinus. Ouid.8.Metam.169.
Perlucidus magis vitro.Ouid.epiſt.21.32.
Phaetontius. Sil.Ital lib.7.30. Padus intelligitur.
Piſcoſus.Ouid.3.Faſt.117.
Placidus. Ouid 1.Metamorph,70. & 141.Sic vocat amnem Ladonis.
Pronus. Virg.1. Georg.41. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.
Purus.Horat.2.epiſt.2.24.
Quietus.Claudian.epig.46.22.
Rapidus. Senec. Medea.6.7. Lucret.libro 1. Et rapidos tranant amnes.
Refluus.Claudian.epig.22,16.
Rigidus.Valerius.
Riguus.Virgil.2.Georg.
Sæuus.Claudian.Paneg.2.38.
Seuerus. Virg.3 Georg.8.de Cocyte amne.
Sonans. Catull.32.3.
Solutus.Lucan.lib.2.99.
Spumans.Valer.4.Argonaut.
Spumeus. Virg 2.Aeneid.99.
Spumoſus.Virgil.12.Aeneid.
Subactus. Claudian epig 5.36.
Taciturnus. Horat.1.Carm.ode.31.2.
Torpens.Stat 4.Thebaid 36.
Tumidus.Lucan.lib.1.
Turbidus. Lucretius,lib.1.58.
Vadoſus.Virg.7.Aeneid.
Vagus.Claudian.in Ruffin 2.5.Senec.in Hippol.4.31.
Amnes vaſtos congerit.Val.Argonaut.4,144.
Viridis.Sil.lib 4.
¶ Amnicola. Ouid.10. Metam. 20, Amnicolæq; ſimul ſalices,& aquatica lotos.
¶ Amnicus. Plin.lib.3. cap.25. 2. Inſula in Sao Matubarris, amnicarum maxima.
AMO ] Plus eſt,quàm Diligo.
Amo Phyllida ante alias.Virg.3.eclog.16.
Amare corde vel animo:pro Ex corde,ſiue Ex animo.Plautus Capt.7.61.
Amare certa fide. Ouid.3.de Arte amandi,108.
Amant mutuis animis. Catull.de Acme & Septimio, 42.4.
Amat nemus ſcriptorum chorus,& fugit vrbes.Horatius,2.epiſtol.2.16.
Amare ſyluas.Ouid.2.Metam.153.
Otia. Virgil.5.eclog.12.
Amare quippiam plus ſuis oculis. Catull.3.1.& Terent. Adelph.5.7.5.
Amari dignus.Virg.5.eclog.19.
Amare in matrimonium. Quintil.lib.11.cap.1,Pater ex meretrice natum, quòd amet meretricem in matrimonium, abdicat.
Amare,*abſolutum:pro, Amore captum eſſe.* Terent.And.1.2.20, Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt. Ibidem 1.2.14,Meum gnatum rumor eſt amare.
Amare,*pro,Frui amore.*Terent.Eunuch.4.2.13,

—certè extrema linea

Amare, haud nihil eſt. Vbi Donatus: Amare, modo frui amore dicit.Plaut.Bacchid.Sine te amem.
Amas quòd:*pro, Placet tibi quòd.* Horat.2.Sermo.

—amasque

Quòd nuſquam tibi ſit potandum.

Amo te ex. Plin. Iunior, libro 3 epiſtol.9,Quem ego quum olim mutuò diligerem, ex hac officij ſocietate amare ardentiùs cœpi.
Amo te de hac re: *pro eo quod eſt, Ob hanc rem habeo tibi gratiam.* Terent. Eunuch. 3.2.3, Ecquid nos amas de fidicina hac?
Amant conſociare Horat.2.Carm ode.3.2.
Amant iacere inter puluillos ſericos. Horat.Epod 8.3.
Amat bibere toto anno palma. Plin lib.13.cap.4.2.
Amat,*pro Solet.* Tacit.lib.4, Memoriæ Druſi eadem, quæ in Germanicũ decernuntur; pleriſque additis.vt fermè amat poſterior adulatio. Quintil.lib.9.cap.3.
Amet cautè pauper. Ouid.2.de Arte amandi,34.
Amauit crudeliùs.Ouid.3.Metam.89.
Inuitus amabo.Ouid.3.Amorum,eleg.10.7.

Amet occultè.Ouid.3.Triſtium,eleg.4.15.
Amare patienter.Ouid.Epiſt.18.1.
Sapienter. Ouid. epiſt 20.12.
Amari tantoperè. Lucret.lib.3.186.
Amare tutò.Ouid.2. Amorum,eleg.2.13.
¶ Amabo: Interiectio blandientis & amantis. Terent. Eunuch.4.4.7,Habésne hominem,amabo? Idem:Vide,amabo,num ſit domi.
Amando perdere. Horat.1.Carm.ode 8.1.
Amandi præceptor.Ouid.2.de Arte amandi,33.
Amando ſuperare aliquem. Ouid.14.Metam.28.
¶ Amans: Qui amat, ſeu pudicè, ſeu impudicè. Virgil.3. Georg.63, Amantes ardua dumos. Amantes littora myrtos.Virg.4.Georg.25.
¶ Amans:nomen ex participio.Plaut.Aſin.16.7,Continentem, amantem vxoris maximè. Amantior domini famulus,Colum.lib.7.cap.12.1.
Amans cruoris. Ouid.2.de Ponto,eleg.9.10.
¶ Amans,*pro Amatore.*Terent.And.1.1.49,

Sed poſtquam amans acceſſit, precium pollicens,
Vnus & item alter. Ouid Militat omnis amans.

Amans cupidus. Ouid.18.epiſt.14,

Firmiùs ô cupidi tandem coëamus amantes.

Fictus. Ouid.de Remedio amoris 2.72.
Imprudens. Propertius,lib.1,

Sæpè imprudenti fortuna occurrit amanti.

Incautum amantem cepit dementia. Virg.4 Georg.98.
Inſomnis.Valerius,lib.7.Argonaut.5.
Miſer. Ouid.1.Amorum,eleg.9.6.Et Virg.4.Aen.86.
Neglectus Ouid.Amorum 3.eleg.7.13.
Palleat omnis amans. Ouid.de Arte amandi, 1.147.
Amanti aptus color pallidus. Ouid.de Arte amandi,1.147.
Amantium pallor viola tinctus. Horat.3.Carm.10.3.
Amantes periuri.Propertius,lib.2.
Amantes teneri. Tibullus.
Amantium iræ. Dicitur, vbi qui non ex animo indignantur inuicem:aut de iracundia neutiquam duratura. Terent.in Andr.3 2.23,

Amantium iræ, amoris integratio eſt.

Amantem fallere Virg.4.Aeneid.60,

—quis fallere poſſit amantem?

Amantes ſibi ſomnia fingunt. Virgilius in Pharmaceutria: Seruius admonet, prouerbialiter dictum à poeta: Nam quod quiſq; ſperat, facile credit. Et tardè,quæ credita lædunt, credimus;ait Ouid.
Amantia lumina. Ouid. epiſt.18.5.
¶ Amanter:Id eſt, Amicè & cum amore. Plin.epiſt.111.a,Vt nos amicos paternos & amãteret modeſtè cõplectebatur.
¶ Amatus:participium. Ouid.5.Metam.128,

—ſed enim cognoſcit amatas Amnis aquas.

Amatus mihi non minus, quàm frater fratri. Ouidius de Ponto,4.eleg.12.5.
¶ Amatio:Amor venerius. Plaut.Pœn.16.132, Acerba Amatio eſt.Idem Merc.16.54,Cum tua hac amica, cumque amatoribus.
¶ Amator. Terent. Eunuch. Amatores audieram eſſe mulierum eos maxumos. Idem And.4.3.3, Amicum amatorem, virum in quouis loco paratum. Vbi Donatus, Amicus,animi eſt; Amator verò,corporis. Idem Donatus alio loco:Aliud eſt Amator; aliud eſt Amicus. Amator,qui ad tempus: Amicus, qui perpetuò amat.Idem & alibi:Amator fingere poteſt: Amans verè amat.
Amator Blandus. Propertius, lib.2.
Amatorem cæcum decipiunt vitia turpia amicæ. Horat. Serm.Satyr.3.8.
Manifeſtus fiam amator. Ouid.Amorum 1,eleg.4.9.
Pauper.Ouid.1.Amorum,eleg.8.14.
Plenus.Horat.1. epiſt.vlt.2.
Pulcher.Propert li.2, Vxorè ille tuus pulcher amator habet.
Tener.Iuuenal.Satyr.6,Spondet amatorem tenerum.
Amatores ruris. Horat.1.epiſt.10.1.
¶ Amatorculus:diminutiuum. Plaut.Pœnul.4.20, Vix ægrè amatorculos inuenimus.
¶ Amatrix. Quæ turpiter amat. Plaut.Aſin 18 8, Satis dicacula es amatrix.
Amatrices aquæ. Martial.lib.7.14, Quaſi iucundæ,quæ videlicet ad eum locum amandum alliciunt.
¶ Amatorius:Qui ad amatores pertinet.Amatoria imitatio. Plin.lib.28.cap.2.9
¶ Amatorium:Quod ad amoris inſaniam impellit. Amatorium virus, apud Plin.lib.8.cap.22. & lib.15.cap.25.7,Efficacem in amatorijs. Quintil.lib.7, An amatorium venenum ſit,nec ne.
¶ Amabilis: Qui amari dignus eſt. Plaut. Aſin.12.84,Nimis bella es,atq; amabilis.
Amabile frigus, Horat.3.Carm.od,13.2.

¶ Amabili-

¶ Amabilitas. Plaut.Sticho,14 57, Si amabilitas tibi noſtra placet: ſi tibi ambo accepti ſumus. Id eſt, ea gratia quæ nos facit amabiles. Idem Pœnulo, 18. 1, Qui amabilitati animum addiceret. Hic pro amore poſitum videtur poëticè.
¶ Amabiliter Horat.2.epiſt.1.30,
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter. (Mil. 14.16.
¶ Amaſſo, pro Amauero, ſcripſit Laberius. Item Plautus
AMODO'] ſignificat Poſthac. Apuleius: Nemo me amodò tam manè egredientem ſolum videbit.
AMOENVS.] Seruius: Amœna, ſunt loca ſolius voluptatis plena, quaſi Amunia: hoc eſt ſinè fructu, vt Varro & Carminius docent. Feſtus: Amœna dicta ſunt loca, quæ ad ſe amanda alliciant, id eſt, attrahant. Virg 6. Aeneid.
—& amœna vireta
Fortunatorum nemorum. Plin. lib. 4. cap. 8. 3, Peneus amœnus circa ripas gramine.
¶ Amœna, ſubſtantiuè. Tacit.lib.13. Annal. Per amœna Aſiæ atque Achaiæ. Idem lib.19, Noctu dieque fluxi, & amœna littorum perſonantes, de bello tantum inter conuiuia loquebantur
Amœna concilia piorum. Virg.5.Aen.146.
Amœnis domibus. Claudian.Paneg.18.
Amœnam effigiem tribuit. Claud.in præfat.belli Getici,2.
Amœna facies hortorum. Cyprianus, libro 2. epiſtol.2.ad Donatum.
Amœnum propter fontem aſſidet. Lucret.4.106.
Amœnus fluuius Virg 8 Aen.6.
Amœnos per agros Horat in Arte Poëtica,4.
Portu amœno. Stat.4.Sylu 7.4.
Roſaria amœna. Ouid.5.Triſt.eleg.2.5.
Ruris Amœni riuos. Horat.epiſt.1.10.2.
Roſæ amœnæ flores. Horat.1.Carm.od.3.3.
Surrentum amœnum. Horat.1.epiſt.18.11.
¶ Amœnitas: Iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur Plin.lib.12. cap.1.6. Gelidi fontis amœnitate. Idem, lib.3.cap.5, Felixq; illa ac beata amœnitas.
Amœnitates ſtudiorum quærere. Plin.in Præfat.6.
¶ Amœniter: pro Amœnè. Gel.lib.20.cap.7, Annianus poeta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilarè atq; amœniter.
AMOLIOR.] Amoliri (inquit Donatus) dicūtur ea, quæ cū magna difficultate & molimine ſummouentur, & tolluntur è medio. Plin.lib.11.cap. 10. 5, Amoliuntur omnia è medio. Terent. And.4.2.24, Proinde hinc vos amolimini. In his exemplis paſſiuè ſignificat, ſicut & Donatus ſuperiùs interpretatur. Ergo Amolimini, dixit Terentius, quod Plaut. Amouemini.
Amoliri periculum. Plin.lib.32 cap.2.12.
Amolior & amoueo nomen meum. Liu 8.bel.Pun.150.
Amoliri, *pro Refellere*. Quint lib.5.cap.13, Videndum etiam, an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula. Et lib.7. Si omnia amoliri non poteram; tamen plura amoliebar.
AMOMVM.] eſt exiguus frutex, ex ligno vuæ modo in ſeipſum conuolutus. Plinius lib.12. cap 13.2, Amomi vua in vſu eſt, Indica vite labruſca: vt alij exiſtimauêre, frutice myrtuoſo, palmi altitudine: carpiturq; cum radice; manipulatim leuiter componitur, protinus fragile.
Amomum Aſsyrium. Virg.eclog.4.5.
Craſſum. Perſius, Satyr.3.11.
Amomo crinem deducere. Stat.Sylu.1.2.23.
Amomum feret aſper rubus. Virgil. eclog.3.16. de abſurdis dictum.
Amomum flagrans. Sillius.lib.15.
Mitis amomi ſeges. Claudianus in Nupt.19.
Pingue. Stat.lib.1.Sylu.
—nec pingui crinem deducere amomo.
Spirans. Lactantius in Phœnice:
Cynnama dehinc auraque procul ſpirantis amomi
Congerit.
Spiſſum. Ouid.in Epiſtolis.
Amomi puluis. Ouid.2. Triſt.eleg.3.14.
Amomi ſucco viuit. Ouid.15. Metamorph.79. de Phœnice loquitur.
AMOR.] Eſt veluti nodus & vinculum amicitiæ: & parum videtur differre à beneuolentia.
Amorem ægrum ſolans teſtudine. Virg.4.Georg.93.
Amores amari. Virg.eclog 3.21.
Antiquus amor. Ouid epiſt.23.10.
Amor apertus vt ſit, nudus eſt. Ouid.1. Amorum,
Et nullas veſtes, vt ſit apertus, habet.
Aridus. Propertius, lib. 2, Aridus argutum ſternuit omen amor.
Aduena amor multos torſit. Ouid.1. de Arte amandi,36.
Auidus: id eſt, cupidus explendæ voluntatis. Catullus.
Aureus. Ouid.2. Amorum, eleg.18.8.
Amorem blandum incutiens. Lucret.1.4. Venerē intelligit. Claudian.in præfat.2. lib.in Eutropium,13.
Cæcus amor. Claudian. in Eutrop.2.10.Virg.3.Georg.41.
Cæcus ſui amor Horat.1.Carm od.18.3.
Amori caſto conſuluit deus. Ouid.epiſt.1.5.
Certus amor non eſt in hoſpitibus. Ouid epiſt.16.39.
Clandeſtinus. Plautus in Curgul. Malus clandeſtinus eſt amor.
Conceſſus. Ouid.ad Liuiam,61.
Non cautus. Ouid epiſt.17.39.
Defecto amori vires reddere. Ouid.9.Metam.31.
Diſſimulatus. Ouid epiſt.15.48.
Dubius. Claudian. de nuptijs Honorij & Mariæ,6.
Dulcis. Martialis, lib.1. Et Virg.3.eclog.21.
Amore dulci affatus. Virg. Aeneid.6.89.
Non dubitatus. Ouid.ad Liuiam,17.
Durus. Virgil Aeneid 6.89,
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.
Effrænus. Ouid.6. Metam.93.
Externus. Ouid.16. epiſt.20.
Facilis. Propert.lib.1.eleg.13.2.
Fallax. Seneca in Hippol.5.9.
Feruidus. Horat.1. Carm.
Ferus Ouid.1. Amorum, eleg 2.2.
Feſtiuus Claudianus Panegyr.7.75.
Fictus. Ouid.2. Triſtium,100.
Fidus. Ouid.2. epiſtolarum,5.
Fœdo amore affliɛtantur. Lucret.4.283.
Fœmineus. Ouid. Amorum.3.eleg.2.8.
Fugitiuus. Ouid.de Remedio amoris,2.50.
Furtiuus. Ouid.6. Faſtorum.45 & Catul.epigram.7.2.
Geminatus. Ouid.10.Metam.66.
Gratus Ouid.3.Triſtium.
Graui amore perculſus. Horat.Epod.od.11.1.
Ignauus. Statiuus,3.Sylu.2.20.
Impotens Catullus,33.3.
Impij amoris flammas compeſce. Seneca in Hippol.2.17.
Inceſtus. Horat 3.Carm od.6.5.
Indigno amore perire. Virg 10.eclog.2.
Incuſtoditus. Silius, lib.8.23.
Infeſtus. Auſonius.
Inficiandus. Ouid.2. Amorum, eleg.17.6.
Ingenioſus. Ouid.epiſt.19.5.
Ingenuus Horat.1. Carm.od.27.4.
Iniquus. Propertius.
Inops Lucret.4 230.
Inſanus. Virgil eclog.10.9.
Iratus. Seneca in Hercul Oeth.4.44.
Iucundus. Catullus.
Magno amore labefactus. Virgil.4 Aeneid.80.
Laſciui amoris præceptor. Ouid.2. de Arte amandi,100.
Legitimus. Ouid.13 epiſt.6.
Lentus me torret. Horat.3.Carm.od.19.6.
Lenis. Ouid.7.Metam.17.
Luxurioſus. Ouid. Diuitijs alitur luxurioſus amor.
Mali amoris ſolamen, mors. Seneca in Hippol 12.7.
Manſuetus. Propertius, lib.1.
Nullis medicabilis herbis. Ouid.1.Metam.51.
Merus. Catullus,13.2.
Miſero amore periturus. Ouid.de Remedio amoris,5.
Moderatus Ouid.5.Metam.17.
Mirus. Virgil.7. Aeneid.12.
Mollis. Ouid.epiſt.21.36.
Mutuus Horat. Epod.15.2.
Mutuis amoribus bene fidum pectus. Horatius 2. Carm. od.12.4.
Amoribus in occultis felix index. Ouid.2. Faſtorum,15. de Delphino.
Patrius. Virg.1. Aeneid.130.
Perditus. Catullus 86 in Gellium,1.
Peregrinus. Ouid.epiſt.9.10.
Perfidus. Claudianus epigram.25.3.
Peſtifero amore vinctus Seneca in Thebaide,1.8.
Pinguis. Ouid 2 Amorum,eleg.19.5.
Placidus. Tibullus, lib. 2, Felix cui placidus leniter afflat amor.
Amori placito pugnare. Virg.4 Aen.8. Id eſt, repugnare, vel cum amore placito pugnare. Seruius.
Pius. Valerius Argonaut.4.1.
Polluto amore duri dolores. Virgil.5 Aeneid.1.
Prærepius. Virgil. 4. Aeneid.103. Carunculam intelligit, in fronte pulli equini naſcentem, quam ſtatim nato adimit

mater, alioqui fœtum oſura. Vide Seruium.
Primus. Ouid. 1. Metam. 45. Primus amor Phœbi Daphne.
Properatus ferri. Stat. Achill. 2. 79. Ferri, genitiuus eſt. Sic Ouid. 5. Metam. 80.
Proprius. Lucret. 4. 230,
Atq; in amore mala hæc proprio, ſummeq; ſecundo Inueniuntur.
Pudendus Ouid. Epiſtolarum 5. 9.
Sceleratus. habendi. Ouid. 1. Metam. 13.
Simulatus. Ouid. 1. Amorum, 8. 15.
Socij amoris deſertor. Ouid.
Solicitus. Ouid. 2. de Remedio amoris, 33. Virg. eclog. 10. 2.
Sterilis. Ouid 1 Metam. 99.
Strictus Ouid. 7. Metam. 75.
Stultus & improbus. Horat. 1. Serm Satyr 3. 5.
Suauis. Lucretius.
Surreptitius. Plaut. in Curgul. Inter nos amore vtimur ſemper ſurreptitio.
Suſpectus Ouid epiſt. 22. 17.
Tacitus. Statius. 1. Sylu. 2. 39.
Tener. Ouid 2. Amorum, eleg. 18. 1.
Tolerandus. Claudian. in Epigram 41. 1.
Timidus. Ouid. 18. epiſt. 35.
Turpis meretricis. Horat. 1. Sermonum, Satyr. 4. 23.
Tutus. Ouid. 5. epiſt 18.
Veri amoris non diſſimulator. Ouid. 5. Metam. 12.
Veſanus Propertius: Errat qui finem veſani quærit amoris.
Vetus. Ouid. 15. epiſt 52.
Vilis. Claudian. in Ruff 1. 57.
Viuus. Virgil. 1. Aeneid. 146.
¶ Amor, *pro rei venereæ appetitu.* Virgil. 3. Georg. Ibidem:
—pecudes, pictæq; volucres,
In furias, ignemq; ruunt: amor omnibus idem.
¶ Amor, *pro Cupidine, quem poëtæ amoris deum eſſ. fingunt.* Virgil. 1. Aeneid. 134,
Ergo his aligerum dictus affatur Amorē. Propert. 2,
Quicunq; ille fuit puerum qui finxit Amorem.
Domitus Ouid. Amorum, 3. eleg. 10. 1.
Gemini amores. Ouid 4 Faſtorum 1.
Inermis erret. Tibullus, 2 eleg 6. 14.
Amor infamis deus. Tibullus, 2. eleg 4. 8.
Inſidioſus. Ouid 1 de Remedio amoris,
Affuit incautis inſidioſus Amor.
Leuis. Ouidius Amorem alloquitur:
Tu leuis es, multoq; tuis ventoſior alis.
Nudus. Ouid. 1 Amorum, eleg 10 3.
Pharetratus. Ouid. de Remedio amoris, 1. 76.
Pulcher. Ouid. 3. de Ponto.
Purpureus Ouid. 2. Amorum, eleg. 1. 8.
Rebellis. Ouid. 1 de Remedio amoris.
Sagittifer. Stat. lib 4. Sylu. 3. 27.
Sæuus. Ouid. in epiſt. 7 38 Et Virg. 8. eclog. 10. & Claudian. 36. epigram. 1.
Teliger. Seneca: Metuende matri teliger ſæue puer.
Vagus. Seneca.
Ventoſus. Ouid. Tu leuis es, multoq; tuis ventoſior alis.
Volucer Claudian de nuptijs Hon. 31.
Pinniger. Lucret. lib 5.
¶ Amores plurali numero, ad voluptatem pertinent: vt ait Seruius. Virgil. 1 Aeneid.
Clàm ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum Germanæ.
Pallere amore argenti Horat. 2 Serm. Satyr. 3. 16.
Amore auri cæcus. Virg. 1. Aeneid. 71.
Amore edendi Lucret 4. 175.
Amore famæ venientis incendit animum. Virgil. 6. Aeneid. 178.
Amore habendi ſeneſcit. Horat 1. epiſt 7. 17.
Amor lactis. Virg 3. Georg 79. At cui lactis amor.
Amore laudum perculſus. Virg 5 Aeneid 41.
Amoris æſtus. Ouid in fragmento, 8.
Amorum agmen. Statius 1 Sylu. 2. 11.
Boni coniurator amoris. Catul in Epithalamio Iuliæ, 56. 9.
Amoris calcaribus ictus. Lucret. lib. 5.
Amoris certamen peragere Ouid. 3. de Ponto.
Amoris flammæ. Seneca in Hippol 2 17.
Amoris fructu egens. Propert. lib. 4 eleg 20. 6.
Amoris irritamen munus. Ouid. 9 Metam. 27.
Amoris pabula. Lucret 4. 214.
Amoris pignus. Virgil 5. Aeneid. 107.]
Amoris poculum. Horat. Epod. 5. 8.
Amoris vulnere æterno deuictus Lucret. 1. 7.
Componere amores: Id eſt, verſus de amore. Ouidius 2. Triſtium, 72,
Deniq; compoſui teneros non ſolus amores,
Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
Amor conciliatur auro. Propertius, 3. eleg 13. 10. Et Ouid. 2. de Arte amandi, 56.
Concinnat amorem conſuetudo. Lucret. 4. 258.
Contexere amores. Catull. 59 in Argonaut. 67.
Dare amores. Ouid de Remed. Amoris, 2. 33.
Amori ludum dare Horat. 3. Carm 12. od. 1,
Miſerum eſt neq; amori dare ludum.
Defigere amorem Senec. in Hercul Oeth. 4 58, —hoc inquit, magæ dixére amore poſſe defigi malo. Vbi interpres: Defigi, id eſt, aut fortiter fig, aut reſolui à pectore in quo fuerat fixus.
Deſertus amor Catull. in Epithalamio Iuliæ.
Exit corde amor. Stat. 4. Sylu. 4. 21.
Exorare amorem. Ouid. Amor. 3. eleg. 10. 9,
—facies exorat amorem.
Facere amorem. Ouid. 1. Metam 93. cuius contrarium, fugare amorem:
Eque ſagittifera prompſit duo tela pharetra,
Diuerſorum operum fugat hoc, facit illud amorem.
Fallere amorem infandum. Virg. 4. Aeneid. 17,
—Aſcanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem.
Fixus amor medull s. Seneca in Hercul. Oeth. 4. 44.
Flagrans amor. Horat 1. Carm. od 25. 3.
Ardebat amore fœmineo Virg. 11. Aeneid, 156.
Frænare amores. Seneca in Medea, 11 4.
Amor habendus eſt alter. Ouid. epiſt 7. 4.
Amoris in plagas ne iaciamur. Lucr. 4. 231, Hoc eſt, in retia.
Inſpirat amorem tacitum. Stat. 1 Sylu. 2 39.
Inuitat amores forma. Ouid 2. Amorum, eleg. 4. 2.
Manet amor perennis coniugis caſtæ. Seneca in Octauia, 4 19.
Marcet amor ſegnis Claudian. epigram. 22. 46.
Miſcendus pudor amori Ouid epiſt. 4. 2.
Modus nullus adeſt amori. Virg 2. ecl. g. 14.
Me tamen vrit amor; quis enim modus adſit amori?
Morem gerere amori. Ouid. 2 Amorum, eleg 2 3.
Te amor infelix perdidit Ouid. 4 Metam. 20.
Præſtare amorem verum. Ouid 4 de Pont. eleg. 6. 5.
Fratribus amorem reddere. Seneca Thebaid 2 17.
Reuincire mentem amore. Catullus in epithalamio Iuliæ.
Volitans amor. Tibullus, lib. 1,
Impiger Aenea volitantis frater amoris. Id eſt, Cupidinis: quia vterq; fuit Veneris filius.
¶ Amorabundus Gell. lib. 11. cap 9, Laberius mulierem amantem, verbo inuſitatius ficto, Amorabundam dixit.
AMOVEO.] Eſt de loco moueo. Terent Adelph. 4. 2. 15, Age, tamen ego hunc amouebo. Vbi Donatus: Propriè amouetur ſaxum de loco.
Amouet ætas. Lucret. 1. 46. Præterea quæcunq; vetuſtate amouet ætas.
Amouere animum ſtudio puerili. Plaut Merc. 3. 41.
Crapulam. Plautus. Pſeud. 22. 31. Inde huc exij, crapulam dum amouerem.
Culpam à ſe Liu. 4. ab Vrbe. 176.
Amouit culpas Horat 4. Carm. Od. 15 3.
Amoto ludo quæramus ſeria. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 6.
Metum. Terent. Andr. 1. 2. 10.
Moleſtiam à foribus Plaut. Amphit. 5. 1.
Opinionem. Terent. Andr. 3. 2. 30.
Segnitiem à ſe. Plaut. Aſin. . 6.
Somnum ex pectore. Plaut. Pſeud. 4 11.
Suſpicionem ab aliquo. Plaut. Trin. 22. 39.
Amouet actus impudicos à caſto corpore. Seneca Hippol. 5. 23.
Amoto cuſtode. Proper. lib. 1. eleg. 11. 3.
Amouere per dolum. Horat. 1. Carm, Od. 10. 2.
Amoueri in inſulam: Id eſt, Deportari, vel relegari Tacit lib. 4, At P. Suillium amouendum in inſulam cenſu t.
¶ Amouere, *pro Auferre, Intervertere.* Vlpian in l rei communis. pro ſocio, lib. 17. Pandect. Rei communis nomine cum ſocio, furti agi poteſt, ſi per fallaciam dolóve malo amouit, vel rem communē celandi animo contrectet. Idem in l. ſi ergo. de iure dotium, lib 23. Pandect. - getur rerum amotarum, ſi amouentis animo maritus eas retine t: aut ad exhibendum, ſi non amouere eas connisus ſit Idem in l. tutor. de furtis, lib. 47. Pandect. Tutor ſi quid furandi animo amouerit, furtum facit.
AMPHITHALAMVS] Cubiculi genus. Vitruuius, libro 6. capite 9
AMPHITHEATRVM.] Locus erat ſpectaculorum gratia, forma rotunda, & veluti ex duobus conſtans theatris. Martial. lib. 1,
Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro.

Amphitheatrum conſpicuum. Martial. lib. 1.

¶ Amphitheatralis: Qui ad amphitheatrum pertinet: vt, Amphitheatrale ſpectaculum. Plin. lib. 11. cap. 24. 5. Amphitheatralis pompa. Clau. Panrg. 8. 58.

AMPHORA.] Genus vaſis vinarij. Liu. 1. bel Pun. 249. Nauẽ quæ plus quàm trecentarum amphorarum eſſet.

Amphora nardini, apud Plautum.

Amphora ceſſans. Horat. 3. Carm. Od. 28. 2.

Leſtrygonia. Horat. 3. Carm. Od. 16. 7.

Mamertina. Martial in Xenijs.

Precioſa. Martialis:

Amphora non meruit tam precioſa mori.

Prompta. Horat. 1 Carm. Od. 36. 3.

Amphoris puris condit mella. Horat. Epod 2. 3.

¶ Amphoralis. vnius amphoræ capax. Plin. lib. 37. cap. 2. 13. Idem Xenocrates autor eſt, vas amphorale viſum, & aliqui ex India cryſtallum ſextariorum quatuor.

AMPLE.] Vide AMPLVS.

AMPLECTOR.] Ex Plecto compoſitum, teſte Priſciano. Plautus Rud. 7. 11. Amplectimur tibi genua egentes opũ. Ouid. 11 Metam. 146.

Dilectus artus amplexa recentibus alis.

Amplexus circùm. Virg. eclog. 3. 9.

Et molli circùm eſt anſas amplexus acantho.

¶ Amplecti, *pro Tenere*. Virg. 3. Aeneid.

Scææq; amplector limina portæ. Vbi Seruius: Amplector, pro Teneo: vt, Amplexæq; tenent poſtes, atq; oſcula figunt.

Amplecti, *pro Complecti, ſiue Comprehendere*. Virgil 3 Georg 9. Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto. Vbi Seruius: id eſt, Non ſum vniuerſa dicturus.

Amplecti aliquem, *pro Vehementer amare*. Salluſt. Igitur Imperator omnes ferè res aſperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magiſq; eum in dies amplecti.

Amplectitur ſe. Horat. 1. Ser. Saty. 2. 11.

Amplexa iugerum ſoli quercus. plin. lib. 16. cap 31. 4.

¶ Amplecto, vetuſtè, pro Amplector. Plaut. Extemplò amplectitote crura fuſtibus.

¶ Amplexo, vetuſtè, pro Amplexor. Accius Alcmæone: Poſtremò amplexa, fructum quem dij dant, cape. Ex Nonio.

¶ Amplexus Verbale Plin. lib. 10. cap. 72 1 Dracones, amputata oui parte, ceu ferro, reliquam, quæ amplexu tenetur, ſorbent. Idem lib. 2. cap. 65. 7. Mutuo amplexu iungerentur.

Amplexus accipere. Ouid. Epiſt. 13. 31.

Ab amplexu charo arcet cuſtodia. Ouid 9. Metam. 151.

Amplexus dare. Virgil. 1. Aeneid. 119. Et vltimum, vel ſupremum amplexum dare. Senec. in Med. 7. 25. Val. 8. Argonaut. 3.

Diſſipare. Stat 3 Syl. 2. 12.

Diſſipat amplexus, atque oſcula fida reuellit.

Excutere. Ouid 9. Metam. 11.

Amplexibus auidis hærere. Ouid. 7. Metam. 29.

Ire in amplexus Ouid. 11. Metam. 46.

Occupat amplexibus longis. Ouid. 3. Metamorph. 10. de ſerpente loquitur.

Occupare amplexu. Ouid. 3. Faſt. 102.

Petere amplexum. Ouid. 6. Metam. 121. & Virg. 8. Aeneidos 121.

Perfrui amplexu. Ouid Epiſt. 15 43.

Ruit in amplexus. Seneca. Hippo 5. 24.

Satiari amplexu petito. Stat. Syl. 1. 2. 8.

Soluere amplexus. Val. 1. Argonaut. 71.

Subtrahere amplexu ſe. Virg. 6. Aen. 140.

Amplexu dulci tenere. Lucr. 5. 159.

Ad amplexus dulces parentum tendite. Val. 1. Argon. 48.

Auidi amplexus. Ouid. 7. Metam.

—auidisque amplexibus hærent.

Denſis amplexibus Vale. 4, Argon. 65.

Mollis amplexus. Virg. 8. Aeneid.

Cunctantem amplexu molli fouet.

Pudici amplexus. Clau. de rapt. Proſerp. 3. 56.

Rapidi amplexus. Sil 17.

—rapidis amplexibus arma viroſq; Corripit.

Turpis amplexus Claud. epigram. 12. 26.

AMPLIFICARE] Vide AMPLVS.

AMPLVS] authore Victorino, dicitur qui latè patet & per multa diffunditur Cæſar 4. bel. Gal. 472. Quorum fuit ciuitas ampla atque florens.

Aedes amplæ. Clau. 4 Paneg. 1.

Atria ampla. Virg. 1. Aen. 146.

Porticibus amplis. Virg. 2. Aen. 71.

Magnitudo ampla. Plin. lib. 12. cap 26. 1.

Ampliſſimum magnitudine auellanæ nucis ſaccharum. Id eſt, quo maius non inuenitur. Plin. lib. 12. cap. 8. 1.

Decora ampla. Stat. Theb. 6 79.

Diuitiæ amplæ Horat. 2. Serm. Saty. 2. 21.

Honores ampli. Horat. 1. Serm. Saty. 6. 3.

Munus amplum Ouid. 3 Triſt. eleg. 8. 5.

Pignora ampla. Ouid epiſt. 23. 11.

Pœna ampla. Propert. 3. eleg 6. 7.

Spolia ampla. Virg 4. Aeneid. 19.

Spes ampla Propert. 3 eleg. 21. 9.

Amplior patrio decore. Sil. 3. 15.

Ampliores iræ. Terent. Hecy. 3. 1. 9. id eſt, maiores.

Amplior morbus Terent. Hecy. 3. 1. 50. Si forte morbus amplior factus ſit pro, auctus ſit.

Amplior victima. Seneca in Herc. furente, 11. 6.

Ampliſſima inſula. Plin. lib 6 cap. 20. 1.

Arbor ampliſſima: id eſt, latiſſimè patens, & maximè diffuſa. Plin.

Dona ampliſſima Imperatorum: hoc eſt, maxima & honorificentiſſima. Plin. lib. 18. cap. 3. 1.

Ampliſſima ſedes. Claud Paneg. 8. 5.

Teſtimonium ampliſſimum: id eſt, grauiſſimum & magni ponderis. Plin. lib. 7. cap. 30. 6.

¶ Amplius: aduerbium. Virg 3. Aeneid. 29.

—nec iam ampliùs vllæ Apparent terræ. Plinius, libro 12. capite 14. 3. Feruntq; tria millia, non ampliùs eſſe familiarum.

Ampliùs morando: id eſt, diutiùs. Salluſt. in Iugurt Ne ampliùs morando Scaurum, quem plurimùm metuebat, incenderet.

Ampliùs aridus calor. Lucr. 4. 176.

Ampliùs deliberare. Terent. in Phorm. 190, Ego ampliùs deliberandum cenſeo.

¶ Ampliùs, *pro Plus. Cum nominatiuo.* Cæſar: Ampliùs octingentæ.

Viginti ampliùs authores Græci veteres prodidere. Plinius libro 2. cap 45 3.

*Cum genitiuo* Plautus Ciſtel. 11. 4. Gaudeo tibi mea opera liberorum eſſe amplius: pro, plures liberos.

*Cum accuſatiuo.* Virg 1. Aeneid. —noctem non ampliùs vnã Falle dolo.

*Cum ablatiuo.* Liuius: Pugnatum ampliùs duabus horis eſt.

Ampliùs opinione morabatur: hoc eſt, diutiùs, quàm putabatur. Salluſt. in Iugurth.

¶ Ampliter: pro Ample.

Ampliter acceptus: id eſt, cum magno apparatu & copia: Plaut. Merc. 3. 98.

Ampliter apponere in cœna: Copioſè & abundanter. Plau. Mil. 10. 14. 2.

Ampliter ſumptum facere: pro, Maximum ſumptum facere. Plaut Sticho, 14. 10.

Ampliter fient ſaturi, pro abundanter. Plau. Pſeu. 2. 11.

Ampliter mentiri. Plautus Merc. 19. 12.

Ampliter teſtis. Plaut. Amphit. 15. 58.

Ampliter occupatus: Pro, Occupatiſſimus, vel maximè occupatus. Plaut Ciſtel. 7. 55.

¶ Amplitudo. Amplitudine ſtadiorum ſexaginta. Plin. lib. 6. cap. 26. 5.

Amplitudo corporis: Id eſt, craſſitudo ac latitudo, ad proportionem proceritatis. Plin Epiſt. 102 e.

Amplitudo corporis: pro altitudine. Plin. auunculus. lib. 7. cap. 16. 6. Oreſtis corpus, oraculi iuſſu refoſſum, ſeptem cubitorum fuiſſe. monumentis creditur. Et paulò pòſt: Neuij Pollionis amplitudinem annales non tradunt.

Amplitudo vrbis: latè patens magnitudo. Plinius libro 6. cap. 16 2.

In amplitudinem adoleſcere. Plin. lib 12. cap. 1. 5. Platanos non potuiſſe in amplitudinem adoleſcere, apud authores inuenitur. Pro Dilatari, extendi, Creſcere in altitudinem.

Amplitudine opum nulli prouinciarum poſtferenda. Plinius lib. 3. cap. 4. 1.

¶ Amplio: Augeo. Ampliare ætatis ſpatium. Mart lib. 10. 23. Ampliare vires Plin lib. 23. cap. 2. 7. Lucan. 3. 56. Nunc huc, nunc illuc, quà flectitur, ampliat orbem.

Ampliare plagam Celſus, lib. 7. cap. 5. Amplianda ſcalpello plaga eſt. Quint. 2. b. Quæ ſi modica obtigerunt, poſſunt ratione ampliari Et libro octauo: Vt cùm Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis.

Ampliare rem Horat. 1. Serm. Saty. 4. 7.

Ampliare ſeruitia: id eſt, augere numerum ſeruorum. Tacit libro 18.

Ampliare, *verbum eſt ad iudicia pertinens.* Valerius lib. 8 Lucius Scipio Aemilianus Cotta apud populum accuſatũ: cuius cauſa grauiſſimis teſtimonijs erat confoſſa, ſepties ampliata: & ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt.

¶ Ampliatio: actus ipſe ampliandi, qui fit in iudicio. Author Aſconius.

¶ Amplificare: amplum facere, valde augere, & quaſi dilatare. Amplificare ædem, vel vrbem, Liu. 1. ab Vrbe, 151. & 192.

Authoritatem amplificare. Cæſar 2. bell Gall. 283.

¶ Amplant vetuſte pro Amplificant. Pacuuius Teucro: Vbi poetæ pro ſua parte falſa conficta canant, qui cauſam humilem dictis amplant. Ex Nonio.

¶ Amplificatio, apud Rhetores, dicitur vbi argumenta ipſa, cùm verbis, tum rebus ampliſſimè dilatantur, ad ipſos magis afficiendos auditores. Vide Quintilianum diffusè de Amplificatione tractantem lib. 8. cap. 4.

¶ Amplificè. Amplificè decorata veſtis. Catul. in Argon. epig. 59. 53.

AMPVLLA.] Vas eſt vitreum, aut ex alia materia, maximè tamen vitreum: ventre amplo & quaſi inflato.

Ampulla in balneis. Plaut. Stich. 4. 77. Rubiginoſam ſtrigilem, ampullamq; rubidam.

Ampulla, in menſa. Suetonius in Domitiano, cap. 21. Prandebatq; ad ſatietatem, vt nō temere ſuper cœnam, pręter mattianum malum, & modicam in ampulla potiunculā, ſumeret. Apud Martialem in Apophoretis. li. 14. 115. Titulus eſt Ampulla potoria.

Ampulla ad alios vſus. Plin. lib. 20. cap. 14 7. Cum ſurculis ſuis in ampullas vitreas aceti vtriſq; deiectis.

Ampulla, *per translationem.* Horat. in Arte. 20. Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba. Vbi interpres Acron: Ampullas, inflata & ſuperba verba: adhuc enim ampullas vocamus, quaſi inflata vaſa.

¶ Ampullaceus: qui ex ampulla eſt. Col. lib. 8 cap. 2. 11. Impediēda eſt itaq; procacitas eius ampullaceo corio: quod quum in orbiculum formatum eſt, media pars eius reſcinditur, & per exciſam partem gallipes inſeritur.

Ampullaceam videtur Plautus in Menæch. vocare mulierē magnificè cultam. Quando te auratam & veſtitam bene habet ampullaceam.

Ampullacea pira, ſic à collo nuncupata. Plin. lib. 15. cap. 15.

¶ Ampullarius: ampullarum artifex. Plaut. Rud. 18. 48.
Poſtea aſpicito meum, quando tuum inſpectauero:
Ni erit tam ſyncerum, vt quiuis dicat ampullarius,
Optimum eſſe opere faciendo corium, & ſinceriſſimum.

¶ Ampullarius: Plaut Sticho, 4. 74. Vel vnctiones Græcas ſudatorias,
Vel alias malis malacas ampularias.
Vbi interpres: Ampullarias, id eſt, quibus in balneis fruaris, vbi ampullæ & ſtrigiles adhibentur corporibus.

¶ Ampullor: Turgeo & inflor in genere ſcribendi. Harat. 1. epiſtol. 3. 3.
An tragica deſæuit & ampullatur in arte. Grandiloquentiam ſignificat.

AMPVTO.] propriè eſt circumcido, quaſi circumputo. ſępè tamen accipitur pro Abſcindere vel Reſecare. Feſtus: Amputata, id eſt, circumputata dicuntur, ab eo quod antiqui putum pro puro dicebant.

Amputat artus fractos rigor. Sil. lib. 3. 112.

Amputat humeros trunco tenus. Seneca in Thyeſte, 8. 28.

Amputa longa colloquia. Seneca in Med. 7. 20.

AMSEGETES.] dicuntur, quorum ager viam tangit. Feſtus.

AMTERMINI.] Inquit Feſtus, qui circa terminos prouinciæ manent.

AMVLA.] Vaſculi genus ad aquam portandam, quod religionis & expiandorum malorum cauſa geſtabatur. dictū quaſi Amola, ab amoliendis periculis. Sipontin.

AMVLETVM.] omne genus remedij aduerſum cuncta mala medicamenta, & præſertim contra venefica putatur valentiſſimum: ab amoliendo dictum. Plin. lib. 25. cap. 9. de cyclamini radice loquens: Naſcitur in vmbroſis: à noſtris tuber terræ nominatur: in omnibus ſerenda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta. Amuletum vocant, narrantq; & ebrietatem repręſentari, addita in vinum. Idem, libro 37. cap. 3. Infantibus ſuccinum alligari amuleti ratione prodeſt.

AMVRCA.] olei ſordes quæ præcedunt. Virgil. 1. Georgic.
—& nigra perfundere amurca. Vbi Seruius: Amurca ex olei ſordibus, ſed ijs quæ præcedunt nam ſordes, quæ oleum ſequuntur, fæces vocantur. Col. lib 12 cap. 50. 3. Nam eſt inimiciſſima oleo amurca.

Amurca Palladia: ab oliua arbore, quæ ſacra eſt Palladi. Colum. Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca.

¶ Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. Cato. cap. 10. 3. Dolia queis vinacea condat decem, amurcaria decē.

AMVSIVM.] Ventis reperiendis excogitatum organum, vt ait Cælius, lib. 11. cap. 19. Vitruuius, lib. 1. cap. 6. Collocetur ad libellam marmoreū amuſium medijs mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, vt amuſium non deſideretur.

AMVSSIS.] Filū eſt, quod ſabri materiarij rubrica oblinūt, aut alio colore. Sic Budæus. Feſtus autem regulam vocat, ad quam aliquid exęquatur

Ad amuſſim aliquid facere: frequens eſt apud Authores, pro eo quod eſt, exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. Gellius, lib. 1. cap. 4. Vt iudicium factum eſſe ad amuſſim diceres.

Numerus ad amuſſim. Varro de re Ruſt. Id eſt, quum nihil nec ſupereſt, nec deeſt. Budęus.

¶ Amuſſitata opera, id eſt, exactiſſima. Plautus. Mil. 10. 38. In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. Ex Nonio.

¶ Amuſſim. Feſtus: Amuſſim, regulariter. Tractum à regula, ad quam aliquid exæquatur, quæ amuſſis dicitur.

AMVSVS.] hoc eſt, à muſis alienus. Antiquitùs enim nihil eruditum habebatur ſine muſica. Vitruuius, lib. 1. cap. 1. Nec muſicus, vt Ariſtoxenus: ſed non amuſos.

AMYGDALA.] arbor eſt, cuius fructus Amygdalum dicitur. Colum. lib. 5. ca. 10. 14. Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adijcito. Plin. lib 16. cap. 25. Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario. Idem, lib. 23. cap 8. 2. Amygdalæ amaræ radicum decoctum, cutem in facie corrigit. Plurale eſt, amygdalæ. Columel. libro 11. cap. 2.

Amygdala etiam. Plin. intus nucleus amygdalæ eſt.

¶ Amygdalum pro fructu. Palladius: Græci aſſerunt naſci amygdala, &c.

¶ Amygdalinus: qui eſt, vel fit ex amygdalis: vt Amygdalinum oleum. Plin. lib. 23. cap 4. 8.

¶ Amygdaliceum folium. Plin. lib. 26 cap. 11.

AMYGDALITES.] pen. prod. (*ἀμυγδαλοειδής*) Dioſcoridi, herba ex genere tithymali, à ſimilitudine amygdali, q & Corymbites dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorū. Plin. lib. 26. cap. 8.

AMYLVM.] quid ſignificet, Cato, cap 86 docet his verbis: Amylum ſic facito. Siliginem purgato bene: poſtea in alueum indat: eo aquam addet bis in die. Die decimo aquā exſiccato: extergeto bene: in alueo puro miſceto bene: facito tanquam fæx fiat. Id in linteum nouum indito: exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito, & reficato denuo. Eam patinam in ſole ponito, vt areſcat: vbi arebit, in patellam nouam indito: inde facito cum lacte coquat. Columel. libro 12. cap. 55. 2.

AMYSTIS.] Genus potionis vel poculi eſt. Horat. 1. Carm. 36. 3.
—nec multi Damalis meri
Baſſum Threicia vincat amyſtide. Alij Amyſtim gēmam volunt eſſe, quæ præſenti vſu Amethyſtus dicitur. Meminit Cælius Rhod. lib. 7. cap. 26. & lib 28. cap. 6.

A N.

AN.] Aduerbium eſt interrogatiuum: & ſemper duplicem interrogationem denotat, etiam ſi tantùm ſemel ponatur: quia tunc ſecunda ſubauditur interrogatio cum particula negatiua. Terent. An ego toties de eadem re audiā? Subaudi, An non? quæ eſt ſecunda pars quæſtionis Idem: Obſecro an is eſt?

An, *Dubitandi.* Terentius, Adel. 4. 5. 33. Haud ſcio an illam nunc miſerè amat. Ibidem, 2. 1. 41. Vide virum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam. Plin. lib. 8. cap. 23. Itaque non eſt fateri, rerum natura largiùs mala, an remedia genuerit.

¶ An & Ne coniungi ſolent, pro An. Terent. And. 5. 2. 10. Anne eſt intus Pamphilus?

¶ An & Non iuncta, primo loco ponūtur, pro Nónne. Terent. And. 3. 5. 15. Annon hoc dixi eſſe futurum? Idem Adelph. 3. 3. 42.

An non, dubitandi. Plautus Mil. 20. 26, Tentabam ſpirarent an non aure. Pio, nécne.

An non, *in ſecundo membro poſitum, tarditatem increpat.* Terent. in And. 1. 2. 15. Hoccine agis, an non?

¶ An nondum. Terent. And. 1. 2. 30 Intellextin'? an nondum etiámne hoc quidem? Idem Heaut. 3. 3. 35 Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiam?

¶ An verò. Quintil. lib. 11. cap. 2. An verò Scæuola in luſu duodecim ſcruporum, &c.

ANABATHRVM.] Pulpitum, ſcala, gradus ſuperior ſcanſilis, ſubſellium. Iuuen. Satyr. 7.
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

ANADEMA.] Coronamentum, ſertum, capitis ornamentum. Lucr. Lib. 4.
Et bene parta patrum fiunt anademata mitræ.

ANAGLYPHA.] Dicuntur vaſa aſpera, cælaturis eminentibus, inæqualibusque. Plinius libro 33 cap. 11. 1. Nunc anaglypha, in aſperitatemq; exciſa, circa linearum picturas quærimus.

¶ Anaglypta: Idem Mart. lib. 1. 45,
Nec menſis anaglypta de paternis.

ANALECTA.] Reliquiæ ſub menſa: quæ quòd colligi debeant, id ſunt ſortitæ nomen Cælius, lib.7.cap.5. Martial. lib.14.87.

In precio ſcopas teſtatur palma fuiſſe:
Sed precium ſcopis nunc analecta dabunt. Idē li.7.19.

¶ Analectes qui colligit, aut vertit analecta. Seneca per translationem: Suaſit illi, vt Grammaticos haberet analectas de Caluiſio loquens, qui ſeruos literatos in conuiuijs ad pedes habebat, vt verſus quos referret, ſuggereret. Vide Cælium, lib.7.cap.51.

¶ Analectides: quibus ex xylino lino, vel quauis materia, puellæ tanquam puluillis conſtipant ſcapulas prominentes, vt videri habitiores poſſint. Ouidius libro 3. de Arte amandi:

Conueniunt tenues ſcapulis analectides altis,
Anguſtum circa faſcia pectus eat. Cælius lib.7.ca.51.

ANALEMMA.] eſt ratio conquiſita Solis curſus, & vmbræ creſcentis, à brumæ obſeruatione inuenta: è qua per rationes architectonicas, circiniq; deſcriptiones, eſt inuentus effectus in mundo. Vitruuius lib.9.cap.4.

ANALOGIA.] Proportio. Quint. lib.1.cap.6.& 10. Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, proportionem vocauerunt.

Analogia eſt verborum ſimilium declinatio ſimilis, non repugnante conſuetudine communi. Varro, libro 3. de Analogia.

Analogiam facere. Quint.lib.1.cap.6.11.

Analogia tueri dictum. Quint.lib.1.cap.6.7.

ANANCAEVM.] Vinale poculum interpretatur Turnebus. Plaut. Rud. Credo herclè anancæo datum, quod biberet. Varro apud Nonium: Ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, crateræ, anancæa populo nobilium Tarentinarum.

ANAS.] Auis à natando dicta, Authore Varr. Plaut. Capt. 19.6. Aut anates, aut coturnices dantur, quibuſcum luſitent. Mart.lib.13.52.

Tota quidem ponatur anas: ſed pectore tantùm,
Et ceruice ſapit: cætera redde coco.

¶ Anatem, morbum annuum dicebant, id eſt, vetularum, ſicut Senium, morbum ſenum. Feſtus.

¶ Anaticula: aut eſt parua anas: aut potius aquatilis auicula, Anati forma perſimilis, ſed multò minor. Plaut. Aſin. 12.103. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum.

¶ Anatinus: adiectiuum. Plaut. Rud.13.47,

Vtinam fortuna nunc ego anatina vterer.
Vt, poſtquam exiuiſſem ex aqua, arerem tamen!

¶ Anatarius: Cuſtos anatum. Anataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. Plin.lib.10.cap.3.

ANCÆSA.] Dicta ſunt ab antiquis vaſa, quæ cælata appellamus: quòd circumcidendo talia fiant.

ANCEPS.] Feſtus: Anceps ſignificare videtur id, quod ex vtraque parte caput habeat: vt ſecures & bipennes. Sed magis à capiendo, quòd ex vtraque parte æquè capiatur, appellatum eſt.

¶ Anceps: *Acutum ex vtraque parte.* Lucil.lib.29, Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines. Nonius. Et Catull. Epig. 59. Argon.

Ancipite mucrone. Lucret.lib.2.105.

Anceps ſecuris. Ouid.8.Metamorph.80.

Ancipiti imagine. Ouid.1.Faſt.19. Ianus qui bifrons fuit.

¶ Anceps: *Duplex* Lucil.lib.29. Ancipites cardines. Varro de vita Pop.Rom.lib.4. Anceps bellum. Nonius.

¶ Anceps: *Dubius.* Virgil.5. Aeneid 130.

At matres primò ancipites, oculiſq; malignis
Ambiguæ, ſpectare rates.

Anceps animus. Liu.4.bel.Pun.202 Caſus, Plin.lib.28.cap.2.11. Prælium, Liuius 3 bel.Pun.187. Mars. Liuius: Bellum ancipiti Marte geſtum eſt. Id eſt, dubio vtrinque prælio.

Ancipites animos tenere. Lucan.lib.9.10.

Dolum ancipitem habere. Virgil.5.Aeneid.117,

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille vijs habuiſſe dolum. De labyrintho.

Anceps belli caſus. Lucan.lib.3.50.

Cibus anceps: nempe in cuius eſu vita periclitatur. Plin.lib. 22.cap.23.1. Voluptas tanta ancipitis cibi. De frugibus loquitur.

Forma anceps. Seneca in Hippol.6.6.

Formidine ancipiti. Virgil.3.Aeneid.10.

Fortuna pugnæ anceps. Virg.4.Aen.121.& Stat.6.Theb.95.

Ancipite vario fauore. Lucan.lib.2.90.

Ancipites rerum lapſus. Claud.1.Panegy.29.

Morbi ancipites. Plin.lib.7.cap.45.2.

Pauor anceps. Valer.3.Argonaut.15.

Ius anceps. Horat.2.Serm.Satyr.5.7. Acron: Ius anceps, id eſt, controuerſum vel obſcurum, quod poteſt vtriq; parti prodeſſe, pro ingenio interpretantis.

Vocabula ancipitia, quæ & in bonam & in malam partem accipi poſſunt. Gellius libro 12. capit. 9. Eſt plurifariam videre atque animaduertere in veteribus ſcriptis, pleraque vocabula, quæ nunc ſermonibus vulgi vnam certámque rem demonſtrent, ita fuiſſe media & communia, vt ſignificare & capere poſſent duas inter ſeſe res contrarias. Ex quibus quædam ſatis nota ſunt: vt tempeſtas, valetudo, facinus, dolus, gratia, induſtria. Hæc enim ferè iam vulgatum eſt ancipitia eſſe, & vtraque verſus dici poſſe.

ANCHORA.] dens ferreus, quo firmantur ac retinentur naues. Virgil.1 Aeneid.35.

—hic feſſas non vincula naues
Vlla tenent, vno non alligat anchora morſu.

Vbi Seruius: Morſu de anchoris bene dixit, quum alio loco inueniamus 6. Aeneid.1.

—tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.

Anchoræ Vincula quibus antennæ tenentur. Lucilius: Armamenta tamen, vel omnia ſeruo: funis præciſus citò, atque anchora ſoluta. Nonius.

Anchora figitur. Ouid.1. Metam.60. de prora iacitur. Virgilius 6. Aeneid. 180. pacta littoribus. Ouidius 2. Epiſtol.1. Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt. Id eſt, promiſſa.

In anchoris, vel ad anchoras ſtare. Cæſar.

Anchoræ fidunt. Plin.lib.6 cap.22.

Anchoræ ſublatæ ſunt. Quintil.lib.4.cap.2.30.

Sublatis anchoris digreſſus. Cæſar.

¶ Anchorale: Funis, cui alligata eſt anchora. Plin.lib.16.ca. 8. Liu.2 bell. Pun.85.

¶ Anchorarius. Qui ad anchoram pertinet. Anchorarij funes. Cæſar 2. bell Ciuil.33.

¶ Anchoralis. Anchoralis tractus. Liu.7.bel. Maced.127.

ANCILE.] Scutum breue, ait Seruius. Virg.7. Aeneid.19. Læuaq; ancile gerebat. Idem Seruius alio loco: Ancile autem dicitur, aut quaſi vndique circumciſum, aut quaſi ἀμφίχειλον, hoc eſt, vndique labrum habens. Varro 6. de Lingua Latina: Ancilia dicta ab anciſu, quòd ea arma ab vtraque parte, vt Thracum, inciſa. Liuius, 1. ab Vrbe 83, Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæq; inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cœleſtiaq; arma, quæ ancilia appellantur, ferre.

Ancilia lapſa cœlo. Virg.8. Aenid.131.

Anciliorum oblitus. Horat.3 Carm.Ode 5.2.

ANCILLA.] mulier ſerua. Dictæ autem (inquit Feſtus) ancillæ, ab Anco Martio rege, quòd is bello magnum fœminarum numerum cœperit: Siue ideò ſic appellantur, quòd antiqui Anculare dicebant, pro miniſtrare: ex quo dij quoq; & deæ feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi & Anculæ.

Terra mortalium ſemper ancilla. Plinius libro ſecundo, cap.63.

In ancillam delinquere. Ouid.2 Amorum.eleg.8.2.

¶ Ancilla. Terent. Eunuch. 1 2. 86, Nónne vbi mihi dixit cupere te ex Aethiopia ancillulam, &c. Liuius 9.bell. Macedon.33.

¶ Ancillaris: Qui ad ancillam pertinet. Salluſt. in Cic. Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillares?

¶ Ancillariolus: nomen ioco fictum à Martiale, libro 12.54.

Ancillariolum tua te vocat vxor, & ipſa
Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.

Seneca libr. 1. de Benef. Si quis nulla ſe amica fecit inſignem, nec alienæ vxori annulum præſtat: hunc matronæ humilem, & ſordidæ libidinis, & ancillariolum appellant.

Ancillor. Dicitur, quum viri ancillarum more, præter dignitatem, ſeruitio alicuius ſe ſubijciunt. Titinnius Prælia: Verùm etiam dotibus deliniti, vltrò etiam vxoribus ancillantur. Plinius. libro 2. cap. 97. 2. Nec vnquam eodem tempore, quo hodie reflui, vt ancillante ſydere, trahentéq; ſecum auido hauſtu maria.

ANCLABRIS.] eſt (inquit Feſtus) menſa miniſterijs apta diuinis vaſa quoq; in ea, quib ſacerdotes vtuntur, anclabria appellantur. Idem alio loco: Anclabris, ea quæ in ſacrificando dijs anclatur, quod eſt hauritur, miniſtraturque.

ANCLO.] Turnebus: Anclare, puto eſſe Anculare: Id eſt, Haurire. Vnde & Ancillarum nomen. Liu. Florem anculabant libri ex carcheſijs.

ANCON.] Ancones, Vitruuius appellat conflexum, qui rectum angulum deſcribit: lib.8. de chorobate loquens, quo aquæ perlibrantur. Transfertur & ad alia. Vnde Plinius Latine Cubitum appellat. li.3.c.13. de Ancone vrbe Italica lo-

ca loquens: in ipſo (inquit) flectentis ſe ore cubito ſita. his verbis ſignificans cur Ancon dicatur.

ANCVLARE.] pro Miniſtrare, dixerunt antiqui, authore Feſto.

ANCVNVLENTAE.] feminæ menſtruo tempre appellãtur: vnde trahitur inquinamentum. Feſtus.

ANCVS.] appellatur, qui aduncum brachium habet, vt exporrigi non poſſit. Feſtus. Ab ancone, id eſt, cubito incuruo.

ANDROGYNVS.] qui vtrunque habet ſexum, fœminæ ſcilic ac maſculi. Plin. lib. 7. cap. 2. Androgynos eſſe vtriusq; naturæ, Caliphanes tradit. Gell. lib. 9. cap. 4. Gignuntur homines vtriuſque ſexus, quos Hermaphroditos vocamus: olim Androgynos vocatos & in prodigijs habitos, nunc verò in delicijs. Liu. 7 bel. Pun. Sinueſſæ natum ambiguo inter marem & fœminam ſexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco ſermone appellat.

ANDRON.] Eſt, inquit Sipontinus, ſpatium illud, quod eſt inter duos parietes, in quod pluuia deſcendit. Plin. epiſt. 41. 1. Tam alti abditiq; ſecreti illa ratio, quod interiacens andron parietem cubiculi hortiq; diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit.

ANDRON.] etiam locus domicilij appellatur, anguſtior lõgitudine, in quo viri plurimum morabantur. Hæc Feſtus. Vitruuius, lib. 6. cap. 9. Andronas Græci appellant œcos, vbi conuiuia virilia ſolent eſſe, quòd eò mulieres non accedant.

ANDRONITIS.] locus in domo, vbi ſoli viri ſolent verſari. Vitruuius, lib. 6. cap. 9. Hæc autem periſtylia domus, andronitides dicuntur, quòd in his viri ſinè interrpellationibus mulierum verſantur.

ANDRVARE.] Id eſt, recurrere, à Græco verbo ἀναδρᾶν. Hinc & Drua vocata eſt. Feſtus.

ANELLVS.] Vide ANNVLVS.

ANEMONE.] herba, de qua ſic Plinius libro. 27. cap. 12. 4. Othone in Syria naſcitur, ſimilis erucæ, perſoratis crebro folijs, flore croci: quare quidam anemonem vocauerunt.

ANETHVM.] herba boni odoris. Plin. lib. 20. cap. 18. Anethum quoque ructus mouet, & tormina ſedat, aluum ſiſtit.

Anethum beneuolens. Virgil. eclog. 2. 8.

Narciſſum, & florem iungit beneuolentis anethi.

ANFRACTVS vel *Anfractum.*] Sinuoſus quidam reflexus: cuius figuram videmus in teſtis cochlearum, in cochlide, & ferè in arietum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. 5. Conuoluta, inquit, in anfractum cornua arietum generi. Varro 6. de Lingua Latin. Anfractum eſt ab origine flexum duplici: dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo leges iubent in directo pedum VIII. eſſe: in anfracto XVI. id eſt, inflexu. Accius Euryſace: ſuper Oceani ſtagna alta patris terrarum anfracta reuiſam. Varro Parmenone: Cauo fonte, vt quum irrigauit cauata aurium anfracta, in ſyluam vocans.

Anfractus, *viarum flexus.* Cæſar 7. bell Gal. 185. Oppidi murus ab planicie atque initio aſcenſus, recta regione, ſi nullus anfractus intercederet, M C C. paſſus aberat.

Anfractus curui. Claud. 5. Paneg. 21.

Anfractus infinitos habere. Quint. lib. 6. cap. 1. 12.

¶ Anfractus, *pro Circuitu.* Lucan. lib. 1.

Dumq; illi effuſam longis anfractibus vrbem
Circumeunt. Loquitur de ſupplicatione, in qua populus longo, & reflexo ambitu vrbem circumibat.

Anfractus litorum flexuoſus. Plin. lib. 5. cap. 1. 1.

Anfractus mollis. Valer 6. Argonaut. 48.

Anfractus torti Claudian. Panegy. 4 104.

Anfractu blando ſinuoſa litora. Valer. 2. Argonaut. 91.

Anfractu opaco Lucan. lib. 4. 32.

Anfructus immenſi. Valer. 7. Argonaut. 105.

¶ Anfractus, adiectiuũ: Circumfractus. Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Vt ſignum cadens in pectore, quod eſt terrarum anfractarum viſum.

ANGARIA.] coactio, ſeruitus. Suidas indicat vocem eſſe Perſicam: quòd apud illos regij nuncij ἄγγαροι dicerentur.

Angariarum exhibitio. Hermogenianus, l. Sunt munera. de Vacat. & excuſat. muner. lib. 50. Pandect. Sunt munera, quæ rei propriè cohærent, de quibus neque liberi, neque ætas, neque merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem: vt eſt prædiorum collatio, viæ ſternendę angariarũmue exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus. Meminit & Cœlius, lib. 10. cap. 8.

Angariarum præſtatio, & recipiendi hoſpitis neceſſitas, & militibus, & liberalium artium profeſſoribus inter cætera remiſſa ſunt. Paulus in l. ijs honoribus. de vacat & excuſat. muner. lib. 50. Pandect.



¶ Angario: Adigo, compello, cogo. Vlpianus in l. viæ ſternendæ. de Priuil. veter. lib. 49. Pandect. Nec à contributionibus, quæ in poſſeſſionibus fiunt, veteranos eſſe excuſatos, palàm eſt. Sed & naues eorum angariari poſſe, Aelio Ruffino, & Antonio Claro veteranis reſcriptum eſt.

ANGINA.] Vide ANGO.

ANGINA.] funis. Vide ANQVINA.

ANGIPORTVS.] Priſcianus: à portu compoſitum, tam maſculini, quàm neutri generis inuenitur, & ſecundæ declinationis: hic angiportus, & hoc angiportum. Sic Plinius Secundus, in primo artis grãmaticæ. Terentius quoque in Adelphis, 4. 2. 40. Id quidem angiportum non eſt peruium. Idem Phorm. Sed hinc concedã in angiportum hoc proximum. Hactenus Priſcian. lib. 6.

Angiportus, inquit Feſtus, iter compendiarium in oppido: eò quòd ſit anguſtus portus, id eſt, aditus in portum. Varro 4. de Lingua Latina, Angiportum & id anguſtum, ab angendo & portu. Donatus in Adel. Terentij, 42. 40. Angiportum, id eſt, Anguſta & curua via: Alij quòd inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos. Nam domos, vel portus, vel inſulas veteres dixerunt.

Angiportu. Horat. 1. Carm. Ode. 25. 2.

Flebis in ſolo leuis angiportu.

ANGO.] Propriè ſignificat Præfocare, ſiue ſtrangulare: vt author eſt Diomedes. Gellius lib. 1. Ea res animum eius anxit. Lucanus lib. 6. 22. Nec inertibus angitur vndis.

Angunt oculos ſpongiarum ſtirpes præfractæ, & quaſi excæcant, nec patiuntur aſparagum emittere. Colum. lib. 11. cap. 3. 36.

Ardeolæ in coitu anguntur. Plin. lib. 10. cap. 60. 1.

¶ Angi, per metaphoram, eſt dolere aut cura aliaue animi ægritudine premi, torqueri, cruciari.

Angere ſeſe animi Plaut. epiſt. 7. 6.

Angere aliquem incommodis. Plaut. Caſin 4. 10.

Angebatur ad impenſas regis animus. Liu. 1. ab Vrbe 24. 1.

¶ Angor: Verbale. Feſtus: Angor, id eſt, animi vel corporis cruciatus: propriè à Græco συνάγχη, id eſt, ſtrangulatione, dictus.

Angor me afficit de. Lucretius lib. 3. 175.

—nec iam de illis nos afficit angor.

Angor occupat fauces. Plin. lib. 8. cap. 27. Vnde pardalianches venenum, quo fauces pantherarum occupantur.

Angore ſe diſſoluit animus. Lucret lib. 3. 185.

¶ Angina: genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur ac ſtrangulantur: alio nomine Tonſillæ. Plinius libro 20. cap. 1. Illitum anginas & arterias cum melle & oleo vetere ſanat. Plaut. Trin. 8. 105. Sues moriuntur angina acerrimè.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino ſuffocantur. Feſtus.

Anginas abolet menarum ſalſarum ex capitibus cinis ex melle illitus. Plin. lib 32 cap. 8.

Anginas diſcutiunt violæ ex aqua potæ. Plin. lib. 21. cap. 19. Sic, lib. 23. cap. 2.

Anginam hebetant nuces iuglandes cum ruta & oleo. Plin. lib. 23. cap. 8.

Anginam efficaciſſimè illini tradunt hominis ſanguine, ex quacunque parte emiſſo. Plin. lib. 28. cap. 4.

Angina non periclitari toto anno vulgò audio, ſi quis pullum hirundinis ederit. Celſus lib. 4 cap. 4.

Salutaris eſt contra anginas herba, quæ vocatur britanica. Plin. lib. 25. cap. 3.

Strangulari angina. Celſ. lib 2. cap. 10.

Suum anginas ſanat peculiariter ſideritis. Plin. lib. 26. cap. vltimo ad finem.

Anginas ſedat aniſum, cum melle & hyſſopo ex aceto gargarizatum. Plin. lib. 20. cap. 17. Sic lib. 32. cap. 4.

Anginis vtiliſſimum eſt mel. Plin. lib. 22. cap. 24.

ANGVILLA.] piſcis: de quo ſic Plin. lib. 9. cap. 51. 3. Anguillæ atterunt ſe ſcopulis: ea ſtrigmenta viuiſcunt, nec alia eſt earum procreatio.

Anguillis craſſius tergus, quàm murænis. Plinius libro 9. cap. 23.

Anguillis binæ pinnæ vice pedum. Plinius libro 9. capite 20.

Non fluitant anguillæ exanimes. Plin. lib. 9. cap. 21.

Paſcuntur noctibus anguillæ. Idem, ibidem.

Anguillæ exemptæ aquis diutiùs viuunt. Plinius libro 9. cap. 57.

Anguilla eſt, elabitur. Plaut. Pſeud. 11. 57 dictum per metaphor.

ANGVIS.] tam maſculini, quam fœminini generis eſt. *Maſculini.* Plaut. Amphit. 17. 56. Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo. Virgil. 3. Eclog. 17.

Frigidus, ó pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

*Fœmini-*

*Foeminin.* Varro Acinnius: Cuius vt aſpexit torta caput anguē reuinctum. Valerius: Subito ab vna parte aræ prolapſam anguem proſpexit. Cor. Tacit. Vnam omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt.
*Anguis, & Angues.* Stat. in 4. Anguete rexculſo Horatius, 1. Epiſt. 18.6.

Alter Mileti textam cane peius & angui
Vitabit chlamydem.

Anguis aliger. Valer. 1. Argonaut. 45.
Ater. Ouid. 4. Metamorpho.
Atrox. Stat. lib 6.32.
Auidus. Ouid. in Ibin. 58.
Cæruleus Virg l. 4. Georgic. 96.
Criſtatus. Senec. in Herc. furente, 4.3.
Criſtis præſignis. Ouid. 3. Metam. 3.
Ferus Ouid. 11. Metamorpho.
Frigidus. Virgil. 3 ecloga, 19.
Gorgonius. Ouid. 3. de Arte, 100.
Intortus capillis Eumenidum. Horat. 2. Carm od. 13.8.
Letifer. Stat 5. Thebaid. 148.
Lubricus Virgil. 5 Aeneid. 17.
Lucidus. Virgil. 1. Georg 41.
Maculoſus Virg. 3 Georg 84.
Martius Ouid 3. Metam 7.
Minax Stat. 4. Thebaid 20.
Purpureus. Claudian. in Ruff 2.36.
Salutifer. Stat. 3. Syl 4.5.
Squalens. Sil. Ital. lib. 13.130.
Squameus. Virgil. 2. Georg. 31.
Terribilis Ouid. 3. Amorum. eleg. 5.3.
Tetet. Claudianus.
Tortus. Ouid. 2. Metam. 25. & Virg. 3. Georg. 7.
Toruus. Virg. 6. Aeneid.
Trux Ouid. 4 Triſt. eleg. 6.3.
Timidus. Ouid. 5 Triſt.
Venenatus Ouid in Ibin. 97.
Venenoſus. Ouid. in Philomela. 13.
Viridis. Claudianus.
Angues ſenectutem exſuunt, eamq; protinus deuorant. Plin lib 8. cap. 31.2.
¶ Angueus lapſus. Solinus, cap. 37.
¶ Anguifer: Sydus eſt cœleſte, de quo ſic Columella, lib. 11. cap. 2. 36. Anguifer, qui à Græcis dicitur ὀφιοῦχος, manè óccidit, tempeſtatem ſignificat.
Anguifera domus. Stat. 2. Sylu. 2.24.
Anguifera cauda Cerberi. Seneca in Herc. furente, 9.40.
Anguiferra Lerna. Stat 2 Sylu 1.37.
¶ Anguineus. Anguineus cucumer dicitur à Col. lib. 2. c 9. 8. Id eſt, oblongus, & ad anguis ſimilitudinem contortus.
Anguineæ comæ Meduſæ Ouid 4. Triſt eleg 6 3.
Anguineus capillus Eumenidum Catul in Argonaut. 39.
¶ Anguinus. Anguina vernatio: pro pelle, quam verno tempore angues exſuunt. Plin. lib. 30. cap. 3. 6. Sic idem ſæpè alibi.
¶ Anguinum. Plin. lib. 29 cap. 3 13. Angues innumeri æſtate conuoluti, ſaliuis faucium corporumq; ſpumis, artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.
¶ Anguimanus. Anguimani vocati ſunt elephantes: quia proboſcis eorum, quę manus vocatur, in omnem partem, anguium more, facile flectitur & vertitur. Lucretius, libro 5.

Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas. Idem lib. 2. 108. 263.
Sicut quadrupedum cum primis eſſe videmus
In genere anguimanos elephantos.

¶ Anguipedes à poëtis dicti ſunt gigantes, quaſi loripedes: propterea, quòd pedes tortuoſos habuiſſe finguntur, ſicut angues ſeſe tortuoſos faciunt. Ouidius primo, Metamorph 38.
ANGVLVS.] Locus eſt, quem duo parietes iungunt: dictus, vt ait Varro l b 1. de Lingua Latina, quòd in eo locus anguſtiſſimus ſit, cuius loci is eſt angulus.
Angulus Deuius Claudian in Paneg. 2.36.

—quis deus eſſet
Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus
Dilectos coleret.

Extremus. Ouid. 13. Metam. 188.
Intimus. Horat. 1. Carm ode 9 5.
Obliquus Lucret. lib. 4 71.
Anguli oculorum bini ſunt: vni ad nares, alteri ad tempora pertingunt Ex Plinio lib 11 cap. 7 30.
¶ Angellus: Paruulus angulus. Lucret. libr. 2. 87. Angellis paulùm proſtantibus.
¶ Angularis qui vndique angulos habet Cato. cap. 14.1 Pilas ex lapide angulari. Id eſt, quadrato, vt exiſtimat Budæus.



Angulares ordines. Colum. lib. 5. cap. 3. 2. Extremos ordines, quos vocant angulares. De menſura agrorum loquitur.
¶ Anguloſus: plurimos habens angulos. Plin lib. 15. cap. 24. 4. Idem l. b 37. cap. 12. 4. Figura oblonga maxime probatur: deinde quæ vocatur lenticula, poſtea clypeidos, & rotunda, anguloſis minima gratia.
Anguloſi receſſus maris Aegæi. Plin lib. 4. cap. 4. 1.
Anguloſus vrbis procurſus Plin. lib. 5. cap. 10. 1.
¶ Anguſtus: adiectiuum, (τὸ) ab Angulus, inquit Sipontinus, hoc eſt, arctus, quòd anguli ſemper coarctentur: ſiue, quod impropriè dicitur, ſtrictus. Anguſtiſſimæ fauces. Cæſ. 1 bel C. uil. 99. Virgil. 4. Georg. 5. Anguſtos habeant aditus. & lib. 1 Aeneid. 84. Littore anguſto.
Anguſtioribus folijs herbæ. Plin lib. 13. cap. 21. 1.
Anguſta aqua. Ouid. 3. de Triſt. eleg. 10. 9.
Dies. Statius 1. Thebaid 89.
Differentia. Plin. lib. 21. cap. 5.
Habenis anguſtis equum compeſcere. Tibul. 1. eleg 4 3.
Menſa anguſta Sen. in Thyeſtæ. 5. 10.

Tutusq; menſa capitur anguſta cibus.

Nox anguſta. Ouid 3. Amorum, eleg. 6. 2.
Odoris anguſti roſa. Plin. lib 21. cap. 4.
Pauperies anguſta. Horat. 3. Carm. ordc. 2. 1.

Anguſtam, amice, pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer Condiſcat.

Pace anguſta frui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 4.
Pectore anguſto ingentes animos verſant apes. Virgilius 4. Georgic. 17.
Rebus anguſtis animoſus atq;
Fortis appare. Horat. 2 Carm. ode 10. 5.
Temporis anguſti manſit cócordia diſcors. Luca. lib. 1. 20.
Saxum anguſtius. Lucanus, lib. 8. 169
Anguſtiſſimum vmbræ imum. Plin. lib. 2. cap. 11. 3.
Noxa in anguſta. Celſ. lib. 8. cap. 4.
In anguſtum claudi. Ouid. 13. Metam. 82.
In anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ. Terent. Heaut. 4. 2. 2.
In anguſtam ſubtilitatem tenuari venas, adeò vt ſanguis penetrare non poſſit tradit Plin lib. 11. cap 37. 85.
Anguſta viarum. Virg l 2. Aeneid. 67. Vbi Seruius: Anguſta viarum, vicos anguſtos: vt eſt, Et ſtrata viarum. Tacit. libr. 20. Qui pontes & viarum anguſta inſiderent.
¶ Anguſtè: Arctè, ſiuè ſtrictè.
Anguſtè vti aliqua re Cæſar. 3. bel Ciuil. 61.
Anguſtiùs diffunduntur radices: Hoc eſt, Minùs latè diffunduntur. Varro 1. de re Ruſt. cap. 37. 4.
Anguſtiùs pabulari: Eſt, minus habere ſpatij locorum ad pabulandum: veluti quum milites ita premuntur ab hoſtibus, vt latè pabulatum ire non liceat. Cæſar 1. bell. Ciuil. 221
Vt anguſtiſſimè Pompeium contineret. id eſt, vt eum premeret atq; arctaret intra anguſtos limites. Cęſ. 5. bel. Ciui.
¶ Anguſto Lucan. lib 5. 47.

Quà maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. Sic Lucret. lib 4. 57. Seneca in Conſolatione ad Albinum: Si deſiderabit ſeruorum turbam, quæ domum quàmuis magnam anguſtet.

¶ Anguſtans, Anguſtatus, & Anguſtandus: participia. Catull. Argon. 72.

Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis.

Plin lib. 17. ca. 8. 1. Puteis ore anguſtatis. Sen. de Tranquil. vitę: Anguſtanda certè patrimonia ſunt, vt minùs ad iniurias fortunæ ſimus expoſiti.
¶ Anguſtia, & Anguſtiæ. Sunt loca adeò anguſta & difficilia, vt vix tranſiri queant. Cæſar 5. bel. Gal. 385 Tamen anguſtijs viarum, quam maximè poteſt, contrahit.
Anguſtia loci. Plin. lib. 14. cap. 6. 2.
¶ Anguſtitas: vetuſtum nomen, pro Anguſtijs. Accius Alpheſibœa: Sed angſtitatem incluſam ac ſaxis ſqualidam. Idem in Pæona: Saxum id facit anguſtitatem. Nonius.
ANHELO.] Ex Am. & Halo compoſitum. Eſt, quum ex curſu, aut alio quouis labore vehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur ac reſpiratur. Col lib. 2. cap. 3 1. Sed antè ad præſepia boues relegari non expedit quàm ſudare atque anhelare deſierint. Ouidius lib 1. de Remedio amoris, 79.

Principio cliui noſter anhelat equus.

Amnis anhelat vapore. Plin lib 5. cap 9. Phialam appellari fontem eius, mergiq; in cuniculos ipſum amnem, vapore anhelantem fumidis cautibus, vbi conditur.
Anhelans campus. Stat. 11. Thebaid. 4. —& anhelantem cœleſti ſulphure campum.
¶ Anhelatus: participium. Ouid. 12. epiſt. 2.

Iſſet anhelatos non præmeditatus ad ignes.

¶ Anhelator: Suſpirioſus. Plinius libro 22. capite 23. 10.
Anhela-

Anhelatoribus, & in tuſſi vetuſta, cum porto ex aceto datur.

¶ Anhelatio: Spirandi difficultas. Plin. lib. 21. cap. 21. 4. Prodeſt & orthopnoicis, & anhelationi. Idem lib. 23. cap. 1. 33. Anhelationibus, luxatis, in ſuccida lana impoſitum.

¶ Anhelitus: Ipſe ſpiritus anxiè actus.

Anhelitus æger. Virg. 5. Aeneid. 86.

—vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Aridus. Ouid 10. Metam. 1. 1.

Aridus à laſſo veniebat anhelitus ore.

Creber. Virgil. 5. Aeneid. 40.

—tum creber anhelitus artus

Aridaq; ora quatit.

Sublimis. Horat. 1. Carm. od. 15. 7. Sublimi fugies mollis anhelitu.

Captare anhelitum. Ouid. 4. Metam. 15.

Recipere anhelitum. Plaut. Epid. 5. 22.

Reddere & recipere anhelitum. Plin. lib. 9. cap. 7. 1. Nec piſcium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimant.

¶ Anhelus: Qui anhelat. Virg. 2. Georg. 27. —& ſenibus medicantur anhelis. Id eſt, ſuſpirioſis. Idem lib. 12. Martis anheli. Id eſt, belli, quòd anhelos ſiue anhelantes facit. Idem 1. Georg.

Vbi primus equis oriens afflauit anhelis. Vbi Seruius: Anhelis, Curſu anhelantibus.

Febres anhelæ. Ouid. 1. de Ponto. eleg. 11. 1.

Tuſſis anhela ægros quatit ſues. Virg. 3. Georg. 98.

ANICETVM.] Vide ANISVM.

ANICIANA.] inter pyrorum genera reponuntur. Vide Col. lib. 5. cap. 10 & Caton. cap. 7.

ANIENVS.] Deus, qui Anieni præeſt: vt Tiberinus, qui Tyberi.

ANIGRIADES.] nymphe (ἀνιγελιάδες, νύμφαι) ab Anigro flumine nuncupatę, teſte Strabone & Pauſan. in Eleg. Anigriadum nympharum in Samico ſpecus fuit, haud procul à flumine Anigro, in quem ingreſſi vitiliginibus laborantes, huiuſcemodiq; cæteris morbis, ſi nymphis his ſacra ſpopondiſſent, Anigrumq; fluuium innataſſent, ſanabantur. De his plura apud Pauſan.

ANIGRVS.] ἀνιγρὸς, Fluuius Theſſaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati lauerunt vulnera ſua. Quamobrem quum primò habuiſſet aquas dulces atque potabiles, habuit poſtea fœtidas atque turpes. Ouidius 15. Metamorph. 57.

ANICVLA, ANILIS, ANILITAS, ANILITER.] Vide ANVS.

ANIMA.] Nonius: eſt, ſecundùm conſuetudinem, ſpiritus quo viuimus. Virgil. 4. Georg. —animasq; in vulnera ponunt. Accius Epigone: Sapimus animo, fruimur anima: ſine animo anima eſt debilis.

Animai, pro animæ, ſæpiùs vtitur Lucret. vt lib. 1. 39.

Anima purpurea. Virg. 9. Aeneid. 73. Purpuream vomit ille animam. Vbi Seruius: Purpuream, ſecundum eos qui animam dicunt eſſe ſanguinem.

Anima recens: id eſt, quæ nunc primùm exijt è corpore. Ouid. 15. Metam. 169.

Curuæ animæ. Perſius Saty. 2. 7.

O' curuæ in terras animę, & cœleſtium inanes!

Viuax anima: quæ difficulter è corpore diſcedit. Ouidius, 12. Metamorph. 102.

¶ Anima, *pro vita vt plurimùm accipitur*. Iuuenal.

Summum crede nefas animam preferre pudori.

Salluſt. in Catil. Denique quid reliqui habemus, præter miſeram animam?

Animam abſumere leto. Virg. 3. Aeneid. 130.

Animam hanc accipite. Virgil. 4. Aeneid. 131.

Adimere alicui animam: pro Occidere. Plaut. Mil. 19, 136.

Anima auellitur infans. Stat. 5. Sylu. 5. 2.

Auferre animam alicui. Virgilius 8. Aeneid. 111. & libro 9. 92.

Carere anima. Quintil. lib. 1. cap. 3. 5.

Carent morte animę. Ouid. 15 Metam. 32.

Clauſit animam dolor. Lucanus, lib. 8. 12.

Claudere animam laqueo. Ouid. 7. Metam. 123.

Colligere animam in orbes æternos. Lucan. lib. 9. 2.

Concedere animam alicui: Sinere eum viuere. Ouidius, 5. Metamorph. 45.

Concedere ſepulchro animam. Virg. 3. Aeneid. 14.

Credere animam morti Lucanus, lib. 3. 149.

Dare animam. Virgil. 4. Georg. 41. de apibus.

Diffunditur anima è corpore diſſoluto: quemadmodum humor è vaſe quaſſato. Lucret. lib. 3. 89.

Anima dimiſſa, corpus caret vndiq; ſenſu. Lucret. lib. 3. 72.

Diuiſitq; animam. Lucan. lib. 3. 118.

Animam effingere. Seneca in Hercule Oetheo. 11. 7.

Effundere. Virgil. 1. Aeneid. 21.

Elidere. Ouid. 12. Metam 102.

Eripere alicui. Ouid. 6. Metam. 108.

Exhalare. Ouid. 6. Metam. 50.

Expellere. Ouid. 6. Metam. 24.

Exſpirare. Ouid. 5. Metam. 22.

Exprimere. Seneca in Oedipo, 4. 11.

Exſtinguere alicui. Terent. Adelph. 3. 2. 16.

Exturbare. Ouid. 15. Metam. 36.

Exſuere. Ouid. 15. Metam. 153.

Ferire. Lucret. lib. 5. 20.

Finire. Ouid. 7. Metam. 121.

Fundere. Lucret. 3. 210.

Inſpirare animam dicitur Deus. Lucan. lib. 7. 156.

Interclusa anima, creditus eſt mortalitatē expleuiſſe. Curt. lib. 5. in fine, de Tiberio.

Linquebant dulces animas. Virgil. 3. Aeneid. 28.

Mittere animam: pro Mori. Lucret. lib. 6. 248.

Animas ſub tartara mittere. Virgil. 4. Aeneid. 49.

Obiectare periclis animam. Virgil. 12. Aeneid. 47.

Profundere animam per vulnera Ouid. epiſt. 22. 16.

Proijcere animam. Virgil. 3. Georg. 97.

Reddere animas ademptas dicitur Aeſculapius: id eſt, Vitę reſtituere. Ouid. 2. Metam. 129. Tacit. lib. 14.

Animam relinquam potiùs, quàm illas deſeram. Terentius, Adelph. 3. 4. 52.

Reſumere animam. Senec. in Herc. Oetheo. 1. 5.

Seducere artus ab anima dicitur mors. Virg. 4. Aeneid. 78.

Animam ſingultare. Stat. 5. Thebaid. 52.

—poſitiq; patrum ſuper ora gementum

Semineces pueri, trepidas in limine vitæ Singultant animas.

Spoliare ferro. Sil. lib. 13. 74.

Subducere morti. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. in fine.

Tradere funeri. Senec in Troade. 5. 2.

Trahere Stat. 1. Theb. 10. Tacit. lib. 1. Meq; precariam animam inter infenſos trahere.

Animam debet. Terent. Phorm. 4. 3. 56. Quid ſi animam debet? Donatus prouerbium eſſe admonet de eo, qui immodico ære alieno teneatur, vt plus, quam omnes facultates debeat, ac deniq; ſeipſum debeat. Sic. Eraſmus.

Animæ meæ pars, ſiue dimidium. Sic dicimus de illis, quos priuato quodam & ſingulari amore proſequimur. Horat. 2. Carm. ode 17. ad Mecœnatem, 2.

Ah te meæ ſi partem animæ rapit

Maturior vis, quid moror altera? Idem 1. Car. od. 3. 2.

Et ſerues animę dimidium meę.

¶ Anima: *Halitus oris, ſiue ſpiritus*. Virg. 2. Georg 37.

—animas & olentia Medi

Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis. Plaut Aſin. 16. 44. An fœtet anima vxori tuę? Terent. Phorm. 5. 6. 28. Animam compreſſi, aurem admoui.

¶ Anima putei, *pro Aqua*. Plaut. Amph. 8. 39. Ni ego illi puteo, ſi occœpſo, animam omnem intertraxero. Fortaſſe pro Halitu & vapore prodeunte ex puteo.

¶ Anima: *Ventus*. Plaut. Aulul. 9. 24. Lucret. lib. 5. 48. Animę aurarum leues. Et apud Horatium:

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Animas ſecundas prece quęrere. Lucret. lib. 5. 247.

¶ Anima: Aër. Varro 1. de re Ruſt. cap. 4. ex Ennio, Aqua, terra, anima, & ſol. Virgil. 6. ecloga:

Namq; canebat, vti magnum per inane coacta

Semina terrarumque, animęq; mariſq; fuiſſent.

Varro: Anima vt concluſa in veſica, quando eſt arctè ligata, ſi perculeris, aëra reddet. Lucret. lib. 6. 27.

—plena animæ veſicula parua.

Attrahens atque reddens animam pulmo ſpirandi officina. Plin. lib. 11.

¶ Animal. eſt (vt Philoſophi diffiniunt) ſubſtantia animata ſenſibilis. Plin. lib. 10. cap. 63. Bipedum ſolus homo animal gignit. Ouid. 1. Metam. 18.

Pronaq; cùm ſpectent animalia cetera terram.

Os homini ſublime dedit.

¶ Animalis: Quid eſt ex animali, aut quid habet animam. Lucret. lib. 1. 46.

Vnde animale genus generatim in lumina vitæ

Reducit Venus.

Animales dij. Seruius ex Labeone: Labeo in libris, qui appellantur de dijs animalibus, ait eſſe quædā ſacra, quibus animæ humanę vertantur in deos, qui appellātur animales, ꝙ de animis fiant. Hi autem ſunt dij penates & viales.

Animalis res. Quint. lib. 8.

Animalis ſpiritus. Plin. lib. 8. cap 42. Equas Fauonio flante obuerſas, animalem concipere ſpiritum idq; partū fieri.

Animalis hoſtia dicebatur, vbi anima tantum ſacrificabatur, & caro ſacerdotibus proficiebat. Feſtus.

ANIMABILIS.] Vide ANIMVS.

ANIMADVERTO.] Eſt animum ad rem aliquam verto, aſpicio, hoc eſt, de improuiſo quippiam intueor. Plaut. Animaduerto hominem ſubalbidum, tremulum. Id eſt, aſpicio.

Animaduertere rem aliquam: Curare, obſeruare. Terent. Phorm.3.13.

Animaduertere & æſtimare aliquid. Liu. in præfat.

Animaduertere: Attendere, attentum eſſe ad audiendum ſpectandumq; Terent. in prolog. Eunuch.44, Cum ſilentio animaduertite.

Animaduertuntur ſues à facie & progenie, & regione cœli. Id eſt, conſiderantur. Varro 2. de Re ruſt. cap.4.4.

Animaduertere iniuriam, facinus. Terent. And.1.1.129, Ea primùm ab illo animaduertenda iniuria eſt. Vbi Donatus: Nota participium à paſſiuo, Animaduertenda, caſtiganda, vindicanda eſt. Ibidem 4.4.28, O' facinus animaduertendum.

Animaduertere verberibus in aliquem. Salluſt.

Animaduertere capitali pœna in reum. Vlpian. de ſiccarijs.

¶ Animaduerſus: Perſpectus, cognitus, intellectus. Cæſar in Comment. Hac re animaduerſa, Cæſar iubet ſigna cõuerti. Virgil.3. Georg. His animaduerſis. Id eſt, cognitis, intellectis.

Animaduerſa flagitia: Id eſt, punita. Suet. in Nerone, cap. 16, Multa ſub eo & animaduerſa ſeuerè, & coercita.

Animaduerſus: *Qui ſupplicio affectus eſt.* Paulus Iuriſconſul. Corpora animaduerſorum quibuslibet petentibus, ad ſepulturam danda.

ANIMAL.] Vide ANIMA.

ANIMVS.] Animus, teſte Seruio, conſilij eſt: Anima, vitæ. Salluſt. Haud facilè animus verum prouidet, vbi illa officiunt. Terent. Adelph.4.5.21, Animo malè eſt. Ibidem 4.4.3, Animus timore obſtupuit.

Animus, *pro Memoria.* Virgil.9. eclog. Omnia fert ætas, animum quoq; Seruius.

Animi, *pro cogitationibus.* Plaut. Epid. 2.43. Quot illic homo animos habent. Terent. Heaut.3.3.9, Noui ego amantium animos: aduertunt grauiter, quæ non cenſeas.

Animus: *Voluntas.* Terent. And. 1.1.137, Mala mens, malus animus. Idem, Heaut. 1.2.15, Timet omnia: patris iram, & animum amicæ ſe erga vt ſit ſuæ.

Ardor animi euanuit. Ouid.1. Amorum, eleg. 10.2.

Aſperitate animi dulciore ſucco mitigare. Plin. li.22.c.24.5.

Animi candor. Ouid.3. Triſt. eleg.6.2.

Coniectura. Quint. lib.1. cap.2.17.

Conſtantia. Ouid.11. Metam.59.

Curas animi leuare. Cat. ad paſſerem Lesbiæ, 2.3. vel è pectore ſoluere. Lucr. lib.4.184. Et, Aliò traducere. Lucret. lib.4.226.

Firmitas animi. Quint. lib.6. in procem.4.

Fluctus animi pellere. Seneca in Herc. furen.12.8.

Habitum animi ſemel conſtitutum difficile eſt nobis mutare. Quin. l.4.c.2.82. Et Tacit. lib.17, Habitus animorum.

Mens animi mœrore perturbata. Lcret. lib.6.238.

Motus animorum. Virg.4. Georg.18.

Nubes animi. Ouid.1. Triſtium, eleg.3.13.

Pax animi. Ouid.11. Metam.125.

Præſtantia animi. Quint. lib.6. cap.1.19.

Rectum animi ſeruare. Horat.2. Serm. Saty.3.40.

Sublimitas animi. Plin. lib.7. cap.25.3.

Prætentare animi ſententiam. Ouid.9. Metam.116.

Tenor animi. Plin. lib.7. cap.19.1.

Terrorem & tenebras animi diſcutere. Lucret. lib.2.12.

Vigor animi. Ouid. 15. epiſt.11.

Aegrotare vitio animi. Horat. 2. Serm. Saty.3.62.

Vulnus animi graue habere. Ouid.9. Metam.109.

Animus accliuis falſis. Horat. Serm. Saty.2.

Acres animi incaluere. Ouid.2. Metam.18.

Animos acres conuertere ad aliquem. Virg.11. Aen.160.

Acrior animus. Quint. lib.1.3.6. Vide ACER.

Acerbis animis ſæuire. Virg.5. Aen.92.

Aduerſis animis accipere. Tac. lib.3.

Aequus animus. Horat. 11.6.

Aequo animo. Lucret. lib.3.196.

Aequis animis. Horat. in Arte Poet.51.

Amico animo. Horat.4. Carm. ode 7.4.

Ancipites animi. Lucan. lib.10.3.

Atrox animus. Horat.2. Carm. ode 1.5.

Attonitis animis hærere. Virg.5. Aen.105.

Attonitis animis inhiare. Virg.7. Aen.163.

Auarus laudis animus. Horat.2. epiſt.1.36.

Auari animi irritamen opes. Ouid.13. Metam.87.

Animo benigno & clementi. Terent. Hecyr.

Capax animus ad præcepta. Ouid.8. Metam.49.

Capaci animo maiora concipere. Ouid.15. Metam.1.

Celer animus. Virg.4. Aeneid.58.

Conſcius animus ſe remordet. Lucret. lib.4.229.

Conſtantior. Ouid. ad Piſonem.52.

Credulus. Seneca in Troade,1.1.

Cupidus litium & rixæ. Horat.3. Carm. ode 14.5.

Degeneres animos timor arguit. Virg.4. Aen.3.

Dociles animi. Horat. in Arte poëtica,68.

Duriores animos ad pleraq; robur ipſum facit. Quint. lib.1. cap.1.17.

Expertus bellis animus. Tacit. in vita Agricolæ.

Faciliore animo abuti. Quint. lib.4. cap.2.80.

Faciles iuuenum animi. Virg. lib.3. Georg.32.

Ferax animus. Ouid. ad Piſonem,44.

Ferox. Seneca in Medea,12.8.

Fidelis. Terent. Hecyra, 3.5.22, Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fui.

Fortis atq; obfirmatus. Plaut. Amph.8.4, Perferam vſque eius abitum animo forti, atq; obfirmato.

Felix. Iuuenal. Saty.14.12.

Generoſior celſiorq;. Quint. lib.1. cap.2,20.

Hoſtilis. Seneca in Octauia,1,5.

Humani animi, id eſt hominum animi. Hor. l.1. Ser. Sat.8,4.

Iacens animis. Quint. lib.6, cap.5,19.

Idem omnibus. Virg. lib.3, Aen.12.

Impatiens. Ouid. lib.1, de Remed. amoris,25.

Impotens. Terent. And.5,3,8. Senec. in Herc. furente.6,3.

In animo eius validus. Tacitus, libro 4, Priſca in animo Auguſtæ valida.

Inanis animus. Virg.2. Georg.57.

Infrangilis. Ouid. ad Liuiam,71.

Ingens. Horat. 2. Sermonum.

Ingentes tollere animos. Virg. lib.3. Georg.41.

— namq; ante domandum
Ingentes tollent animos.

Ingentes animos anguſto in pectore verſant. Virgilius, lib. 4. Georg.17.

Iniquo animo. Terent. Eunuch.2,1,6.

Iniquis animis. Virg. lib.10, Aen.2.

Inuictus animus. Plin. lib.7, cap.25,3.

Inſtabiles annis animi. Ouid lib.3, de Arte,11.

Lætus in præſens animus, quod vltra eſt Oderit curare. Horat.2. Carm 16,5.

Latens. Iuuen. Sat.9,2.

Magni animi plenum pectus. Ouid. lib.5. Metam.37.

Homo maximi animi. Liu. 8. bel. Pun.

Mares animi. Horat. in Arte poët.81.

Meliore animo aliquid ferre. Ouid lib.9. Metam.87.

Memori animo notare. Ouid. lib.9. Metam.156.

Animo meo. Teren. Adelph.5,6,4. — hominem maximi Precij eſſe hodie te iudicaui animo meo: hoc eſt, ſecundùm animi mei ſententiam.

Minaces animi. Ouid.6. Metam.138.

Minutus, infirmus, & exiguus. Iuuen. Sat.13,19,

— quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi, exiguiq; voluptas, Vltio.

Mitis. Iuuen. Sat.14,2.

Mobiles animi. Quint. lib.2. cap.17,18.

Mutuus animus. Horat. lib.4. Carm. ode 1,6.

Mutuis animis amare. Catul.42,4.

Obſtinatus animus. Liu.6, Decad.1.

Omiſſus. Terent. Heaut.5,2,9,
Te vidi animo eſſe omiſſo: id eſt, demiſſo.

Otioſus. Terent. And.5,2,1,
Animo iam nunc otioſo eſſe impero.

Paruus. Horat. lib.1. Serm. Sat.2,2.

Placidioribus animis. Quint. lib.4, cap.2,53.

Plenus culpa animus. Seneca in Hipp.2,10.

Præſens. Terent. Eunuch.4,6,31.

Præſens & acer. Quint. lib.6, cap.4,6.

Præſens animus in pectore. Virg. lib.5, Aen.72.

Promptus animus & alacris ad defendendam Rempub. Tacitus, libro 4.

Pudicus animus. Ouid.7, epiſt.1.

Puſilli animi homo. Horat. lib.1, Serm. Sat.4.

Reſides animi. Virg. lib.1, Aen.146.

Robuſtior annis animus. Stat. lib.5, Sylu.2,3.

Rudis. Quint. lib.1, cap.1,2,6.

Rudes atque agreſtes animi. Quint. lib.1, cap.10,10.

Sagax animus. Lucret. lib.2,168.

Segnes animos prouocare. Claud. de raptu Proſerp. lib.3,6.

Supinus animus. Catul.17,6.

Suſpicacem animum perſtrinxere. Tacitus libro 1.

Syluestrem animum exſuere. Virg. lib.2, Georg.11.

Triſtis & intractabilis animus. Seneca in Hipp.2,38.

Truces animos Cupido inuolat. Tacitus, libro 1.

Vagus animus. Catullus,58,1.

VV Valentes

Valentes animi.Virg.7,Aen.43.
Velox animus.Horat.lib.1,epiſt.12,3.
Virides auſis animi Sillius,lib.1,38.
Virilis animus.Ouid.lib 13,Metam.29.
Viriles animos gerere Seneca in Agamem.13,2.
Viuidus animus.Tacit.lib.13.
Aeger animi.Tacit lib.19.
Amens animi Virg.4,Aen 41.
Captus animi.Tacit.lib 19.
Diuerſus animi.Taci,20,Qui diuerſus animi.modo numen paueſcere, modo minis aduerſantis populi terreri, ſæpe,&c.
Egens laudis animus.Virg lib.5,Aen.149.
Iuuenis calidus animis.Virg 3,Georg.23.
Ferox animi.Tacit.lib.1.
Fidens animi.Virg.2,Aen.13.Tacit lib.4.
Dubius animi Virg 3,Georg.57.
Immodicus animi.Tacit lib.17, Corpore ingens,animi immodicus.
Incertus animi.Tacitus,lib.5.
Infelix animi.Virg.4,Aen.106.
Ingens animi fœmina.Tacitus,lib.1.
Inops animi,Virg 4,Aen.61.
Integer animi: id eſt, ſanus mente.Horat.2.Serm.Sat.3,44.
Largus animo.Tacit li.18,Genere illuſtri, largus animo, & par opibus.
Maturus animi.Virg.9,Aen.51.
Hic annis grauis,atque animi maturus Alethes.
Maturus animo & æuo.Ouid.lib.8.Metam.124.
Mitior animo.Horat.lib 3,Carm.ode 10,4.
Præſtans animi.Virg.12 Aen.4.
Promptus animi Tacitus,lib.18.
Turbidus animi.Tacitus,lib.20.
Validus animi,& corpore ingens.Tacitus,lib.15.
Victus animi.Virg.4,Georg.98.
Abijcere animum: pro Animum deijcere ac deprimere, & penè deſperare,Quint.lib.3,cap.10.
Accendunt hæc animos.Quintil.lib.1,cap.2,16.
Alleuare animum à mœrore.Curtius,lib.4.
Accipere animis dicta alicuius.Virg.lib 3,Aen 50.
Accipere animum quietum in aliquem.Virg.1,Aen,62.
Accommodare animum,quũ lugemus & iraſcimur. Quintil.lib.6,cap.2,21.
Additus furor animis. Virg.lib.2,Aen,71.
Adhibere animum vel animos.Ouid.lib 15.Metam.48.
Animum adijcere ad virginem.Terent.Eunuch.1,2,63.
Animum adijcere alicui rei.Liuius.
Adijcere animos: id eſt,audaciam addere. Ouid.lib.7, Metamor.24.
Adiungere animum ad aliquod ſtudium. Ter.And.1,1,29.
Adleuatur animum.Tacit.lib.5.
Adrepere animis. Tacit.lib.3. Nec quicquam graue ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorũ proditor non virorum animis,ſed mulicrcularum adrepit.
Aduertere animum.Terent in prol.And 8, Nunc quam rem vitio dent,quæſo animum aduertite.Tacit li.13, Qui animum etiam leuiſſimis aduerterent.Lucret lib.3,9.
Aduertere animos monitis.Ouid.lib.15,Metam.28.
Aduertite animis veſtris quæ dicam.Virg.lib.2,Aen.141.
Aequare animos olympo Virg.lib.6,Aen.156.
Aeſtimare animo Curtius.libro 6, Bucephalum Alexander non eodem,quo cæteras pecudes,animo æſtimabat.
Affigerere animo ſuo,quod compoſuerimus. Quint.lib.2, cap.7,2. de ediſcendo.
Agi animis in funera.Virg.7,Aen.9.
Agitare animum ſpe & metu. Quint.lib.4,cap.1,23.
Alienare iudicum animos.Quint lib 4,cap.1,10.
Alleuare animum Seneca in Troade,10,19.
Angere animum curis mordacibus.Lucan.lib.2,135.
Appellere animum ad ſcribendum.Terent in prol.And.1.
Animis ardentibus ſonare iurgia.Iuuen.Saty.15.6.
Arrigere animos Virg.lib.12.Aen.51.
Aſſueſcite bella animis.Virg.lib 6,Aen.167.
Auertere tædio animum diſcentis.Quint.lib.1,cap.12.10.
Augere animos & adijcere.Ouid.lib:7.Metam.24.Tacit.lib.18,Titus auctus animo ad patrem peruectus.
Cadunt animi.Ouid lib 11,Metam.108.
Cepit animum dementia.Virg.lib.5,Aen.82.
Coercere animos.Seneca,in Hippol.2,35.
Animo,vel in animo cogitare ſecum. Terent.Adelph.3,4,55,Hoc tu facito,tecum animo cogites. Ibidẽ 1,1,55,Quæ in animo cogitat irata.
Animus commotus metu.Terent.And.5,4,35:
Concipere aliquid animo.Ouid.lib.2,Metam.16, Tacitus, lib.3,Et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos,non ſeruili animo concepit.

Concipere imagines animo.Quint.lib.1,cap.2,20.
Concipere iras animo.Ouid.lib.1.Metam.35.
Confirmare animum.Seneca,in Octa.4,37.
Confirmare animum trepidum Iuuen.Satyr.14,11.
Confundere ac ſatigare animum.Quint.lib.1,cap.12,1.
Conſulere animum ſuum,ne quid dicamus naturæ aduerſum.Quint.lib.4,cap.2,38.
Contendere animum in curas.Ouid.1.de Ponto, eleg.6,3.
Contundere arte animos.Ouid.1.de Arte amandi, 3.
Conuerſi animum.Tacit.l.17.Animum,vultumq; cõuerſi.
Deducere curas animo.Horat.lib.1,epiſt.2,10.
Deficiunt animi,Horat.in Arte poet.6,
Defecerat eam animus.Plaut. Mil.20,37.
Deficere animis.Curtius,lib.4.
Defectus animo.Plin.lib.20,cap.14.
Deluſit animum hoc vno reſponſo.Virg.lib 6.Aen,69.
Demittere animum.Tacitus,lib.16.
Deponere curas animo.Virg.4,Georg.106.
Deprendere animum furtim blanditijs.Ouid.libr 1, de Arte amandi,15.
Deriuare à curis animum.Lucret.lib.2,73.
Deſtruit longius æuum animos.Lucan.lib,8,6.
Detegere animos.Lucan.lib.5,65.
Diffundere animos: id eſt,lætos reddere. Ouidius,lib.1,de Arte,42.
Dimittere animos.Curtius,lib.5.Ne milites deſides otio dimitterent animos.
Dabit ſpes animum.Ouid ad Piſonem.44.
Dant animos vina.Ouid lib.12,Metam.49.
Dare in luctus animum.Ouid.lib.2,Metam.77.
Dimouere animum loco.Quint.lib.7,cap,4,13.
Domare rigentem animum.Seneca,in Hippoly.4,12.
Ducere animo.Virg lib.6,Aen,138.
— ſic equidem ducebam animo,rebarq; futurum.
Ducere animos ſolent Aeſopi fabulæ, præcipuè ruſticorum, & imperitorum Quint.lib.5,cap.11,15.
Eijcere animum de aliquo.Terent.Heaut.5.2,2. — vt pater Tam in breui ſpacio omnem de me eiecerit animũ patris?
Emendare animum Propert lib 3,eleg.21.
Animo bono eſſe.Terent.Adelph 4,2,5.
Animo male eſt.Plaut Amph.8,90. Terent.Adelph.4,5,21.
Perficere eſt animus.Virg.4.Aen.128.
Animus eſt reditus: id eſt,redeundi.Ouid.23, epiſt.21.
Animus eſt mihi ad aliquid faciendum. Curtius,lib.5,Paucis ad moriendum, pluribus ad ſugam animus fuit.Liu.3,Decad.lib 1.
Animus in naui eſt meus. Id eſt, de naui cogito. Plautus Perſa,18,26.
Iamdudum eſt animus in patinis.Teren.Eunuch.4,7,46.
Exacuere verſibus animos in bella. Horat.de Arte poët.81.
Excidere animo.Virg.lib.1,Aen.6.
Excitare animum.Seneca in Herc.furente.5,1.
Excolere animum.Quint.lib.5,cap.11,19.
Exercere in armis animos.Ouid.lib.1.Amorum,eleg.8,7.
Eximere onus animis.Horat.lib.1.epiſt.5,4.
Expedire metu animum.Hora.lib.3.Carm.od.24,2.Liuius, libro 8. Decad.4. Et expedire tela animoſque equitibus iuſſit.
Explere animum.Virg.2,Aen.117.Terent.And.12,17.
Explorare animos.Ouid.lib.1.de Arte,29. Tacit.lib.17.Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ tolerantur,felicitate corrumpimur.
Exſuitur animus.Stat.lib.10.Theb.187.
Facere animum iudicis mitem.Quint.lib.3,cap.9,6.
Facere animos.Liu.Id eſt,addere.
Fateri animum clamore.Ouid.1,de Arte,23.
Fatigare animnm.Horat.lib 2,Carm.Ode 11,3.
Faucie linguis & animis.Ouid.lib.1.Faſt.15.
Fingere animos audientium concitandis componendiſq; animis.Quint.lib.3,cap.4,10.
Firmare animum præſenti pignore.Virg.3, Aen.122. Ouid.9 Metamor.150.Tacit lib.15, Animum aduerſùm ſuprema firmat.
Flagrans animus.Iuuen.Saty.1.16.
Flectere animum.Virg.4,Georg.103. Et Quint.lib.4,cap.2,58.Terent.Hecyra.4,3,2.
Flectere ab ira animum.Seneca in Medea,4,5.
Formare puerorum animos.Quint.lib.1.,in Procem,11.
Frangere animum.Ouid.8.Metam.102.
Animo morem gerere.Terent.And.4,1,17.
Nec vnus in te ego hos animos geſſi.Id eſt,talem affectum.Liu.2. ab Vrbe,54.
Habe bonum animum. Plaut. Aulul.7,15. & Liuius,4.bel.Maced.
Hilarare animum.Catul.58.de Berecynthia & Aty,4.
Horret animus meminiſſe.Virg.2,Aen.3.

Imbuit

Imbuit animos cura peculi. Horat. de Arte poët. 57.
Impellere animum ad aliquid faciendum. Quint. li. 3, c. 8, 9.
Implere veris animum. Virg. lib. 5, Aen. 87.
Incaluère animi. Ouid. 2, Metam. 18.
Incendere animum amore famę. Virg. 6, Aen. 178.
Inducere animum. Terent. And. 1, 3, 41, Si iſtuc animum induxti, eſſe vtile Hoc eſt, ſi tibi perſuaſiſti.
Inducere animum cantare. Horatius, libro primo. Serm. Satyr 3, 1.
In animum inducere. Terent. Adel. 4. 3. 0.
Indulgere animis. Ouid. lib. 7. Metam. 116.
Inducre animum bonis artibus. Tacit. lib. 15.
Inducre magnum animum. Tacit. lib. 11.
Infamare animum vano timore. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 6. 9.
Infigere animis. Quint. lib. 1, cap. 8, 11.
Infundere animos. Ouid. 1. Metam. 78.
Inſpirare animum. Virg. 6, Aen. 3.
Inſtaurati animum Virg. 2, Aen. 90.
Intendere animo. Tacitus, in vita Agricolæ: Monam inſulam redigere in poteſtatem animo intendit.
Anxius.] pro ſolicito, aut mœſto.
Anxius ſum de aliqua re. Quint. lib. 5.
Anxia cura: Quæ nos facit anxios. Plin. lib 6 cap. 8,1.
Anxia oratio: id eſt, curioſiùs elaborata. Gel. lib. 15, cap. 7.
¶ Anxius, *cum genitiuo*. Plin. lib. 15, cap. 18. 6, Nepotumq; ſecuritatis anxius. Silius: Anxia fati. Ouid. 1, Metam. 125, Et fuit anxia furti. Idem, 19, epiſt. 39,
Anxia ſunt vitæ tempora noſtra tuæ.
Anxia potentiæ. Tacit. lib. 4, & lib. 2, Anxia ſui.
Anxius gloriæ alterius. Liu. 5. bel. Pun. Mentis. Ouidius ad Liuiam.
¶ Anxius, *cum ablatiuo*. vt, Anxius curis. Liu. 7. bel. Pun. 251. Ouid 9, Metam. 56.
Anxium habere. Hirtius, lib. 5,279, Mirificè hoſtium leuis armatura anxium ac ſolicitum habebat.
¶ Anxiè: Solicitè, curioſè. Salluſt. in Iugurtha, Neque tam anxiè laturum fuiſſe. Plin. lib. 11, ca. 52,1. Ne in ſe quiſq; & auguria anxiè quærat.
¶ Anxietas. Plin. lib. 7, cap. 53, Quem euenti anxietate diximus mortuum. Iuuen. Sat. 13,23, Perpetua anxietas.
Anxietas animi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5,2.
¶ Anxitudo: pro Anxietate. Accius, Armorum iudicio: Vbi cura eſt, ibi anxitudo.
Apage.] vox eſt apud Comicos vſitatior: qua modò vt aduerbio, modò vt verbo vtimur: ſignificantes ſcilicet rei alicuius faſtidium.
Apage, *abſolutè poſitum*. Plaut. Amph. 4,156,
S. Apage: non placet me hoc noctis eſſe, cœnaui modo.
Quaſi dicat, abſit à me iſtud.
Apage te à dorſo meo. Plaut. Caſin. 10,23. Id eſt, te remoue, vel procul eſto. Apage illum à me. Idem, Caſina.
Apage te. Terent. Eunuch. 5,2,65. Sub. à me. Id eſt, hinc, vel a me recede.
Apage iſtiuſmodi ſalutem, cum cruciatu quæ aduenit. Plau. Merc 4.33.
Apage, apage te à me. Plaut. Moſtel. 7,6. Apage à me, apage, Plaut. Bacchid. 1,40.
¶ Apageſis: hoc eſt, Apage ſi vis. Terent. Eunuch. 4,6,18,
—-- nū formidoloſus obſecro es, mi homo? C. apageſis,
Ego formidoloſus?
Ape.] apud antiquos dicebatur Prohibe, Cōpeſce. Feſtus.
Apeliotes.] Nomen ventus. Plin. l. 2, c. 7, Ab Oriente æquinoctiali, Subſolanus, ab Oriente brumali, Vulturnus: illum

illum Apeliotem, hunc Græci Eurum appellant. Catull. ad Furium, 23.

Nec ſæui Boreæ, aut Apeliotæ.

Apella.] Nomen fictum ab A priuatiua particula, & nomine Pellis. Horat. 1. Serm. Satyr. 5, 29, Credat Iudæus apella.

Aper] Porcus ſylueſter. Iuuenalis,

— quanta eſt gula, quæ ſibi totos.
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?

Varro 4. de Lingua Latina: Apri ab eo, quòd in locis aſperis: niſi à Græcis, quòd hi κάπροι. Horat. 2. Ser. Satyr. 3, 47, Cœnare aprum.

Aper acer. Virg. 19, ecloga, 12.
Cruentus & indomitus Claud.
Durus. Propertius, lib. 2.
Frendens Ouid. 1. de Arte, 10.
Fuluus Ouid 2, de Arte, 75.
Hirtus Ouid. 1, de Arte, 153.
Hiſpidus. Seneca, in Agamem. 1, 6.
Nemoriuagus. Catul. in Aty. 58, 19.
Setoſus. Virg. 7, eclog 6.
Sæuus. Virg. 3, Georg. 49.
Spumans Virg. 1. Aen. 66.
Timendus dente. Ouid. 4. epiſt. 21.
Toruus. Ouid 2, de Arte, 38.
Trux. Ouid. 11, Metam. 142.
Vaſtator. Ouid 9, Metam. 39.
Violentus. Ouid. 8, Metam. 148.
Apri fulmen habent in dentibus. Ouid. 10, Metam. 109.
Aprum agitare latratibus. Silius, lib. 16, 115.
Ferire aprum Ouid. 3, Metam. 143.
Figere apros. Ouid 2, de Arte, 38.
Iraſcitur aper. Ouid. 7, Metam. 111.
Prædator aprorum. Ouid. 12, Mtam. 62.
Immittere fontibus apros Virg. 2, eclog. 9.
Premere curſum apri. Virg. 1. Aen. 66.
Sectari apros. Virg. 3, eclog. 15.
Superare viribus aprum. Horat. 1, epiſt. 19, 11.
Turbare aprum latratibus. Virg 3, Georg. 82.

¶ Aprugnus. Plin. lib. 8, cap. 51, 6, Iam Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiſio, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Plaut Perſa. 9, 4,

— quæ dixi vt nuntiares,
Satin' ea tenes? S O. magis calleo, quàm aprugnum callum callet. Sic in Pœnulo, 8, 2.

Aperio.] Ex Ad & Pario, teſte Priſciano: id eſt, Patefacio. Aperire oſtium. Terent. Adelph. 4, 4, 5. Idem Adelph. 2, 1, 13, Fores. Aerarium, Cæſar 1. bel. Ciuil. 53.

¶ Aperire: *Declarare, oſtendere*, Plin. lib. 2, cap. 11, Certior ex vtraq; vaſtitas ſolis aperitur.

Aperire ſe. Terent. And. 4 1, 6,
Pòſt vbi tempus, promiſſa iam perfici,
Tum neceſſariò ſe aperiunt.

¶ Aperire, *pro Efferre arcanum, prodere*. Liu. Rem Annibali aperit.

Aperire: *Soluere, explicare*. Aperire ænigma. Plaut.
Aperire futura. Virg. 6, Aen 3.
Aperire: *Nudare, detegere*. Aperire caput, aut aliam partem corporis. Plin. lib 28, cap. 6, 3.
Aperuit aciem dies. Tacit lib. 20.
Aperire caput, *pro Vulnerare*. Iuuenal.
Fuſte aperire caput, candelam apponere valuis.
Aperire: *Oſtendere*. Virg 6, Aen.
— aperit ramum, qui veſte latebat. Idem 1. Aen. Terram inter fluctus aperit. Idem in tertio:
Quarto terra die primùm ſe attollere tandem
Viſa: aperire procul montes, ac voluere fumum.
Aperire viam: *Dare aditum*. Virg. 11, Aen.
Nec ſocijs aperire viam, nec mœnibus audent.
Idem lib. 10. Aperit ſi nulla viam vis.
Aperire viam incendio: Dare aditum ad faciendum incendium. Liu 5. ab Vrbe, 9.
Fugam incluſis. Claud. de bel. Getico, 20.
Iter alicui in aliquam regionem. Liu. 7. bel. Pun. 247.
Iter ferro Salluſt. Quocunq; ire placet, ferro iter aperiendum eſt.
Diem. Liu 2 bel. Pun. 29. Quum caleſcente ſole diſpulſa nebula aperuiſſet diem. Sic ibidem. lib. 6, 6.
Occaſionem Liu. 9 ab Vrbe, 141.
Occaſionem ad inuadendum Liu. 4. ab Vrbe, 231.
Florem ſuum. Plin lib. 12. cap. 11, 2.
Ludum docendi. Sueton. de Claris Rhethoribus: Ad id tempus Epidius calumnia notatus, ludum docendi aperuit.
Aperire, & Operire, contraria. Plaut. Capt. Operta quæ fuere, aperta ſunt.

¶ Apertus: nomen ex participio. Plin. lib. 11, cap. 37, 33, Ora apertiora laniatu viuentibus.
Aperta pericula. Virg. 11, Aen. 71.
Apertum cœlum: Id eſt, purum, & ſerenum, inquit Seruius. Virg. 1, Aen. 32, Cœloq; inuectus aperto. Sic apertus æther Ibid. 119,
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum.
Apertum ſerenum. Virg. 2, Georg. 79,
Nec minùs ex imbri ſoles & aperta ſerena.
Aperta æquora: Lata planities. Virg. 3, Georg. 38.
Apertus campus: Planiſſimus, & latiſſimè patens. Virg. 2, Georg. 56. Liu. 9 bel. Maced. 122. Sic Apertum mare, apud eundem, 5 bel. Pun. 58.
Aperta & Dubia, contraria. Lucret. lib. 4, 95.

¶ Apertum, *quod fraude vel inſidijs caret*. Virg. 11, Aen. Saltus ingreſſus apertos.
Apertum, *abſolute*. Liu. 1. ab Vrbe, 148. Et caſtris in aperto poſitis. Id eſt, in loco vndiq; patenti.
Per apertum fugere. Horat. 3, Carm. ode 12, 2.

¶ Apertè: Euidenter, manifeſtè. Terent. Eunuch. 5. 1. 3, Non tu iſtuc mihi dictura apertè es? Apertè fallere, Apertè irridere, Apertè malus: apud Terentium And. 3, 2, 13. Phorm. 5, 8, 63.
Apertè, ita vt res ſeſe habeat, narrabo. Terent.

¶ Apertio. Varro 1. de Re ruſt cap 36, Sub terra qui habent frumentum in ijs, quos vocant ſyros, quo cum periculo introitur recenti apertione, ita vt qbuſdã interclusa ſit anima aliquanto pòſt promere, quàm aperuerint, oportet.

¶ Apertura: Quaſi os quoddam in ædificijs. Vitruu. lib. 5, cap 5, Contraq; eas cellas relinquantur aperturæ. Idem, lib 10, c. 9, Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis ſemipedalibus aperturis, ad aquam intro concipiendam.

Apes vel Apis.] ab eo dicta, quòd ſine pedibus naſcatur. vnde Virg. Trunca pedem primò. Author Probus, & Priſcianus. Colum. lib. 9. ca. 3, Nam quantò grandior apis, atque rotundior, tantò peior Ouid. 5. Triſt. eleg 5. 16,
— dulcior illo Melle, quod in ceris Attica ponit apis.
Apium, *in genetiuo plurali*. Iuuenalis:
Examenq; apium longa conſederit vua.
Sic ſæpiùs Varro de Re ruſt lib. 3, cap. 16, 10. & 11. Columella modò vno, modò altero: ſed frequentius Apum dicit. l b 9.
Apes florilegæ Ouid 5, Metam. 74.
Fœtæ. Virg. 4, Georg. 18.
Melliferæ. Ouid. 15, Metam. 77.
Leues Tibul. lib 2.
Parcæ. Virg 1, Georg. 1.
Populatrices Hymeti. Martial. lib. 13.
Sedulæ. Ouid. 12, Metam. 197.
Abortus apium. Plin. lib. 11, 16.
Bombus apum Plin. lib. 11, cap. 10.
Examina condunt apes. Virg 2 Georg. 91.
Examen moliuntur. Claud de bel. Getico, 49.
Inſidunt floribus Virg. 6, Aen. 142.
Stridunt apes. Virg. 4. Georg 111.
Reuocare apes tinnitu. Claud. 4 Paneg. 52.
Apes fauos confingunt, aut conſtruunt. Plin. lib. 11, cap. 5.
Flores aggerunt pedibus, & comportant. Plinius, libro 11, 6. & 10.
Incubant, & abortiunt apes. Plin. lib. 11. cap. 16.
Mellificant apes. Ibidem, cap. 10. In vita Virgilij: Sic vos non vobis mellificatis apes.

¶ Apicula. Plinius. lib. 7, cap 21, 2. & Plautus in Curcul. 2, 10.

¶ Apianus: adiectiuũ ab Apes. Apianæ vites, & Apiana vua. Plin. lib 14, cap. 2.

¶ Apiarium: Locus ad nutriendas apes propriè accommodatus. Colum. lib. 8. cap. 14, Nos ſimiliter appellamus apum cubilia, apiaria. Sic idem libro 9, cap. 3. & 5. & alijs. Gellius, lib. 2, cap 20, Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus ſunt ſiti alueі apum.

¶ Apiarius: Qui cuſtodiendis curandiſq; apibus præfectus eſt. Plin. lib 21, cap 10, 1, Prouentum enim ſperant apiarij, largè florente eo Sic Colum. lib. 9.

¶ Apiatus. Plin. lib. 13, ca 15, 5. de menſis cedrinis loquens: Magna verò poſt hac gratia extra prædictas criſpis, denſa veluti grani congerie: quas ob id, à ſimilitudine, apiatas vocant. Id eſt, quæ ſtercoribus apum inſectæ videntur.

Apex] propiè dicitur in ſummo Flaminis pileo virga lanata: hoc eſt, in cuius extremitate modica lana eſt. Seruius in 2. Aen. Item lib. 8. Aen. 131. Apices lanigeri. Feſtus: Apex, qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus ab eo, quòd Comprehendere vinculo, antiqui Apere dicebant. Valer. lib. 1, cap. De ſeruata religione: At Sulpitio inter ſacrificandum è capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit.

Apex, *pro ſummitate pilei*. Virg. 2, Aen. 135.

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex.

Apex, *cuiuſcunque rei ſummitas.* Colum.li.4,cap. 25,2. de figura falcis: Eiusque velut apex pronus imminens, mucro vocatur.

Flammeus apex exarſit comis. Ouid.6.Faſt.129.

Apex capitis Glauc.15.epigr.1.

Montis. Silius, libro 22,142.

Lucidus apex. Ouid 4 de Ponto, 11.

Apicem ducere. Ouid.10.Metam.56.

Coniferi micuere apices Claud.3.de rap. Proſerp.81.

¶ Apex: Auium criſta Plin.lib.11, cap.37,1, In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices diuerſi quidem generis.

¶ Apex: Accentuum nota, quæ vocalibus ſuperponitur. Quint.lib.1, cap.7,2, Longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt.

¶ Apex, *per metaphoram, pro culmine & decore.*

Apices regum. Horat 3.Carm.Ode 21,4.

APEXABO.] genus farciminis, hoc eſt ſartum quoddam inteſtinum. Varro,4. de Lingua Latina: Quod in hoc farcimine ſummum quiddam eminet, ab eo, quod in capite apex, apexabo dicta.

APHRODISIA] ſacrificia Veneris, & res Venereæ. Plautus Pœ.3,62,

Ego in ædem Veneris eo: niſi quid vis, Milphio:
Aphrodiſia hodie ſunt.

APHRONITRVM.] Spuma nitri eſt: de qua Plin.libr.31, cap.10,6. & Mart lib.14,61,

Ruſticus es, neſcis quid Græco nomine dicar:
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.

Statius: libro 4. Syl.9,8, Aut panes viridantis aphronitri.

APHROSELENVS] ἀφροσέληνος, Lapis, alio nomine Selenites dictus, quoniam nocte inuenitur lunæ imaginẽ reddere, quæ cum ea quidem augetur & decreſcit. Naſcitur in Arabia candidus translucens, leuis. Huius ramenta comitialibus in potum dari iubent Dioſc lib.5,cap.116.

APHTHONIVS.] ἀφθόνιος, Sophiſta, qui ſcripſit Progymnaſmata, id eſt præexercitamẽta in artem Hermogenis.

APHYA.] ἀφύη. Piſcis genus, minimum & inutile, quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbium, Aphya ad ignem: In ea quæ celeriter intereunt aut conſumuntur, ſiue quæ facile ac ſtatim conficiuntur. Latinè Apua dicitur. Plin.lib.4 80,2, aphyam populi vocat ſentinam & ſordes populi: Quare, inquit, vt homini curioſo ita perſcribe ad me quid primus dies, quid ſecũdus, quid Cenſores, quid Appius, quid illa populi aphya denique etiam quid à te fiat, ad me velim ſcribas. Vide APVA.

APHYDNA] Vide APHIDNAE.

APHYTACORAS.] Cteſias, referente Plinio, arbores quaſdam eſſe voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuiũ, electum ferentes: voceque hac prædulcem ſuauitatem ſignificari tradidit. Author Plin.lib.37,cap.2.

APHYTE.] es (ἄφυτη) ſiue Aphitis, is, Oppidum eſt Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo inſigne, ab Aphio quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytei. Stephan.

APIA.] Plin lib.4.cap.4. Peloponneſus, Apia antè appellata, & Pelaſgia, peninſula haud vlli terræ nobilitate poſt ferenda, &c. Hæc ille.

Apia, æ. Tellus dea appellatur à Scythis, vt Herodotus docet, libro 4.

APIANVS, APIARIVM & APIATVS.] Vide APES.

APIASTRA.] Auicula eſt, quæ apes comedit, alio nomine Merops dicta. Ex Seruio in 4.Georg.

APIASTRVM] Herba eſt, apibus gratiſſima: quam nonnulli apium ſylueſtere eſſe dicunt. Plinius libro 20, ca.11, 4 Varro de Re ruſt.lib.3,cap.16,8.

APICA.] dicitur ouis, quæ ventrem glabrum habet, vt ait Feſt. Plinius libro octauo, cap.48,7 In ipſa oue ſatìs generoſitatis oſtenditur, breuitate crurum, ventris veſtitu: quibus nudus eſſet, apicas vocabant, damnabantque. Idem ſcribit Varro, de Re ruſt libro 2, cap.2,2.

APICVLA.] Vide APES.

APICVLVS.] Vide APEX.

APISCOR.] Antiquum verbum: vnde fit Aptus. Nonius: Apiſci, inuenire. Siſenna, Hiſt libro quarto. Ita poſtero deligato ſignum redeuntis apiſcitur.

Apiſci: *Indipiſci.* Lucilius, lib.26, Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apiſci intelligo.

Apiſci: *Adipiſci.* Feſtus. Lucret.lib.1,91,

Nec ratione animi quam quiſq; poſſit apiſci.

APIVM.] Herba, cuius multæ ſunt ſpecies. Plinius, libro 19, cap.7.

Idem libro 19, capite octauo, Ab æquinoctio verno ſeritur apium. Et paulò pòſt: Honos ipſi in Achaia, coronare victores ſacri certaminis Nemeæ. Iuuenalis, Satyr.8,23.



Apium amarum Virg.6, eclog.14.

Vdum. Horat 2, Carm.Ode 7,6.

Viuax. Horat.1, Carm.Ode 36,4.

Apio gaudent ripæ. Virg.4, Georg.25

ABLVSTRE.] Silius, lib.19,66,

Et tranſtra & mali, laceroq; apluſtria bello.

Et lib.4, 89. Feſtus: Apluſtria nauium ornamenta: quæ quia erant ampliùs quàm eſſent neceſſaria vſu, etiam ampluſtria dicebantur. Lucr.lib 2,112.

Per terrarum omnes oras fluitantia apluſtra.

Amplúſtre. Iuuenal. Satyr.10. Lucan.lib.3,134. Quanquam alij ab α priuatiua particula, & πλοῦς, id eſt, nauigatio, apluſtria dicant.

APOCHA] Vlpianùs in l. ſi accepto latum. De acceptil. Inter acceptilationem & apocham hoc intereſt: quòd acceptilatione commoda liberatio contingit, licèt pecunia ſolutá non ſit: apocha non alias, quàm ſi pecunia ſoluta ſit.

APOGRAPHVM.] Exemplum & deſcriptio libri, & imago tabulæ. Plinius, libro 35, capite quinto, Huius tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

APOLACTIZO.] Calcibus inuado. Vnde per translationem ſignificat Paru facere, paruipendere. Plaut. Epid.14, 13. Ἀπολακτίζω inimicos omnes.

APOLECTVS.] Delectus, ſiue ſelectus. Liu,6. bel. Maced. 115, Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos vocãt, Phæneas, & quę imperarẽtur, & quę ipſis propè accidiſſent expoſuiſſet Ibidem, lib 6, 30. Per apolectos (ita vocant ſanctius concilium, quod ex delectis conſtat viris) id agitabant Aetoli, quomodo res in Græcia nouarentur.

APOLIS.] peregrinus. Martianus in l. quidam de pœnis: Item quidam apolides ſunt, vt ſunt in opus publicum perpetuò dati & in inſulã deportati. Vlpianus in l. prima. de Legatis tertio. Apolides deportatos eſſe ait: Hoc eſt, redactos in peregrinitatem.

APOLOGVS.] fabula dicitur, in qua inducuntur bruta animalia loqui. Vide Quintilianum, libro 5, cap.11. circiter medium.

Apologatio. Quint.lib.5., cap.11, Noſtrorum quidam, non ſanè recepto in vſum nomine, Apologationem vocãt. De fabulis loquitur.

Apologo: Conuicio noto Senec epiſt.47, Ipſe illum inuicem apologauit, & non iudicauit domo ſua dignum.

APOPHORETA] Erant munera Saturnalitia, & propriè illa; pro xenijs remittebantur. Vnde apud Martialem libri ſunt duo: alter Xeniorum, alter Apophoretorum. Sueton. in Veſpaſiano, ca. 9, Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & Calend. Martij fœminis.

APOSTOLVS.] miſſus aut legatus. Dimiſſoriæ literæ dicuntur quæ vulgo apoſtoli. Modeſt de verborum ſignif. l dimiſſoriæ. Apoſtolos, ait Liuius, fregit in Senatu.

APOTELESMA.] Dicuntur Apoteleſmata, Mathematicorum ſeu aſtrologorum reſponſa: Latini prædictiones, vel iudicia vocant. Firmicus, lib.1, ca 1 Nobis fidem ſuam Aſtrologia, reſponſionum apoteleſmatumque diuinis ac manifeſtiſſimis authoritatibus comprobauit

APOTHECA] repoſitorium: ſed apud Latinos priuatim pro cella vinaria poni ſolet Plinius, libro 23, cap 1, Vinum ſi ſit fumo inueteratum, inſaluberrimum eſt. mangones iſta in apothecis excogitauére. Sic idem ſæpe alibi. Videtur tamen à cella differre: vt ſit apotheca, maius quoddam repoſitoriũ, cella verò, minus, ad vſum ſcilicet quotidianum. Colum lib.1 cap.8, Pars autem fructuaria, diuiditur in cellam olearia m, torcularium, cellam vinariam, defructariam, fœnilia, paleariaque, & apothecas & horrea. Horat lib.2. Ser. Sat.5.

APPARATVS.] Vide APPARO.

APPAREO.] Videor. Virg.1, Aen.35.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto,

1. Georgic 81.

Apparet liquido ſublimis in aere Niſus.

Apparere: *Manifeſtum & euidens eſſe* Plin. in præf.li.11, Quo apparuit, ſummam artis ſecuritatem authori placuiſſe. Terent. Adel 5,9,7, Docui, monui, bene præcepi ſemper, quę potui, omnia D. Res apparet. Plaut. Pſeud.13,60, Pro precio, facio vt opera appareat. Terent. Eunuch.2,3,19, Fac ſis nunc promiſſa appareant.

Apparet apertè. Lucr.lib.2,21.

¶ Apparet, *ſine præpoſitione Ex.* Plin lib.12, cap.21,1 Myrobalanum commune eſt, naſcens vnguento: vt ipſo nomine apparet.

Apparet, *cum oratione infinitiui modi.* Ter Eunuc.2,2,33, Apparet, ſeruũ hũc eſſe domini pauperis. Liu.1. ab Vrbe, 220.

Cui

Cui enim non appareret, affectare eum Imperium in Latinos?

Apparet ad. Varr.lib.1. cap. 40.1, Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Figuratè, pro eo quod eſt, apparet agricolis.

Apparere alicui, *pro, Apparituram facere.* Liu.2.ab Vrbe, Quatuor & viginti lictores apparere conſulibus. Valerius, lib. 1.cap.2, Proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit. Sic Plin.lib.26.cap.1.

Apparere *ad locum.* Virg.12.Aen.

Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; ad limina regis
Apparent. Id eſt, præſto ſunt ad obſequium. Seruius.

Apparere domi. Plaut. Capt.7.98, At ego mox apparebo domi. Id eſt, adero.

Apparere, *pro Comparere.* Terent. Eunuch.4.2.18, Ille autem bonus vir nuſquam apparet. Plin.epiſt.111, Interceptuſne ſit à ſuis, an cum ſuis, dubium. Certè non ipſe, non quiſquam ex ſeruis eius apparuit.

¶ Apparet, *penè eadem ſignificatione, etiam de re inanimata dictum legitur.* Plaut. Amph.8.159,

Hic patera nulla in ciſtula eſt, &c. AM. at cum cruciatu, niſi apparet, tuo. Deinde reſpondet Alcmena: Hæc quidem apparet. Quaſi dicat, En adeſt ipſa.

¶ Apparitor: Miniſter magiſtratuum.

Apparitor regis. Liu.1.ab Vrbe, 211, Fit fuga, regis apparitorum atque comitum.

¶ Apparitura: Actus ipſe alcui apparendi. Sueton. de claris Grammat.9. Orbilius apparituram magiſtratibus fecit.

APPARO.] Valla, lib.5, Præparare & Apparare ita differunt: quòd Præparare, eſt antè parare ſibi, quæ vtilia ſunt, aut fore credit: Apparare, ad dignitatem quandam, ac veriùs pompam.

Apparare aggerem. Cæſar, 7.bel. Gal.59.

Cœnam. Terent. Heaut.1.1.74. Prandium. Plaut. Menæch. 4.59.

Conuiuium. Terent. Adelph.

Crimina inſonti. Seneca, in Hippol.6.18.

Fugam. Hirtius, de bello Alexandrino, 22.

Fabricam. Plaut. Pœnulo, 16.135. Id eſt, fallaciam.

Nuptias. Terent. And.4.1.32.

¶ Apparare *pro Parare.* Plaut. Epid.8.18, Nunc iterum vt fallatur pater, tibiq; auxilium apparetur. Sic, Apparare præſidium, apud eundem in Rudente, 17.16.

Apparatus ſum, vt videtis. Plaut Merc.22.10.

Apparare, *cum infin.* Plaut. Aſin. 9.28, Vah, delenire apparas.

¶ Apparatur, imperſonale. Terent. Eunuch. 3.5.35, Dum apparatur, virgo in conclaui ſedet. Id eſt, dum fit eius rei apparatus.

¶ Apparatè Ludi magnificè apparateq; facti. Liuius, 1.bel. Maced.14.

APPELLO.] appllare, Nomino. Liu.1.ab Vrbe, 8, Latinos vtramq; gentem appellauit.

Appellare: *Vocare.* Plaut. Trinum, 13.79. Si appellaſſes, reſpondiſſet nomine.

Appellare authores. Plin.lib.28.cap.1, Fides tantùm authores appellet. hoc eſt, Fides ſit Penes authores.

Appellare ſolum. Plin.lib.16.cap.33. hoc eſt, terram ſolicitare & mouere, vt fructum pariat.

¶ Appellare: *Alloqui, & verba cum aliquo facere.* Plaut. Pœnulo, 16.30, Vin' vt appellem hunc Punicè? Id eſt, Punico ſermone eum alloquar.

Appellare blandè. Plaut. Caſi.5.15,

— blande hæc mihi (mala res)
Appellanda eſt vxor mea, Mea amœnitas, quid tu agis?

Appellare de re aliqua. Plaut. Aulul.7.23,

Eſt quod te volo de communi re appellare, mea & tua. Quaſi dicat, tecum agere.

¶ Appellare, *cum infinitiuo.* Liu.1. Decad. lib.3.182, Virgini manum iniecit, ſerua ſua natam ſeruamq; appellans eſſe.

¶ Appellare, *creditoris eſt, debitum flagitantis à debitore.* Seneca de Beneficijs, lib.1. cap.2, Nec auarum exactor ad horam & diem appellat.

Appellari pecunia. Quin.lib.5. ca.13.11, Eras hæres & pauper, & magna pecunia appellabaris creditoribus.

¶ Appellare: *Auxilij gratia quempiam implorare.* Salluſt. in Iugurth. Nunc verò exul patria, domo, ſolus, atq; omnium honeſtarum rerum egens, quos accedam? aut quos appellem?

¶ Appellare aliquem victorem: *Pronunciare.* Virg.5.Aeneid. 107. Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten.

Appellare virginem de ſtupro. Quint.lib.4.cap.2.

Apellare virginem, vel matremfamiliâs: in edicto Prætoris, eſt blanda oratione pudicitiam eius attentare. Vlpian l. item apud Labeonem, de iniurijs.

¶ Appellare: *à ſententia inferioris iudicis ad ſuperiorem prouocare.* Vlpianus: Qui appellat, maiorem iudicem debet appelare. Liu.2. ab Vrbe, Ad Voleronem lictor miſſus eſt à Conſulibus: Volero appellat Tribunos.

Appellare ab aliquo. Quin.lib.11.cap.2, Modò & apud eos, a quibus appellatum erit, ſi forte ad eoſdem remittentur, adijcienda ratio.

¶ Appellare, *pro Applicare, apud vetuſtiſſimos.* Afranius apud Nonium.

¶ Appellatio: ſæpius idem, quod nomen, ſignificat. Plin.lib. 7.cap.13.3. Quin. Metellus Macedonicus, quum ſex liberos relinqueret, vndecim nepotes reliquit: nurus verò generoſque, & omnes qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti ſeptem. Idem, lib.15. cap.30.10, Vnius ſola diſtinguuntur appellatione.

Appellationes nauium, & telorum vocabula. Gellius, libro 10.cap.25.

Appellatio probroſa. Gel.lib.1.cap.5, Maledictis, appellationibuſq; probroſis iactatus eſt.

Appellatione eadem ſignare. Quint.lib.4.1.2.

¶ Appellatio, *apud antiquos pars erat orationis, à nomine diſtincta.* Quint.lib.1.cap.7.

¶ Appellatio ad aliquem: *Id eſt, Prouocatio.* Plin.lib.6. cap. 22, Nec niſi plurium ſententia quenquam capite damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad Populum.

Appellatio literarum: *pro ipſa prolatione.* Quint.lib 11.cap.3, Ideoq; laudatur in Catulo ſuauis appellatio literarum.

¶ Appellatiuus: adiectiuum eſt fictum à Grammaticis. Priſcianus, lib.2. Appellatiuum nomen naturaliter commune eſt multorum.

¶ Appellito. Feſtus, Appellitauiſſe, inquit, pro Appellauiſſe.

APPELLO.] appellere. Propriè dicitur, quum ex pelago aut freto quis ad littus acceſſerit: ait Donatus.

*Interdum videtur abſolutè poni.* Liu.8. ab Vrbe, 11, Eo anno Alexandrum, Epiri regem, in Italiam claſſe appuliſſe conſtat. Quintil lib.7. cap.4, Pater eius à tranſmarina peregrinatione, quum ad littus idem appuliſſe, lecto nomine ſuſpendit ſe.

*Actiuè.* Appellit ſe homo. Terent. And.4.6.12, Haud auſpicatò huc me appuli.

Appellere aliquem loco. Virg.3. Aen.143,

Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. Pro ad veſtras oras.

¶ Appellere: *Applicare, admouere,* Cæſar 1. bel. Ciuil. 103, Contra hæc Pompeius naues, ad operas Cæſaris appellebat: vt rates perrumperet, atq; opera diſturbaret.

Appellere ad aquam animalia: Id eſt, potum agere. Varro, de Re ruſt.lib.2 cap.5.13, Aeſtate ad aquam appellendum bis, hyeme ſemel. Vlpianus: Vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia. Sub. ad aquam.

Appellere animum ad aliquid. Terent. in prolog. And.1, Animum ad ſcribendum appulit. Hoc eſt. Adhibuit, adiunxit. Ibidem 2.6.15, Animum ad vxorem appulit.

Appellere quempiam ad. Plaut. Rud.23.103, Ad ignotum arbitrium me appellis. Idem, Aſin.12.43, Argenti viginti minæ, me ad mortem appulerunt. Quaſi dicat, penè ad mortem vſque me compulerunt.

¶ Appulſus, participium. Plin. epiſt.173.c, Rurſus omnes aquæ in eundem locum appulſæ, qua ſteterunt, promouent terram.

¶ Appulſus: Verbale, eſt acceſſus qui fit nauigio. Liu.7. bel. Pun.168, Vt Attalum, quem claſſe Eubœam petiturum audierat, portubus ab littorum appulſu arceret.

APPENDO.] Suſpendo. Plin. Atque vuas iam maturas ad Solem appendere.

Appendere mutuo: *pro, Dare mutuo.* Plin. lib 9. cap.55. Sex millia numero murænarum mutuo appendit.

¶ Appenſus: particiqium.

Appenſum aurum. Liu.5.ab Vrbe, 217.

¶ Appendix. propriè quod alteri adiungitur, & quaſi appenditur. Varro, 1.de Re ruſt.cap.16.1. Relinquitur altera pars, quæ extra fundum eſt: cuius appendices vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem.

Appendix, in acie militari. Liu.1.bel. Pun 19, In ripa elephātos ante quadraginta diſpoſuit Carpetanorum cum appendicibus, Olcadum Vacceorumq; centum millia fuere. Appendices dixit, quaſi milites additos ad iuſtum aliorum numerum.

APPETO.] Vehementer aliquid cupio, deſidero. Seneca in Thyeſte, 5.14, Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus: nec appetendum.

Appetere amicitiam. Cæſar, 1.bel. Gal.161.

Regnum. Cæſar. 7.bel. Gall.11.

Appetere quidpiam in aliqua. Martial.lib.1.40,

Adeóne pulchra eſt? imò fœdius nil eſt:
Quid ergo in illa appetitur?

¶ Appetere: *Inuadere, aggredi,* vt Cæſar 2.bel. Ciuil.151, Humerum

merum apertũ gladio appetit. Liuius, 7 ab Vrbe 116. Os oculosq; hoſtis, roſtro, & vnguibus appetit.

Appetit me amor. Plaut. Ciſt. 5. 8.

¶ Appetere: *pro appropinquare, inſtare, aduentare.* Liuius 5. bell. Pun. Comitiorũ conſulariũ, iam appetebat tempus.

Appetit nox. Liu. 5. ab Vrbe, 197. Tacitus, lib. 18. Ver. Cato, cap. 94. meridies. Plaut. Moſtel. 8. 130.

Appetebant fata Veiorum. Liu. 5. ab Vrbe, 87.

Propinqua partitudo cui appetit. Plaut. Aulul. 4. 36.

Appetebat iudicij dies. Plin. epiſt 96. c.

Appetere dextram oſculis: Oſculari. Plin. lib. 11. cap. 45. 4. Ineſt & alijs partibus quædam religio: ſicut dextra oſculis aduerſa appetitur, in fide porrigitur.

Appetere genas vngue. Ouid. 3. de Arte, 113. Et apud Tibullum, lib. 1. eleg 6. 14.

Quin oculos appetat illa meos.

¶ Appetens participium. Tacitus, lib. 4. Appetente iam luce, truſere ad ſumma caſtelli.

¶ Appetens: Nomen ex participio. Salluſt. in Catilina: Alieni appetens, ſui profuſus.

Edendi appetens. Gellius, lib. 16. cap. 3.

Homo tui appetentiſſimus: Id eſt, cupientiſſimus. Plinius epiſtol. 151 b.

¶ Appetentia. Idem quod appetitus.

Artium liberalium appetentia. Plin. lib. 23. cap. 1. Ibid. Appetentia ciborum inuitatur vino.

Appetentiam ciborum præſtat hæc herba. Plin. lib. 20. cap. 17. 10. Idem: Cibi appetentiam faciunt lactucæ.

¶ Appetitio: de ciborum appetentia. Gellius, libr. 16. cap. 3. Quòd cùm antehac ſemper edundi fuerit appetens: nunc poſt imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio priſtina elanguerit.

APPLAVDO.] manum vel pedum plauſu fauorem oſtendo. Plaut. Pſeud 23. 43. ——ſi vultis applaudere,

Atq; approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum
Vos vocabo.

¶ Applauſor: Qui applaudit. Plin. in Paneg. 74. Idem ergo populus ille, aliquando ſcenici imperatoris ſpectator & applauſor.

¶ Applauſus: participium. Ouid. 4. Metam. 71.

Ille cauis velox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices. Silius, lib. 16. 72. de Camphaſo equo:
Camphaſus ipſe aſper, nec qui ceruicis amaret.
Applauſæ blandos ſonitus.

APPLICO.] Ouid. 4. Faſt. 171.

Oſculaq; applicuit poſito ſuprema feretro. *Interdum de nauigatione dictum, idem quod appellere ſignificat.* Virg. 1. Aeneid. 125.

Quæ vis immanib. applicat oris? Sub. Te.

Applicare naues ad terram. Cæſar 3. bel. ciuil. 369.

Applicare naues terræ. Liu. 8. bell. Pun. 92. Sic Seneca in Hercule furente, 9 31.

Applicare claſſem in locum aliquem Liu. 7. bell. Maced. 51.

Applicare aures vocibus. Horat. 3. Carm. ode 11. 2. Idem in Epod. Votis puerorum amicas applicet aures.

Applicare, *abſolutè poſitum.* Iuſtinus, lib. 2. Igitur quum Hercules ad littus Amazonum applicuiſſet. Hirtius de bello Hiſpanienſi, 157.

¶ Applicare: pro Admouere. Liu. 2. bell. Maced. 127, Cornelius eidem flumini caſtra applicuit: Id eſt, prope flumen poſuit. Plin. lib 30. cap. 7. 8. Si catuli, priùs quàm videant, applicentur triduo ſtomacho maximè ac pectori. Liu. 3. ab Vrbe. Et dum corporibus applicantur, armaq; armis iungunt.

Applicare ſe ad arborem. Cæſar 6. bell. Gal. 95. His ſunt arbores pro cubilibus: ad eas ſe applicant.

Applicare ſcalas. Subaudi muris, vel ad muros. Liuius, 6. bell. Punici, 232.

Applicare ſe ad aliquem. Terent. And. 5. 4. 21.

Tum ille egens forte applicat
Primùm ad Chryſidis patrem ſe. Id eſt, ex naufragio ad illum ſe recipit.

¶ Applicare, ad aliquem vſum quidpiam accommodare. Colum. lib. 11. cap. 2. 14. Sarmenta quoque, atque arbuſtorum ramosè ſegetibus, aut rubos, nunc egerere, & ad ſepem applicare oportet.

*Sic & cum datiuo.* Colum. lib. 3 cap. 10. 6. Qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur.

Applicare ſe ad aliquod ſtudium. Teren. in prolog. Heaut. 23, Ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum.

Applicare ſe ad conuiuia Cato apud Gelliũ, Si quis in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad conuiuia applicabat, graſſator vocabatur.

Applicare animum ad frugem. Plaut. Trin. 5. 3. 4.

Applicare animum ægrotum ad deteriorem partem. Terent. And, 1. 2. 22.



Applicuit ſibi ea animus. Seneca, de Benef. lib. 1. cap. 11. *qua* vſque eò animus ſibi applicuit, vt ab illis quàm à vita diuelli grauiùs exiſtimet.

Applicare oſcula Ouid 4. Faſt. 171.

Remos vadis. Ouid. lib. 3. Triſt. eleg. 9. 2. annum. Martial. lib. 6. 28.

Vix vnum puer applicabat annum. Id eſt, vix ad vnum annum accedebat.

¶ Applicatus: participium. Cæſar 3. bel. Ciuil. 396. Applicatisque noſtris ad terram nauibus. Plin. lib. 30. cap. 5. 6. Stomachi dolorem ſedant, applicati ſæpiùs.

Applicare aures. Varro, lib. 2 de re Ruſt. cap. 7. 4. Si eſt oculis nigris, naribus non anguſtis, applicatis auribus. Quaſi dicat: breuibus, non oblongis & pendentibus:

Applicatum ferrum. Col. lib. 4. cap. 24. 16. Preſſiùs enim ſi abnodes, applicato ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur.

¶ Applicitus: participium. Slius, lib. 15. 1.

Proximus applicito ſaxoſis aggere ſyluis.
Tendebat. Plin. epiſt. 41. 1. Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum. Id eſt, iunctum.

APPLODO.] Collido. Spartianus: Allatũ ouum apploſum ad terram fregit.

APPLORO.] Depono apud aliquem fletus. Horat. in Epod. ode. 11. 3.

Contraq; lucrum, nil valere candidum.
Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Applorare: *Aliquem vel iuxta aliquem deflere.* Senec. 4. Natur. quæſt. Quum iam apploraueris, merſosq; atque obrutos tanta mole credideris, longè ab eo, in quem eeciderant, loco nauigant.

APPLAVDA.] Genus eſt minutiſſimæ paleæ, frumenti, ſiue panici: de qua Næu. Nõ herclè applauda eſt hodie, quàm tu, nequior. Sunt qui applaudam ſorbitionis liquidiſſimæ genus putent: quòd flatu deijciatur, & quaſi applodatur. Hæc Feſtus. Gellius, lib. 11. cap. 7. Legerat autem ille, applaudum veteres ruſticos frumenti furfurem dixiſſe. Plin. lib. 18. cap. 10. Milij & panici & ſeſamæ applaudam vocãt purgamenta: alibi alijs nominibus. Nonius, Applaudas frumenti, furfures dicunt ruſtici veteres.

APPLVERE.] Pluo, vel Iuxtà pluo. Plin. lib. 9 cap. 16. 3. vbicunque piſces in eadem aqua aſſidui, niſi appluat, exanimantur.

APPLVMBO.] idem quod ſimplex Plumbo. Vlpianus in l. 2. de ſepul. violat Idem quærit, ſi ſtatua neque appumbata fuerit, neq; affixa, an pars monumenti effecta ſit.

APPONO.] Ouid. 1. amorum, eleg. 5. 1,

Appoſui medio membra leuanda toro.

Apponere ante. Terent. And. 4. 4. 4,

—accipe à me hunc ocyùs,
Atque ante noſtram ianuam appone.

Apponere ad ignem. Plaut. Menæh. 8. 55,

Ire hercle melius eſt te intrò, atque accumbere;
Dum ego hæc appono ad Vulcani violentiam.

Apponere, *cum datiuo.* Liu. 4. bell. Maced 63. Non ſuſtinuit impetum eorum ſtatio, quę portę appoſita erat. Sic, Vrbs appoſita littori, apud Plinium, lib. 5. cap. 29. 10.

Apponere de ſuo. Plaut. Mil. 12. 31. Ad tua præcepta: de meo nihil his nouum ipſe appoſui. pro addidi.

Poſtulare gratiam apponi ſibi. Terent. And. 2. 1. 33,

—neutiquam officium eſſe liberi puto,
Cùm is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.

Apponere aliquid lucro. Horat. lib. 1. Carm. ode 9.

Apponere cibis aliquid: id eſt, indere, immitere, addere. Plaut. Pſaud. 13. 26,

Non ego item cœnã condio, vt alij coqui. Et paulò pòſt,
Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus:
Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum.

Apponere menſam. Plaut. Aſin. 15. 2. Pueri menſam apponite. Idem Moſtel. 4. 150, Cedo aquam manibus puer: appone hic menſulam. Idem Perſa, 10. 26. Menſa inanis ſi nunc apponatur mihi.

Aliquid epulandum menſis. Virg. 4 Aeneid. 121.

Appoſitas menſas inſtruere. Ouid. 8. Metam. 115.

Pocula. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 10.

Ampliter. Plaut. Mil. 10. 162.

In epulis. Plin lib. 8. ca. 51. 6. Solidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus. Sic, Apponere in cœnis apud eundem, lib. 36. cap. 1.

Annos. Horat. 2. Carm. ode 5. 3.

—& illi, quos tibi dempſerit, Apponet annos.

¶ Appoſitus: participium. Plin. lib. 12. cap. 2. 6. Nunc eſt clara in Lycia gelidi fontis ſocia amœnitate, itineri appoſita. Idem lib. 17. cap. 24. 16.

Appoſitus ad. Plinius libro 8. cap. 28. 2. Aure ad glaciem appoſita.

Venuleius quidam qui emeret.
¶ Appoſitus: nomen ex participio. Aptus & accommodus ad aliquid.
Appoſitus ager ad vitem. Varro 1. de re Ruſt. cap. 73. Nam vt alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum: ſic de cæteris, alius ad aliam rem.
Appoſitus: *aptus cui aliquid fiat.* Varr. 2. de re Ruſt. cap. 7. 5. Et quum eſt æger, ad medendum eſt appoſitus, id eſt, cui facile remedium adhiberi poſſit. Quint. lib. 4. Quo loco tamen iudicis natura noſcenda eſt. iuri magis, an æquo ſit appoſitus. Id eſt, accommodatus. lib. 3. Appoſitiſſimus ędes.
¶ Appoſitum, *pro repoſito.* Seneca, de Beneſic. 4. Vt multa etiam ex appoſito & acquiſito perdenda ſint.
¶ Appoſitus: Verbale Plin. lib. 24 cap. 5. 7. Abortus non exeuntes trahit appoſitu, vel ſuffitu. Id eſt, ſi apponatur.
¶ Appoſitè: Aptè, accõmodatè. Plaut. Amph. 16. 61. Quint. lib. 2. cap. 15. 3.
Apporrigo.] Iuxtà porrigo. Ouid. 2. Metam. Infantemq; vident, apporrectumq; draconem.
Apporto.] Affero aduehó. Plaut. Sticho, 7. 11. Magnasq; apportauiſſe diuitias domum.
Apportare de, vel ex. Varro, de re Ruſt. lib. 3. cap. 14. 3. Genera cochlearum ſunt plura: vt minutæ albulæ, quæ afferuntur è Reatino: & maximæ, quæ de Illyrico apportantur: & mediocres, quæ ex Africa afferuntur. Plin. lib. 7. ca. 56. 7. Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportauit Midactitus.
Apportare: *Nunciare.* Terent. And. 5. 2. 17. Quidnam apportas? Id eſt, quid nuntias, quid affers noui?
Apportare bonum. Plautus Sticho. 5. 22. Tantum à portu apporto bonum, tantum gaudium affero grande.
Apportare rem nouam dicitur homo. Plaut. Moſtel. 7. 35.
Apportat aliquid noui tempus. Terent. Adelph. 5. 4. 1.
Nunquã ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit.
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui.
Apportare nuntium. Terent. Heaut. 3. 1. 18.
—nuntium apporto tibi, Cuius maximè te fieri participem cupis.
¶ Apportare, *pro afferre, in alia ſignificatione.* Apportare damnum. Terent. Heaut. 4. 4. 26. malum. Terent. Andr. 1. 1. 46.
Hei vereor, nequid Andria apportet mali.
Morbos. Lucret. lib. 5. 45.
—cur anni tempora morbos. Apportant.
Apposco.] Inſuper poſco. Terent. Heaut. 4. 7. 10.
Porrò hæc, talenta dotis apposcent duo.
Appositus.] Vide Appono.
Appotus.] Valde potus: id eſt, qui multum potauit. Plaut. Curcul. 7. 76. Poſtquam cœnati atque appoti, talos poſcit in manum. Idem Rud. 14. 8. Si probè appotus ſiem.
Apprehendo.] Quaſi ad me prehendo.
Apprehendere manu aliquid. Plaut. Amphit.
Apprehendere morſu. Plin. lib. 11. cap. 24. 5.
Apprehendere palmam. Plin. lib. 14. cap. 22. 9.
¶ Apprehendere, *nonnunquam ad menſuram refertur.* Plin. lib. 20. cap. 15. 2. Siſtit & vomitionem, nauſeasq; ex vino, quantum apprehenderint tres digiti.
¶ Apprehendere, per contractionem Stat. lib. 5. Syl. lib. 4. 9.
—& apprehenſa traxiſſet fortius vrna. Silius lib. 16. 95.
—niſusq; apprehendere primos.
Apprimè.] Aduerbium intenſiuum. Terent. in And. 1. 1. 34.
—nam id arbitror
Apprimè in vita eſſe vtile, vt nequid nimis.
Apprimè doctus homo. Varro, de re Ruſt. lib. 3. cap. 2. 13. Sic, Apprimè nobilis, apprimè probus, & ſimilia, apud Terent. Eunuch. 3. 5. 10. Plaut. Ciſtel. 3. 6. & Rud. 18. 28.
¶ Apprimus: Id eſt, longè primus. L. Liuius in Odyſſea: Ibi deniq; vir ſummus, apprimus Patroclus. Antiquum eſt nomen, ex Gellij l. b. 7. cap. 7. Virg. 2. Georg. 27.
—flos apprima tenax. Vbi Seruius: Apprima, id eſt, maximè. Et eſt nomen pro aduerbio.
Apprimo.] ex Ad & Premo. Plin. lib. 24. cap. 11. Sedare ventris dolores aſſeuerauit impoſitam, ita vt tunica cinctuque corpori apprimeretur. Id eſt, ad corpus premeretur. Idem. lib. 8. cap. 36. 3. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quàm ouo volucres.
Apprimere carnem ad oſſa. Plin. lib. 26. cap. 1.
Approbo.] Idem quod ſimplex Probo, aut etiam Vehementer probo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 13.
An verear, ne non approbet illa Getes?
Approbatus ab omnibus. Quintilianus libro ſecundo, capite 17. 26.
¶ Approbare: *efficere vt probum rectumq; iudicetur, id, quod quis facit aut dicit.* Plin. in Præfat. 4. libri. Quum Tribunos appellaret L. Scipio Aſiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc atteſtabatur vel inimico iudici ſe approbare poſſe.
Approbare opus: Paulus in tractatu locati: Si in lege locationis hoc comprehenſum eſt, vt arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur, ac ſi viri boni arbitratu cõprehenſum eſſet. Vitruuius: Redemptor ad tempus opus manu factum ſubtiliter regi approbauit.
¶ Approbare: *dicta noſtra rationibus, aut alio modo confirmare.* Plin. lib. 2. cap. 16. 6. Quæ ratio Lunæ ſublimitatibus maximè approbatur.
¶ Approbatio. Catul. epig. 42.
----amor ſiniſtra vt antè,
Dextra ſternuit approbatione.
¶ Approbator. Gellius lib. 5. cap. 21. Subſcriptores, approbatoresq; eius verbi habemus.
Approbus.] valde probus. Cęcilius Triumpho. Herocles, hoſpes eſt mihi, adoleſcens adprobus. Ex Gellio, libro 7. cap. 7.
Approbè: valde probè. Gell lib. 7. cap. 7.
Appromissor.] Eſt, qui, quod ſuo nomine promiſit, idem pro altero quoque promittit. Hæc Feſtus. Vlpianus Appromiſſorem vocat Fideiuſſorem. l. in omnibus de Solutio.
Appropero.] idem quod Propero, aut Valde propero. Terent Andr. 3. 1. 17. ----poſtquam ante oſtium Me audiuit ſtare, approperat.
Approperare gradum. Plaut. Trinum 14. 3.
—ſtultitiam abde: gradum Approperat.
mortem. Tacit. libro 16. Interciſis venis mortem approperauit.
Approperatum opus. Liu. 4. ab Vrbe, 45. Cœptumq; opus adeò approperatum eſt. Idem, 7. bel. Pun. 142. Ita addita Virtutis ædes, approperato opere.
Approrinquo.] loco, aut tempore propinquus fio. Suet. Iamque equites appropinquabant. Cæſar 2. bell. Gal. 270. Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant.
Appropinquare ad aliquem. Hirtius, de bel. Hiſpan. 8. Ad quos celeriùs, quàm ipſi opinati ſunt, appropinquauit.
Appropinquat tempus. Cæſar, 2. bell. Ciuil. 34. Iamque hyems appropinquabat. Valer. appropinquante definita die.
Appropinquare alicui dignitati. Cæſar, 5. bell. Gal. 162. Erant in ea legione fortiſſimi viri Centuriones, qui iam primis ordinibus approquinquarent. Hoc eſt, quibus inſtabat tempus, vt primos ordines ducerent in exercitu.
Appulsus.] Vide Appello, appellis.
Apricus.] aliter locus dicitur, aliter homo, aut auis. Virg. 5. Aeneid. 26.
Et apricis ſtatio gratiſſima mergis. Seruius: Id eſt, ſole gaudentibus. Sane apricus locus dicitur ſole calens: & apricos dicimus, locis apricis gaudentes. Virgilius 9. eclog. 10.
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Aprici ſenes. Perſ. Sat. 5.
Apricus campus. Horat. in Arte Poëtica, 33.
Aprici colles. Virgil. eclog. 9. & Plin. lib. 35. cap. 4. & lib. 6, cap. 17. 6.
Apricus dies. Colum. lib. 9. 14. 12.
Apricos necte flores. Horat. 1. Carm. ode 26 2.
Aprica littora. Martial. lib. 1. 46. Locus. Columel. lib. 11, cap. 3. 20.
Montium receſſus. Plin. lib. 19. cap. 24. Regio. Plin. lib. 4. cap. 12.
Pratum apricum. Horat. 1. Epiſt. 14. 6.
Apricæ terræ. Virg. 6. Aeneid. 63.
In apricum proferre. Horat. 1. Epiſt. 6. 5.
Quicquid ſ. b terra eſt, in apricum proferet ætas.
Spatiari in aprico. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. 3.
Apricum & opacum, veluti contraria. Plinius, libro 23. cap. 1.
¶ Apricior, & apriciſſimus. Colum. lib. 11. cap. 3. 20. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martijs deponunt. Idem, lib 9. cap 14. 12. Dum adhuc Autumni reliquiæ ſunt, apriciſſimo die purgatis domicilijs.
¶ Apricor: In aprico ſum Varro Myſterijs: Licet videre multos quotidie hyeme in Sole apricari. Columel. lib. 8. cap 4. 4.
¶ Apricatio. Ad apricationem egredi. Columel. libro 8. capite 8. 4. Et recipiat ad apricationem egredientes columbas.
¶ Apricitas: Eſt hybernus ille tepor in locis apricis. Col. lib. 8. cap. 15. 3. Quum apricitate diei geſtiunt aues. Idem, lib. 7. cap. 4. 4. Si diei permittit apricitas.
Apricitatis inclytæ regio. Plin. lib. 6. cap. 16. 1.

APRILIS.] Menſis. Sic dictus, teſte Seruio, ab aperiendo, quaſi terras tepore aperiens. Alij, vt Varro ſcribit, quia Veneri dicatus eſſet, quæ dicitur Aphrodite. Hor. 4. Carm. ode 11. 3.

—Idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris Marinæ
Fingit Aprilem.

APRVGNVS.] Vide APER.

APSIS.] curuatura rotæ.

Apſides, etiam dicuntur circuli in ſtellis, teſte. Plin. lib. 2. cap. 15. 6.

¶ Apſis: Fornicis curuatura. Plinius Cæcilius in epiſt. Adnectitur angulo cubiculum in apſida curuatum.

APTVS.] Participium, ab antiquo verbo Apiſcor. Vnde eſt adiectiuum nomen Aptus, aptior, aptiſſimus.

Aptus alicui rei. Plin. lib. 12. cap. 7. 5. Lycium aptiſſimum medicinæ, quòd eſt ſpumoſum.

Aptum & côueniens ad res ſecundas. Quint lib. 5. ca. 10. 86.

Aptus in aliquid. Liuius, 8. bel. Maced 92. Et erant deprehenſi genere pugnæ, in quod minimè apti ſunt.

Aptus, *cum infinitiuo paſſiuo* Ouid. 1. de Arte, 2. Sed puer eſt, ætas mollis, & apta regi.

Aptus huc. Celſus, lib. 5. cap. 19. Rubrum quoque emplauſtrum, quod cthesium vocatur, huc aptum eſt.

Curationi aptus æger. Celſus, lib. 2 cap. 12. & lib. 7. cap. 14.

Moribus meis apta hæc etas. Ouid. 13 de Arte, 25.

Animi ad percipiendum apti. Quint. lib. 1. cap. 2. 19.

Anni apti luſibus. Ouid. 2, Amorum, eleg. 3. 3.

Aquæ aptæ remigio. Ouid 2 de Arte, 26.

Cibus ſtomacho aptus. Celſ. lib 2. cap. 20.

Color pallidus aptus amanti. Ouid. 1. de Arte, 147.

Dies quartus aptiſſimus eſſe conſueuit in pluribus ad initium cibi. Id eſt, plures ægri die quarto rectè comedere incipiunt. Celſus, lib. 3. cap. 4.

Ingenium aptius flammis: id eſt amoribus. Ouid. 14. Met. 5.

Locus aptus equis. Horat. 1. Epiſt 7. 9.

Palus apta remis. Horat. in Arte poetica, 14.

Oculis apta puella. Ouid. 1. de Arte, 9.

Quærenda eſt oculis apta puella tuis.

Somno aptum papauer. Celſ. lib. 2. cap. 32.

Tempus aptum precibus. Ouid. 2. de Ponto, 14.

Vber aptius: pro, Aptiore vbertate. Virg. 2. Georg. 47.

----pecoriq; & vitibus almis Aptius vber erit.

Verba apta ioco. Ouid. 21. epiſt. 10.

Potui aptiſſimum eſt vinum frigidum. Celſus, lib. 4. cap. 5.

Vmbra paſtoribus apta. Ouid. 1. Metam. 13.

¶ Aptum: Coniunctum. Virg. 4. Aeneid.

Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Seruius, in ſextum Aeneid. hoc ipſum pro Vicino interpretatur. Idipſum quoque eſt, quod Nonius Marcellus Aptum, id eſt, connexum & colligatum exponit: Budæus autem, conſertum, coagmentatum, & compactum. Lucretius.

----coniugioq;
Corporis atque animæ conſiſtimus vnitur apti.

Aptus validis neruis. Lucret. lib. 5. 186.

Apta arma. Salluſt. lib. 3. hiſtor. apud Nonium: Quod vbi fruſtra tantatum eſt, ſocordiùs ire miles, obrepere non aptis armis, vt in principio laxiore agmine.

¶ Aptus, pro Adeptus, apud Feſtum & Nonium legitur, ex Pacuuio & Lucilio.

¶ Aptè: Conuenienter & accommodè. Plin. lib. 16. cap. 25. 6. Ratio aptiùs redderur ab hoc tertio volumine, Idem, lib. 19. cap. 5. 6. Parilibus tamen aptiſſimè.

Apte locare. Liuius, 4, ab Vrbe, 161 docere. Ouid. 1. Amomorum, eleg 8. 18. dicere. Quint. lib. 11. in præfat.

¶ Apto Accomodo. Virgil. 3. Aeneid.

Interea claſſem velis aptare iubebat. Celſus, lib. 1. cap. 11. Ei rei commode aptatur. Quintil. lib. 10. cap. 2. Ad primum ſe velut aſpectum orationis aptarunt.

Aptare claues foribus. Martial. lib. 9. 49.

Aptanda ad vitam fuerant, quæ dicuntur. Quintil lib. 3. 34.

¶ Aptare: *componere, parare, teſte Nonio.* Virgil. 10. Aeneid.

----proiecto dum pede læuo
Aptat ſe pugnæ.

Pomponius apud Nonium: Heus aptate pueri munde atque ampliter conuiuium.

Aptate idonea bello. Hor. 2. Serm. Saty. 2. 23.

Aptare quidpiam in re aliqua. Colum. lib. 8. cap. 10. 2. Sed in eo tranſuerſæ perticæ perforatis parietibus aduerſis aptantur.

Aptare, *abſolutè poſitum.* Colum. lib. 12. cap. 54. 2. Quum autem eam tabulam ſic aptaueris, grauia pondera ſuperponito.

Aptare: *aptè locare.* Virg 11. Aeneid.

Aptat rorantes ſanguine criſtas.

Aptare oportune. Quint, lib, 6, cap. 3. 67.



¶ Aptatus: participiũ. Plin. lib. 28. cap. 13. 2, Sanguis hircinu cibo aptatus. Quint lib. 2. Sed ſunt ad popul rem aptatæ delectationem.

Aptatus ad autoritatem oratoriam. Senec. libr. Controuerſ. 6.

APVA.] Plin lib. 31 cap. 8. 2. de garo loquens, ſic ait: Cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo minimoq; confici: Apuam noſtri, Aphyen Græci vocant: quoniam is piſciculus è pluuia naſcitur.

APVD.] præpoſitio accuſatiua.

Apud Mutinam, pro Ad: id eſt, In obſidione. Suetonius in Auguſt Budæus.

Apud, *mutuam loci & perſonæ coniunctionem ſignificat:* vt quum dicimus, cœno apud amicum. Autor Feſtus.

Apud, *pro In.* Terent. Andr. 4. 5. 6. Apud forum modò e Dauo audiui.

Apud me domi: pro eo quod eſt, domi meę. Terent Heaut. 3. 1. 21. Sic in Eunucho, 5. 2. 1. Apud Antiphonem domi.

Apud, *conſtructum cum accuſatiuo perſonæ, ſæpenumero ſolam perſonam ſignificat.* Terent. Eunuch. 1 2. 10. Aut quia ſum apud te primus. Id eſt, tecum, vel in amore tuo, vel tibi primus. Item ibidem, 1, 2, 71. Sine illum prioreis partes hoſce aliquot dies Apud me habere.

Apud, *pro tempore.*

Apud poſteros. Tacit, li. 1. Memoriã apud poſteros adeptus.

Apud te, *pro tibi.* Plaut. Pœn. Cur ego apud te mentiar?

Apud, *pro In, cum accuſatiuo perſonæ.* Plautus, Mil. 10. 43. Quũ apud te exemplum experiundi habeas. Id eſt, in te.

Apud Achaiam, apud Aſiam. Tacit. lib. 4. Vt ciuitatis. Cibyraticæ apud Aſiam, Aegicenſi apud Achaiam motu terræ labefactis ſubueniretur. Sic lib. 13.

Apud nos imperium tuum eſt: pro, in animo meo, vel in memoria. Hoc eſt, memoria teneo id, quod imperaſti. Plaut. Mil. 16. 60.

Apud animum meum: Id eſt, mecum, vel in animo meo. Salluſt. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo.

Apud ſe eſſe: per metaphoram. Terent. Andr. 2. 4 5. Proin tu face, apud te vt ſies: id eſt, præſenti & minimè turbato animo. Ter. Heaut. 5. 1. 47. ---præ iracundia, Menedeme, non ſum apud me. Idem, Hecyra. Num tibi videtur eſſe apud ſeſe? Idem, in Andr. 5. 4. 35.

----vix ſum apud me: ita animus commotus eſt metu.
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono!

Apud, *aliquando poſtponitur ſuo caſui.* Tacit. lib. 5. Ripam apud Euphratis, Et lib. 4. Miſenum apud, & Rauennam.

## A Q

AQVA.] vnum è quatuor Elementis: de quibus Plinius lib. 2. capit. 5. & libro 31. ab ipſo initio. Item, libro 2. cap. 103.

Aqua dicta eſt, quòd æqua ſumma, authore Varrone, lib. 4. de Lin. Lat. Feſtus autem: Aqua, inquit, dicitur, à qua iuuamur.

Aquai, genitiuus, apud Lucretium ſæpè, vt libro 1, 63.

Aquarum agmen. Virgil. 1. Georg. 65.

Arcus. Ouid. 11. Metamorph. 114.

Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur & rupta merſum caput obruit vnda.

Aquæ augur cornix. Horat. 3. Carm. Ode 17. 3.

Vdum corpus aquæ. Lucret lib. 6. 172.

Cumulus aquarum. Ouid. 15. Metam. 102.

----cumulusq; immanis aquarum
In montis ſpeciem curuari & creſcere viſus.

Curſus aquarum frænare glacie, dicitur hyems. Virgil. 4. Georg. 27.

Decurſus aquæ ex montibus. Lucret. lib. 1. 57.

Aquarum dominus. Sic ſe appellat Achelous apud Ouid. 9. Metam. 4.

Aquarum ductor, Tybris. Stat. 3. Sylu. 5. 22.

Spargere hauſtus aquarum. Virgil. 4. Georg. 46.

Humor aquæ dimittit ſæpè ſaporem. Lucret lib. 3 69.

Incurſus aquarum. Ouid. 11. Metamorph. 147.

Limes. Ouid. 17. Epiſt. 27.

In margine aquæ ſedere. Ouid. 2. Faſt. 93.

Mons aquæ. Virgil 1. Aeneid 22.

Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Motus aquarum ingens. Virgil. 4. Georg. 73.

Aquæ pauper fluuius. Horat. 3. Car. ode vlt. 3.

Potores aquæ. Horat. 1. epiſt. 20. 1.

Aquarum rex Neptunus. Ouid. 10. Metam. 120.

Purę aquæ riuus. Horat. 3 Carm. Ode 6, 7.

Splendor aquæ. Lucretius. lib. 4. 45.

Strata aquarum. Lucret lib. 6, 255.

Sulcus aquæ: id eſt, ſulcus aqua repletus. Ouidius de Nuce, 14.

Temperies aquarum. Ouid. 4. Metamorp. 69.

Vis aquæ ſubita. Lucret. lib. 1. 57.

Ambiguæ aquæ:id eſt, diuerſa præditæ natura & vi. Ouid. 15.Metamorph.67.
Aqua vernalis. Horat. Epod.5.6.
Blandæ.Ouid.4 Metam.69.
Breuis.Ouid.17.epiſto.36.
Cœleſtis: id eſt, pluuia. Horat.3. Carm. Ode 10.4.
Cærulea. Ouid.8 Metamorph.46.
Cana.Ouid.2.Epiſt 4.
Craſſæ.Ouid.3.Amor.eleg.5.2.Curua.Stat.5.Theb.75.
Dulcis.Virgil.4. Georg.13.
Fluuialis:id eſt, è fluuio petita. Sic Fontana, è fonte:Marina,è mari:Puteana,è puteo.Quibus omnibus vtitur.Plin.
Gelida. Ouid.Epiſt 20.44.
Hybernæ aquæ.Ouid.Epiſt.33 19.
Incertæ quæ nulla certa via feruntur. Ouid.8.Metam.33.
Aqua intercus:Hydrops morbus: quaſi aqua inter cutem. Lucilius, lib. 28. Aquam te in animo habere intercutem. Hic morbus etiam vocatur Aqua ſubter cutem fuſa.Plin. lib.7. cap.18.
Inuitis aquis ire, vel nauigare. Ouid.Epiſt.13.26.
Irriguæ aquæ Ouid 2.Amor.eleg.16.1.
Lethæis aquis ſcripta dare.Ouid.3.de Arte amandi.68. id eſt,obliuioni.
Medicę aquę:quibus ad medendū vtimur,Claud.epigr.18.
Medioeris aquæ lacus.Ouid.6 Metam.69.
Aqua mulſa:quæ ex melle ad potum, præſertim ægrotantium conditur Plin.lib.22 cap.24.
Aqua niualis:id eſt, ex liquefacta niue. Gel lib. 19. cap.5. Qui aquam niualem frugibus ſanè & arboribus fœcundam diceret: ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe. De hoc etiam Plin.lib.19.cap.4.
Pierijs aquis rigantur ora vatum.Ouid.3.Amor.eleg 8.6.
Aqua pluuia,& Aqua cœleſtis, pro eodem ſæpè dicitur apud ipſum Plinium. Ouid 3.de Arte,35.
Aqua pluuialis.Ouid.8 Metam,68.
Quieta.Harat.1.Carm. Ode,31.2.
Rapida.Catul. de Muliere ſua.65.1.
Raucæ.Ouid.17.Epiſt.6.
Recens.Virgil.6. Aeneid.127. roſacea: quæ fit ex roſis apud Plinium ſæpiſſimè.
Sacra.Horat.1. Carm. Ode 1.5. apud poetas, fontium epitheton ſit ſacros appellari. Ex Acrone & Porphyrione.
Salubris.Horat in Carm. ſecul.7.
Serena. Lucret.lib.4.43.
Seruam aquam bibere:id eſt, aquam quæ ſeruis propinatur.Ouid.1.Amor.eleg.6.5.
Simplex aqua.Ouid.2.Amor.eleg.6.7,
Pellebatq; ſitim ſimplicis humor aquæ.
Tenues aquæ.Virgil.3.Georg.66.
Tepidæ.Ouid.8. Metam.132.
Tumidarum aquarum victor. Ouid Epiſt.18.37. Sic Hero Leandrum vocat.
Turbidus imber aqua.Virgil.5.Aeneid.138.
Vaſtæ aquæ, Ouid. Epiſt 18.34.
Vberibus aquis fœcundus ſpecus.Ouid.3.Metamorph.7.
Viliſſima rerum aqua. Horat. 1.Saty.5.18.
Viridis. Ouid.4. Faſt. 33. Et 1.de Arte.81.
Vitreæ. Statius, 1. Syl.3.15.
Volubilis. Horat.4.Carm.Ode 1.in fine.
Addere aquam flammæ: pro. extinguere ignem.Tibul.2.eleg. 4 9.
Aſtrictis aquis torpent fluuij Claudianus, in Præfat.a.lib. de rapt. Proſerp.4.
Aſſilientis aquæ veteri tactum.Ouid.6.Metam.22.
Aſſueſcere aquis. Ouid.3.Triſt.eleg.3.2.
Canet aqua. Ouid.Epiſt.5.11.
Concipere aquas. Ouid.1.Metamorph.55.
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert.
Euerſas aquas concitare dicuntur venti.Ouid.Epiſt.7.8.
Eluctari aqua dicitur: quum vi expreſſa, veluti ab vuis, lente egreditur. Virgil.2. Georg 49.
Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis.
Eruta remis aqua.Ouid.5.Epiſt.11.
Expreſſæ aquæ dicuntur: quæ vi impulſæ loco aliquo erumpunt.Ouid.1. de Arte amandi,17.
Frangere aquas:id eſt,dirimere ſeu diuidere, quum innatamus.Claud.in Epithal. de Tritone.
Fumat aqua de ſulphure. Ouid. 1.de Arte amandi,51.
Fundere aquas dicuntur fluuij. Ouid.15. Metam.57.
Fundere aquas in mare. Ouid. Amor.3 eleg.2.7.
Haurire aquas. Ouid.3.Metam 38.
Haurire aquam turbatam limo Horat.1.Serm.Saty.12.
Iactari vadoſis aquis. Lucan.lib.8.137.
Immori aquis. Ouid.7. Metam. 117.
Implorare aquas cœleſtes.Horat. Epiſt.2.
Inclinantur aquæ ad littora.Ouid.11. Metam.42.



Infeſtare aquas. Ouid.2.Amor.11.4,
Inficere.Ouid 6. Metam.29.
Interdictis aquis iminet æger. Ouid.3.Amor.eleg.4.4.
Nitimur in vetitum ſemper,cupimuſq; negata:
Sic interdictis imminet æger aquis.
Aqua inuoluere. Virgil.6.Aeneid.67.
Iungere ignibus aquas. Seneca, in Hipp.4.43.
Labuntur altis ripis aquæ. Hor Epod.2.5.
Laceſſere cautes dicuntur aquæ: quum illas aſſiduo fluctuum impulſu verberant. Senec. in Hipp.4.45.
Mergere aqua Ouid.3. Amor.eleg.1.12.
Mergi aquis Ouid.5.Metam.119.
Feruentibus aquis molliri. Ouid.1. Metam46.
Aquam perdere.Quint.lib.11.cap.3. id eſt, tempus.
Perfluunt aquæ fertile Tybur.Horat.4.Carm.Ode.3.2.
Claudere aquas natatu.Stat 1. Sylu.3.15.
Præbere aquam.Horat.1. Serm Saty.4.18.
Præcipitari aquis dicitur lux,& Aquis nox exire:quum adueſperaſcit,aut nocteſcit. Ouid 4.Metam.19.
Præteruehi aquis rectis.Stat.5.Thebaid.95.
Properantis aquæ ambitus. Horat.de Arte poetica,4.
Quatere aquas & coercere Neptunus dicitur. Ouid. Epiſt. 17.10.
Refrænare.Ouid 6.Epiſt.18.
Aquas alio de fonte raptas refundit arcus: id eſt, Iris. Stat. lib.4.167.
Retorquet in ſe lapſas aquas Mæander. Ouid 9. Epiſt.12.
Secare. Ouid. 3. Amor.eleg.11.7.
Aut ſecat impoſita virgine taurus aquas.
Siſtere.Ouid.3.Amor.eleg.Virg 4.Aeneid 98.
Sorbere. Ouidius,2.de Arte amand.8,
Terraq; cœleſtes arida ſorbes aquas.
Sternere aquas dicuntur dij æquoris vel fluuiorum, quum tranquillitatem inducunt. Valer.lib.2. Argonaut.119.
Sternere aquis æquor. Virg.8.Aeneid.18.
Subeunt lucos aquæ.Horat.3. Carm. Ode 42.
Succedere aquæ. Ouid. 11.Metam.29,
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ.id eſt, Sub aquam ſe demittit.
Temperare aquam ignibus.Hor.3. Carm. Ode 19 2.
Truncare aquas ſocias. Claud. in bello Gigant.14.
Turbare aquas. Ouid.3. Metam.95.
Aquas verſare dicitur nauis. Ouid. 13. Epiſt.20.
Vertendis aquis apta ſydera: id eſt, commodum tempus nauigationi. Ouid.1 Amor.eleg 9.3.
Voluere aquas in mare, dicuntur flumina. Ouid. 1. Amorum.eleg.15.2.
Vnctam aquam conuiuis præbere.Horat.2.Serm.Saty.2.14.
—nec ſic, vt Neuius vnctam Conuiuis præbebit aquā.
Præcipitari in aquas:dicuntur ſydera, quum occidunt. Ouid.4.Faſt.35, Scorpius in virides præcipitatur aquas.
Scribere in aqua. Catullus de muliere ſua,65.1,
—ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento,& rapida ſcribere oportet aqua Hoc eſt, obliuioni dare.
¶ Aquula:pro Riuulo vel piſcinula.Plaut.Curcul.4.3,Manè ſuffundam aquulam.
¶ Aquæductio.l.ſi autem.de aqua plu arc. Vlp.
¶ Aquæductus: aquarum deductio. Iulius Frontinus librū ſcripſit de Aquæductibus Romanorum. Vlpianus de ſeruitutibus ruſtic præd.lib.8.ff. Seruitutes ruſticorum prædiorū ſunt hæ:Iter, actus via, aquæductus. Et paulò pòſt: Aquæductus, eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum.
¶ Aquælicium:dicitur, quum aqua pluuialis remedijs quibuſdam elicitur: Hæc Feſtus.
¶ Aquagium:quaſi aquæ agium, id eſt, aquæductus, appellatur.Hęc Feſtus.Pomponius,l.hoc iure,de aqua quotidiana:Is qui ius aquæ quotidianæ habet, vel fiſtulam in riuo ponere, vel aliquid aliud quidlibet facere poreſt, dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.
¶ Aqualiculus: propriè vas eſt, in quo porci ſorbent. Per metaphoram verò,pro ventre accipitur. Perſ.Saty.1.6,
—quum tibi, Calue,
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extſtet Hęc Sipontinus.
¶ Aqualis. Varro,lib.4.de Lingua Lingua. Vas eſt aquariū, quo aqua & manibus datur,& menſæ infertur.Plaut.Curcul.7.31,
—datin' iſti ſellam, vbi aſſideat citò,
Et aqualim cum aqua?
¶ Aquariolus.Feſtus:Aquarioli, dicebantur mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ.
Aquarioli præterea dicuntur, qui vxoris ſuæ ſtupra æquo animo patiuntur.Apul.in Magia.
¶ Aquarium,& Aquariolum.Locus in quem ſordida aqua iactatur. Sipontino.

Aqua-

Aquarium,locus aquâ,ad quem animalia potum aguntur. Cato,cap.1.2, Si poteris, ſub radice montis ſiet, in meridiem ſpectet,loco ſalubri,operariorum copia ſiet,boumque ibi aquarium.

¶ Aquarius: adiectiuum. Plin.lib. 18.cap.28.4. Italia aquarias cotes dedit,limæ vice imperantes ferro. Sic lib.36.ca. 22. vbi de cotibus.

Aquarius ſulcus:qui fit ad aquas ex agris educendas.Col. lib.12.cap.8, Cauebitur tamen vt patentes liras,crebroſq; ſulcos aquarios , quos nonnulli Elices vocant,faciamus: & omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes deriuemus.

¶ Aquarius,*abſolute, eſt cæleſte ſignum in Zodiaco circulo.* Plin, lib.18.cap.26.5.Horat.1.Ser.Sat.1.8.

Aquarius leuis. Ouid.2.Faſt.92,

Iam leuis obliqua ſubſedit Aquarius vrna.

¶ Aquaticus:qui in aquis,aut circa aquas viuit, aut aquoſa loca frequentat.Plin.lib.10.cap.11. Vti anſeres,& aquaticæ ferè aues.Idem, lib.10.cap.47.

Aquaticum, dicitur etiam, quod in aquis aut prope aquas naſcitur.Plin.lib.16 cap.40, Frigidiſſima quæcunq; aquatica. Dictum de arboribus.

Lotos aquatica Ouid.9.Metam.69.

Aquaticus. Auſter:quòd pluuiam inducat.Ouid.2.Metam. 171.Et 4 Faſt.33.

¶ Aquor:ſiue quo:Aquam haurio, Vir.4. Georg.39,

Sed circùm tutæ ſub mœnibus vrbis aquantur.

Vbi Seruius:Aquantur, aquam hauriunt ex vicino.Liu.2. bel.Pun.186. Cæſ. 8.bel. Gal.146. Nec ſine periculo poſſent aquari oppidani.

Aquari:*aqua reficere.* Salluſt. in Iugurth. Aquatum equos egreſſus eſt.

¶ Aquatio:aquarum vectio Cęſar.4.bell.Gall.496.Tamen ſeſe non longius millibus paſſuum quatuor, aquationis cauſa, proceſſurum eo die dixit Liuius,10.bel.Pun 133.

Aquatio:aquarum pluuialium abundantia. Plin.lib 32.ca. 7.9. Et hoc vtebatur in multis varijſq; per aquationes Autumni naſcentibus.

¶ Aquator:Qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu,facit.Liu.2.bell.Pun.186.Cæſar,1.bel. Ciuil.269, Hæc conſultantibus eis nunciatur, aquatores ab equitatu premi noſtro.

¶ Aquatus:qui aquatilem humorem natura miſtum habet. Plin. lib.28. cap.9 , Omne autem vernum aquaticus æſtiuo. De lacte dictum.

Aquatum , *pro diluto.* Seneca , 1. Nat. quæſt. Intereſt , quomodo ſit macerata purpura: craſſius medicamentum , an aquatius traxerit.

¶ Aquoſus : copiam aquæ habens. Aquoſus campus. Liu. 9.ab Vrbe,7.Plin.lib.18.cap.17.13.

Aquoſa cryſtallus. Proper. lib.4.eleg.3.11.

Cryſtallusq; tuas ornet aquoſa manus. Aquoſum dixit,vel ob ſimilitudinem & perſpicuitatem,vel quia re vera cryſtallus ex aquæ concretione ſit:vt habet Plin.lib.37. cap.2.

Aquoſus languor : de hydrope.Horat.2.Carm.Ode 2.3.

Aquoſæ nubes. Virgilius 6. Aeneid.85. Ouidius 4. Metamorph.125.

Orion aquoſus. Virg.4. Aen.11.

Aquoſus piſcis Virgil.4.Georg.47. Vbi Seruius, Auſtralem piſcem ſignificat , qui aquarij vndam ſuſcipit : vnde & Aquoſi addidit.

¶ Aquoſior. Plin. lib. 18.cap.17.13 , In cretoſo rubricoſo & aquoſiore agro adoreum.

AQVIFOLIA.] arbor ſylueſtris,habens aculeata folia,quæ non decidunt,ferenſq; baccas ſine ſucco.Plinius,libro 24 cap.13.4.Idem, lib.16. cap.18. Dicitur & Aquifolium , in neutro genere,pro eodem. Plin lib.16.cap.25.

AQVILA.] Auis,olim Ioui ſacra.Eius ſex ſunt genera.Plin. lib.10.cap.3.

Aquilæ feroces.Horat.4 Carm.Ode 4.7.

----nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Aquila fulua. Virg.11.Aen 150.

Aquilæ clangunt.In elegia de Philomela, 6.

Aquila,*etiam fuit ſignum ſingularum legionum Romanarum* Ouidius 5. Faſt.117.

Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat. Lucan lib.1.2.
----infeſtiſq; obuia ſignis
Signa,pares aquilæ. Eodem lib.50.
Vt notæ fulſere aquilæ, Romanaq; ſigna.

Aquilæ ſenectus : Prouerbium , quod in ſenes dicebatur, bibaces magis quàm edaces. Terent. Heaut.3.2.10.

----viſa verò eſt,quod dici ſolet, Aquilæ ſenectus.

¶ Aquilinus : ad aquilam pertinens , aut aquilæ ſimilis. Aquilinæ vngulæ,hoc eſt,rapaces. Plaut. Pſeu.13.63,



An tu inuenire poſtulas quenquam cocum,
Niſi ſit miluinis, aut aquilinis vngulis?

¶ Aquilifer:Dicebatur ſignifer in Romana militia,ab aquila,quam,vt ait Plinius , Romanis legionibus Marius in ſecundo Conſulatu ſuo propriè dicauit. Cæſar,5.bell.Gall. 139.Ex quibus L.Petroſidius aquilifer, cùm magna multitudine hoſtium premeretur,aquilam intra vallum proiecit.

AQVILEGIVM.] Collectio aquæ. Plau.Si pluet,aquilegio me iuuabo

AQVILEX.] ab aquis legendis dictus eſt,vt author eſt Marcellus:artifex inueniendorum fontium, aquarumq; colligendarum ad aquæductus.Plin. ad Traianum , de aquæductu Nicomedenſium loquens , 254. in primis neceſſarium eſt mitti à te vel aquilegem,vel architectum, ne rurſus eueniat quod accidit.Plinius auunculus,lib.26.ca.6.de bechio.Eius duo genera:ſylueſtris vbi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt,& hoc habent ſignum aquileges. Idem,lib. 31.cap.3.

AQVILIFER,AQVILINVS] Vide AQVILA.

AQVILO.] Ventus eſt (inquit Seruius ) qui de alto flat, id eſt,à Septentrione, & tempeſtates grauiſſimas facit. Feſtus:Aquilo ventus, à vehementiſſimo volatu ad inſtar aquilæ,appellatur. Plin.lib.2. cap. 47 , A Septentrionibus Septentrio , interq; cum & exortum ſolſtitialem Aquilo, Aparctias dicti & Boreas.

Aquilonis vim deſcribit Ouidius,lib.6. Metam. 138. Idem 3.Triſt.leg.10.4.

Denſus Aquilo ab oris Hyperboreis Virgilius 3. Georgic. 39.

Frigidus. Virg.2.Georg.81.

Impotens Horat.3. Carm. Ode 30.1.

Niuoſus.Sen.in Herc. Oetheo,7.8.

Aquuilone atri fluctus: id eſt , quos Aquilo flans atros fecit. Virg.5. Aeneid.1.

Aquilone ſecundo agi:pro aura ſecunda. Hor.2.Epiſt.3.41.

Inſurgit aliquo. Horat.Epod.10.2.

Radit terras Aquilo. Horat.2.Ser.Sat.6.4.

¶ Aquilones. Plin.lib.2.cap. 47.7. Aquilones hîc dicuntur venti , qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant diebus 40. quos vocant. Eteſia , & Prodromos.

Aquilonibus obijcere aliquem. Horat.3. Carm. Ode 10.1.

Aquilonibus medijs per altum ire:id eſt, media hyeme, vel in maximis tempeſtatibus,per æquor nauigare. Virgil.4. Aeneid.62.

Quinetiam hyberno moliris ſydere claſſem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum.

¶ Aquilonius. Plin.lib.27. cap.13.12 , Omnes vero herbæ, vehementiores effectu viribuſque ſunt in frigidis locis, vt in Aquilonijs:id eſt frigidis , in quibus flat Aquilo.

Hyems Aquilonia Plin lib.17.cap.2.

Aquilonius ſitus : Aquiloni expoſitus. Plinius libro 15. cap. 19 2.

Aquilonia luna:Quæ digreſſa eſt in Aquilonem.Plin.lib.2. cap.97.4.

Aquilonia proles.Proper.lib.1.eleg.19.5.Et Aquilonia pignora:idem,hoc eſt,filij Aquilonis.Stat.5. Theb.87.

AQVILVS.] Feſtus : Aquilus color eſt fuſcus & ſubniger: à quo Aquila dicta eſſe videtur. Plaut. Pœnulo,16.148,Statura autem magna, corpore aquilo Id eſt , fuſco & ſubnigro. Suet. in Aug. Naſum & à ſummo eminentiorem , & ab imo deductiorem , colorem inter aquilum candidumque.

AQVIMINALE.] vas aquarium. Paul.l.3.in prin.D.de ſup. pel.legat.

AQVIMINARIVS.] vas potorium. Pompon.in l.in argenteo. ff. de aur.argent. legat. Aquiminario Caſſius ait conſultum ſe reſpondiſſe,cùm alteri argentum potorium,alteri argentum potorium, alteri eſcarium , legatum eſſet, eſcario cedere. Florentinus Iuriſc. Nam & pelues argenteas , & aquiminarios argenteos, in ſupellectili eſſe non dubitatur.

## A R

AR ME.] pr Ad me, antiquè dictum. Plaut. Trucul.Ar me aduenias.

ARA.] Seruius: Nouimus aras & dijs eſſe ſuperis & inferis conſecratas:altaria verò eſſe ſuperorum tantùm deorum, quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata.

Aram tenere veteres ſolebant, quum à dijs aliquid peterēt, aliquidue deos precarentur. Virg.4. Aeneid.44.

Talibus orantem dictis,araſq; tenentem
Audijt omnipotens. Idem,6.Aen.25.
Talibus orabat dictis araſq; tenebat. Quo loco Seruius:Rogabant enim deos , ararum anſas tenentes.

¶ Ara:Cæleſte ſydus. Ouid.2.Metam.28.

¶ Aræ, dicuntur ſaxa, quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, fineſq; imperij ſui illic eſſe voluerunt. Hæc ferè Seruius, in illud Virg. 1. Aen. 23.

Treis notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus, aras.

Aræ cœlitum. Seneca, in Agamem. 6. 1.
Aræ planctibus vallantur. Stat. 10. Theb. 112.
Ara frigida: id eſt, ſinè ignibus, in qua non ſacrificatur. Val. 2. Argon. 21. Fumida. Ouid. Triſt. eleg. 13. 3.
Aræ fumoſæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 13. 5. gramineæ. Virg. 12. Aeneid. 24.
Herboſæ. Ouid. 15. Metam. 115.
Mœſtæ: id eſt, quæ mœſtos reddant: vtpote deſtinatæ alicuius morti, aut peragendo funeri. Virgil. 3. Aen. 13. Idem, 5. Aen. 10,

Ex quo reliquias, diuiniq; oſſa parentis
Condidimus terræ, mœſtaſq; ſacrauimus aras.

Sacrificæ. Valer. 8. Argon. 49.
Sanctæ. Ouid. 3. Metam. 147.
Sepulchrales. Ouid. 8. Metam. 97.
Ara ſita alicui. Tacit. lib. 2. & aram Druſio ſitam diſiecerat. & lib 3. Vrbs Philippopolis à Philippo Macedone ſita.
Sopitas aras ignibus excitare. Virg. 8. Aen. 106.
Sylueſtres aræ. Stat. 5. Theb. 103.
Thuricremæ. Lucret. lib. 2. 71. Ouid. de Arte amandi, 3. 81. Virg. Aen. 4.
Thuriferæ. Stat. 1. Achil. 105.
Teſtibus aris aliquid agere. Stat. 1. Achil. 105.
Adolere aras. Tacit. lib. 14, Nam cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris conſulere deos, fas habebant.
Aras adorare. Seneca in Agamem. 6 1.
Aræ calent thure. Virg. 1. Aen. 85. Clau. 2. Paneg. 3.
Aram coronis cingere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 13. 3.
Aras colere victimis. Seneca in Herc. furente, 11. 1.
Aris thura dare. Ouid. 2. Amorum eleg. 13. 5.
Aræ deſtinare aliquem. Virg. 2. Aen. 26.
Ara exhalat odores. Lucr. lib. 2. 84.
Aras exorare: id eſt, deos, qui ante aras ſtantes, manuque illas tenentes, rogabant. Ouid. 7. Metam. 120.
Aris honorem facere. Virg. 5. Aen. 151.
Aram imbuere. Virg. 1. eclog. 2. ----illius aram

Sæpè tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Aris dona imponere. Virg. 4. Aen. 91. honorē. Virg. 1. Aen. 11.
Aras votis incendere. Virg. 3. Aen. 56. Votis, id eſt, rebus quas voueramus.
Aras inceſtare: id eſt, polluere. Stat. 5. Syl. 5. 1.
Inferre dapes aris. Valer. 3. Argon. 91.
Inquinare aras. Seneca in Herc. Oetheo, 13. 20.
Mactare aris honores, id eſt, victimas honori deorum, aut honorandis dijs conuenientes.
Aræ torquibus ornatæ. Virg. 4. Georg. 55. Id eſt, coronis.
Placare aras odoratis ignibus. Ouid. 15. Metam. 115.
Ponere aras. Hor. 2. Epiſt. 1. 4.
Promittere aris: id eſt, vouere aliquid. Stat. 6. Theb. 122.
Cæde ſpargitur ara. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 13.
Succendere aras. Seneca in Herc. Oetheo, 7. 10.
Tingere aras ſanguine votiuo. Ouid. 20. Epiſt. 19.
Verbenis ara vincta. Horat. 4. Carm. ode. 11. 2.
Violare aras. Sil. l b 17. 16.
Vouere aras: Aras ſacrare. Silius, lib. 16. 8,

Forſan ſacraſſet, Zephyro quas vouerat aras.

Ad aras libare. Virg 7. Aeneid 49.
Aſtare ante aras. Ouid 8. Metam. 97.
In aris animam finire. Ouid. 7. Metam. 120.
ARABILIS.] Vide ARO.
ARANEA.] quam araneus facit. Ouid. 4. Metam. 36.

—non illud opus tenuiſſima vincant.
Stamina, nec ſummo quæ pēdet aranea tigno. Catullus ad Fabullam, 13. 2.
—nam tui Catulli. Plenus ſacculus eſt aranearum.

¶ Aranea, *pro ipſo animali etiam accipitur.* Ouid. 6. Metam.

Stamen & antiquas exercet aranea caſſes. Virgil. 4. Georg. 50.
In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.

¶ Araneus Col. lib. 9. cap. 14, Araneis, qui fauos corrumpunt, detractis. Plin. lib. 8. cap. 28, Aranei cum telis primi cadunt.
Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Plin. lib. 24. cap. 9 Hoc eſt, in languinem araneæ ſimilem.
Aranea telas exercet. Ouid 6. Metam 29.
Filum pede deducit aranea. Ouid. 1. Amorum, eleg 14. 2.
Aranei tenuia fila. Lucr. lib. 3. 77.
Caſſes ſuſpendit aranea. Virg. 4 Georg. 50.
Arida aranea. Iuuen. 14. 7.
Araneorū genera & naturam leges apud Plin. lib. 11. ca. 24.

¶ Araneus, *marinum animal* Plin. lib. 32. cap. 11.
Araneus mus, *animal in Italia:* de quo Plin. 8. cap. 58 In Italia muribus araneis, venenatus eſt morſus. Columel. lib. 6. cap 17. 1, Muſq; araneus, quem Græci μυγαλῆν appellāt, quamuis exiguis dentibus non exiguam peſtē moliatur.
¶ Araneum: Vitium peculiare oliuis & vitibus, quum velùti telæ inuoluunt fructum & abſumunt: authore. Plin. lib. 17. cap 24. 13. Aliud in calamo odorato. Plin. lib. 12 cap. 23. Ineſt fiſtulæ araneum quod vocant florem.
¶ Araneolus Virgil. in Culice: Atque vt araneoli temuem formauimus orſum.
¶ Araneoſus. Catullus ad Thallum Cynœdum: quem vocat molliorem ſitu araneoſo.
Araneoſa lanugo. Plin. lib. 12. 1, Folijs araneoſa lanugine obductis.
Araneoſus: Aranearum faciem habens. Plin. lib. 21 cap 15. 3, In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon vocant aliqui. Hanc è Nilo metunt, caule, quum coctus eſt, araneoſo in mandendo.
Araneoſus vomitus Plin. lib. 29. cap. 4. 27, Peior vtroq; eſt cæruleus, ſanguine nigra caliginem concitans, & vomitus araneoſos. Hoc eſt, in quibus telæ araneæ conſpiciuntur: vt ait Sipontinus.
ARATIO, ARATOR, ARATRO, ARATRVM.] Vide ARO.
ARBILLA.] aruina, id eſt, pinguedo corporis. Feſtus.
ARBITER.] Feſtus: Arbiter dicitur iudex, quòd totius rei habeat arbitrium, & facultatem. Arbiter pugnæ, apud Horatium, l b. 1. Carm. Ode 3. 3.
Arbitram, dixit Horatius, in Epod. 5. 10,

—ô rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & Diana.

Capere arbitrum. Terent. Heaut. 3. 1. 89.

—quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?

Arbiter annonæ. Stat. 4. Syl. 9 4.
Formæ. Ouid. 15. Epiſt. 14. de Paride.
Sine arbitris aliquid facere: id eſt, nemine vel vidente vel audiente. Plaut. Capt. 5 18.

Vnum exorare vos ſinite nos.
L. Id quidnam eſt? C. vt ſine hiſce arbitris,
Atque vobis, nobis detis loquendi copiam. Liuius, 1.

ab Vrbe, 179. Tanaquil inter tumulum claudi regiam iubet, arbitros eiicit. Id eſt: multitudinem populi aduenantem quid rei accidiſſet Tarquinio moribundo, eijcit, nequid de re cognoſcerent. Item, lib. 2 Coniurati ibi, remotis arbitris, multa inter ſe de nouo (vt fit) conſilio egiſſent. Rurſum, lib. 1. 86, Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua: quò quia perſæpe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum deæ inferebat, camœnis eum lucum ſacrauit. Id eſt, clàm, ſolus, nemine comitante.
¶ Arbitrarius, Feſtus: Arbitrarium dicitur, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. Plaut. Amphitr. 4. 112,

Hoc quidem profectò certum eſt, non arbitrarium.

¶ Arbitratus: Arbitrium, voluntas, opinio. Plaut. Rud. 23. 62. Vlpianus de verb. ſignif. Illa verba, Arbitratu Lucij Titij fieri, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.
In ditionem & arbitratum alterius ſe dare. Plaut. Amph. 4. 195. Deduntq; ſe diuina humanaq; omnia vrbem & liberos. In ditionem atque in arbitratum cuncti Thebano populo.
¶ Arbitrariò. Plaut. Pœn. 11. 42, Nunc pol ego perij certò, haud arbitrariò. Vbi interpres: Haud arbitrariò, non dubiè, quaſi iam dato arbitrio, id eſt, ſententia arbitri.
¶ Arbitriū Dicitur ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur Feſt.
Arbitria facere de aliquo: id eſt, iudicare. Hor. 4 Car od. 7. 4,

Quum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria.

In arbitrium alicuius venire. Ouid 5. Epiſt. 8.
Arbitrijs diſpenſare omnia. Ouid ad Liuiam, 75.
Arbitrium: Poteſtas. Liu. 4. bell. Mace. 37, Scilicet ſi legem Oppiam abrogaueritis, non veſtri arbitrij erit.
Sub arbitrio Dei eſſe. Ouid. 5. Triſt. eleg 4. 4.
Arbitrium vrbis Romulus habet Ouid 4. Faſt. 165.
Arbitrium ſecreta loquendi eripere alicui. Ouid. 4. metamorph. 45.
Arbitrium rei eſſe penes aliquem. Ouid 24. Epiſt 6.

Te penes arbitrium noſtræ vitæq; neciſque. Horat. in arte, 15.

Arbitrium: *Facultas iudicandi arbitrio data* Arbitrium recipere Vlpianus de receptis arbitris: Recepiſſe autem arbitriū videtur (vt Pedius, lib. 8. dixit) qui iudicis partes ſuſcepit, finemq; ſententia ſua controuerſijs impoſiturum pollicetur. Sipontinus.
Arbitrium litis in omnes traijcere. Ouid. 12. Metam in fine.

¶ Arbitror.

¶ Arbitror: Dicit arbiter, quum ſententiam dicit. Vlpianus de receptis arbitris: Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt, quò minus arbitretur, pœna committetur.

Arbitrari, inquit Sipontinus, eſt Exiſtimare. Terent. Eunuch. 5.6.9, Here, primùm te arbitrari, quod res eſt, velim. Idem Hecyr. 5.3.7.

Arbitrari & Cenſere, *idem apud antiquos*. Nonius. Cenſere & Arbitrari veteres, cognatione quadam, ſocia ac ſimilia eſſe verba voluerunt. Varro, de Repúb. lib. 20. Et de vita Popul. Romam. lib. 2.2; Itaq; quòd hos arbitros inſtituerunt, populi Cenſores appellarunt. Idem enim valet, Cenſere & Arbitrari. Terent. Hecyr. 4.1.15,

—ex quo ceſes, niſi ex illo cui data eſt nuptū obſecro;
P. Credo, neq; adeò arbitrari patris eſt aliter.

Arbitror, *de re incerta*. Terent. Eunuch. 1.2.29,

P. Ciuemne? T. arbitror.

Arbitrari: *Obſeruare & reſpicere quid agatur, aut dicatur*. Plaut. Aulul. 17.21, Hinc ego huc & illuc potero quid agant, arbitrarier. Idem, Capt. 5.27.

Arbitrari, *aliquando eſt conſtituere, modumq́; & rationem, quaſiq́; formam operis faciundi deliniare & præſcribere*. Proculus Iuriſconſultus, in tractatu de verb. oblig. Quum ſtipulatus ſim à Proculo, ſi opus arbitratu meo ante Cal. Iunias effectum non ſit, pœnam Et paulò inferiùs: Quoniam mortuus (inquit) arbitrari non potuiſſet. Indè apud Comicos ſæpè: Tuo arbitratu id fiat: Id eſt, vt tu formam operis faciundi dederis. Budæus.

ARBOR.] Generale nomen eſt, & appellatione eius vites quoque & hederas, & arundines & ſalictum contineri, Iureconſulti exiſtimant. Plin. in procemio, lib. 12, Summumq; munus homini datum, arbores, ſyluæq; intelligebantur. Virg. 2. Georg.

—nec ſeciùs omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

Vbi Seruius: Arboribus poſitis, vitibus ordinatis.

Arbos etiam dicitur. Hinc Feſtus: Arboſem pro Arbore antiqui dicebant, & Roboſem pro Robore. Virg. 4. Georg. 5,

Obuiaq; hoſpitijs teneat frondentibus arbos.

De apibus. Idem, lib. 2. Georg. 30, —bis pomis vtilis arbos.

Arbore ſoles defendere Sat. 3. Syl. eleg. 1.14.

Ad arboris vmbram ſe conferre. Ouid. 4. Metam. 24.

¶ Arbor, *pro malo nauis*. Iuuen. Sat. 12.3,

Quum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, &c.

Arbor, *pro remo*. Virg. lib. 10. Aeneid. 41,

It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctum
Verberat aſſurgens. Id eſt, centum remis.

Arbor, *eſt pars torcularis*, apud Catonem, cap. 12. & 18.

Arboris exeſæ antrum. Virg. 4. Georg 9.

Aeſtiua arbor recreatur aura. Horat. 1. Car. Ode 22.4.

Fertilis pomis aureis. Senec. in Agam. 9.9.

Inanis: Id eſt, excauata vel exeſa. Ouid 3. Faſ. 149.

Infelix. Plinius, lib. 24. cap. 9.

Iouis arbor: Id eſt, quercus. Ouid. 1. Metam. 22.

Odora, ſic Ouid. vocat arborē myrrhe. 1. de Arte Aman. 58.

Opaca comas. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1.7. Virg. 6. Aeneid. 27.

Patula Stat. 3 Sylu 1.14.

Turpis ſinè frondibus. Ouid. 13. Metam. 180.

Vberrima pomis. Ouid. 4. Metam. 18.

Viduas arbores, dicit Horatius, 4. Carm. Ode 5.6. nō adiunctas vitibus.

Vmbroſa arbos coronæ Herculeæ: id eſt, populus. Virgil. 2. Georgic. 14.

Cædere arbores. Ouid 9. Metam. 47.

Decerpere arbore fœtus. Virgilius, 6. Aeneid. 28. Ouid. 5. Metam 108.

Deſtringere ex arbore plantas. Virg. 2. Georg. 60.

Detrahere arboribus poma Tibullus, lib. 1. eleg. 5.7.

Induerat ſe pomis arbor. Virg. 4. Georg. 29.

Inhæret collibus. Horat. epod. 12.4.

Ex arbore mala legere. Virg 3 eclog. 11.

Procumbit arbor. Lucan. lib. 3.103.

Comę arboribus redeunt: Id eſt frondes. Horat. 4. Car. 7.1.

Satæ arbores. Horat. 1. Carm. Ode 18.

Suſtollere ſe dicitur arbor, dum creſcit. Virg. 2. Georg. 12.

Vellitur ſolo arbos. Virg 3. Aeneid. 6.

¶ Arborarius. Arborarius picus qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30 cap. 16.1, Eosq; qui arborarij pici roſtrum habeant, & mella eximant, ab apibus non attingi.

¶ Arborator. Significat puratorem arborum. Plin. lib. 18. cap. 33, Frondem medio die arborator ne cædito. Colum. lib. 11. cap. 1.11. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœniſector, nec minùs arborator, & vinitor.

¶ Arboreſco. In arborem creſco, ait Sipontinus. Plin. lib. 19. capite 4. 13, Tradunt autores, in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere, baculorum vſum præbere extemplò.

¶ Arboretum. Idem quod arbuſtum. Gellius lib. 17. cap. 2, Conualles, inquit, & arboreta magna erant.

¶ Arboreus: Qui eſt arboris. Virg. 1. Georg. 11, Arborei fœtus alibi. Id eſt, poma, vt ait Seruius. Propertius, lib. 3. eleg. 16. 6, Arborea coma. Ouid. 4. Metam. 128, Arboreæ frondes.

Arborea cornua ceruorum. Virg l. 1. Aeneid. 39. quæ ſunt velut arbores.

Arborea amplitudo arundini Indicæ: id eſt, arboris amplitudinem habens. Plin lib. 16. cap 36.5.

Arboreum ebenum: pro ebeno arbore. Plin lib 12 cap. 4.3.

¶ Arborius: vt Arboria falx, cædendis arboribus apta; apud Catonem de re Ruſt. cap. 11.4.

¶ Arbuſcula. Varro, 3. de re Ruſt. cap. 15. In eo arbuſculas eſſe oportet, quæ ferant glandem. Columella libro 11. cap. 2.59.

Arbuſculæ crinitæ pauonum. Plin. lib. 11 cap. 37.

Veluti arbuſculæ vites. Colum. lib. 4. cap. 4, Vinearum prouincialium plura genera eſſe comperi: ſed ex ijs, quas ipſe cognoui, maximè probantur veluti arbuſculæ, breui crure ſine adminiculo perſiſtentes.

Arbuſcula: *etiam machinulam ſignificat, quæ ἁμαξίσκος*, dicitur Græcè. Vitru lib. 10. cap. 17.

¶ Arbuſtum. Valla in Raud. Arbuſta ſunt arbores multæ, ad fructum conſitæ. vel vites arboribus applicatæ. Vide Plinium, lib. 17. cap. 23. Colum. lib. de Arboribus, cap. 16, Igitur qui arbuſtum conſtituere volent, ante annum, quàm deponant arbores, ſcrobes faciant quatuor pedum quoquò verſus.

Arbuſta alta Lucr. lib. 6.29. Læta Lucr. lib. 2.69.

Reſonant arbuſta cicadis. Virg 2. eclog 3, Et arbuſta cantu rumpunt cicadæ, Virg. 3. Georg 65.

¶ Arbuſtiuus. Arbuſtiuæ vites, quæ arboribus applicantur. Colum. de Arboribus, cap. 16.

Arbuſtiuus locus: pro arbuſto. Colum. lib. 3. cap. 13. 5 Arbuſtiua poſitio. Colum. lib. 4. cap. 1. 5.

Arbuſtiuum genus, Col. lib. 12. cap 41.1, Muſtum lixiuum de lacu ſtatim tollito: hoc autem erit, quod diſtillauerit, ante quàm nimiùm calcetur vua: ſed de arbuſtiuo genere, quod ſicco die legeris, id facito.

¶ Arbuſto: Agrum arboribus conſero ad maritandas vites. Plin lib. 17. cap. 23. Tranſpadana Italia, præter ſuprà dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbuſtat agros.

ARBVTVS.] Valla in Raudenſem: Arbutus eſt arbor illa, quę poma, inſtar ceraſorum ſeu fragrorum fert: Arbutum verò, ipſum pomū. Seruius: Arbutus eſt genus arboris frondibus raris. Idē alio loco: Arbuſta, ſunt rubra poma ſyluarum, quæ Plinius vnedones vocat: quòd aſperitate ſua plura edi non poſſunt. Plin. lib. 15, cap. 24.3. Colum. lib. 5. cap. 8. 5. Virg. eclog. 7.10,

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. 2. Georg.
Dant arbuta ſyluæ.

Arbuta paſcuntur apes. Virg 4 Georg. 37.

Horrida arbutus. Virg. 2. Georg 14.

¶ Arbuteus. Ex arbuto factus. Virg. 1. Georg. 34, Arbuteæ crates, & myſtica vannus Iacchi. Idem, 11. Aen. 13.

Arbuteos fœtus legere. Ouid. 1. Metam 22.

ARCA] in qua includuntur quæ celata & abſcondita volumus. Dicta (vt inquit Varro, lib. 4. de Lingua Latina) quòd ab ea clauſa arceantur fures.

Arca ferrata. Iuuenalis, Saty. 11.3.

Patula. Iuuenal. Saty. 13.8.

Aerata multus in arca fiſcus. Iuuenal. Saty. 14.26.

Arca veſtiaria: in qua reponuntur veſtes. Cato, cap. 11 3.

¶ Arca, pro monumento, vel loculo, in quo mortui conduntur in terra. Plin. lib. 13 cap. 13.1, Hemina, vetuſtiſſimus autor annalium, prodidit, Terentium ſcribam, agrū ſuum in Ianiculo repaſtinantem, offendiſſe arcam, in qua Numa, qui Romæ regnauit, ſitus fuiſſet.

Arca lapidea. Plin. de Viris Illuſt. 42.

Arca camerata, eſt arcuata & fornicata. Vlp. in l. ſi inquilinus Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit, & ædium aditum dominus coanguſtauerit.

¶ Arcas appellat Vitruuius, tabulationes intra aquam circundatas: ab arcendis aquis ab opere.

¶ Arcarius, qui publicam ſeruat pecuniam. Scæuola, lib. 40. Digeſt. titulo de fideicommiſſarijs, l. Thais.

¶ Arcula parua arca.

Arculæ fagineæ vel tiliaceæ. Columel lib. 12. cap. 45 4. Arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales ſunt in quibus veſtimenta forenſia conduntur, huic rei paulò ampliores præparari debent.

Arculæ loculatæ pictorum. Vbi diuerſi ſint colores. Varro, 3. de re Ruſt. cap. 17. 4.

¶ Arcella. teſte Feſto. Videri poteſt diminutiuum, ab Arcera plauſtri genere. vnde Arcella vitis, quæ in formam arceræ diſpoſita eſt. Colum lib. 3, cap. 21. 2. Arcellatam vitem legimus apud eundem, lib. 3. cap. 2. Fortaſſe ab arcus ſimilitudine, arculatam vitem dixit.

Arcanvm.] Nonius: Arcanum dicitur ſecretum, vel abſconditum: quòd quæ in arcis ſunt, celata ſunt & abſconta. Feſtus: Arcani ſermonis ſignificatio trahit, ſiue ab arce, quæ tutiſſima pars vrbis eſt: ſiue à genere ſacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeò remotum à notitia vulgari, vt ne literis quidem mandetur, ſed per memoriam ſucceſſorum celebretur: ſiue ab arca in qua quæ clauſa ſunt, tuta manent: cuius ipſius origo ab arcendo pendet.

Arcanum prodere. Iuuenal. Saty. 9. 12.

Arcanorum celantiſſimi Perſæ. Curtius.

Arcana fatorum voluere. Virg. 1. Aen. 54.

Arcanum alterius ſcrutari. Horat. 1. Epiſt. 19. 8.

¶ Arcanus adiectiuum. Arcana popina, Mart. lib. 5. 135. Sic arcana cubilia, Plin. in Panegy. 79.

Nox arcana. Ouid. 9. Epiſt. 8.

Arcana præcepta. Plin. lib. 29. cap. 1. 21.

¶ Arcanus: Qui, quæ audit, tacet & continet optimè. Plaut. Trinum, 8. 119.

Arcanus ſenſus: Secretus & abſconditus. Virgilius 4. Aeneid. 85.

Tabellæ arcanę, quibus ſecreta noſtra committimus. Ouid. 2. Amo. 15. 3.

¶ Arcanè: id eſt, ſecretè.

Arcaniùs aliquid iudicare. Colum. lib. 3. cap. 2. 21.

¶ Arcanò Id eſt, ſeorſum. Cæſar, 1 bell. Ciuil. 72, Ipſe arcanò cum paucis familiaribus ſuis colloquitur.

Arcarivs.] Vide Arca.

Arcatvs.] Vide Arcvs.

Arcella. Vide Arca.

Arceo.] Continere ſignificat vt ait Feſtus: vnde & arcus in ædificijs dictus eſt, quia ſe ipſe continet. Ouid. 9. Metamorph. 64,

—& è terra corpus releuare volentem Arcuit.

Arcere: *Conſtringere.* Virg. 2. Aen. 81,

—teneras arcebant vincula palmas.

Arcere, vt ait Valla, lib. 6. *Vetare, ne accedant ij, qui veniunt.* Virg. 1. Aen. 7, Arcebat longè Latio de Iunone.

Arcere aditu. Liuius, 1. bell. Maced. 64, Non terra modo adeuntes aditu arcebant, ſed nauium quoque ſtationem infeſtam hoſti faciebant. Sic Arcere ſacris. Plinius libro 7. cap. 28 5.

Arcere à limine aliquem. Ouid. 6. Faſt 97.

Arcere ſuis finibus externos. Ouid. 4. Metam. 130.

Arcere periculis. Virg. 8. Aen. 16.

Accipite Aeneam, & tandem arcete periclis.

Veterno aliquem arcere. Horat. 1. Epiſt 8. 2.

Arcere ferro contumeliam. Liu. 1. ab Vrbe, 177.

Arcere furorem. Lucan lib. 2. 60.

Frigora pellibus arcere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 10. 4.

Arcere ſolem. Plinius libro 12. capite 1. 9. Commendatio platani non alia maior eſt, quàm ſolem æſtate arcere; hyeme admittere.

¶ Arcere, *pro Abigere, & à loco fugare, ſiue expellere.* Colum lib. 1. capit. 6, Sic emunita ſola & latera horreorum prohibent curculionem: quod genus exitij quum incidit, multi opinantur arceri poſſe, ſi exeſæ fruges in horreo ventilentur, & quaſi refrigerentur.

¶ Arceſſo: Verbum inchoatiuum, ſignificat ad vocandum eò, vel voco. Plaut. Cap. 16. 27, Eamus intrò, vt arceſſatur faber. Idem. Aphit. 10. 70.

Arceſſere: *Euocare.* Virg. 6. Aen. 24,

Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus.

Arceſſere ventos. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2. 8.

Arceſſere: *Aſciſcere, & attrahere* Valer. lib. 4, Vt nimia pietate cauſam ſibi mortis arceſſeret. Plaut. Amphit. Illic homo à me ſibi malam rem arceſſit iumento ſuo. Id eſt, ſibi ipſe malorum eſt autor.

¶ Arcto: Frequentatiuum, ſignificat Conſtringo. Col. li 12. cap. 43. 3. Nonnulli adiecto defruto, contenti ſunt tranſuerſas perticas arctare. Plin. lib. 17. cap. 23. 10.

Arctare: *Anguſtius facere.* Mart. lib. 2 89.

Atriaq; immodicis arctat imaginibus. Plin. lib. 3. cap. 6. Et apud Statium, 11. Thebaid. 8, Arctatur vallum fugientium agmine. Lucan. lib. 5. 47.

Arctatus pontus.

Arctus: Conſtrictus: vt, Arctum corpus, apud Claudian. 1. de rap Proſerp. 10.

Arctas partes diſſociare. Lucr. lib. 3. 163.

Arctus: nomen ex Participio.

¶ Arcta catena. Silius. lib. 7. 15. Horat. 3. Carm. Od. 12. 3

Fræno arcto equum compeſcere. Tibul. lib. 4. eleg. 1. 19.

Aluta arcta. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.

Cauus arctus. Horat. 1. Epiſt. 7. 7.

Compages arctæ. Virg. 1 Aen. 60.

Parietes arcti. Virg. 4. Georg. 60.

Arctum theatrum, vocat Horat. 2. Epiſtol. 1. 12, hominibus refertum. Et apud Statium, lib. 11. Thebaid. 55, Arcta ciuibus vrbs.

Arcta turba circumſtare aliquem. Tib lib. eleg. 2. 20.

Arctum animum ſoluere: Id eſt, anguſtum & ſolicitum. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 17.

Conuiuia arcta, Horat. 1. Epiſt. 5. 6. dixit, ob numerum diſcumbentium; quòd anguſte illis ſedendum eſſet.

Arcta fames vrgebat. Silius. lib 5. 56.

Arctæ leges additæ. Plin. lib. 16, cap. 4. 5 Et apud Lucret. lib. 5. 231, Arcta iura.

Arctæ res dicuntur, quum in periculo & diſcrimine verſamur. Silius, lib. 7. 63.

Arctis in rebus opem ferre. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 5.

Arctior expenſis fortuna. Stat. 5. Sylu. 3. 24.

¶ Arctè: Id eſt, ſtrictè. Colum. lib. 2. cap. 2. 17, Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit. Sic apud eundem, lib. 6. cap. 2. 4, Arctè religare ad ſtipites.

Arctè poteris accubare. Plaut. Stic. Id eſt, anguſtè.

Arctè diligere. Plin. Epiſt. 13. lib. 2.

Arctiſſimè ſerere. Plin lib. 12. cap. 3. 2.

Arctè premere Lucr. lib. 4. 217.

Arcera.] Nonius: Arcera plauſtrum eſt ruſticum, tectum vndiq; quaſi arca. Gell. lib 20. cap. 1, Arcera autem vocabatur plauſtrum tectum vndique & munitum, quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant.

Archetypvs.] Prima forma eſt, ex qua exprimuntur ſimulacra. Plin. epiſt. 105, Vt pictores pulchrā abſolutamq; faciem rarò exprimunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Sic Pocula archetypa, apud Martialem in Xenijs. 14 98. Varro, 3. de re Ruſt. cap 5. In quo dixeris lōge viciſſe, nō modò archetypon inuētoris noſtri [illegible].

Archetypæ nugæ Martial. lib. 7. 10. ad Pudentem, de libellis ſuis manu ſua emendatis. (nis Martialis.

Archetypi amici, per metaphoram, pro veris & germa-

Archigvbernivs.] gubernatorum princeps, vel claſſis præfectus. Iabolenus, lib. 16. Digeſt. titulo ad ſenatuſ. Treb. l. eius. (uenal. Saty. 9. 11,

Archimagirvs.] Princeps & magiſter coquorum. Iu-

Archimimvs.] princeps hiſtrionū. Sueton. in Veſpaſia-

Finxerunt pariter librarius, archimagiri. Carptores. no: Fauo archimimus, perſonā eius ferens, ſuſtinensq;, (vt eſt mos) facta ac dicta viri, interrogatis palàm procuratoribus quanti funus & pompa conſtaret, vt audiuit ſeſtertium centies, exclamauit, centum ſibi ſeſtertia darent, ac ſe vel in Tyberim proijcerent.

Architectvs.] ſtructorum princeps. Plin. lib. 34. cap. 14. de magnete: Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arſinoës templum concamerare inchoauerat, vt in eo ſimulachrum eius è ferro pendere videretur.

Architectus: *per tranſlationem*: vt, Architectus deus. Plaut. Amphit. 3. 45, Deûm regnator, architectus omnibus.

¶ Architectio. Plin. lib. 10. cap. 71, In quo vel præcipua naturæ architectio.

¶ Architecton: Idem quod Architectus. Plaut. Pœn. 16. 146, Me dolis iam ſuperat architectonem.

¶ Architectonicus: Ad architectonem pertinens. Vitru. lib. 9. cap. 4, E' qua per rationes architectonicas, circiniq; deſcriptiones, eſt inuentus effectus in mundo.

¶ Architector: Id eſt, architectus. Plautus, Moſt. 9. 64, Nam ſibi laudaſſe ædeis ait architectorem.

¶ Architector: Conſtruo, fabrico. Vitruuius libro 9. cap. 4, Namq; in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocauitq; cardines, tanquam centra.

¶ Architectonice: Architectandi ars. Quint. lib. 2, Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice.

¶ Architectura: Ipſum ædificium & opus interdum ſignificat. Plin. lib. 11. cap. 24. 4, Specus ipſe, qua concameratur architectura.

Archivm.] Propriè domus principis, Palatium. Hinc factum, vt cella, in qua inſtrumenta publica, quaſi in principis cuſtodia reconduntur, Archium appelletur. Vlpianus. l 9. §. 1. D. de pænis. Dicitur etiam, interpoſita vna litera V, Archiuum.

Arcifinivs.] ager, qui obiectu fluminum, montium, arborum, arcetur: non autem certis linearum finibus terminatur. E' libello limitum.

Arcio.] pro Indo & Adigo accepiſſe videtur Cato, c. 40. 2.

Arcir-

ARCIRMA.] genus modici plauſtri, quo homo geſtari ſolet. Feſtus.

ARCITENENS.] pro Apolline: ab arce Acropoli, in qua colebatur. Virg. 3. Aen. 15,
Quam pius Arcitenens oras & littora circum,
Vel etiam ab arcu tenendo: quòd ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. Næuius, 2. bel Pun. Deinde pollens ſagittis, inclytus, arcitenens, ſanctisq; Delphis prognatus Pythius Apollo.

ARCTO.] Vide ARCEO.

ARCTOS.] Latinè Vrſa dicitur, ſignum cœleſte. Ouidius 3. Faſt. 22.
Eſſe duas Arctos; quarum Cynoſura petatur
Sidonijs, Helicen Graia carina notat.

Arcti geminæ: id eſt, Vrſa maior & minor. Ouid. 3. Metam. 9. & Virg. 1. Georg 50.

Arcti gelidæ. Virg 6. Aen. 4. de Dædalo.

Arctos ſicca. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2. 6.

¶ Arctos, Claudianus dixit, pro illis qui Septentrionalē regionem inhabitant, ſub Arctis poſitam, 4. Paneg. 68,
Atq; indignantes in iura redegerit Arctos.

¶ Arctous: adiectiuum ab Arcto. Idem quod Septentrionalis. Mart. lib. 10,
Felices, quibus vrna dedit ſpectare coruſcum,
Solibus Arctois, ſyderibusq; ducem. Senec. in Herc. Oeth. 8. 16, Arctous polus.

Arctous orbis. Lucan. lib. 1. 11.

Arctoa ſedes Senec. in Herc. Oeth. 12. 10.

ARCTVRVS.] Stella eſt (inquit Seruius) poſt caudam maioris Vrſæ poſita. Virg 1. Georg.
At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum
Arcturum, &c. Idem Seruius: Arcturus, ſtella eſt in ſigno Bootæ, poſt Septentrionem, cuius ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. Plin. lib. 18. cap. 8. 2. Horat. 3. Carm. 1. 6,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi.

ARCTVS.] Vide ARCEO.

ARCVATVS.] Vide ARCVS.

ARCVBALISTA.] Sipont. Scorpionem quidam Arcubaliſtam vocant.

ARCVBII.] Qui excubabant in arce. Feſtus.

ARCVLA.] Vide ARCA.

ARCVLATA.] Vocabant antiqui circulos, qui ex farina in ſacrificijs fiebant. Feſtus.

ARCVLVM.] Appellabant circulum, quem capiti imponebant, ad ſuſtinenda commodiùs vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur. Arculus putabatur etiam Deus, qui tutelam gereret arcarum. Feſtus.

ARCVM.] vt inquit Feſtus, genus eſt plauſtri modici, quo homo geſtari poſſit.

ARCVO.] Vide ARCVS.

ARCVS.] Feſtus: Arcere, eſt continere: vnde & Arcus in ædificijs dictus eſt, quia ſe ipſe continet. Alij dicunt, arcum dictum eſſe, ab opere arrigendo in altitudinem.

Efficere arcum compagibus lapidum. Ouid. 3. Metam. 3.

Ducere arcum. Ouid. 3. Metam. 32.

Dicare arcum. Tacit. lib. 2, Fine anni arcus propter ædem Saturni, ob recepta ſigna cum Varo amiſſa, dicantur.

¶ Arcus, *quo ſagittæ emittuntur.* Virg. 11. Aen.
Spiculaq; ex humero paruæ ſuſpendit & arcum
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ.

Arcus aduncus. Ouid. 4. epiſt. 9.

Corneus Ouid. 1. Metam. 140.

Flexibilis Ouid. 3. Amorum, eleg 4 6.

Laxus: pro non tenſo. Silius, lib. 3. 124.

Lethifer. Virg. 10. Aen. 33.

Minax. Horat. 3. Carm Ode 27. 2.

Sinuoſus Ouid. 1. Amorum, eleg. 1. 6. Et 8. Metam. 77. Sinuatus arcus.

Sonans. Virg. 5. Aen. 104.

Trux Stat 3 Sylu. 1. 7.

Vaſtus Senec in Herc. furente, 11. 20.

Adducere arcum. Virg 5. Aen. 100.

Ceruos arcu cohibere. Horat. 4. Carm Ode 6. 7.

Compeſcere arcum: id eſt, continere ne iaculetur. Claud. de Raptu Proſerp. 2 47.

Contentus arcus: id eſt, Tenſus. Ouid. 6. Metam. 58. Et lib. 2. de Arte, 39.

Corripere manu arcum. Virg. 1. Aen. 39.

Curuare arcum. Stat. 1. Achil, 98.

Curuatus in arcum portus Virg. 3. Aen. 107.

Arcu tela dirigere. Horat 4. Carm. Ode 9. 4.

Dirigere arcum in aliquem Perſ. Saty 3. 6.

Expedire alimenta arcu Tacit. lib. 5, Illuuie obſitus & alimenta arcu expediens. Significat, illum venatu toleraſſe vitam.

Expellere ſagittam arcu. Ouid. 8. Metam. 77.

Fallit arcus dexteram. Senec Herc. Oetheo, 13. 10.

Flectere arcum coactis cornibus. Senec. Herc. furente, 11. 20.

Fugam dat ſagittis arcus. Senec. in Herc. Oetheo, 13. 10.

Intendere arcum. Senec. Herc Oetheo, 4. 40.

Lentare arcum: pro curuare. Stat. 1. Achil. 88.

Librat telum arcus. Senec. Herc. Oetheo, 13. 10.

Lunare arcum: id eſt, in Lunæ ſpeciem cornua contrahere. Ouid. 1 Amorum, eleg. 1. 6.

Minatur arcus, & ferit. Horat. in Arte poëtica, 71.
Non ſemper feriet, quodcunq; minabitur arcus.

Obuertere arcum in aliquem Ouid. 12. Metam. 122.

Petere aliquem arcu Stat. 5. Thebaid. 76.

Porrigere arcum: Fateri ſe victum. Ouid. 2. Faſt. 46.

Protendere arcum ab alto. Sil. lib 13 42.

Remiſſus arcus: pro non tenſo. Horat 3. Car. ode 27. 14.

Retendere arcum lentum. Ouid. 2. Metam. 84.

Retendere arcum: pro, Tenſum laxare. Stat. 4. Sylu. 4. 8.

Retentus arcus. Ouid. 3. Metam. 16.

Sinuare patulos arcus Ouid. 8. Metam. 16.

Stringere aliquem arcu. Stat. 1. Sylu. 16.

Sumere manu arcum. Ouid. 2. Metam. 71.

Suſpendere arcum humeris. Virg. 1. Aen. 65.

Temperare neruis arcum. Ouid. 10. Metam. 22.

Tendere arcum. Horat. 2. Carm. ode 10. 4.

Tendere acres arcus Virg. 7. Aen. 33.

Tendere aliquò arcum. Perſ. Saty. 3. 6.

Tenſus arcus Stat. 3. Sylu. 1. 11.

¶ Arcus, *pro Iride.*

Bibit ingens arcus. Virg. 1. Georg. 76.

Colores varios trahit arcus. Virg. 5. Aen. 18.

Imbrifer arcus. Tibullus, lib. 1. eleg. 4. 9.

Ingens arcus ſub nubibus. Virg 9. Aen. 3.

Pluuius arcus. Horat. in Arte poëtica, 4.

Arcus variata luce rubens. Claudian. epigram 6. 1.

¶ Arcuo: in modum arcus curuo. Plin. lib. 29. cap. 6. 27, Illam autem, quæ non arcuatur, ſepa Græci vocant, alij ſcolopendram. De multipedis terræ vermibus loquitur.

¶ Arcuatus: Curuatus in modum arcus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, 87, Ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit. Plin. epiſt 254.

Arcuatus, *eſt etiam ictero correptus:* à nomine Arcus, pro Iri in nubibus: quòd arcus cœleſtis ei concolor eſt. Colum. lib. 7. cap. 5. 15, Bilis æſtiuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipſa remedio eſt etiam pecori arcuato.

¶ Arcatus, pro Arcuatus, apud Ouid. legitur, 11. Metam.

¶ Arcuatim: In modum arcus. Plin. lib. 29. cap. 6. 27, Millepeda, ab alijs centipeda aut multipeda dicta: animal eſt è vermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repēs, tractuq; contrahens ſeſe.

ARDEA.] Auis eſt, ſic dicta quaſi ardua, inquit Seruius: quę quū altiùs volauerit, ſignificat tempeſtatē. Virg. 1. Georg. 73, Atq; altam ſupra volat ardea nubem.

ARDELIO.] Ab ardeola deducitur. Eſt aūt Ardelio, homo inquietus, & huc atq; illuc ſemper volitans, ſaliens, manus iactans, togā modo deijciens, modò reponens, & omnibus nepotijs ſeſe immiſcens: qualem fuiſſe Attalum legimus, ad quem ſic ſcribit Martial. lib. 2. 7.
Nil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè:
Vis dicam qui ſis? magnus es ardelio.

ARDEO.] Igneſco, & concremor. Virg. 2. Aen. 63,
—iam proximus ardet Vcalegon. Plin. l. 12. c. 14. 13:
Thus probatur carbone, vt ſtatim ardeat. Horat. 1. Serm. Sat. 8. 9, Largior arſerit ignis.

Ardere in immenſum. Ouid. 2. Metam 44.

¶ Ardere, *actiua ſignificatione, pro Adurere.* Virg. 4. Georg. 85.

Ardebat Sirius Indos. Horat. 1. Serm. Saty. 5.

Ardent altaria, impoſitis fibris. Virg. 3 Georg. 96.

¶ Ardere *Fulgorem & ſplendorem emittere.* Virg. 4. Aen. 53,
—Tyrioq; ardebat murice lana. Colum lib. 9. cap. 3. de apibus: Virgilius maximè probat paruulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Virg. 11. Aen. 120.
Campiq; armis ſublimibus ardent. Idem, 7. Aeneid. Quibus arſerit armis. Vbi Seruius: Aut ſplenduerit, aut amore flagrauerit.

¶ Ardere: *Feſtinare veluti cum ardore quodam.* Virg. 12. Aeneid. Ardet in arma magis. Nonius. Idē, 1. Aen. Inſtant ardentes Tyrij. Vbi Seruius: Ardentes, multum feſtinantes.

Ardeo te videre. Plin. in epiſt. Virg. 4. Aen. 57.
—Ardet abire fuga.

Auidi coniungere dextras Ardebant. Virg. 1. Aen. 104.

¶ Ardere aliquem, *pro, Impatienter amare, vt ait Seruius.* Virgil. in Alexi

Forme-

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.
Ardere aliquo, ſiue aliqua. Horat. Epod. 13. 2.
Ex æquo ardere: pro, Se inuicem amore complecti. Ouid. de Pyramo & Tysbe, 4. Metam. 13.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Ardet in illa. Ouid. 8. Metam. 10. Et lib. 9. 146,
Ardere in virgine.
Feliciter ardere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 3,
Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet.
Et tædet, & amore ardeo. Terent. Eunuch. 1. 1. 27.
¶ Ardere: *furere, vel iraſci.* Virg. lib. 10. Aen. 102. Et lib. 1. Aen. 99. de Pentheſilea.
¶ Ardere: *Accenſum eſſe.* Virg. 9. Aeneid. 133.
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum: Vbi Seruius: Ardentem deſiderio dimicandi.
Ardet ad vlciſcendum animus. Cæſar, 6. bel. Gal. 124.
Ardere in arma. Virg. 12. Aeneid. 14. de Turno.
Ardere cura. Varro de re Ruſt. lib. 3. cap. 17. 8.
Curis flagrantiùs. Silius, lib. 16. 119.
Flagitio. Plaut. Caſina, 25. 1.
Iracundia. Terent. And. 3. 2. 12.
Ardet inuidia, cui inuidetur. Liu. 5. ab Vrbe, 50.
Studio equorum ardere. Horat. 2 Epiſt. 1. 19.
¶ Ardeſco: Idem quod Ardeo. Virg. 1. Aen. 144. de Didone;
Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo. Plin. lib. 33. cap. 3. 19. Mirum prunæ violentiſſimæ igni indomitum aurum, palea citiſſimè ardeſcere.
Ardeſcere in iras. Ouid. 5. Metam. 9.
Ardeſcunt cæde. Ouid. 12. Metamorph. 48. de Centauris & Lapithis.
Ardeſcere facilè: id eſt, flammam concipere. Lucretius, libro 6. 180.
Ardeſcere Lyæo: id eſt, incaleſcere mero. Silius, lib. 11. 61.
Ardeſcit dira cupidine pectus. Lucret. lib. 4. 220.
Ardeſcere in inceſtas nuptias. Tacit. lib. 11.
Ardeſcere mucronem iuſſi. Tacit. lib. 15.
¶ Ardens: participium.
Ardens febris. Plin. lib. 20. cap. 20. 3, Ardentibus febribus imponitur cum polenta.
Ardentes equi. Virg. 1. Aeneid. 96. Vbi Seruius: Ardentes, & candidos ſignificat, & volucres.
Ardens nubes. Virg. 7. Aeneid. 29. Vbi Seruius: Ardentem nubem, alij fulmen, dicunt: Vt Lucanus, Atque ardens aere ſolo. Alij fulmen dicunt aeris ſciſſione ardentem rimâ.
Ardentes papulæ: id eſt, carbunculi, vt ait Seruius: vel furũculi ex aduſtabile inflammati. Virg. 3. Georg. 111.
Ardens virtus: Excellens & maxima. Virg. 6. Aen. 26.
Ardens in cupiditatibus. Salluſt.
¶ Ardens: *Multum feſtinus.* Virgil. 6. Aeneid. 1,
Iuuenum manus emicat ardens.
Ardens: *Qui amat.* Ouid. 14. Metam. 139.
Ardentes auro apes, id eſt, aureo colore elucentes. Virgil. 4. Georg. 20.
Ardentes clypei: *Fulgentes.* Virg. 2. Aeneid. 146.
Ardentum, *genitiuus pluralis.* Stat. lib. 1 Sylu. 2. 38.
¶ Ardens: nomen ex participio: vt, Ardentiſſimæ diei horæ. Plin. lib. 31 cap. 3. 15.
Ardentiſſimus color. Plinius libro 21. cap. 4. 2. De roſa in coronis.
¶ Ardenter. Plinius libro 12. capit. 19. 7, Auſtros ibi tam ardenter flare, vt æſtatibus ſyluas accendant, inuenimus apud authores.
¶ Arſurus: participium. Ouid. 14. Metam. 150,
Luridaq; arſuro portabat membra feretro.
¶ Ardor: Vehemens calor & incendium. Plin. lib. 14. cap. 16. 2, Singulare remedium habent, ad refrigerandum in morbis corporis ardores.
Ardor flammæ feruidus. Lucret. lib. 5. 221.
Ardor flammeus exederat ſyluas ab radicibus. Lucretius, lib. 5. 252.
Sol ardorem diſſipat in omnes partes. Lucret. lib. 2. 43.
Ardore terra dehiſcit. Virg. 3. Georg. 85.
Ardorem exercitus intendebant Tacit. lib. 12.
Iniijt eum magnus laudis ardor. Stat. 12. Thebaid. 15.
Idem ardor omnes habet. Virg. 4. Aeneid. 117.
Inſatiatus ardor. Stat. 6. Thebaid. 11.
Generoſus ardor. Seneca in Octauia. 2. 5.
Ardor edendi. Ouid. 8. Metam. 167.
Ardorem vetitum de corde fugare. Ouidius 9. Metamorphoſ. 101.
Ardorem diſſimulare. Tibul. lib. 4. eleg. 3. 8.
ARDESCO.] Vide ARDEO.
ARDVS.] Vide ARIDVS.
ARDVVS.] deriuatum nomen ab Ardeo, vt nonullis placet: ſignificat difficilem & moleſtum. Salluſt. in Catil. At mihi quidem, tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & autorem rerum, tamen in primis arduum videtur, res geſtas ſcribere. Quod verbum exponens Gell. lib. 4. cap. 15. inquit: Sed arduum Salluſtius, non pro difficili tantùm; ſed pro eo quoq; ponit, quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod eſt cùm difficile, tum moleſtum quoq; & incommodum & intractabile.
Arduus mundus. Virg. 1. Georg. Vbi Seruius: Arduus, excelſus, & ſummo vertice artatus.
Arduus æther. Ouid. 1. Metam. 31. & Georg. 65.
Cedrus ardua. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.
Cliuus arduus in valles, Ouid. 1. Faſt. 53. de profunditate, ad quam via ſit difficilis.
Ardua ceruix equi. Virg. 3. Georg 16. Horat. 1. Ser. Sat. 2. 18.
Amantes ardua dumi: id eſt, colles Virg. 3. Georg. 62.
Arduus collis & deruptus. Tacit. lib. 2.
Arduus aſcenſus. Cæſar, 2. bel. Gall, 146.
Arduus aditus. Liu. 4. bell. Pun. 157, Eadē cauſa ad ſubeundum arduum aditum, inſtabilemq; ingreſſum præbebat.
Per arduum ſcandere. Horat. 2. Carm. ode 19. 5.
Solum opere arduum: pro eo, quod ad colendum difficile eſt. Plin. lib. 17. cap. 4.
¶ Ardua, & Ardua terrarum: *pro ſublimibus locis.* Virg. 5. Aen. 138. Vbi Seruius: Ardua terrarum, periphraſis montium. Liu. 2. ab Vrbe, 174. Fixis in terram pilis, quo leuiores ardua euaderent curſu ſubeunt.
Ardua caſtellorum excindere. Tacit. lib. 11.
Res arduæ: *pro Rebus aduerſis.* Horat. 2. Carm. ode 3. 1,
Aequam memento rebus in arduis Seruare mentē.
Ardui operis erat: id eſt, maximi laboris. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus.
Ardua res: *pro Arduo negotio.* Ouid. Ardua res viciſſe alios.
Ardua molimur; ſed nulla niſi ardua vincunt. Ouid. 2. de Arte amand. 108.
Ardua promiſſa. Claud. in Eutrop. 2. 64. Id eſt, immenſa & magnifica.
Arduum, *pro Ardenti & animoſo* Virg. lib. 9. 11.
¶ Arduitas: Altitudo Varro. 2. de re Ruſt. cap. 10. 2, Neque enim ſenes, neq; pueri, collium difficultatem, aut montium arduitatem atq; aſperitatem, facile ferunt.
AREA.] propriè dicitur (authore Feſto) locus vacuus: quaſi exaruerit, & non poſſit quicquam generare. Varro, 4. de Ling. Lat. Loca in vrbe pura, areæ. Florus Iuriſconſultus de Verb. ſignificatione: Sinè ædificio in vrbe, area: in iure autem, ager appellatur. Vitruu. lib. 1. cap. 7, Diuiſis angiportis, & plateis conſtitutis, arearum electio ad opportunitatem & vſum communem ciuitatis eſt explicanda, ędibus ſacris, foro, reliquisq; locis communibus. Et ſi erunt mœnia ſecundum mare, area, vbi forum conſtituatur, eligenda proximè portum.
Area, in ædibus vrbanis, dicitur medium ſpatium vacuum inter parietes. Liu. 5. bel. Pun. 15. Cuius certandæ quũ dies aduenisset, conciliumq; tam frequens plebis adeſſet, vt multitudinem area Capitolij vix caperet De ædificatione domus, Plinius ſolet addere genitiuum Domus: vt Epiſt. 106. Item Epiſt 147.
¶ Area: vbi Frumenta triturantur & excutiuntur. Columel. lib. 2. cap. 20. Area quoq; ſi terrena erit, vt ſit ad trituram ſatis habilis, primùm radatur, deinde confodiatur. Virgil. 1. Georgic.
Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro.
Frumentum terit area: pro, teritur in area. Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 9.
Nunc maior noſtris area teritur equis. Id eſt, nunc maius opus aggredimur. Ouid. 4. Faſt.
¶ Areæ in hortis, quadrata quædam ſpatia, probè ſubacta & coæquata, in quæ mox ſemina iaciantur.
Informare areas. Colum. lib. 11. cap. 3. 11.
¶ Area: vlceris genus in capite, cum capillorum profluuio. Vide Celſ. lib. 6. cap. 4. 2.
¶ Areola: diminutiuum ab area hortorum. Columel. Quum terram bene ſubegeris, areolas facito.
Areola domus. Plin. Epiſt. lib. 5.
AREFACIO.] Vide AREO.
ARENA.] puluis minutiſſimus aridus. Virg. 1. Aen. 35.
—optata potiuntur Troës arena. Virg. plurali numero vſus eſt, 3. Georg.
Arena numero carens. Horat. 1. Carm. Ode 28. 1.
Arenæ arentes. Horat. 3. Carm. Ode 4. 7.
Bibula arena. Virg. 1. Georg. 23. Ouid. 18. Epiſt. 41.
Molles arenæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11. 10.
Sicca arena. Virg. 1. Georg. 78.
Flauentes arenæ. Virg. 3. Georg. 70. Ouid. in Ibin, 10.
Fulua arena. Virgil. 5. Aeneid. 70.
Sterilis. Virgil. 2. Georg. 14.
Tenuis. Claud. de bello Gildonico, 80.
Eructare arenam, dicitur gurges æſtuans. Virgil. 6. Aen. 70.

Acta ventis arena. Ouid.in Ibin,63.

Aeſtu miſcentur arenæ. Virg.3.Aeneid.111.

Torquent arenas fluuij. Virg.3.Georg.70.

Turbantur Zephyro arenæ. Virg.2.Georg.22.

Eiectare arenam, dicitur Typhœus. Ouid.5.Metam.71.

Nigram ſubiectat arenam vnda exæſtuans. Virg.3.Georgicorum 47.

Spargere arenam pedibus. Virg.3.eclog.17.

Arenam libare pedibus: celeriter adeò per arenam decurrere, vt illam pedibus vix leuiter tangas, nullis veſtigiorum notis impreſſis. Ouid.10.Metam.130.

Arenas ſulcare, dicuntur piſces, quum in imo fluuiorum arenas ſupernatant. Claud de Nupt.Honorij & Mariæ,30.

Potiri arena optata: pro, Littore potiri. Virg.1.Aen.35.

Aduertuntur arenæ. Virg 5.Aeneid.7,

Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

Claſſis arena potitur: pro, ad littus deuenit. Ouid.13.Metamorph.156.

Impingere aliquem arenæ, dicitur fortuna, aut ventus. Lucànus, lib.5.140.

Arcere arena aliquem: à littore prohibere. Virg.6.Aen.63.

Arenas in littus fundere: prouerbialiter dictū. Ouid.5.Triſt. eleg.7.9,

His qui contentus non eſt, in littus arenas,
In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas.

¶ Arena interdum terram aridam ſignificat, quæ eſt ſicut arena; autore Seruio. Virg.1.Georg.

Exiguus ſterilem nec deferat humor arenam.

¶ Arena, Amphitheatrum: contentum pro continente. Arena enim ſpargi amphitheatrum ſolebat, ne vel pugnantes fœdarentur cruore occiſorum, vel cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori; præſertim in gladiatorum dimicatione. Martial.lib.1.4,

Tradita Getulis, nec cepit arena nocentes.

Id eſt, non ſunt puniti delatores in amphitheatro, ſed acti in exilium Sipontinus Horat.1 Epiſt.1.1.

Arenam meam, dicit Plin.iunior Epiſt 98. pro Mea functione.

¶ Arenaceus: ex materia arenæ.

Arenacea duritia. Plin.lib.30.cap.15.3.

Arenacea terra. Plin.lib.17.cap.7.1. id eſt, in qua eſt admiſta arena.

¶ Arenarius: qui arenam extrahit. Calliſtratus: Hac ſi meretrix manumiſſa fuerit, eaſdem operas patrono præſtare debeat: nec arenarius manumiſſus tales operas: quia iſtæ ſine periculo vitæ præſtari non poſſunt.

¶ Arenatum: quod fit ex calce & arena. Vitruuius: Quæ aūt tectoria fundata arenati, & marmorati ſoliditate ſunt, quū ſint politionibus crebris ſubacta, non modo fiunt nitentia, ſed etiā imagines expreſſas aſpicientibus ex eo opere remittunt. Cato, de re Ruſt.ca.18.5, Vbi libraueris, de glarea, & calce, arenatum primo corio facito.

¶ Arenoſus: arena abundans. Plin. Littus non arenoſum, ſed alga, & fluuiorum ſordibus plenum. Virgilius,4. Aen. 52, Littus arenoſum Libyæ. Ouid.14. Metamorph.17, Arenoſa terra.

¶ Arenula: diminutiuum. Plin.lib.30.cap.3.5 Arenulæ, quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ, ſtatim liberant dolore.

AREO.] aridus & ſiccus ſum, ab Ara deducitur, in qua quæ dijs immolabantur, torreri ſolebant, ait Sipontinus. Plaut. Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt, quum exijſſem ex aqua, arerem tamen. Plin.lib.13 cap.4.16, In totum arentes Thebaides. Virgil.eclog 7.12. Aret ager. Idem, lib.12. Arentem in ſyluam. Vbi Seruius: Arentem, pro, aridam.

Arere ſiti. Seneca, de Benefic.lib.3. cap.8, Beneficium eſt, arentibus ſiti monſtrare fontem.

Arente fauce pocula trahere. Horat.Epod.14.1.

¶ Arere, *pro ſitire*, dixiſſe videtur. Ouidius, lib.2.de Remedio amoris,122,

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Aret ſuccis ademptis tellus. Ouid.2.Metam.43.

Fauces arent. Ouid.6.Metam.72.

Arenti ore haurire. Ouid.14 Metam.56.

Arentem ſitim leuare. Ouid 4.Epiſt.35.

Plaga arens: id eſt, regio calidior. Seneca, in Herc. furent 5.3. Africam intelligit.

¶ Arefacio: Aridum facio. Cato, ca 69, Poſtea amurcam eximito, & arefacito Plin lib 13.cap.22.6.

¶ Areſco: aridus fio, ex ſiccor. Plaut.Rud 14.18,

—da mihi veſtimenti aliquid aridi,
Dum mea areſcunt.

Areſcit in gemmas: hoc eſt, concreſcit. Plin.lib.8. cap.38, Lyncum humor ita redditus glaciatur, areſcitve in gemmas carbunculis ſimiles.

¶ Aridus: dicitur proprie, vt ait Feſtus, quod naturalem humorem amiſit. Plinius libro 12, capite 12.5. Arida ſint potiùs, quàm ſicca folia.

Aridum & ſiccum, idem. Catull.ad Furium,20.3.

Aridum, pro Sicco. Plin.lib.12.cap 17.5, Ipſum viſu aridum, ſtatim tactu molleſcere. Virg.1.Aeneid.

—atque arida circùm
Nutrimenta dedit.

Cornu magis aridum. Catul.ad Furium,20.3.

Aridum ficii. Ouid.5.epiſt 22.

Aridus anhelitus. Ouid.10.Metam.132.

Argentum aridum purum, lucidum. Plaut.Rud.18.19.

Ariſtæ aridæ. Catul.ad Iuuencium,45.1.

Aſpectu aridus Plin.lib.12.cap.16 & 17.

Aridus viſu. Plin.lib.12.cap.17.

Arua arida: infrugifera. Ouid.14. Metamorph.3. Sic Virgil. Arida ſola,1.Georg 16.

Calor aridus. Lucret.lib.4.176.

Canities arida Horat 2.Carm.Ode 11.2.

Cinis aridus. Horat.Epod.17.7.

Color. Plin, lib.12.cap.26.2.

Crura arida: id eſt, tenuia nimis, & grácilia. Ouid.3.de Arte amandi,55.

Febris arida, quæ arida efficit corpora. Virg.3. Georg.90,

Quum furit, atq; artus depaſcitur arida febris.

Aridæ ficus: quæ conditæ ſeruantur in vſum totius anni. Plaut Rud.18.16.

Fragor aridus: ſonitus, qualis ſolet fieri ex aridis, quum franguntur, arboribus. Virgilius 1. Georgicorum 72. Seruius. Nonius autem, horridum & horrificum interpretatur.

Frondes aridæ. Horát.1. Carm.25.4.

Guttur aridum. Ouid.ad Liuiam,85.

Herba arida. Tibul.lib.1 eleg.7.6.

Homo aridus per metaphoram, pro eo, qui miſerè auaritia deperit. Terent.Heaut.3. 2.15, Sed habet patrem quendā auidum, miſerum, atq; aridum.

Iecur aridum. Horat.Epod.5.8.

Magiſter aridus Quintil, lib.2. cap.4.6. Quapropter inprimis euitandus, & in pueris præcipuè, magiſter aridus; nō minùs quàm teneris adhuc plantis ſiccum, & ſine vllo humore ſolum.

Narratio arida & ieiunia. Quintil lib.2.cap 4.3.

Nubila arida: ſinè pluuijs. Virgil.3. Georg.39 de Aquilone loquens.

Nutrimenta ignis arida: ligna ſicciora intelliguntur, aut quodcunque aliud humore carens, aptumq; recipiendæ flammæ. Virg.1.Aeneid 36.

Ora arida. Virg 5 Aen.40.

Prata: iam matura Virg.1 Georg.58. Seruius.

Puluis aridus Propert.2.eleg.14.7.

Pumex Catul in primo epigram.1.

Sitis arida. Ouid.11. Metám.26.

Sonus aridus idem quod Virg. dicit Aridus fragor. Lucret. lib 6.24. vbi de tonitru agit.

Veſtimentum aridum. Plaut.Rud.14.16.

Viator aridus: id eſt, ob æſtum, aſſiduoſq; peregrinandi labores, omni humore exhauſtus; ideoq; etiam ſiticuloſus. Virg.4 Georg.20.

¶ Ardus, pro Arido, veteribus dicebatur, teſte Nonio. Lucil lib.27, Ardum, miſerrimum, atq; infelix lignum, ſambucum vocant.

¶ Ariditas: Siccitas. Plinius libro 11.capite 35.1, Sitit enim araneus, & omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat.

¶ Aritudo: pro Ariditate. Varro, de re Ruſtica, lib.1.cap.12.3. Quòd & beſtiolæ, ſi quæ propè naſcuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

Aritudo, *pro parſimonia.* Plaut Rud.13.40,

—laudo fortunas tuas,
Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

AREOLA.] Vide AREA.

ARESCO.] Vide AREO.

ARETINVS.] antiquum, ſignificans aliquid teſteum vel argillaceum. Antidamus, in Moralibus: Quis auertuncaſſit tám aretinas hominum mentes?

ARFERIA.] Aqua quæ inferis libabatur: ſeu vas vini quod adhibababatur ſacris. & à Fero deducitur. Feſtus. Eſt igitur Arferia, veluti Adferia.

ARGATILIS.] authore Plinio, auis eſt, cui nidus ex ligno ita abſoluta intexitur pila, vt inueniri non poſſit aditus. Vide lib,10.cap.33.

ARGEMA.] eſt vt ait Sipontinus, morbus oculorū dictus, quum vlcus circulum oculi infeſtat, quem Græci irim dicunt. Plinius libro 20 capite 5.9, Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxêre. Ibidem, cap.19.2. Folia trita cum oleo, argemas iumentorum ſanant. Dicitur etiam neutro genere.

Argema:

Argema: Plin lib.25. cap.13, Vtriuſque ſuccus, oculorum caliginem diſcutit cum melle, & ex ictu cruorem, & argema rubens.

ARGENTVM] propriè eſt ipſum metallum. Vide Plin.lib. 33.cap.6.

Argenti venas ſequi. Lucret.lib.6.162.

Argenti riui. Virgil.2.Georg.33.

Spumæ.Virgil.3.Geord.88.

Splendor.Horat.1.Serm.Satyr.4.6.

¶ Argentum: *pro nummo argenteo.* Plaut.Mil. 14.72, Tum argenti montes, non maſſas habent. Terent.Phorm.

Argentum puſtulatum. Sueton. in Nerone: Exegitque argenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum obrizum: vt plerique omnem occaſionem palàm recuſarent. Vbi puſtulatum argentum, pro purgatiſſimo & excoctiſſimo poſuit. Budæus.

Argēti nummus. Plaut.Pſeud.5.66, Nimis ſum miſer; nummum nuſquam reperire argenti queo.

Argentum ſuſpicere: id eſt, admirari diuitias. Horat.1.Epiſt. 6. Ibidem Epiſt.19.5, Argenti ſitis & fames.

Argenti pallet amore. Horat.2.Serm.Sat.3.16.

Argenti pondus immenſum. Horat.1.Serm.Satyr.1.9.

Ingens argentum: idem quod immenſum argenti pondus. Virgil 3.Georg.43.

Ignotum argenti pondus. Virg.1.Aen.73.

Cælata argento bipennis.Virg 5 Aeneid.61.& Ouid.8. Metamorph.135.

Argento perfecta pocula: ex argento facta.Virg.9.Aen.55.

Argentum auro circumdare. Virg.1.Aen.120.

Conciſum argentum in titulos facieſq; minutas. Iuuenal. Satyr.14.24, eleganti periphraſi dixit pecuniam, quæ varijs titulis & imaginibus ſignari ſolet.

Argentum factum: vocatur paratum, non rude, ſed elaboratum cælatumque. Diſtinguitur tamen à ſignato, à Seneca de Beneficijs primo: Libentiùs donabo argentum factum, quàm ſignatum. Liuius libro 4.bell. Maced. 30. Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quò ne plus ſignati argenti & æris, domi haberemus. Apud eundem, ærario illatum infectum argentum legimus. Apud Paulum Octauenus ita definit: Infectæ materiæ, pondus; ſignatæ verò, numerum; factæ autem, ſpeciem dici oportet.

¶ Argentarii, numularij dicuntur, & menſarij menſularijq;, & trapezitæ, & collybiſtæ. Plaut.Perſ.12.29,

Mirum quin tibi ego crederem, vt idem faceres mihi,
Quod partim noſtri faciunt argentarij.

De argentarijs vide plura lib.2 Digeſt tit.de edendo.

¶ Argentarius: ad argentum pertinens. Plin.lib.33.cap.5.1. Laudatiorem eandem in ærarijs metallis, & proximam in argentarijs, fieri compertum eſt. Cato, cap.2.3. Rationē putare argentariam, & frumentariam familiæ.

Argentarium auxilium: id eſt, ex pecunia argentea. Plautus Pſeud.3.103.

Argentarius commeatus: Argentum pro commeatu. Plaut. Pſeud 7.9.

Argentaria cura: Id eſt, cura habendi argenti. Terentius, Phorm 5.7.3.

Meretricea omnes illecebræ argentariæ. Plautus, Menæch.9.2.

Argentaria inopia: penuria argenti. Plaut Pſeud.5.67.

Argentariæ tabernæ: quas argentarij in foro publico conductas habebant. Liu.6 bell.Pun 54, Vt extemplò vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, iuſſerit venire.

Argentaria creta. Plin.lib.35. cap.17.4. alia creta Argentaria appellatur, nitorem argento reddens.

Argentariæ menſæ exercitores. Vlpian.in l.4 tit.de edendo.

¶ Argentaria: *Menſa tabernáve argentariorum.* Plaut.Epid.5.16, Per myropolia, & lanienas, circumq; argentarias.

Argentaria: *functio officiumve argentarij.* Vlpian.tit.de edendo. Sed & quod ſolui conſtituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit.

Argentariam facere, ſiue exercere. Idem Vlpian. eodem tit. Is etiam, qui deſijt argentariam facere, ad editionem compellitur vbi argentariam exercuit.

Argentaria, *ſubaudi fodina:* locus ex quo effoditur argentū. Liu.4 bell.Maced.81.

¶ Argentatus: argento tectus.

Argentati milites. Liu 9. ab Vrbe, 209.

¶ Argenteus: qui eſt ex argento. Argenteus denarius. Plinius libro 16. capit.3 2, Phaleræ argenteæ. Idem libro 8. capite 5.

Color argenteus. Ouid.10.Metam.43.

Argenteum folium: argenti ſplendorem referens. Plin.lib. 16.cap.18.4. Sic apud eundem, lib.2. cap. 25.3, Argenteus crinis.

Fons argenteus: puriſſimus & nitidiſſimus. Ouid. 3. Metamorph.82.

Argentea amica: quæ argento vendita eſt. Plautus, Pſeud.5. 112, Quid ego ex te audio? C. amicam tuam eſſe factam argenteam.

¶ Argentoſus: Cui immiſtum eſt argentum. Plin.lib.33.cap. 5.7, Ita ferruminatur aurum, quod argentoſum vocant.

¶ Argentifodina: Vbi foditur argentum. Plin.lib.33.cap.6. 3. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maximè canibus.

¶ Argentum viuum. Plin.lib.33.cap.6. Eſt lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni, argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium.

ARGILLA.] terra tenax, qua figuli vtuntur. Virgilius 2. Georg.36,

Tenuis, vbi argilla, & dumoſis calculus aruis.

Cæſ. 5.bell.Gal.157.

Argilla vda aliquid imitari. Horat.2.Epiſt.2 2.

¶ Argillaceus. Plin lib.17.cap.7.1, Eſt enim alba terra, ruffa, columbina, argillacea.

¶ Argilloſus: abundans argilla. Colum.de arboribus, 17.1, Olea maximè collibus ſiccis & argilloſis gaudet.

ARGVMENTVM.] Vide ARGVO.

ARGVO.] propriè eſt Oſtendo, vt ait Perottus. Virg.4.Aen. 3, Degeneres animos timor arguit. Vbi Seruius: Arguit, improbat, & impugnat.

Non ex audito arguere. Plaut.Bacch. Quin ego quum peribat, vidi; non ex audito arguo.

Vultu genus arguitur. Ouid.2.Faſt.80.

Languor arguit amantem: id eſt, prodit. Horat Epod 11.2.

Arguitur virtus malis: id eſt, declaratur rebus aduerſis. Ouidius 4 Triſt.eleg.3.16.

¶ Arguere: *reprehendere, accuſare: &, vt ait Budæus, conuincere & coarguere.* Plaut.Amph.10.4, Quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit. Suet. de claris Grammaticis: In aduocatione quadam, ſolœciſmum ab aduerſario factū, vſque adeò arguere perſeuerauit, quoad.

Argui confeſſione. Tacit lib.1, Rurſum Gallus non idcirco interrogatum ait, vt diuideret, quæ ſeparari nequirent: ſed & ſua confeſſione argueretur, vnum eſſe Reipub. corpus, atq; vnius animo regendum.

Arguere reum: eſt demonſtrare, & argumentis probare ab eo commiſſum crimen. Vlpian de verb. ſignif. Indicaſſe reum, eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe.

Argui repetundarum. Tacit lib 3.

Arguere regem culpæ. Liu 1.Decad.5.

Arguor immeritò: iniuſtè accuſor. Ouid.2.Triſt.66.

¶ Arguere, *cum ſolo accuſatiuo, pro Vitioſum demonſtrare.* Liu. lib.5. Decad. 5, Leges Macedoniæ dedit, cum tanta cura, vt non hoſtibus victis, ſed ſocijs bene meritis dare videretur: & quas ne vſus quidem longo tempore, qui vnus eſt legum corrector, argueret.

Arguere, *pro Vetare, & prohibere.* Ouid.15.Metamorph.15.de Pythagora:

—primuſq; animalia menſis
Arguit imponi.

Argutum iri: in diſcrimen vocari Feſtus.

¶ Arguens. Plinius libro 2. capit.12. Quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari vatum ſublimia ora, palàm eſt, deliquio Solis, & in Luna veneficia arguente mortalitate.

¶ Argutus, participium: id eſt, accuſatus. Plaut.Pſeud.11.56, Ecquid argutus eſt? CH. malorum facinorum ſæpiſſimè.

¶ Argutus, nomen qui eſt acuta quadam & accurata ſolertia: quaſi acutè arguens & veſtigans, non autem ab altero acutè intellectus & veſtigatus. Hæc Valla, libro 1. Plautus, Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro venefica. Plin.epiſt.110.n, Vitaſſem iamdudum, ne viderer argutior.

Acumen argutum Horat.in Arte poetica, 74.

Blanditia arguta Propertius, lib.1.15.3.

Diuiſio. Plin.Epiſt.119.c.

Dolore arguto queri Propert.lib.1.eleg.17.6.

Argutus libellus: id eſt, ſalſus & acumen habens. Martialis, libro 1 31.

Meretrix arguta. Horat.1.Serm.Satyr.10.8.

Poetæ arguti. Horat.2.Epiſt.2.16.

Thaliæ argutæ doctor: id eſt, præceptor artis muſicæ. Horat.4.Carm.6.5.

Arguta virtus. Plaut. Facilè ſibi facunditatem virtus arguta inuenit.

¶ Argutus: *ſtridulus, ſonorus, vt ait Seruius.*

Aes argutum. Silius Italicus.lib.17.4.

Calami arguti: id eſt, ſonora fiſtula. Sil.Ital.lib.1.13.69.

Calo argutus. Horat.1.Epiſt.14 9.

Canes arguti. Seneca, in Hippol.1.14.

Fiſtua

Fiſtula arguta. Virg. eclog. 7, 5.
Forum argutum: id eſt, obſtreperum. Ouid. 1. de Arte amandi, 16.
Argutam hiſtoriam, pro loquaci, dixiſſe videtur Propertius, & quæ in ore ſit omni populo, lib. 1. eleg. 20. 6.
Ilex arguta. Virg. eclog. 7. 1. Vbi Seruius: Arguta, modò canora, ſtridula.
Nemus argutum: garrulum, ſtridulum, ait Seruius in Virgilij eclog. 8. 5.
Olor argutus, Virg 9. eclog. 8,
Argutos inter ſtrepere anſer olores.
Id eſt, cygnos canoros. Sic Argutus paſſer. Martialis, libro 5, 114. & lib. 9, 57.
Ora arguta. Stat. 2. Syl. 18.
Pecten argutus. Virg. 1. Georg. 59.
Serra arguta. Virg. 1. Georg. 29.
Valles argutæ: id eſt, reſonantes. Columel libro 2, cap. 5. 7, Nec minùs vitentur cauæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἠχοῦς vocant.
Argutus: *exilis, breuis, & quaſi acutus.* Virgil 3. Georgic. 16. De equis.
¶ Argutiæ: acutè dicta & ſubtiliter. Plaut. Moſtel. 2, 2, Qui mihi inter patinas exhibes argutias.
¶ Argutiola. Gel. lib 2, cap. 7, Argutiola quippe hæc friuola & inanis eſt.
¶ Argutor: deponens. Loquaciter proloquor, vt ait Nonius. Plaut. Amph. 4. 195, Pergin' argutari? Næuius Exodio: Quando ad ludos venit, alij quum tacerent, totum diem argutatur, quaſi cicada.
Argutari pedibus: Exſilire. Titinnius Fullonibus: Terra hæc eſt noua, qua vbi tu ſolitus argutari pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lauas Nonius.
¶ Arguto. Propert lib. 1. eleg. 6 2,
Illa mihi totis argutat noctibus ignes.
Id eſt, argutè obiicit: vt ait Budæus, imputat.
¶ Argutatio: pro ſtrepitu, & ſtridulo ſonitu. Argutatio quaſſa lecti tremuli. Id eſt, ſonitus ex concuſſione lecti. Catul. ad Flauium. 6.
¶ Argutator. Gel. lib. 17, cap. 5, Proceſſiſſet autem argutatori iſti fortaſſe reprehenſio.
¶ Argumentum. Eſt (autore Quint. lib. 5. cap. 10.) ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud: & quæ, quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat.
Argumenta criminis alicuius: id eſt, rationes, quibus crimen illud patratum ab aliquo fuiſſe contendimus. Quin. lib. 4, cap. 2. 8.
¶ Argumenta commemorare. Lucret. lib. 1, 81.
Argumenta vtriuſque partis inter ſe comparare. Quint. lib. 7, cap. 3. 17.
Aduerſarij argumenta cum noſtris componere. Quint. libr. 7. cap. 3, 17.
Argumentis colligere: id eſt, ratiocinandi comprobare. Quint. lib. 3, cap. 6. 73.
¶ Argumenta ſparſa colligere: id eſt, argumenta plura & diuerſa coaceruare. Quint. lib. 5, cap. 7, 12.
Argumenta congerere, & argumenta diſſoluere, contraria. Quint. lib. 5, cap. 13, 12.
¶ Argumentis cauſam viriliter defendere. Quint. li. 6, c. 1, 6.
Argumenta dicere: id eſt, argumenta proferre. Quint. lib 2, cap. 20. 8 Idem, lib. 5, cap 14, 26.
Argumentum ex aduerſario ducere: id eſt, à perſona aduerſarij. Quint. lib. 6, cap. 1. 3.
In argumentum ducere rem aliquam: id eſt, argumenti loco ſumere. Quint. lib. 5. cap. 10.
Argumentis niti: id eſt, conari probare aliquid. Quint. lib 5, cap. 12, 6.
In argumentum obijcere: id eſt, ad confirmandam cauſam ſuam opponere aliquid. Quint. lib. 6, cap. 3. 34:
Argumentis onerare iudicem. Quint. lib. 5, cap. 12, 6.
Inter argumenta ponere: id eſt, inter probationes referre. Quint. lib. cap. 1, 8.
Argumentis reſiſtere. Quint. lib. 4, cap. 2, 10.
Argumentum à ſe poſitum ſoluere. Quint. lib. 2, cap. 17, 21.
Argumenta tractare. Quint lib. 5, cap. 10, 11.
Argumenta ex cauſa trahere. Quint lib. 5 cap. 5, 2.
Argumenta diſtincta ac perſpicua. Quint. lib. 5, cap. 14 26.
Argumentum frigidum: id eſt, infirmum, & non vrgens. Quint. lib. 5. cap. 10, 22.
Argumentum graue: id eſt, vrgens, & quod firmis rationibus nititur. Quint. lib. 5. cap. 12, 3
Argumenta horrida & confragoſa. Quint. lib 5, cap. 8. 1.
Argumenta parua: id eſt, leuia. Quint. lib. 2. cap. 1, 8.
Argumenta perſuaſibilia. Quint. lib. 2, cap. 21. 2.
Argumentum ſimplex & breue: id eſt, abſque magno verborum & elocutionum apparatu. Quint. lib. 4, cap. 2, 39.
Argumentum vanum: id eſt, friuolum, & quod nihil probat. Quint lib. 7, cap. 3, 28.
Argumentis & oculis deprehendere. Quint. lib. 7, cap. 3, 3.
Argumento oculorum, atque coniectura animi, ſcrutari amplitudinem Solis. Plin. lib. 2, cap. 11, 1.
Argumenta alicui rei dicere. Plaut. Trinum. 8, 92.
Argumentis rem aliquam exquirere. Plaut. Rud. 24. 136.
Ei rei argumento adeſt. Plin. lib. 3, cap. 16, 6.
Argumenta inſtituere. Plaut. Moſtel. 3, 1,
Recordatus ſum, & diu cogitaui, argumentaq; multa
In pectus inſtitui ego, atque in corde meo.
Argumenta loqui. Plaut. Capt. 18, 14.
Argumentum morum: id eſt, indicium. Quint. li. 5, c. 10, 22.
Argumento patet: id eſt, ratione euidens eſt. Quint, libro 1, cap. 12, 7.
Pro argumento eſſe Liu. 5. bel. Pun. 45.
Quo argumento? Plaut. Caſin. 19, 14.
¶ Argumento: *ablatiuo elegant.* Plin. lib. 10, cap. 36, de paſſeribus: Mares negantur anno diutiùs viuere: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit.
¶ Argumentum, interdum rem fictam ſignificat, quæ tamen ſit hoc eſt, veriſimilis: qualia ſunt argumenta comœdiarum. Vnde, per metaphoram, argumentũ aliquando pro materia ponimus. Quint. lib. 5, cap. 10, 7. Argumentum plura ſignificat. Nam fabulæ ad actus ſcenarum cõpoſitæ, argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipſe exponens Pædianus, Argumentum, inquit, tale eſt Terent in prologo Andriç, de Andria & Perinthia.
Non ita diſſimili ſunt argumento.
Argumentum ſcripturæ, picturæq;. Sueton. in Nerone, de ſpectaculis ab eo editis, cap. 12, Virg. 7, Aen. 158. Turni arma deſcribens:
At leuem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, iam ſetis obſita, iam bos,
Argumentum, ingens, & cuſtos virginis Argus.
Vbi Seruius: Argumentum, aut fabula: Aut reuera argumentum, quo ſe Græcum comprobare cupiebat. Ouid. 6, Metamor. 14,
Et vetus in tela deducitur argumentum: Id eſt, antiqua fabula.
Argumentum eſſe alicui erroris: id eſt, materia ad ſcribendum. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 15, 5.
¶ Argumentum, pro hiſtoria & geſtis alicuius, dixiſſe videtur. Ouid. 5, Triſt. eleg. 1, 2,
Vt cecidi, perago ſubiti præconia caſus,
Sumq; argumenti conditor ipſe mei.
Argumentatio: Ipſa argumentorum explicatio.
Argumentatione firmare: id eſt, argumentis & rationibus comprobare. Quint. lib. 4, cap. 2, 73.
Argumentatio firmiſſima. Quint. lib. 3, cap. 11, 7.
Subtilis & crebra. Quint. lib 2. cap. 5, 6,
Suſpecta. Quint. lib 5, cap 14, 27.
¶ Argumentoſus. Quint. lib. 5, cap. 10, 8, Vulgoq, numeroſius opus, dicitur argumentoſum: id eſt, quod multam materiam continet.
ARGVTE, ARGVTIAE, ARGVTOR, ARGVTVS.] Vide ARGVO.
ARIDITAS, ARIDVS.] Vide AREO.
ARIENA.] pomi nomen, ex arbore pala, quo ſapientes Indorum viuunt. Plura apud Plin lib. 12, cap. 6.
ARIES.] qui ad generandam ſobolem integer tenetur in grege ouium Virg. Bucol.
— ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.
¶ Aries: bellica machina. Veget. lib. 4. cap. 14. Cæſar, 7. bel. Gal. 89, Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Liu. 1, ab Vrbe, 127. Virg. 2, Aen. — labat ariete crebro Ianua. Id eſt, crebris ictibus arietis.
Aries præceps. Claud. 7. Paneg. 48.
Ariete muros pulſare. Virg. 12. Aen. 142,
¶ Aries, Piſcis. Plin. 9. lib. cap. 44, Graſſatur aries, vt latro.
Trux aries, Claud. in epith. Honorij & Mariæ, 33.
¶ Arietarius: ad arietem pertinens.
Arietaria machina, Vitru. lib. 10, ca. 19, Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè χελώνη dicitur. in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo inſuper conſtitutus aries.
¶ Arietinus, q eſt ex ariete. Plin. Arietinũ iecur ad id vtile eſt.
Arietinum cicer, quod arietino capiti ſimile eſt. Colum. lib. 2, cap. 10. 16.
¶ Arieto, Arietare dicitur aries, quum capite & cornibus aliquem impetit. Accius in Bruto, apud Ci. 1, de Diuin. 80.
Arietare, per tranſlationem, in morem arietis percutere, & deijcere. Curt. libr. 9, Macedo gladium cœperat ſtringere: quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietauit in terram.

Arietat in primos, obijcitq; immania membra. Sil. lib. 5, 30.

Arietare ædes: pro vehementer pulſare, quaſi in modum arietis bellici. Plaut. Truc. 6, 1.

Arietare in portam. Virg. li. 12, Aen. 178, Vbi Seruius: Quæ in clauſas portas more arietis ruebat, id eſt, bellici machinamenti.

Arietrare: neutrum, pro labaſcere. Sen. de Vita beata: Nihil praui nihil ſubiti ſupereſt, nihil in quo arietet aut labet.

Arietare inter ſe dicuntur, quæ concutiuntur mutuo ictu. Senec. libr. 2, de Ira: Magno Imperatori, antequam acies inter ſe arietarent, cor exſiluit. Sic dentes inter ſe arietatos dicit, lib 3 de Ira. Plin. lib 2 cap 82.

ARIOLVS. Vide HARIOLVS.

ARISTA.] ariſtæ ([illegible]) Varro de Re ruſt. lib 1, cap. 48, 1, Ariſta, quæ vt acus tenuis, longa eminet è gluma: proinde vt grani theca ſit gluma, & apex ariſta. Et paulò pòſt: Ariſta dicta, quòd areſcit prima.

Ariſtæ graciles Zephyro vibrantur. Ouid 14. epiſt. 8.

Ariſtis grauidis canet ager. Ouid. 1, Metam. 23.

Ariſta ieiuna. Claud. 1, in Eutrop 23.

Molli ariſta campus flaueſcit. Virg. 4, eclog. 6.

Ariſtas teneras lædere. Virg. 7, Aen. 162.

Ariſtæ virides: id eſt, ſeges matureſcens. Iuuen. Saty. 14. 15.

Ariſtis maturis albeſcit meſſis. Ouid. 5, Faſt 72.

Ignis populatur ariſtas. Claudian. 2. in Ruff 9.

¶ Ariſta: *pro ſpica*. Virgil. 1. Georg. 23, Ne grauidis procumbat culmus ariſtis. Vbi Seruius: Grauidas ariſtas periphraſticῶs pro ſpicis poſuit.

Ariſta: *pro frumento*. Seruius, in Virg. 1. Georg 2.

Ariſta: *ſeges inculta, quæ à nullo colitur*. Seru. in Virg. Pollio.

Poſt aliquot ariſtas. Virg. in Tityro, 14.

Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor, ariſtas. Vbi Seruius: Gradatim dictum ex tropo metalepſi: vt per ariſtas meſſes, per meſſes, æſtates, per æſtates, annos numeret.

Ariſtas æſtu numerare: eſt operâ inanẽ ſumere, & rem aggredi, quam perficere non poſſis. Ouid. 4, Triſt. eleg. 1, 12.

Ariſtæ pondus: pro re leuiſſima. Ouid. 5. epiſt. 23.

Ariſtæ nardi: id eſt, ſpicæ nardi. Ouid. 1, Metam 80.

Ariſtas odoratas, nardi ſpicas intelligit Stat. 5. Sylu. 3,

Odoratus nec Arabs decerpſit ariſtas. Plin. lib 12. c. 11.

Ariſtas, Perſius pro pilis mirè poſuit: quòd quoties inhorreſcimus, erigantur inſtar ariſtarum. Sic enim ait Sat. 3, 12,

Alges quum excuſſit membris tremor albus ariſtas.

ARITVDO.] Vide AREO.

ARMA.] pluraliter tantùm. & ſunt propriè, teſte Seruio, quę armos tegunt. Varro, 3. de Ling. Lat. Arma ab arcendo, quòd his arcemus hoſtem. Feſtus: Arma propriè dicuntur ab armis, id eſt, humeris dependentia: vt ſcutum, gladius, pugio, ſica: vt ea, quibus procul prælíamur, tela. Caius in l. armorum ff. de verborum ſignific. Armorum appellatio non vtique tantum ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides.

Fulgor armorum fugaces terret equos. Horat. 2, Carm. 1, 4.

Armorum fulgura. Stat. lib. 5, 2.

Arma antiqua: Id eſt, apud antiquos vſitata. Lucr. li. 5, 258.

Crepitantia. Ouid. 1 Metam. 29.

Fulgentia. Virg. 11, Aen 2.

Inania: nulli vſui apta Stat. 4, Theb. 14.

Lucida. Stat. 11. Theb. 81.

Perfoſſa crebro vulnere: id eſt, crebris ictibus. Stat. libro 2, Theb. 140.

Trunca: id eſt, fracta. Stat. 10. Theb. 166.

Verſicoloria. Virg. 10. Aen. 56.

Aſtur equo fidens & verſicoloribus armis,

Victricia. Virg. Aen. 3.

¶ Arma, dicuntur cunctarum artium inſtrumenta. Vt arma ruſticorum. Virg 1, Georg. 32,

Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.

Coquinaria. Plautus.

Cerealia. Virg. 1, Aen. 37. Id eſt, inſtrumenta, quibus ad piſtorium opus vtimur.

Belli. Terent. Heaut. 1, 1, 63, Simul rem & gloriam armis belli repperi.

Studioſorum. Plin. in epiſt.

Nautarum. Virg 5. Aen.

Piſtorum. Virgilij, Aen.

— Cerealiaque arma Expediunt.

Tonſoria Mart. lib. 14, 36.

Facundiæ. Quint. lib 2, cap. 16, 7.

Campeſtria. Horat. in Arte poet. 77.

¶ Arma, *pro prælio*. Virg. 2, Aen. 131, Rurſus in arma feror.

Arma, *pro viribus*. Virg. 12. Aen.

Tum demum mouet arma leo. Vbi Seruius: Mouet arma, vires ſuas experitur. nam arma ſunt vniuſcuiuſq; rei poſſibilitas. Vnde eſt. Et quærere conſcius arma: id eſt, dolos.

Arma. *pro bello*. Virg. 1. Aen.

Arma virumq; cano. Idem in 8,

Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma?

Arma, *pro gladio, abuſiue*. Virg. Aen. 10,

Et arma viri, thalamo, quæ fixa reliquit.

Arma, *pro partibus vel imperio* Seru. in Virg. 3, Aen. 32.

Arma Vulcania: Vulcano fabricata. Virg. 8. Aen. 105.

Armis fœta machina: id eſt, plena armatis, & veluti prægnans. Virg. 2. Aen 48.

Armorum arbiter: Ouid. 3, Faſt. 15.

Armorum denuntiatio. Liu. 5, Decad. Græcas vrbes alias obſideret, alias denunciatione armorum terreret.

Armorum dulces furiæ: id eſt, libido pugnandi, & amor cædis. Stat. 1, Achil. 80.

Armorum furijs flammatus: id eſt, accenſus cupidine belli. Stat. 1, Achil. 80.

Armorum habitus. Sil. lib. 17.

Hæres armorum & belli: qui imperatori mortuo ſuccedit. Sil. lib. 4. 165.

Armorum horror. Virg. 2, Aen. 61.

Rabies. Lucan. lib. 1. 133.

Tonitru armorum ingens ſtrepitus. Stat. 3. Theb. 85.

¶ Arma, *Res bellicæ*. Virg. 1. Aen.

Acerrimus armis. Virg 9. Aen. 37.

Pietate & armis egregius. Virg. 6. Aen. 154.

Armis equisq; exercitus: hoc eſt, exercitatus. Tacit. lib. 11.

Bello & armis expertus. Virg. 7. Aen. 47.

Impenetrabilis armis. Stat. 3. Theb. 5.

Armis inclytus. Virg 6, Aen. 96.

Inſcius armorum Quint. lib. 2, cap. 12, 2.

Pietate & armis inſignis. Virg. 6. Aen. 81.

Magnus armis: id eſt, potens. Virg. 1. Aen. 10.

Maturus ad arma. Sil. lib. 16, 132.

Mitis armis. Stat. 1. Sylu. 5.

Potens armis terra, Virg. 3. Aen. 33,

Præclarus armis. Stat. 3. Theb. 57.

Promptus ad arma. Ouid. 1. Metam. 16.

Rudis armorum Stat. 4. Theb. 50.

Armorum viribus vti. Ouid. 13. Met. 143.

Circumfuſa militum arma. Quint. lib. 2, cap. 20. 7.

Arma diſcordia. Virg. 2, Georg. 92. Stat. 11. Theb. 20.

Feralia. Lucan. 2, 52.

Flagrantia. Sil. lib. 3, 24.

Fortia. Ouid. 7. Metam. in fine.

Fraterna: arma fratrum. Sen. in Theb. 2, 1.

Ferialia Stat. 9. Theb. 18. Ouid. 6. Metam. 118.

Honeſta: id eſt, iuſtum bellum. Ouid. 3. Amor. eleg. 14, 2.

Hoſtilia. Virg. 9. Aen. 17.

Ignota: pro nouis & inconſuetis, vt docet Seruius. Virg. 9, Aen. 136.

Infeſta. Ouid. epiſt. 5. 19.

Mortalia: vt Seruius: ait, mortalis poſſibilitas. Virgilius 1, Aen. 110.

Potentia. Ouid. 3. Amor. eleg 2, 11.

Rigida. Stat. 6. Theb. 56.

Socia: confœderatorum arma, Sil. lib. 15. 112.

Terreſtria. Ouid. 14 Metam. 96.

Abſtinere armis. Horat in Arte poetica, 77,

Accingi armis. Virg. 6. Aen. 37.

Armis virtutem affirmare. Tac. lib 20, Nec ego vnquam facundiam armis exercui, & Pop. Rom. virtutem armis affirmaui.

Amiſſis armis fugere. Virg. 1. Aen. 96.

Armis aptari: id eſt, armis indui. Stat. 11. Theb. 20. de Tiſphone.

Sub armis cadere Ouid. epiſt. 1, 4.

Arma canere. Virg. 1. Aen. Aen. 1. Arma virumq; cano.

Capere. Virg. 2 Aen. 63.

Capeſſere. Virg. 3 Aen, 47.

Certare armis. Virg 12. Aen. 127.

Armis cingi. Virg. 2 Aen. 144.

Cœptare arma. Tacit. lib. 12.

Concutere. Ouid. 7. Met. 26.

Coire ad arma: conglomerari ad pugnam & cædem. Ouidius, 11, Metam. 76,

Contendere armis. Stat. 1. Achil. 95,

Conſilijs armisq; vigil contendat Vlyſſes.

Deponere arma. Quint. lib. 3. cap. 8. 12.

Arma detrahere alicui: id eſt, ſpoliare armis. Seneca, in Oed. 5, 15.

Arma direpta militibus. Hor. 3. Carm. Ode 5. 4.

Diſponere arma contra aliquem Quint. lib. 4, cap. 1. 14.

Arma ducum dirimere. Lucan lib. 1. 21.

Armis vrbem exſcindere. Stat. Theb. 52.

Arma iuuentus exercet Virg. 4 Aen. 18. Id eſt, armis exercetur iuuentus.

Expedire arma Tacit lib 10.

Armis exſuere aliquem. Virg. 8. Aen. 111. Id eſt, ſpoliare.

Arma

Arma obuia ferre: In aciem progredi. Virg 9. Aen. 11.
Ferre arma in medios globos: id eſt, irruere in exercitum medium, & vbi denſiſſimus eſt militum ordo. Sil. lib. 11. 1.
Vrbes arma inter ſe ferunt: id eſt, inuicem digladiantur. Virg. 1. Georg. 102.
Armis fundere agmina: id eſt, ſternere & profligare. Ouid. 6. Metam. 85.
Arma gerere. Virg. 5. Aen. 82.
Inceſſus in armis: id eſt, armati inceſſus. Hor. 2. Ser. Sat. 3, 62.
Armis denſis incurrere. Virg. 2. Aen. 52.
Inducere arma Ouid. 14. Metam. 180.
Arma funeſta inducere: id eſt, armis accingi, quæ mox futura ſint tibi cauſa funeris, Ouid. 1, Faſt. 104.
Iuſtè arma induere: id eſt, non temerè ad bellum accingi. Lucan. lib. 1. 26.
Armis hoſtilibus indutus. Virg. 9. Aen. 17.
Inferre arma. Silius, lib 15. 104.
Imparibus armis ſe immiſcere. Virg. 4. Georg. 49.
Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis.
Id eſt (vt Seruius interpretatur) inæquali conſilio.
Inijcere arma regnis: id eſt, bellum inferre. Stat. 1, Theb. 48.
Armis aliquem inſtruere. Virg. 8. Aen. 16.
Inſtructus omnibus armis. Stat 3 Theb. 3.
Iungere arma: coniungere copias. Senec in Medea, 7. 19,
Creon Acaſtusq; arma ſi iungant ſua?
Laxare arma alicuius: id eſt, diſſipare exercitum. Lucanus, lib. 6. 15.
In armis mori: id eſt, in bello occumbere. Virgilius, 2. Aeneid. 64.
Mouere arma peſtifera: bellum exitiale ciere. Senec. in Hercu. furente, 11, 17.
In arma mouere aliquem: Id eſt, incitare ad capeſſenda arma. Virg 6. Aen. 163.
In arma aliquem mittere: id eſt, militatum aliquò ablegare, Virg. 6. Aen. 18.
Arma negare alicui: Id eſt, negare auxilia. Oui. 14. Met 105.
Immotis armis paſci: Id eſt, quietè, & ſine tumultu rebus ſuis frui. Lucan lib. 1. 35.
Arma perdere: id eſt, vinci. Horat. 1. epiſt. 17. 14, Metaphoricôs etiam de illo dicit, qui vitijs ſe opprimi paſſus eſt. Satyr. 17. 14.
Polire arma. Statius, 4. Syl. 10.
Proijcere arma. Stat 2. Theb. 132.
Protegere aliquem armis. Ouid. 8. Met. 79.
Pugnare armis. Horat. 1. Serm. Sat. 3. 21.
Quærere arma. Virg. 2. Aen. 20. Vbi Seru. Arma modò fraudes vel dolos, nam arma ſunt inſtrumenta cuiuslibet rei.
Colligere arma. Valer. 6. Argon. 85.
Inſtaurata arma remoliri: id eſt, bellum redintegrare. Silius, lib. 1. 8.
Repoſcere armis aliquid. Ouid. epiſt 5. 19.
Ab armis reuocare aliquē: id eſt, à bello. Stat. 10. Theb. 166.
Ruere in arma media. Virg. 2. Aen. 71.
Arma ſequi. Tibul. 1. eleg. 2. 14.
Arma impia ſequi. Virg. 6. Aen. 123.
Armis ſpoliata nauis. Virg. 6. Aen. 71.
Sumere arma ciuilia. Tacit. lib. 20.
Arma impia ſumere. Virg. 12. Aen. 7.
Profeſſa arma ſumere: Id eſt, quibus exercitatus ſis. Ouid. 2. Faſt. 4[illegible]. de Fabijs.
Stat in armis acies. Seneca, in Theb. 2. 14.
Armis ſterni. Sil. lib. 10. 62.
Tractare arma. Senec. in Troa. 8. 8,
Non arma tenera parua tractabis manu.
Valere armis. Ouid. 8. Met 12.
Venire in arma. Stat. 2. Achil. 66.
Arma tenere. Senec. in Herc. furente, 6. 6,
Sed arma felix teneat, infelix paret.
O' fides? quæ poteſt eſſe maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum venire ad arma?
Vocare in arma. Virgil 9. Aeneid. 5. Vti armis. Quintil. lib. 2. cap. 1. 9.
¶ Armatura Vegetius, lib. 3. cap. 14, Tertius ordo diſponitur de armaturis velociſſimis, de ſagittarijs iuuenibus.
Armaturæ duplices, quæ binas conſequebantur annonas: Simplices, quæ ſingulas: inquit Vegetius, lib. 2. cap. 7. Armaturam autem, pro hominibus armatis, accipit.
¶ Armifer: arma ferens. Sil. lib. 16. 16.
Armifera dea. Periphraſis Mineruæ. Ouid. ad Liuiam, 5.
Armiferæ Amyclæ: bellicoſæ. Ouid. 2. de Arte aman. 1.
Armiferi labores. Stat. 1. Syl. 2. 20,
— armiferos poterat memorare labores,
Claraq; facta virûm. Id eſt, labores bello exhauſtos.
Armiferum aruum. Senec. in Med. 7. 8. quòd armatos tuliſſet ſatos ab Iaſone. Stat. lib. 9. Theb. 167. Campus armifer, vbi armati congrediuntur.
¶ Armiger: Eſt (vt ait Valla) qui in prælio gerit tela domini ſui. Virg. 2. Aen. 96.
Armiger teli Plin. lib. 2. cap. 55.
¶ Armiger: adiectiuum, Armigera cohors: quæ fert arma. Sil. lib. 10, 20.
Armigera Iouis: Aquila. Plin lib. 10. cap. 3.
Armiger: quæ arma gerit dominę Oui 3. Met. 33. de Diana.
Armiger deus. Periphraſis Martis. Silius, lib. 7. 18.
Armiger equus: Indutus armis. Prop lib. 3. eleg. 4. 2.
Ira armigera: quòd facile nobis arma ſuppeditent, ſintque velut armigeræ noſtræ. Stat. 6, Theb 66.
¶ Armipotens: Qui armis valet. Virg 2. Aen. 85.
Armipotens Auſonia. Stat. 3. Syl. 2. 4.
¶ Armiſonus. Palladis epitheton Virg. 3. Aen. 109.
Armiſonum antrum Claud. de Rap. Proſerp. 3. 14.
¶ Armo: Armis inſtruo. Virg. 8 Aen. 78.
Tùm quoq; fas nobis Teucros armare fuiſſet.
Auſoniam armabat Fabius. Sil lib. 7. 1.
Armauit eum ſpes. Hoc eſt, commouit ad accipienda arma, Liu. ab Vrb 192.
Armare ſe ſpolijs. Virg. 2. Aen. 79.
Armantur equi bello: pro, ad Bellum. Virg. 3. Aen. 108.
Armare naues: Id eſt, ad bellum inſtruere. Cæſ 6 bel Gal. 3.
Armare veneno ferrum: pro eo, quod eſt, Veneno ferrum tingere, imbuere, vt præſentiùs vulneret. Virg. 9. Aen. 157.
¶ Armandus. Ouid. 13. Met. 43.
¶ Armatus: Armis indutus.
Armata dicebatur virgo ſacrificans, cui lacinia toga in humerum erat reiecta. Feſtus.
Armata dolis mens. Sil. lib. 1. 38.
Armatum fide pectus. Sil. lib. 11. 41.
Armatos Virgilius ſubſtantiuè dixiſſe videtur, pro Militibus. 2. Aen 66.
Arduus armatos medijs in mœnibus aſtans.
Fundit equus.
¶ Armatus: Verbale, idem quod Armatura. Liu. 7. bel. Maced. 166. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Id eſt, paribus & ſimilibus armis induti.
¶ Armamenta: dicuntur (autore Sipontino) quæ ad inſtruendum aliquid pertinent Plaut. Merc. 4. 60,
— ſalua eſt nauis, ne time, C. Quid alia armamenta?
A. Salua & ſana ſunt. Colum. lib. 4. ca. 3, 1. Nonnulli ſtrenuè fabricant nauigia, nec conſumata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſq;.
Nauium armamenta Plin. libro 19. cap. 2. 4 Ouid. 11. Metamorph. 92, Vinearum armamenta Plin. libr. 17. cap. 21.
¶ Armamentarium: Vbi reponuntur armamenta & arma, ait Valla, lib. 1. Liu. 6. bel. Pun. 127. Hæc illis arx, hæc horreum, ærarium, armamentarium, hæc omnium rerum receptaculum eſt: Iuuen. Sat. 13. 9,
Addit & Herculeos arcus, haſtamq; Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.
¶ Armarium: Vbi reponuntur libri, cæteraque huiuſmodi, teſte Valla, li. 1. Item cibaria & pecuniæ. Plaut. Capt. 15. 10.
Coquū percontabatur, poſſéntne ſeri aulæ referueſcere,
Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armarium.
Armarium promptuarium: pro Armario, apud Catonem, cap. 11. 3.
Armarium: *Machina ferro munita.* Gellius, lib. 6, cap 4, Idq; vbi Romæ cognitum eſt, nobiliſſimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo deſtitutos, eademque inſomnia cruciatos interijſſe.
¶ Armariolum: Paruum armarium. Plaut. Truc. 3. 24,
Aut lectus dapſilis, aut armariola Græca.
ARMENTUM.] Feſtus: Armentum, id genus pecoris appellatur, quod eſt idoneum ad opus armorum. hoc eſt, quorumuis inſtrumentorum.
Valla: Ipſi cameli, boues, muli, lupi, armenta faciunt: licèt quidam velint tantùm eſſe boum, quaſi ab arando, aramenta dicta: deinde ſublata tertia litera, Armenta. Ouid. 4, Metam. 127,
Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas
Paſcebant. Virg. 3. Georg.
Hæc ſatis armentis: ſuperat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas.
Idem de Ceruis primo Aene. dixit.
— hos tota armenta ſequuntur.
A' tergo.
Armenta boum. Virg. 2. Georg. 103.
Immania. Virg. 4. Georg. 79. de monſtris marinis.
Læta. Virg. 2. Georg 28.
Muta. Stat. 5. Theb. 67.
Armentum regale. Ouid. 2, Metam 169.

Mugitus armentorum. Ouid. 5, Metam. 33.
Stabulis armenta tenere. Virg. 1. Georg. 71.
Sortiri armento ſobolem. Virg 3, Georg. 14 Id eſt, ſubſtituere & ſubminiſtrare.
Armenta, à gregibus ſeparauit ſignificatione. Stat. 10. Thebaid. 164. Eunt præter ſecura armenta gregesq;.
Paſcuntur virides armenta per herbas. Virg. 3, Georg 32.
Armentis incurrunt vrſi. Ouid. 7. Met. 12.
Armenti dux: pro tauro. Ouid. 8, Met. 178.
Armenti cuſtos. Ouid. 11, Met. 70.
Armentorum miniſtri: Id eſt, bubulci. Ouid. 3, Faſt. 13.
Armenta agere dicitur paſtor Ouid. 5, epiſt. 16.
Montana armenta: In montibus errantia. Ouidius, 1. de Arte amandi, 61.
Armenti greges Varro, de Re ruſt. lib. 2, cap. 5, 16.
Armenti reges, vocantur tauri: tanquam recte res, Stat libr. 1. Achil. 94.

— Septemq; Aiax vmbone coruſcet Armenti reges.

Accipit autem armenti reges, ſiue tauros, pro taurorum tergoribus, ex quibus confectus erat Aiacis clypeus.

¶ Armentalis. Qui eſt ex armento. Virg. 11, Aen. 114.

Hic natam in dumis, interque horrentia luſtra
Armentalis equæ mammis & lacte ferino, &c.

¶ Armentarius: Armenti, cuſtos. Virg. 3, Georg. 68,

— omnia ſecum Armentarius Afer agit. Varro, 2. de Re ruſt, cap. 5, ad finem, de bobus & vaccis: Armentarium meum crebro, vt aliquid legat, curo.

¶ Armentoſus. Armentis abundans, apud Plin. Gell. lib. 11, cap. 1, Quòd Italia tunc eſſet armentoſiſſima.

¶ Armentinus: Qui eſt ex armento. Plin. libro 28, cap. 17. 3, Fimi ceruini, maximè ſubulonis, ſed & bubuli (de armentinis loquor) cinis cochleariorum trium in mulſi hemina, &c.

¶ Armentitius. Varro, 2. de Re ruſt. cap, 10, 2, Qui greges ſequuntur. præſertim armentitios ac caprinos.

Armiger.] Vide Arma.

Armilausa.] Vulgo vocata eſt veſtis, quæ antè & retrò diuiſa atque aperta eſt: in armos tamen clauſa, quaſi armiclauſa, c litera ablata. Hæc Iſidorus. Vtitur Paulinus.

Armilla.] Feſtus: Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas eſſe exiſtimant, quòd antiqui humeros cum brachijs armos vocabant: vnde arma ab his dependentia ſunt vocata. Plin. lib. 28, cap. 4, 9, Pueri qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, incluſus in armillam, & aſſiduè in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet.

Armillæ: Ornamenta fœminarum in brachijs, & etiam virorum. Plautus Menæch. 12, 13, Vbi hercle armillæ ſunt, quas vnà dedi.

¶ Armillatus, armillis ornatus. Propertius abuſiuè ad canes tranſtulit, lib. 4, eleg. 8, 5.

Atq; armillatos colla moloſſa canes.

Armille.] Inſtrumentum & apparatus verſutiarum: ab Armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius, lib. 6, Ad armille redit.

Armillum.] Feſtus: Vas erat vinarium in ſacris: dictum, quòd armo, id eſt, humero, deportaretur. Nonius: Armillum, Vrceoli genus. Varro, de vita Pop. Rom. lib. 1, Armillum, quod eſt vrceoli genus vinarij. Lucil. lib. 28, Hinc ad me, hinc licet anus rurſus ad armillum.

Armilustrum.] vt ait Varro, ab ambitu luſtri. lib. 5. de Ling. Lat. Legitur & Armiluſtrium. Ibidem: Armiluſtriũ, ab eo quòd in armiluſtrio armati ſacra faciunt: niſi locus potiùs dictus ab his. Feſtus: Armiluſtrium feſtum erat apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant: ac, dum ſacrificarent, tubis canebant.

Armipotens, Armisonus, Armo.] Vide Arma.

Armus.] Feſtus: Antiqui humeros cum brachijs armos vocabant. Vnde arma ab ijs dependentia ſunt vocata. Seruius: Armi propriè ſunt quadrupedum. Plin. lib. 11, cap. 39, 3, Pili equis in iuba largi, in armis, leoni. Horat. 2, Ser. Satyr. 4, 9.

Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

Armos equi calcaribus fodere. Virg. 6. Aen. 176.
Haſta per armos acta Virg. 11. Aen. 124.
Armos vlcerare. Horat. 1, Serm. Satyr. 6, 22,

— nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel ſi libet, vſque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere vlceret, atq; eques armos.

Armos vlceret, calcaribus ſcilicet, aut corporis grauitate: vt priorem dorſi partem intelligamus.

Aro.] terram aratro quouis modo verto & proſcindo. Plin. lib. 18 cap. 19.

¶ Arare, Foſſione colere: Arare oliuetum. Columel. lib. 5, cap. 9 13.

Arat Falerni mille fundi iugera Horat. epod 4, 3.
Aratur: impersonale. Plin. lib. 18, cap. 3, 1, Actus vocabatur, in quo boues agerentur, quum aratur vno impetu iuſto.
Aratur, perſonale paſſiuum: vt,

Tenuis mihi campus aratur. Ouid. 2. Triſt 66.

Mille iugis Campania pinguis aratur. Propert. libro 3. eleg 5, 1.
Arare equor: Nauigare ſignificat apud poetas. Virgil. 3. Aeneid. 99,

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum.

Ouid. 1, Triſt. eleg. 2, 16,

Latum mutandis mercibus æquor aro.

Arare aquas: pro eodem. Ouid 3. Triſt. eleg. 12. 5.
Littus arare: Terram vicinam mari, vel infertilem. Seruius. Virg 4. Aen. 43.
Arare littora: pro, inanem operam ſumere. Ouid. 5. epiſtol. 13.
Arandi præceptor. Ouid. 6. Faſt. 3, Heſiodum intelligit.
Arando manſueſcit tellus: id eſt, dum aratur. Virgil. 2. Georgic. 48.
Arando enectus bos: id eſt, dum arat, vel præ nimio arandi labore. Horat. 1. epiſt. 7. 18.
¶ Aratus: participium. Arati agri. Ouid. 7, Metam. 25.
Arata terra. Ouid. 1. Faſt. 141.
¶ Araturus. Tibull. 1. eleg. 10. 9,

Interea pax arua colat, pax candida primùm.
Duxit araturos ſub iuga curua boues.

¶ Aratio. Plin. lib 27, cap. 8. 4 Naſcitur in arationibus.
¶ Aratiuncula. Plaut. Trucul. 4, 45,

— male vortit.

Res pecuaria mihi apud vos: nunc viciſſim volo habere Aratiunculam pro copia apud vos.

¶ Arator: Qui terram arat. Plin. lib. 18, ca. 19, Arator, niſi incuruus, præuaricatur.
Arator curuus. Virg. eclog. 3, 9.
Durus. Virg 4, Georg. 102.
Perornatus. Perſius Saty. 5, 11.
Robuſtus. Virg. 4. eclog. 9.
Taurus. Ouid. 1, Faſt. 140,

— cedebat taurus aratori equo.

¶ Arabilis: Qui arari poteſt. Plin. lib. 17. cap. 5, Contrà, in Byzantio Africæ, illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum ſiccus eſt, arabilem tauris.
¶ Aratro: Quaſi arando itero: quod eſt, ſegetes iam natas rurſus arando proſcindo. Plin. lib. 18, c. 20, 2. At illæ meſſes duplicatæ docuere, quod nunc vocant artrare, id eſt, aratrare, vt credo tunc dictum.
¶ Aratrum: Inſtrumentum quo aratur. Virg. 7. Aen. Et terram centum vertebat aratris.
Aſſiduo ſatiatus aratro agricola. Tib. 2. eleg. 1. 11.
Aduncum aratrum. Ouid. 2, Met. 58.
Curuum. Virg. 1, Georg. 34. & lib. 2, 38.
Depreſſum. Virg. 1. Georg. 9. Ouid. 15, Met, 124.
Durum. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 6.
Emeritum palo ſuſpenderet aratrum. Ouid. 1. Faſt. 133.
Graue. Horat. in Arte poetica, 1, 14.
Incuruo aratro terram moliri. Virg. 1. Georg. 99.
Inflexum aratrum. Virg. 1. Georg. 33.
Patiens: Id eſt, durum, & quod labores aſſiduos ferre poſſit. Ouid 1. Amor. eleg. 15. 7.
Vertentia glebas aratra. Ouid. 5, Met, 96.
Ruricola aratrum. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5, 7.
Vncum. Virg. 1. Georg. 4. Vnciq; puer monſtrator aratri.
Aratra defixa in medio opere relinquere. Virgil. 3. Georgicor. 193.
Detrectat aratra taurus. Propert 2. eleg. 3, 10.
Imprimere aratrum muris, dicitur hoſtis. Horat. 1. Carm. Od. 16, 5.
Incumbere aratris. Virg. 1, Georg. 43.
Terram mollire aratro. Virg. 1, Georg. 98.
Preſſis terram proſcindere aratris. Lucr. lib. 5, 42.
Scindere terram aratro. Silius, lib. 15. 106.
Ruſtica paulatim taurus auratra ſubit. Ouid. 2, de Arte amandi, 37. cuius meminit Strabo, lib. 14.

Aromata.] In plurali (nam aroma non dicitur) quarundam herbarum fructus, odoris & ſaporis admodum grati: quibus vtimur vel ad excalfaciendum ventriculum, vel ad appetentiam prouocandam. Columel. lib. 12. capite 20, Deinde quam videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata cõtuſa, & cribrata, paulatim inſperges, & iubebis rutabulo ligneo agitari: quod decoxeris, euſque dum defrigeſcit. Quòd ſi non ita vt præcipimus, permiſcueris, ſubſident aromata, & adurentur.

¶ Aromaticus: odorem aromatum habens. Plinius, lib. 14. cap. 13, 3. Ideo quidem aromaticis delectatos maximè credunt.

¶ Aroma-

¶ Aromatites, vinum ſignificat factitium, cinnamomo & ſaccharo conditum. Plin. lib 14. cap. 16.

ARQVATVS.] ſpeciem arcus gerens. Ouid. 11. Metam. 119,
Dixit & arquato cœlum curuamine ſignans.

¶ Arquatus etiam morbus eſt, quem regium nominant: ſic dictus à calore cœleſtis arcus, quem poetę irim vocant. Celſus, lib. 3, cap. 14, Aeque notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plin. libr. 22, ca. 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulſo.

¶ Arquati (inquit Nonius) quibus color & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Varro Eudæmonibus: Nam vt arquatis & veternoſis, quæ lutea non ſunt, æquè vt lutea videntur: ſic inſanis ſani, & furioſis videntur eſſe inſani. Plin. lib. 27, cap. 12, Radicum decoctum potum, ſanat arquatos.

ARQVITES] Arcu præliantes, qui nunc dicuntur ſagittarij. Feſtus.

ARQVVS.] Vide ARCVS.

ARRECTARIVS.] Vide ARRIGO.

ARREPO.] Vide ADREPO.

¶ Arrepto: Frequentatiuum Plin. lib. 35. cap. 35. cap. 10, 41, Et idem nobiles bacchas arrepantibus Satyris.

ARRHA] Pars ſponſionis, quæ fidem facit totius ſummæ perſoluendæ. Plin. lib. 33, cap. 1, 22, At ſponſiones etiamnum annulo exſiliente, ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior: vt planè affirmare poſſimus, nummos antè apud nos cœpiſſe, mox annulos.

Arrhabo: Idem quod arrha Plaut. Rud. 2, 46,
Minis triginta ſibi puellam deſtinat:
Datque arrhabonem, & iureiurando alligat. Idem in Milite:
Hunc arrhabonem amoris à me accipe.

Arrhabo, *pro Obſidibus.* Gell. lib 17, cap., 2. M Cato in L. Veturium, Quum tantus, inquit, arrhabo penes Samnites Populi Romani eſſet: Arrhabonem dixit, DC. obſides.

Arrhabo, *pro pignore.* Terent Heaut. 3, 3, 42,
Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento.

ARRIDEO.] applaudo, & lætitiam animi ridendo oſtendo. Ouidius.
Arriſit paries adueniente dea. Terent. Eunuch. 2, 2, 19,
— hiſce ego non paro me vt rideant,
Sed ijs vltò arrideo.

Arridere ridentibus: Id eſt, ſimul ridere. Horatius in Arte poet. 21.

¶ Arriſor: Qui alicui ſubridet, aut arridet. Seneca, epiſt. 27.

ARRIGO.] Erigo. Virg. 10, Aen. Comaſq; arrexit.

Arrigere aliquem, per metaphoram. Salluſt. Eos non paulùm oratione ſua Marius arrexerat. Id eſt, erexerat, excitauerat.

Arrigere aures. Terent. And. 5, 4, 31. Arrige aures Pamphile. Virg. 1. Aeneid. 32, Arrectiſque auribus aſtant. Sic 2, Aeneid. 62.

Arrigere aures alicui ſermone aliquo Plaut Rud. 10, 6.

¶ Arrectus: Participium. Virg 4, Aen. 75, Arrectæq; horrore comæ. Sic 9 Aen 66, Arrecta haſta.

Arrectum pectus Virg 11. Aen. 128.

In digitos arrectus vterq; Virg 5, Aen. 85.

Lumina arrecta, Virg 2, Aen. 15.

Arrectæ mentes, ſtupefactaq; corda. Virg. 5. Aen. 128.

Laudum arrecta cupido Virg. 5, Aen. 28.

Arrecti animum dictis. Virg. 1. Aen. 17.

Arrectior. Liu. 1. bel. Punici: Vt pleraque Alpium ab Italia, ſicut breuiora, ita arrectiora ſunt.

Arrectus animus ad bellandum. Liu 8, ab Vrbe, 187.

¶ Arrectarius: Qui eſt arrectus. Vitruu. lib 2, cap. 8, Etiam qui ſunt in tectorijs operibus, rimas in ijs faciunt arrectariorum & tranſuerſariorum diſpoſitione.

ARRIPIO.] Cum impetu quodam & violentia accipio. Terent. Adelph 2. 1. 27, Iam intrò arripere.

Arripere velis: Inuadere. Virg. 3, Aen. Seruius.

Arripere: Raptum tenere. Virg. 11. Aen.

Arripere occaſionem. Liu. 5, bel Maced. 45.

Arripere auxilium & opem ad rem aliquam. Plautus. Mil. 5, 65.

Arripere quod alter ſubmonuit. Terent. Eunuch. 3, 5, 23,
— ſubmonuit me Parmeno
Ibi ſeruus: quod ego arripui.

Arripere ſeſe foras. Plaut. Curcul. 13. 8.

ARRISOR.] Vide ARRIDEO.

ARRODO.] Idem quod Rodo, vel Circunrodo. Plin. lib. 11. cap. 30, 1, Semina arroſa condunt formicæ, ne rurſus in fruges exeant è terra.

¶ Arroſor Senec. epiſt. 27, Suaſit illi Satellinus Quadratus, ſtultorum diuitum arroſor, & (quod ſequitur) arriſor, & (quod duobus his adiunctum eſt) deriſor, vt Grammaticos haberet analectas

ARROGO aliquid temere mihi tribuo.

Arrogare ſibi nomen inſolentiſſimum. Quintilian. in procem. 1, 50.

Arrogauit tibi fortuna laudem. Horat 4, Carm. Ode 14. 8.

Artem ſibi arrogare. Horat. 2, Serm. Saty. 4. 7.

Nihil non arrogat armis. Horat in Arte poet. 25.

Arrogare precium rei. Horat. 2, epiſt.

¶ Arrogare: *In filium ac fami iam ſibi aſciſcere.* A' quo Arrogatio, de qua ſic Gellius, lib. 5, cap. 19, Quum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei ſumuntur: aut per Prætorem fit, aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio.

Et paulò pòſt: Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus, per populi rogationem fit.

Arrogare dictatorem Conſuli. Liu. 7. ab Vrbe. 113.

¶ Arrogans: Qui ſibi aliquid temere atque inſolenter & falſo tribuit Cæſar, 3, bel. Ciuil. 5, Ne aut ingratus inferenda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur.

Arrogans minoribus: Id eſt, erga inferiores. Tacit. lib. 11, Aduerſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis.

¶ Arrogantia: Per quam temeritas atque impudentia vanam ſibi comparat autoritatem. Cæſar, 1, bel. Ciuil. 324, Accidiſſe igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere ſoleat: vti eò recurrant, & id cupidiſſime petant, quod paulò antè contempſerint.

Arrogantiæ opinione laborare. Quint. lib. 4, cap. 1. 22.

Exſuere arrogantiam & auaritiam. Tacitus in vita Agricolæ.

ARROSOR.] Vide ARRODO.

ARRVGIA.] Cuniculus ſubterraneus, quo extrahitur aurum. Plinius. libro 33, capite 4. 5, Et ibidem, 11. Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt.

ARS.] Artem definiunt (inquit Sipontinus) eſſe facultatem quæ præceptis quibuſdam, ac regulis continetur. Terent. And. 1, 1, 3,
— quid eſt
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
SI. Nihil iſtac opus eſt arte ad rem quam paro.

Plin. lib. 18. cap. 24, Artis quoque cuiuſdam eſt, æqualiter ſpargere. Terent. Adelph 4. 7. 21.

Ars, ſine epitheto male etiam ponitur. Virg. 1 Aen.

Ars ordinata præceptis: id eſt, redacta in præcepta. Liuius.

¶ Ars, *fraus, dolus.* Virg 2, Aen. 31,
— Ille dolis inſtructus, & arte Pelaſga.

Terentius: Nempe tua arte viginti minæ pro pſaltria periêre.

Ars paraſitica. Plaut. Capt. 8, 9.

Nugatoria. Plaut. Trinum. 15, 2.

Doloſæ artes. Ouid. 15. Metam 95.

Audax ars: quæ animum audacem poſtulat Ouidius, 2. de Arte amandi, 15.

Opus artis, quod artem & induſtriam requirit. Ouidius, 2. de Arte amandi, 3.
Nec minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri:
Caſus ineſt illic hic erit artis opus.

Armorum ars. Quint. lib. 2, cap. 7, 21.

Veſtibulum artis initium. Quint. lib. 1, cap. 5, 5.

Clarus arte medicinæ. Quint. lib. 3, cap. 6, 46.

Laboratæ veſtes arte. Virg. 1. Aen. 123.

Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel Ouid. Epiſt. 5, 21.

Prudens ars. Ouid. Epiſt. 5, 30.

Ieiuna. Quintil. lib. 1 cap. 4. 4.

Ignorata. Horat. in Arte poet. 53.

Imperatoria. Quint. lib. 2, cap. 17. 21.

Iners, Inutilis Ouid. 3, de Arte amandi, 42.

Inopi miſerabilis arte Iuuenal. Sat. 12, 7.

Ingenuæ artes. Ouid. 3. Faſt. 2.

Magica ars. Virg. 4, Aen. 99. Et apud Ouid. 7. Metamor. 39. Magorum artes.

Artes magiſtræ. Ouid. Epiſt. 21. 17.

Opus magnæ artis: magno factum artificio. Ouid. 13, Metamor. 18.

Medentium ars. Medicina Statius, 5. Sylu. 1. 32.

Medicæ artes. Ouid Epiſt. 5, 29.

Monſtrificæ artes. Valer 6, Argon. 31, periphraſis magiæ.

Nouas artes, noua pectore verſat Conſilia. Vir. 1. Aen. 133.

Nudæ artes. Quint. in Procem lib. 1, 18.

Operoſa ars. Stat lib. 5. Sylu. 1, 32.

Præcipuæ artis opus. Ouid. 1. de Arte amandi, 53.

Oratoria ars. Quint. lib. 3, cap. 1, 18.

Palæſtrica. Quint. lib. 2, cap. 21, 7.

Pulcherrima. Quint lib. ,cap. 10, 15.

Raras dotata per artes. Ouid 2, Amorum, eleg 4, 4.

Secretæ artes: Magicæ dicuntur. Ouid. 7, Metam. 28.

Sopitæ. Claud. 8, Paneg. 54.

Summa ars Quint. libr 2, cap. 19, 3.

Tenuis Quint lib. 1. cap 4 4.

Vulgatæ artes Horat. 4, Carm. Ode 9, 1.

Accipere artes à magiſtris, Ouid 9 Metam. 144.

Artes addocet ebrietas. Horat, 1, Epiſt. 5, 4.

Admiſcere artem precio: & metallum, per ſe precioſum, artificio, & cælatura precioſius reddere. Claudianns de Nupt. Honorij & Mariæ, 18.

Plus artis adijcere: Id eſt, doctiorē reddere. Hor. 2, Epi. 2. 9.

Sic has deus adiuuet artes. Ouid. 8, Metam, 175.

Bibere arte, Ouid 2, de Arte amandi, 102.

Arte canere. Ouid. 2. de Arte amandi, 102.

Artes bibunt ſuccum ingenij. Quint in Procœm. 1, lib. 18.

Commendare ſe arte. Horat. 2, Epiſt. 1, 53. Id eſt, oſtentare ſe ob artem.

Molli arte feros animos contudit. Ouid. 1, de Arte amandi, 3, de Chirone.

Decipere aliqua arte. Ouid. Epiſt. 12, 10.

Deſpicere artes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. in Præf. 5.

Deſtitui ab arte ſua. Ouid Epiſt. 5, 30.

Animum in artes ignotas dimittere. Ouid. 8. Metam. 38. de Dædalo.

Diſce bonas artes. Ouid. 1, de Arte amandi, 92.

Diuerti ad artes. Ouid. 9. Metam. 13.

Paternas artes ediſcere. Ouid. 2, Metam. 128.

Artem efficere ex obſeruatione. Quint. lib. 3. cap. 2, 3.

Excolere vitam per artes. Virg. 6 Aen. 33.

Excutere artes: Idem quod extundere. Ouid. 1, de Arte amandi, 48.

Exercere artem. Horat. 1. Epiſt 14 9.

Artem ludicram. Quint. lib. 1, cap. 6. 14.

Medicas artes. Ouid. 2. Metam. 61.

Pierijs artibus exercere arma: Bellicis rebus humanitatis ſtudia coniungere. Claud in Præf. Paneg. 3.

Extundere artes. Virg. 1. Georg. 27.

Facere arte. Virg 9. Aen. 63.

Inſtruere aliquem arte. Ouid. Epiſt. 15, 74.

Latere ars, dicitur: quum artificis opus non fictum, ſed ab ipſa natura expreſſum videtur. Ouid. 10. Metam. 50.

Latet ars, & deprehenditur. Ouid 2. de Arte amandi, 3
Si latet ars, prodeſt: affert depreñſa pudorem.

Ludere aliquem arte: Decipere. Ouid epiſt. 16, 29.

Tacita arte nocere dolis. Ouid. 1, Amorum, eleg 2, 2.

Omittere artem: Renunciare arti. Horat. 2. Serm. Saty. 5, 6.
Multa arte inſignem reddere aliquem. Virg 5. Aen. 140.

Artem reponere: Id eſt, vſum artis. Virg. 5, Aen 96,
Hic victor cæſtus, artemq; repono.
Vbi Seruius: Et arma depoſuit, & arti renunciauit.

Tendere ad artes aſſuetas. Ouid 1, de Remed amoris, 58.

Tradere artes alicui: Docere Ouid. Epiſt. 5, 29.

Artes valere. Quintilian in procœm. Illud tamen in primis teſtandum, nihil pręcepta atque artes valere, niſi adiuuante natura.

Vtendum artibus: Opus eſt arte ad hanc rem. Senec. in Hippol. 4. 14. Intelligit & artes magicas.

Vacare artibus ingenuis. Ouid 3. Faſt. 2.

Valere arte: Noſſe artem aliquam. Lucret. lib 4, 160.

Ars victa malo. Celſus lib. 5. cap. 26.

¶ Artifex. Quint lib. 2, cap. 14. 4, Artifex eſt qui percipit artem. Feſtus: Artifices dicti, quòd ſcientiam ſuam per artus exerceant: ſiue quòd apte opera inter ſe artent: qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt. Plin. libro 22, capite 24. 10.

O' artificem probum. Terent. Phorm. 2, 1, 29.

Artifex alicuius negotij. Sall. Bomilcar maturè regis mandata exſequitur, & per homines talis negotij artifices, itinera, greſſusq; eius poſtremò loca atque tempora cuncta explorat. Artifex ſuadendi: apud Quint. lib. 2, cap. 16, Artifex ſtatuarum: apud eundem, lib. 5 cap. 12.

Artifex monſtrorum. Plin. lib. 28, cap 1, 6.

Sceleris infandi artifex: Id eſt, autor ſceleris. Seneca in Agamem. 13. 7.

Morbi artifex: pro Medico Propert. 2, eleg. 1, 12.

Manus artificum. Virg 1, Aen 92.

¶ Artifex: Quod ante factum eſt, quaſi artificioſum dicas. Plin lib. 10, cap. 29, 9. Sed eæ tantæ, tamque artifices argutiæ, à xv. diebus paulatim deſinunt. Sic Artifex dimicatio. apud eundem lib. 8, cap. 40. Et apud Quint. lib. 9, cap. 4, Artifex motus.

¶ Artificium: Ars. & ſcientia ipſa arte aliquid faciendi.

Artificium & ſcientia. Cæſar, 7. bel. Gal. 19, Neque aciē viciſſe Romanos, ſed artificio quodam & ſcientia oppugnationis.



Artificium intimum. Quint. lib. 6, cap. 3, 28.

Artificium coquorum. Quint lib 2, cap. 15, 17.

Res opponitur artificio. Seneca Epiſt. 112. Talis eſt verus, & rebus, non artificijs philoſophus.

¶ Artificialis: arte factus. Quint. lib. 5, cap. 5, Alijs probationibus æquè inartificialibus ſoluitur.

¶ Artificialiter: Quint. lib 2, cap. 17, 27. Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe in artificialiter, alius artificialiter generat.

ARSENICVM.] Genus eſt coloris lutei. Plinio, libro 34, cap. 18. 12.

ARSEVERSE.] Auerte ignem, ſignificat. Tuſcorum enim lingua, Arſe, Auerte, Verſe, ignem conſtat appellari, Vnde Afranius ait: Inſcribat aliquis in oſtio, Arſeuerſi. Feſtus.

ARSINEVM.] Ornamentum capitis muliebris. Feſtus.

ARTERIA.] Plin. lib 11, cap. 37, 84, & 85, Vbi ſunt nerui, interiores conducunt membra, ſuperiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id eſt, ſpiritus ſemitæ. Gellius, lib. 18, cap. 10, Arteria, eſt conceptaculum ſpiritus naturalis, miſti, confuſiq; cum ſanguine: in quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis.

ARTICVLVS, ARTICVLATIM.] Vide ARTVS,

ARTIFEX, ARTIFICIVM.] Vide ARS.

ARTIO] pro arcto dixere veteres, teſte Nonio.

¶ Artitus: Bonis inſtructus artibus Feſtus Plaut. Rud. 1, Vbi ſæpe cauſam dixeris, pendens aduersùs octo artitos viros, valentes virgatores.

ARTOCOPVS.] Piſtor, Iuuen. Satyr. 5. 8,
— dextram cohibere memento,
Salua ſit artocopi reuerentia.

ARTOCREAS.] Cibus eſt pane & carne conſtans. Perſius Saty. 6, 6,
— oleum, artocreasque popello
Largior: an prohibes?

ARTOLAGANVS] Genus cibi à delicijs appellati. Fiebat aūt ex ſimila in oleo cocta in patella. Plin. l. 18, c. 11, 3 Athenæus ſcribit in artolagano poni parum vini cum pipere, lacte, & modico oleo aut adipe.

ARTOPIA.] Quidam dicunt vas eſſe, in quo panis componitur: alij, vas in quo farina ſubigitur: alij verò, mulierem panem conficientem. cui poſtremæ ſententiæ aſtipulari videtur. Plin. lib. 18. cap. 11. Plaut Aulul. 14 3.

¶ Artopticius. Panis artopticius, toſtus in artopta vaſe. Plin. lib. 18, cap 9, ?.

ARTRO] Vide ARO.

ARTVS] pluralis tantùm numeri. Plautus neutro genere protulit, Menæch 17. 94. Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque oſſa, atque artua Comminuam.

Feſtus: Artus ex Græco appellantur, quos illi arthra dicunt: ſiue artus dicti quod membra membris artentur. Virg. 5. Aen. Et magni membrorum artus.

Artus frigidus Tacitus lib. 13, Ea figura, qua Albus dentes dicimus.

Adulti artus: Id eſt, ætate iam robuſtiores. Stat. 3. Syl. 4. 18.

Collapſi. Ouid. 10. Metam. 38 Exanimes, Ouid. 2. Meta. 68.

Extinctos ferrum demittere in artus. Ouidius. 4. de Ponto, eleg 16. 11.

Gelidi. Ouid. 4 Metam. 50.

Graciles. Ouid. 2. Amor eleg. 10. 5.

Infirmi. Lucret lib, 1, 2. Laceri. Ouid. 9 Metam. 34.

Putres Stat. 12. Theb. 28.

Semianimes Ouid. 14. Metam. 42.

Semineces. Ouid. 1. Metam. 46.

Spirantes. Luc lib. 3. 146. Tumidi Lucret. lib 3. 145.

Sitis miſeros adduxerat artus. Virg 3, Georg. 95. Id eſt, contraxerat.

Sopor feſſos complectitur artus. Virg. 2, Aen. 51.

Sanguine defecti artus. Ouid. 5. Metam 20.

Dilacerare artus ſuos. Seneca in Herc. Oeth 7. 17.

Denudare artus: Pellem detrahere, Seneca in Thyeſte, 8, 23.

Miſeros depaſcitur artus Virg 2, Aen 43.

Eneruare artus. Ouid. 4. Metam 58.

Mortales exſuit artus. Ouid. 9. Metamorph. 54. de Herculis apotheoſi.

Fraudare artus anima: E' vita auferre aliquem. Ouidius, Metam. 50.

Feſſos ſopor irrigat artus. Virg. 1, Aeneid. 102.

Inualidos laſſare artus Ouid Epiſt. 20. 49.

Tepidos nudare artus. Sil. lib. 15, 148.

Macies obduxit artus Ouid. Epiſt. 11. 6.

Attonitos tremor occupat artus. Ouid. 3. Metam 8.

Anhelitus quatit artus. Virg. 5, Aen. 40.

In artus redire natando, dicuntur corpora luxata. Plin. libr. 31. cap. 6, Id eſt, in ſuas iuncturas.

Spiritus regit artus Virg 4. Aen.68.
Remittere artus, dicitur corpus. Seneca in Thyeſte, 83.
Remollire artus: Imbecilliores reddere. Ouid. 4. Metam. 58.
Nexos artus reſoluere. Virg. 4. Aen. 139.
Seducere artus ab anima. Virg. 4. Aen. 78.
Suffulcire artus. Lucret lib. 4, 192.
Titubantes ſuſtinere artus. Ouid. 4. Metam. 6.
Torrentur febribus artus. Ouid. Epiſt. 20. 34.
Tremit artus: pro, Artubus tremit, Seru. in illud Virgilij 3, Georg. 17,
Stare loco neſcit, micat auribus, & tremit artus.

¶ Articulus. Minores partes, per diminutionem articulos vocamus: quales ſunt digitorum. Plin. articulis membra diſtinxit, lib. 11, cap 37.
Molli articulo aliquem excipere. Quint. lib. 2, cap. 13.
Articuli ſegetum. Plin. lib. 18, cap. 17, Si in articulum ſeges ire cœperit.
Articuli Sarmentorum. Columel. lib. 2, cap 12.
Articuli montium. Plin. lib. 37, cap. 13. 4.
¶ Articulus, *pro momento, & tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue puncto* Terent. Adelph. 2, 2, 21,
— ô ſcelera, illuc vide
Vt in ipſo articulo oppreſſit. Plaut. Menæch. 4. 29,
— commoditatis omnes articulos ſcio,
¶ Articularis: ad articulum pertinens. Articularis morbus. Plin lib. 21, cap. 21, 5.
¶ Articularius: idem. Articularius morbus. Plin. lib. 21. cap. 20. 12, Idem lib. 20. cap. 9. 3.
Articularius, ſubſtantiuè: Qui articulari morbo laborat. Plaut. Merc. 19. 17, Nec podagricus, nec articularius eſt, quem ius ducunt pedes.
¶ Articulatim: Per ſingulos articulos.
Articulatim & diſtinctè dicere Lucret lib. 4. 113.
¶ Articulatio. Plin. lib. 6, ca. 25. 7. de germinatione & partu arborum loquens: Clareq; & tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio. Id eſt, quum excreſcunt veluti per nodos.
Articulatio: *Morbus vitium* Plin. lib. 17. cap. 24. 10, Vitibus præter vermiculationem & ſyderationem morbus peculiaris, articulatio.
¶ Articuloſus: Plenus articulis Plin. lib. 24, cap. 16, 7.
Articuloſa partitio Quint lib. 4, cap 5. Hoc eſt, quę nimium multis diſtinctionibus ſeparata eſt, & breuiores habet periodos.
¶ Artuatus: Per artus diſcerptus & laceratus. Firmicus lib. 6. cap. 31, Intra matris viſcera impedito partu, laniatum pecus miſeris lacerationibus diſſipatur: vt ſic artuatis viſceris partibus, membra omnia crudelis artificij præſidio proferantur.
¶ Artuatim: Per ſingulos artus. Firmicus lib. 7, cap. 1, Pecus intra viſcera matris artuatim conciſum à medicis profertur.
ARVIGES.] hoſtiæ (vt ait Varro) dicebantur, quæ cornua habebant, & quorum exta coquebantur.
ARVINA.] Durum pingue inter cutem & viſcus, ſecũdùm Suetonium in libro de Vitijs corporalibus. Virg. 7. Aen.
— & ſpicula lucida tergent
Aruina pingui.
ARVNCVS.] Villus mento caprarum dependens. Plin. lib. 8, cap. 50.
ARVNDO.] Aquaticus frutex. Liu 7, bel. Pun. 12, Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta.
Arundinem, & calamum, pro eodem accipit. Plinius, lib. 10 cap. 37.
Arundinem, à canna ſeparat Ouid. lib. 8, Metam. 68.
Fluuialis arundo. Virg. 2. Georg. 83.
Glauca. Virg 10, Aen. 41.
Procera. Ouid. 13 Metam. 189.
Viua. Ouid. 13. Metam. 189.
Tenera, Virg. eclog. 7. 3.
Surgit arundo: pro Creſcit. Ouid. 13. Metam. 189.
¶ Arundo, *pro ſagitta.* Virg. lib. 7, Aen. 190. Quia ex arundine fiebant tela. Et lib. 5. 108, Volucris arundo.
Diſtrinxit arundine Pectus. Ouid. 10. Metamorph. 104. de Cupidine.
¶ Arundo, *pro pertica, qua ſolent pueri exerceri.* Horat. 2. Serm. Saty. 3, 50.
Ludere par impar, equitare in arundine longa.
Arundine captare piſces: id eſt, linea. Tibul. lib. 2, eleg 7, 5.
Tremula arundine piſces captare. Ouid. 2, de Arte aman. 16.
Tenui meditabor arundine Muſam: id eſt, carmen ruſticum humili ſtylo ſcribam, Virg. 6. eclog. 2.
In æquali modulatur arundine carmen. Ouid. 1, de Remed. amor. 37. Id eſt, inæqualibus arundinibus.
Cerata modulatur arundine carmen. Ouid. 11. Metamor. 13. Id eſt, arundinibus cera compactis.
¶ Arundineus: Qui eſt ex arundine. Plin. lib. 10. cap. 29, 8, Addita in tranſuerſas labias fronde arundinea Virg. 4. Georg. 53, Arundinei canales.
¶ Arundinaceus: Similis arundini. Plin. lib. 18. cap. 7, 9, Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.
¶ Arundinetum: Locus conſitus arundinibus. Plin. lib. 10, cap. 32, 1, Minores halcyones in arundinetis canunt. Cato cap. 6. 3, Ibi cacumina populorum ſerito, & arundinetum.
¶ Arundinoſus: arundinibus abundans. Catullus, 34, 3,
Quæq; Antona, Cnidumq; arundinoſam Colis.
¶ Arundifer: Arundines ferens. Ouid. 5, Faſt. 127.
ARVO.] Vide ARVVM.
ARVSPEX.] Vide HARVSPEX. Vnde Aruſpicium, Plin. lib. 7, cap. 56, 12.
ARVVM, vel ARVVS] Feſtus: Aruum dicimus, agrum necdum ſatum. Varro 1, de Re ruſt. ca. 29, 1. Aruum, quod aratum, nec ſatum eſt. Plaut. Trucul. 4, 44, Col. lib. 2, cap. 9.
Cultus aruorum. Virg 4, Georg. 112.
Ingenia aruorum: Natura. Virg. 2. Georg. 36.
Amicius aruum: Benignius. Ouid. 15. Metam. 89.
Arida arua: Infrugifera. Ouid 14, Metam. 102.
Attonſa. Lucan. lib. 6, 17. Id eſt, demeſſa.
Decliue aruum: In montis decliuitate ſitum. Horat. 3. Car. ode 29, 2.
Dumoſa arua: Dumis obſita. Lucan. lib. 6, 3.
Fallacia: Quòd ſpem agricolæ fallant, & plus in herba polliceantur, quàm præſtent in meſſe. Ouid. 1. de Arte, 81.
Florentia Ouid. 2. Metam 78.
Hiulca ſiti: Fiſſa nimia ſiccitate. Virg. 2, Georg. 71.
Læta: Probè culta & florentia. Virg. 6. Aen. 149.
Odorifera Arabum arua. Stat. 1, Sylu. 4, 21.
Oliuifera: Quæ oliuam ferunt. Oui Faſt. 31.
Operoſa: Quod multum operis & laboris exigunt. Ouid. 1. de Arte amandi, 80.
Optima pingui ſolo. Virg. 2, Georg. 53. Id eſt, arua pinguia, optima.
Pingue aruum. Horat. 3. Carm. Ode 4, 3. Virg 5, eclog. 7.
Arua vaſta. Seneca in Herc. furente, 6, 6.
Vitifera. Silius lib. 7, 42.
Credenda Ceres aruis. Ouid. 1. de Arte amandi, 81.
Nec ſemper credenda Ceres fallacibus aruis.
Per Cererem ſemina intelligenda arbitror.
Diducta arua iugis. Silius lib 1, 40.
Laxant arua ſinus Zephyrique tepentibus auris. Virgil. 2. Georg. 67. Id eſt, Vere aduentante reſoluuntur, quæ hyeme concreta frigoribus rigebant.
Imperare aruis. Eſt ita arua colere, vt fruges ferant, quantas ipſe deſiderat agricola. Virg. 1. Georg. 20,
Exercetque frequens tellurem, atq; imperat aruis.
Flauis aruis meſſorem inducere: id eſt, maturis. Virgilius 1, Georg. 64.
Inſequi arua iacto ſemine. Virg 1 Georg. 21,
Quid dicam, iacto qui ſemine cominus arua
Inſequitur?
Inſequitur: proſequitur, & non finit quieſcere. Seruius.
Iuuare arua: Prodeſſe aruis. Virg. 1. Georg. 19.
Parere arua colono dicuntur: quum laboribus fructum exhibent. Virg. 1. Aen. 1.
Aruo aliquem paſcere: id eſt, frumento, & ijs quæ in aruo naſcuntur. Horat. 1. Epiſt. 17, 1.
Marte populata arua: Vaſtata bellorum tumultibus. Hora. 3, Carm. 5.
Aliena arua iugo premere: Arare alienos agros. Vergil 10, Aeneid, 15.
Florentia proterit arua, exuritq; herbas, Ouid. 2, Metam. 159. de Inuidia.
Eurus arua radit imbribus. Horat. Epod. 16, 12.
Renouare aruum. Ouid. 15, Metam. 25.
Mutatis requieſcunt fœtibus arua. Virg. 1, Georg. 171.
Ab aruis arua reuellere. Ouid. 6. Metam. 118.
Lato ſpatiari aruo. Ouid. 4 Metam. 18.
Squalent abductis arua colonis: quia nemo colit ea. Virg. 1, Georg. 101.
Subigere arua: Colere. Virg 1. Georg. 25.
Vrit arua Sol. Ouid. 6. Metam. 68.
ARX.] Dicta eſt autore Varrone, lib. 5. de Ling. Lat. ab arcendo: quòd is ſit locus munitiſſimus vrbis, à quo facillimè poſſit arceri hoſtis. Aſconius: Arx, eſt editus in ciuitate, & munitus ad ſalutem omniũ locus. Vir. 2 Aen. 65.
Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem?
Seruius: Arx eſt in ciuitate munitus locus: ab arcano, id eſt ſecreto, dicta.
Arx, vt ait Aſconius, interdum ſedes tyranni, id eſt regis, dicitur. Virg. 4, Aen. 82.

 Proſpi-

Proſpicere arce ex ſumma. Vbi Seruius: Regum enim fuit, habitare in arcibus, propter tutelam. Plin. lib.4. cap 11,9. Intus Byzia, arx regum Thraciæ.
Aeriæ arces: Altiſſimæ. Virg.3, Aen.53.
Celſa arx. Virg.1, Aen.12.
Edita, Alta. Seneca in Octau.7,1.
Feſtæ Palladis arces: id eſt, templa. Ouid.2, Metam.143.
Laceræ. Ouid.11. Metam.102.
Igneas arces cœlum vocat. Horat.3. Carm.3,2.
Inuictiſſima arx Capitolij. Tacit. lib.19.
Potens opibus. Seneca in Troade,6,14.
Præcipites arces: Altæ & in præcipitio velut poſitæ. Lucan.3,17.
Prærupta arx. Senec. Agam.6.35.
Præluſtris. Ouid.3. Triſt. eleg 4.2.
Sacræ arces: Templa. Horat.1, Carm.2,1.
Summa arx. Virg.2, Aen.54.
Superbę arces. Horat. Epod.3.2.
Tuta arx. Virg.10. Aeneid.159.
Attollere arcem tectis. Virg.3, Aen.27. Id eſt, domos ædificare. Seruius.
Concutere arces Ouid.11. Metam.102.
Condere. Virg ecclog.2.13.
Conſtructæ arces. Silius, lib.8,29.
Erigere arces. Stat.3, Sylu.1,4.
Euertere. Silius, lib.17,76.
Fugere in arcem. Cic. de Senect.10.
Fundere arces. Virg 4, Aen 52.
Impoſitæ montibus arces. Horat.2, Epiſt.1,51.
Moliri arcem: id eſt, factis mollibus extollere. Virg.1, Aen. 86 Seruius.
Subruere arces Ouid.3. Triſt. eleg.11,5.
Tradere arcem. Tacit. lib, 19.

A S.

As, vel Assis.] Varro lib.1, de Lingua Latina, aſſem ab ære dictum eſſe putat.
As, libralis nummus erat. Plin. lib 21. cap.3, de Scipione, cognomento Serapione, loquens: Nec ei fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocauit. Sueton. in Auguſto, cap.91, Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum aſſes porrigentibus præbens.
In aſſem: pro, In ſumma, apud Columellam.
As, etiam pro integra quacunq; re accipitur. Veteres enim, volentes aliquid diuidere in partes æquales, id aſſem appellauerunt, & partes vncias.
Iuſtinianus de hæredibus inſtituendis, lib.2, Hæreditas plerunq; diuiditur in XII vncias, quæ aſſis appellatione continentur.
In triuijs fixum quum ſe dimittat ob aſſem. Horat.1. Epiſtol.17,13.
Licere precio vnius aſſis. Horat.1, Serm.6,3.
Ad aſſem omnia perdere. Horat.2, Epiſt 2,6.
Redigere ad aſſem. Horat.1. Serm. Sat.1,9.
Venditare aſſe. Catul.31.2.
Asarvm.] herba, de qua. Plin. libr.12, cap.13, Nardi vim habet & aſarum, quod & ipſum aliqui ſylueſtre nardum appellant.
Asbestinmm.] genus eſt lini, quod ignibus aon abſumitur. Plin. lib 19, cap.1,12.
Asbestos.] Gemma, quæ in arcadiæ montibus naſcitur, coloris ferrei. Plin. lib.37, cap 10.
Ascavlae.] Tibicines, quorum armamentum muſicum imitatur vtriculum. Meminit Vopiſcus in Carino.
Ascendo.] ad aliquid ſcando.
Aſcendere iugum. Cæſar 1. bel. Gal. 85.
Equum. Liu.3, bel. Pun.58. Sueton in Cæſare.
In equum. Liu.10. bel. Pun.84.
Nauem. Terent. Adelph 4,5,70, In nauem. Hirtius de bello Alexandrino,28.
In ærarium. Liu.9 bel. Pun.189. In Capitolium. Plin. lib.29 cap.3,17.
Veſtram aſcendiſſet in vrbem. Virg.2, Aen.39.
Scalis muros aſcendere. Virg.9. Aen.105.
In Roſtra. Liu.10. bel. Pun.202.
Altiſſimum gradum. Plin. Epiſt.2. lib.3.
¶ Aſcenſurus. Tibullus 4, eleg.4,3, Quinetiam Alcides deus aſcenſurus Olympum.
¶ Aſcenſus. Ipſe aſcendendi actus. Cæſar 5, bel. Gal.122, Nouiſſimosq; premere, & primos prohibere aſcenſu.
Aſcenſu ſuperare faſtigia. Virg.2, Aen 59.
Asceteria.] vocātur monaſteria in Codice Iuſtiniani: à verbo ἀσκῶ, quod eſt, mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.
Ascia.] Inſtrumentum fabrorum, quo ligna dolantur. Plinius, libro 16. cap.40, Molliſſima tilia, eadem viderur & calidiſſima: argumentum afferunt, quòd citiſſimè aſcias retundat.



¶ Aſcio. Vitruu. lib.7, cap.2, Sumatur aſcia: & quemadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſcietur.
Ascisco.] Eſt, remotum aliquid, quaſi ſcite vocatum, capio. Valla libro 5, Feſtus: Aſciſcere, adiungere, & aſſumere.
Aſciui, *præteritum.* Virg.12, Aen.124.
Aſciſcere ſibi nomen regium, Liu.3, bel. Maced.20.
Socios. Cæſ. Receptos ad ſe ſocios ſibi aſciſcunt.
Ritus. Liu.1, ab Vrbe, 84.
Generum. Virg.12. Aen.124.
Aſciſci in ciuitatem: donari ciuitate. Liu.6. ab Vrbe, 167.
¶ Aſcitus: participium Ouid.4 de Ponto, eleg.9,26.
Aſcitum cognomen. Silius lib.1,31.
Natiuus & Aſcitus: contraria. Cornelius Nepos in vita Attici: Tanta erat ſuauitas ſermonis Latini, vt appareret in eo natiuum quendam lepôrem eſſe: non aſcitum.
¶ Aſcitus, *pro longè accerſito.* Ouid.6. Faſt.35,
Nec petit aſcitas luxurioſa dapes.
¶ Aſcitius: apud Plaut. & Ouid.6, Faſtorum. Id eſt. Adiectitius.
Ascopera.] dicitur marſupium, aut ſacculus pelliceus. Sueton. in Claudio Nerone, ca.45, Alterius collo & aſcopera deligata, ſimulq; titulus, Ego quid potui? ſed tu culeum meruiſti.
Ascribo.] adiungo, vel etiam addo ſiue ſcripto, & quouis modo. Plin. lib.13. cap.22,3, Et ferulam inter externas dixiſſe cōueniet, arborumq; generi aſcripſiſſe noſtram ſententiam.
Aſcribi numinibus: pro accenſeri & annumerari. Plin. libro 2, cap 7,5, Horat.1. Epiſt.20.1.
Aſcribi facto: pro adiungi. Plin epiſt. 190.
¶ Aſcriptiuus: Idem quod aſcriptitius. Plaut. Menæch. Idem iſtuc alijs aſcriptiuis ad legionem ſolet.
Asinvs.] Varro 2, de Re ruſt. cap.8,1, Ex equa & aſino fit mulus. Contrà, ex equo & aſina, hinnus.
Ab aſinis ad boues tranſcēdere: prouerbium, pro eo quod eſt, ex humiliore conditione ad ditiorum partes tranſire. Plaut. Aul.7,58.
Aſini, *pro ſtupidis & ſtolidis hominibus.* Plaut. Pſeud.4,4.
¶ Aſellus: diminutiuum. Mart. lib.6,39. Plin. lib.17 cap.5, Campum nullis, quum ſiccus eſt, arabilem tauris: poſt imbres vili aſello,
Auritus aſellus. Ouid.2, Amor. eleg.7,3.
Miſerandæ ſortis aſellas, Ouid.2. Amor. eleg.7,3.
Lentè gradiens aſellus. Ouid.11, Metam.36. de Mida.
Pandus: id eſt, curuus Ouid.4. Metam.6. de Sileno.
Rudens. Ouid.1. Faſtorum, 87.
Tardus Virg.1, Georg.55.
Agitator aſelli: id eſt, agaſo Idem Ibidem,
Demitto auriculas, vt iniquę mentis aſellus,
Quum grauius dorſo ſubijt onus, Hor.1. Ser. Sat.9,4.
Fabulam narrare ſurdo aſſello: prouerb. Hor. epiſt.2,40.
¶ Aſellus, *piſcis: aiellus, quod ſit colore cinericio, quemadmodum & aſini.* Plin lib 9, cap.17,2.
Aſelli: *Stellæ duæ in ſigno Cancri* Plin. lib.18, cap.35,11.
¶ Aſinarius: pertinens ad aſinum. Mola Aſinaria. quam circumagit aſinus. Et Plauti Aſinaria, dicta eſt comœdia, quòd de aſinorum venditione tractet.
Aſinarius: qui paſcit vel ducit aſinos, Cato cap.10,1, Operarios quinq; bubulcos tres, ſubulcum vnum, aſinarium vnum Sueton in Auguſto, cap.96.
¶ Aſinius: qui eſt aſini. Aſininus pullus. Varro 2. de Re ruſt. cap.8,2. Oſſa aſinina. Plin. lib.16. cap.36.13. Aſinina pruna. Idem lib.15, cap.13,1.
Asio.] Auis eſt ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib.10, cap.23.
Asparagvs.] Herba dicta, vt ait Feſtus, quòd in aſpero virgulto naſcatur. Varro, 4. de Lingua Lat. Aſparagi, quòd ex aſperis virgultis leguntur: ipſi ſcapi aſperi ſunt, non læues Martial lib.13,21,
Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauenna,
Non erit incultis gratior aſparagis.
Aspargo] Vitium ex pluuia, vndáve contractum. Calliſt. in l.4.§.2. D. ad l. Rhod. de iact.
Aspectabilis, Aspecto, Aspectvs] Vide Aspicio.
Aspello.] pello à me Plaut. Capt.10,4, Neq; exilium exitio eſt neq; adeò ſpes, quæ mihi hunc aſpellat.
Aspendios.] Vuæ genus, damnatum aris, quod nec ab vlla alite etiam attingitur: author eſt Plin. lib.14, cap.18.
Asper.] Propriè vocamus aſperum, quod vel viſu, vel guſtu, vel tactu, aut alio ſenſu inſuaue eſt, vt ait Sipontinus. Hinc aſperam arteriam vocat Plinius, atq; adeò medici omnes, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum ſemicirculorum aſperitatem.

Aſpera

Aſpera ſignis pocula : pro,ſculpta, anaglypha.Virg.5, Aen. 53. Seruius.

Nummus aſper, recenter cuſus & ſignatus. Suetonius in Nerone. Perſius,Satyra 3,

— quid aſper
Vtile nummus habet?

Maris aſpera.Tacit.lib.4.

Aſper ſiti : ſiticuloſus, admodum ſitiens, & nimia ſitios aſperum habens. Virg.3.Georg 85.

Aequore quouis aſperior.Ouid.3.Faſtorum,46.

Aſperrimo hyemis Ticinum vſque progreſſum. Tacit lib.3.

Aſper : *iniquus*.Virg.1.Aen.57.Quin aſpero Iuno.Seruius.

Aſper: *aſpernator, faſtidioſus,ingratus*.Virg.8,Aen.73,

— rebusq; veni non aſper egenis.

Monitoribus aſper.Horat.in Arte,33.

Promptum ad aſperiora ingenium Druſo erat. Tacit lib.1.

Aſper animus. Liu.9. bel. Maced. 170, Aſperi proculdubio animi,& linguæ acerbæ.& immodicè liberæ fuit.

Bella aſpera.Horat.2 Epiſt.1.2.

Cornu aſpera bos : quæ cornibus ferire ſolet. Virgilius 3, Georg 11.

Cœna aſpera. Plautus Caſina : Redibo huc ad ſenem,ad cœnam aſperam.

Horret capillis aſperis Horat Epod.5,6.

Crabro aſper.Virg.4,Georg.49.

Facetiæ aſperæ.Tacit lib.15. Ille ferociam amici metuit,ſæpè aſperis facetijs illuſus.

Gens cultu aſpera.Virg.5,Aen.145.

Læuare cultu aſpera Horat.2,Epiſt.2.25. id eſt, læuigare.

Glacies aſpera.Virg.10 eclog.10.

Aſpera creſcit hyems,Ouid 11.Metam.99.

Iugum aſperum.Cæſar,2 bel.Ciuil.101.

Lapis aſper.Ouid. 3.de Arte,45.

Leo.Horat.3.Carm.2,2.

Lingua aſpera.Virg.1.Georg.100,

Et obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
Aſpera,nimia ſiccitate. Seruius.

Litera aſpera.Ouid.5.Faſt.96.

Aſpera loca.Cæſar.3 bel,Ciuil.169.

Lupus dulcedine ſanguinis aſper.Ouid.11.Metam.81.

Odia aſpera.Virg.2.Aen.20 2.

Pelles aſperæ.Horat.2.Carm 20.

Pugna aſpera.Virg.12,Aen,25.

Rubus aſper.Virg.3.eclog.18.

Sapor.Virg.4.Georg 26.

Saporis aſperrimi frutex. Plin. lib.12.cap.12,1. & libro 14, capite 2,2.

Aſpera ſaxa.Ouid.6.Metam.16.

Secula.Virg.1.Aen.59.

Sentes aſperi.Virg.2.Aen.76.

Studijs aſperioribus formare mentem. Horat 3, Carm. Ode 24 11.

Sylua aſpera.Virg.1.Georg.31,

— intereunt ſegetes,ſubit aſpera ſylua.

Aſpera tractatu terra.Plin.lib.17,cap.7,2.

Piper aſperum Plin. libr.12,cap.7,2.

Verba aſpera.Ouid.2,de Ponto,eleg.6,2.

Nubila Lucret.lib 6,27.

Aſper victus.Plaut.Capt 4,85.

Studijs belli aſperrima vrbs.Virg.1,Aen.4.

Vinum aſperum.Terent Heaut.3,1,48.

Virtus aſpera.Silius,lib 7.11.

¶ Aſpri,pro Aſperi : Synæreſis vſitata apud poetas. Virg.2, Aeneid 76.

¶ Aſperitas.

Aſperitas aceti.Plin.lib.9.cap.35,17.

Loci iniqua aſperitas.Ouid.4.de Ponto,eleg.4,5.

Aſperitas animi.Plin. li.22.ca.25,5,de aſperitate meatuum ſpiritus ſeu vocis : Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ,dulciore ſucco mitigatur.

Verborum.Ouid.14,Metamorph.105, Orationis.Liuius,2. ab Vrbe,263,

Viarum.Liu.lib.8.bel Pun.3.

Vocis.Lucret.lib 4.122.

Aſperitatis & inuidiæ corrector.Horat.2 Epiſt.2,26.

Aſperitas agreſtis,& inconcinna.Horat.1,Epiſt.19.2.

¶ Aſperè : durè & inſolenter.

Acceptum aſperè.Tacitus,lib.3.

¶ Aſpero : aſperum facio. Colum. lib.8. cap.3.5, Aſcenſus deinde auibus ad tabulata per vtranq; cellam datur, iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur,ne ſint aduolantibus lubrici.

Aſperatæ alopeciæ.Plin.lib 29.cap.6,1.

Aſperantur muſcæ.Varro de Re ruſt lib,3,cap.16,16.

Aſperare vndas,dicuntur Aquilones,Virg lib 3,Aen.57.

Præceps diſcordia fratres aſperat.Stat.1.Thebaid,27



Aſperare crimina.Tacit.lib.2, Ita moderans, ne lenire, néve aſperare crimina videretur.

Iram.Tacit. lib.18.

Sagittas oſſibus aſperare : id eſt,cuſpidare. Tacitus in libro de Germanis.

Saxo aſperare pugionem.Tacit,lib.15.

¶ Aſpredo : id eſt,aſperitas.Celſus,lib.5, cap.27. Interdum ſimile his,quæ vocant Græci [illegible],aſpredine quadam & magnitudine ſua De carcinomate loquitur.

¶ Aſpritudo : identidem legitur apud Celſum,vt lib.7, cap. 23,Linguæ aſpritudo.& cap 26,Calculi aſpritudo. Et lib. 6.cap.6, de imbecillitate oculorum : Licet tamen etiam iiſdem medicamentis non inutiliter vti,quę vel cicatrices, vel aſpritudinem extenuant.

¶ Aſpretum : locus aſper & abruptus.Liu.5. bel. Macedon. 105,Tabernacula ſtatuere in aſpretis & in æquabili ſolo, difficile erat.

Aspergo.] aliquantum madefacio. Propert. libro 1, eleg.11,10.

Nonnihil aſperſis gaudet amor lacrymis.

Aſpergere aquam dicitur,qui dicto quopiam reddiderit animum,ac metum ademerit. Aſperſiſti aquam,iam redijt animus.

Aſpergere ſalem carnibus. Plin.lib.8, cap.38. Et, Aſpergere ſale carnes Idem,lib.15.cap.6.1.

Aſperſit ſemina artis.Plin.lib.30,cap.1,8.

¶ Aſpergo : ipſe aſpergendi actus. Plin. lib.36, cap. 22, 10, Aſpergine & gelu pruinisq; rumpuntur in teſtas.Ouid.3. Metam.117.de Delphinis.

Aſpergines parietum,guttæ illæ aquarum, quę ex humiditate parietum ſolent decidere.Plin.lib 22,cap.21,12.Virg. 3,Aen.107,Salſa ſpumant aſpergine cautes.

¶ Aſperſus : Participium.Aſperſus oculis liquor. Plin.lib.12, cap.8,2 & Horat.1 epiſt.11.3,Aſperſus luto.

¶ Aſperſus : Verbale.Plin.lib.11,cap.53.3, Quæ inſecta appellauimus,omnia olei aſperſu necantur.

Aspernor.] Eſt auerto, non ſolùm corpore,ſed etiam animo : item,recuſo,non agnoſco. Terent. Phorm.2,3,24, Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. Virgil.1,Georgicor 46,

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

¶ Aſpernabilis.Gell. Nonnunquam apud me ipſum ſoleo res eiuſmodi paruas quidem minutasque, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles.

¶ Aſpernatus : participium.Virg.3,Georg.78,

In nemora alta vocans,nec tu aſpernata vocantem.

Aspervgo ]Herba eſt,Lappaginis ſpecies.Plin.libro 26, capite 10,

Asphodelvs.] herba,de qua.Plin.lib.21,cap.17.5.

Aspicio ] Ex Ad,& Specio,antiquo verbo,compóſitum: ſignificat Intueri, ad aliquid oculos intendere. Ouid.6. Metamorph.121,Corpus vt aſpexit,lacrymis;&c. Terent. And. 1,1 91,

— interea inter mulieres
Quæ ibi aderant,fortè vnam aſpicio adoleſcentulam.

Molli vultu aſpicere.Ouid.10,Met.121.

Me huc aſpice.Plaut.Amph.8,117.

Ad faciem eorum quum aſpicies,haud videntur mali.Plautus Pſeud 4,8.

*Aſpicere è*.Plin lib.17 cap.4,1.Ouid.2,Met.22.

Tum verò Phaeton cunctis è partibus orbem Aſpicit.

Seneca in Herc fur.8 2,Ex alto aſpicit.

*Aſpicere in*. Plinius libro 11. cap.37.27, Cancri in obliquum aſpiciunt.

Aſpicere aliquem : *pro Iuuare*. Virg.2.Aen.

Iuppiter omnipotens,precibus ſi flecteris vllis,
Aſpice nos. Vbi Seruius : Aſpice nos,quia intuentes dij adiuuant.

¶ Aſpicitur. Ouid.6. Faſt.6,

Si genus aſpicitur,Saturnum prima parentem
Feci,Saturni ſors ego prima fui. Et Sil.lib.3,241
Sin ſolo aſpicimur ſexu, &c.

¶ Aſpiciendus.Ouid 6,Faſt 51,

Tu dea non fueras aſpicienda viro.

¶ Aſpectu : ſupinum paſſiuum.Virg.6,Aen,93,

Teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

¶ Aſpectus : *intuitus*,

Aſpectus mitis.Silius.lib.8,112.

Rancidus Plin.lib.22 cap.25,

Scaber Plin lib.12,cap 25.

Exſuere rei alicuius aſpectum.Tacit lib.16.

Fugere aſpectum alicuius.Seneca in Hippol.5,29.

Grauari aſpectum. Tacit. lib. 3. Sanè grauaretur aſpectum ciuium ſenex Imperator.

Obmutuit aſpectu. Virg.4,Aen.56.

In Aſpectu veſci.Tacit,lib,13.

¶ Aſpectus:

¶ Aſpectus: *Pulchritudo.* Virg. 1. Aen. 124,
　Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido,
　Caſu deinde viri tanto.

Aſpectus morum. Plin lib. 11. c. 52, Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus. hoc eſt, iudicium de hominis moribus ex ipſius aſpectu.

¶ Aſpecto: Frequentatiuum. Terent. Eunuch. 3, 5. 12,
　— quid me aſpectas? quid taces? Plaut. Epid. 13, 16,
　Omni exſuta æqualitate iuſſa principis aſpectare. Tacitus, lib. 1.

Aſpectare aliquid: de inanimis dicitur, pro, Ex aduerſo poſitum eſſe. Virg. 1, Aen 85.

Aſpectari: paſſiuum Lucr. lib. 3, 16,
　— illum eſſe potentem,
　Illum aſpectari claro qui incedit honore.

¶ Aſpectans. Stat. 3, Theb. 17. Virg. 3, Georg. 45. Stabula aſpectans.

Aspiro.] Eſt afflo. Virg. 7. Aen. 2,
Aſpirant auræ in noctem. Idem 1. Aen. 140.

Leniùs aſpirans aura ſecunda venit Catul. Mallium. 63. 13.

Aſpirare ad. Varro. de Re ruſt. Ad quæ granaria, nulla aura humida propinquis locis aſpiret.

Aſpirare vocem Quint. lib. 1. cap. 6.

¶ Aſpirare: *Accedere.* Colum. lib. 8. cap. 14, 9, Ne coluber, ne vipera, feliſque, aut etiam muſtela, poſſit aſpirare.

Aſpirat equis: pro, Ad equos. Virg. lib. 12. Aen. 71,
　— nec equis aſpirat Achillis.

Aſpirare rei deos dicimus, pro auxilium aliquod præbere. Virg. 2. Aen. 77, Aſpirat primo fortuna labori. Valla in Rauden. Idem 9. Aen. 108.
　Vos, ô Calliope, precor aſpirate canenti.

Aſpirat felicitas alicui Curtius.

¶ Aſpirare: *Inſpirare, vel impertire.* Metaphora ab aromatibus, à quibus odorem aſpiramus. Quint. in pręf. lib. 4, Vt, quantum nobis exſpectationis adiecit, tantum ingenij aſpiret, dexterque ac volens adſit.

Aſpiratio: Actus ipſe aſpirandi, hoc eſt, inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. Quint. lib. 1. cap. 6, Quin & Fordeum, & Fœdus, pro aſpiratione dicebant.

Aspis.] Serpens eſt paruus venenoſiſſimus: cuius naturam deſcribit Plinius, lib. 29. cap. 4.

Asplenvm.] Herba, de qua Plin. lib. 27, cap. 5, 2.

Asporto.] Aliò porto. Terent. Phorm. 3, 3, 18, Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi.

Aſportare ad aliquem. Liu. 4. bel. Pun. 119. Et aſportari Alexandriam iuberent, ad virum vxorem, ad patrem filias.

Aſportare in. Liu. 7. bel. Pun. 175. In Macedoniam aſportata fuerat.

Aspredo, Aspretvm, Aspritvdo.] Vide Asper.

Assa.] inquit Feſtus, dicebatur cantus tibiarum. Nonius: Aſſa voce, ſola voce linguæ tantummodò, aut vocis humanæ, non admiſtis alijs vocibus, eſſe voluerunt. Varro de Vita Pop. Romani, lib. 2. In conuiuijs pueri modeſti, vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & aſſa voce, & cum tibicine. Idem Cato, vel De liberis educandis: Melos alterum in cantibus eſt bipartitum: vnum quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicon. Aſſum autem exiſtimandum eſt, vt in obſonijs, ſinè pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum. Hactenus Nonius. Aſconius in Diuinationem Ciceronis, Cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem Id eſt, ore prolatam.

Aſſa: *Nutrix antiquis.* Nonius: Aſſas nutrices difficilis multi exiſtimant intellectus At verò acri intentione potuimus indagare, ob eam proprietatem officij eo nomine nuncupari, quòd aſſint ijs quos nutriant, nec vel exiguò diuellantur.

Assamenta.] Tabulæ ſunt ſectiles, quæ Axes ſiue Aſſes alias dicuntur. Plin lib. 16. cap. 4, Rigorem fortiſſimè ſeruat vlmus, ob id cardinibus aſſamentiſq; portarum vtiliſſima, quoniam minime torquetur.

Assaratvm.] apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis, ex vino & ſanguine temperatum: quòd Latini priſci, ſanguinem, Aſſir vocabant. Feſtus.

Assarivs.] Vide Asso.

Assecla.] Seruus: ſic dictus, (vt ait Nonius) quòd aſſit, & omnibus iuſſis dominorum præſtò ſit.

Aſſeclæ patritiorum. Liu. lib. 3.

Assector.] Vide Assequor.

Assentio & Assentior.] ſignificat Conſentio. Plaut. Rud. 23. 36, Marę quidem commune certò eſt omnibus eſſe T. aſſentio.

¶ Aſſenſus: idem quod Aſſenſio.

Vario aſſenſu fremere. Virg. 10. Aen. 19.

Mereri aſſenſum deliberantis. Quint. lib. 3, cap. 8. 41.

¶ Aſſenſio: Conſenſus.

Simulata aſſenſio. Quint. lib. 6, cap. 3. 50.

¶ Aſſentor: Frequentatiuum. Valla, lib 5. cap. 66. Aſſentari, eſt inſidioſe, & conciliandæ alicuius vtilitatis gratia, effuſiùs, & plerunque falsò, quempiam laudare. Terent. Adel. 2. 4. 6, Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere exiſtimes. Vbi Donatus: Aſſentandi, adulandi.

¶ Aſſentatio: Ipſe aſſentandi actus. Liu. 4. bel. Pun. 27, Inflatus aſſentationibus.

Assequor.] Peruenio ad eum quem ſequor. Terent. Phorm 5. 8. 89, Aſſequere, ac retine.

Ingenium alterius aſſequi: Parem ingenio eſſe alteri. Plin. epiſt. 73. a.

Nomen aſſequi. Plin. in Paneg 145, Aſſequutus eſt nomen, quod ad alium tranſire non poſſit.

¶ Aſſector: Quaſi comitatum præſto.

Aſſectari aliquem: pro, ſe inſinuare in gratiam eius, vel captare amicitiam. Tranquillus in Iulio: Qua iniuria inſtinctus, Cn. Pompeium aſſectatus eſt: aſſenſum tunc patribus. Id eſt, Pompeio ſe adiunxit.

Aſſectari prætextatum, aut prætextatam, à Iuſtiniano, lib. Inſtit. dictum eſt, pro eo, quod eſt, pudorem pueri ingenui, aut puellæ ſugillare, & notam infamiæ, tãquam ſcorto maſculo fœmininoq; inuriere. Budæus.

¶ Aſſectatio: Ipſe aſſectandi actus. Plin. lib. 33. cap. 12, 2, Vidimus & ipſi Arellium Fuſcum motum equeſtri ordine, ob inſignem cum celebritate aſſectationem adoleſcentium ſcholæ, ex argento annulos habentem.

Aſſectatio cœli. Plin. lib. 2, cap. 20, 1, Latet pleroſque magna cœli aſſectatione compertum à principibus doctrinæ viris, ſupernorum trium ſyderum ignes eſſe. Id eſt, obſeruatione.

¶ Aſſectator: Qui aſſiduè comitatum præſtat.

Aſſectator dapis cancer. Plin. libr. 9, cap 42, 1.

Aſſectator: Qui alicuius doctrinam & eloquentiam imitatur. Plin lib. 24, cap. 17, Adiecit his Apollodorus, aſſectator eius Idem lib. 20. cap. 14. in fine.

Aſſectator eloquentiæ. Plin. lib. 29, c. 1. 8, Sic apud eundem, lib. 8, cap. 17, Aſſectator ſapientiæ.

Asser.] Feſtus: Aſſeres dicti, quòd aſſideant parieti, trabibuſque. Plaut. Aulul.
　Ligna hic apud nos nulla ſunt. STR. ſunt aſſeres?
　STA. Sunt pol. STR ſunt igitur ligna, ne quæras foris.

Cæſar, 2. bel. Ciuil. 5, Aſſeres enim pedum duodecim, cuſpidibus præfixi, atque hi maximis baliſtis miſſi, per quatuor ordines cratium, in terra defigebantur. Liu. 10. bel. Pun. 42, Poſtremò aſſeres ferreo vnco præfigi (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus inijci in Romanas cœpti. Colum. lib. 6. ca. 19, 1, Roboreis aſſibus compingitur ſolum. lib. Plin. 36. c. 25, 3. Quernisq; aſſibus contabulare. Varro, 1. de Re ruſt cap. 52. 1.

¶ Aſſerculus: diminutiuum Cato de Re ruſt. cap. 152. Scopas virgeas, vlmeas, aridas, eas in aſſerculo alligato. Colum. lib. 12. cap 50. 4.

Aſſerculi modici. Colum. lib 8, cap. 3, 5. Aſſercula, neutro genere, dixit Cato. cap. 12.

¶ Aſſo: Contabulo. Vitruuius: Quum aſſatum fuerit, ſuper altera coaſſatio ſtruatur.

Assero.] Iuxtà ſero, vel planto. Cato de Re ruſt. cap. 32, Arbores facito, vti bene maritæ ſint, viteſq; vti ſatis multæ aſſerantur.

¶ Aſſitus, Participium: iuxta ſatus. Catul. in Epithalamio Iuliæ & Mallij, 56, 22,
　Lenta qui velut aſſitas　Vitis implicat arbores.

Assero.] Affirmo. Quint lib. 4. 71 b, Et abſolutum, tanquam filium ſuum aſſerit.

Aſſerere manum: Admouere eſt, quòd ea quoque, quæ in terram dimittuntur, ſeri dicuntur: inquit Feſtus.

Aſſerere manu: pro Manu comprehendere & liberare, ſiue libertate donare. Terent. Adelph. 2, 1, 40, Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Plaut. Curc. 10. 4.

Aſſerere ſe: Ex ſeruo liberum facere. Ouidius 3. Amorum, eleg. 10. 1.

Aſſerere in ſeruitutem: velut ſubiugare in ſeruitutem. Liui. 3, ab Vrbe, 182, M. Clodio clienti negotium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret: id eſt, vindiciarum iudicio pro ſerua vendicaret.

Aſſerere: *Vendicare.* Quint. lib. 12. de Cicerone: Nec ſapientis ſibi nomen, minimè ſui contemptor, aſſeruit. Curtius, Alexandrum Iouem patrem ſibi aſſeruiſſe, ait.

Aſſerere ſibi maieſtatem diuinam: pro, Aſſumere & arrogare. Sueton. Verùm admonitus, regum ſe exceſſiſſe faſtigium, ex eo diuinam maieſtatem ſibi aſſerere cœpit.

Aſſerere ſibi cognomen aliquod. Plin. lib. 7. cap. 43. 3.

Aſſerere ſe ab iniuria obliuionis: id eſt, vindicare. Plin. ad Macrum, lib. 3, epiſt. 5.

Aſſerere ſe à mortalitate. Plin. lib. 2. epiſt. 10.

Aſſerere

Aſſerere ſe ſtudijs: Totum ſe ſtudijs tradere, relictis alijs negotijs. Plin. Iunior: Humiles & ſordidas curas alijs mandas, & ipſe te in alto iſto, pinguiq; ſeceſſu, ſtudijs aſſeris?

Aſſerere gaudia vtraque manu, complexuq; toto. Martial. libro 99.

Aſſerere aliquem cœlo: id eſt, aſcribere. Ouid. 1. Met. 143.

Aſſerere: *pro, adhibita ope vindicare.* Quint. 5. declamat. Voluit ille mortalitatis artifex Deus nos in cõmune ſuccurrere, & per mutuas auxiliorum vices quenquam in alterum, quod pro ſe timeret, aſſerere. Quint. lib. 1. in procœm. Hæc autem, quę velut propria philoſophiæ aſſeruntur, tractamus omnes.

¶ Aſſertio: pro vindicijs in libertatem. Quintil. lib. 7, cap. 8, Sitne liber, qui in aſſertione eſt. Aſſertio prima erat, quum quis aliquem liberum eſſe aſſerebat: qui ſi prima aſſertione liber non fieret, ſecundò aſſerebatur: ac item tertiò, ſi ſecundò victus eſſet.

Secunda aſſertio. Quint. lib. 5. cap. 2, 2.

¶ Aſſertor: Eſt, vt ait Donatus, vindex alienæ libertatis, qui aliquem ex ſeruitute in libertate vindicabat. Item qui in ſeruitutem vendicat. Liu. 3. ab Vrbe, 182. Iam à vi tuta erat, quum aſſertor nihil opus multitudine concitata ait, ſe iure graſſari, non vi. Mart. lib. 1, 58,

Aſſertor venias, ſatiſq; præſtes. Oui. 1. de Reme. amor. 15,
Publicus aſſertor vitijs ſuppreſſa leuabo Pectora.

Asservo.] Diligenter cuſtodio Cæſ. 1, bel, Ciuil. 80, Muros aſſeruari iubet.

Aſſeruare magna diligentia. Plaut. Capt. 4, 6.

Aſſeruare in carcerem. Liu. 5 ab Vrbe, 102.

Sale, vel in ſale, aſſeruare carnes. Plin. lib. 9, cap. 25.

Aſſeruare ignem in ferula. Plin. lib. 7 cap. 55, 8.

Aſſeruare: pro obſeruare, id eſt, oculis aliquid cuſtodire, animoque. Terent. Heaut. 3, 3, 32. Atqui nunc here, hic tibi aſſeruandus eſt.

Assessor, Assessio, Assestrix.] Vide Assideo.

Assevero.] Eſt inter ipſa argumenta probationeque admiſcere vim animi, motumque. Quintilianus: Altera ex aſſeueratione probatio eſt.

Aſſeuerare grauitatem: Conſtanter præ ſe ferre. Tac. lib. 13.

¶ Aſſeuerate: Gel. lib. 7, cap. 5. Tragœdias poetarum nobilium ſcite atque aſſeuerate actitauit.

¶ Aſſeueratio: Affirmatio Quint. lib 4, cap. 2, Quum præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione, & perſeuerantia.

Assicco.] Sicco, vel Diligenter ſicco Colum. lib. 12, cap. 15, 5, Tum rurſum in ſole aſſiccauit Idem lib. 2 cap. 50.

¶ Aſſicceſco: Siccus fio. Colum. lib 12. cap. 9, 1, Expreſſos in cratibus pandere, dum aſſicceſcant.

Assicvlvs.] Vide Asser.

Assidelae.] Menſæ vocatur, ad quas ſedentes Flamines ſacra faciunt Feſtus.

Assideo.] Iuxta ſedeo. Ouid. 6. Faſt. 11.

Aſſidet inde Ioui, Iouis eſt fidiſſima cuſtos.

Aſſidat eò. Cato: Vbi in chutra ferueſeceris id lotium, ſub ſellam ſupponitur pertuſam: eò mulier aſſidat.

Aſſidere apud. Plau. Rud 13. 47. Qui apud carbones aſſidet.

Aſſidere gubernaculis, Aſſidere literis: pro. aſſiduum eſſe. Plin. in Paneg 134. Idem epiſt. 49 g.

Aſſidere inſano: pro Ad inſaniam proxime accedere. Horat 1. epiſt 5. 4, Parcus ob hæredis curam, nimiumque ſeuerus, Aſſidet inſano.

Aſſideri: pro Obſideri. Salluſt. Amiſſumq; oppidum aſſideri ſine prælio audiebat.

¶ Aſſidens. Hor. 5, Epod. 20, Inquietis aſſidens præcordijs.

¶ Aſſeſſura. Vlpianus, De proxenetis: Faciliùs, quod Græci ἑρμηνευτικὸν appellant, peti apud eos poterit, ſi quis forte conditionis, vel amicitiæ, vel aſſeſſuræ, vel alicuius alterius huiuſmodi proxeneta fuerit.

¶ Aſſeſtrix: Fœmininum ab Aſſeſſor. Afranius: Dimittit iam aſſeſtricem, me ad ſeſe vocat.

Assido.] Eſt (authore Val lib. 5.) apud aliquem officij gratia ſedere. Terent. Heaut. 1, 1, 72, Aſſido, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt.

Aſſidere in. Plaut. Aulul. 16, 20, In ara hic aſſidam ſacra.

Aſſidere, *cum accuſatiuo.* Salluſt. Atherbalem dextra aſſedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.

¶ Aſſiduus, Feſtus: Aſſiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quaſi conſediſſe videatur Liu. 5. bel. Maced. 32. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum aſſiduus in oculis hominum fuerat.

Aſſiduus bella gerit: pro, Aſſiduè. Propert. lib. 2, eleg. 13, 4.

Noctes aſſiduæ. Horat. Epod. 15. 3.

Venatus aſſiduus. Virg. 9. Aen 51.

Ver aſſiduum. Virg. 2, Georg 20.

Frigore aſſiduo vſtus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2, 2.

Operam aſſiduam dare ludis. Lucr. lib. 4, 197.

Igne lucet aſſiduo focus. Tib. 1, eleg. 1, 2.

Aſſidua rapitur vertigine cœlum. Ouid. 2, Metam. 14.

Aſſiduo labuntur tempora motu. Ouid. 15. Met. 36.

Cantu aſſiduo reſonat. Virg. 7. Aen. 3.

Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus. Ouidius, 1. de Ponto, eleg 5. 3.

¶ Aſſiduus: *Locuples.* Gel. lib. 16, cap. 10, Aſſiduus in XII. Tab. pro locuplete, & facile munus faciente, dictus, ab aſſibus, id eſt, ære dando, quum id tempora Reipub. poſtularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Quint lib. 5, cap. 10, 58.

Aſſiduus ſcriptor: pro Locuplete, & probatiſſimo authore, cuius ſit tanta in literis authoritas, vt fidem eius ſequi debeamus. Gel. lib. 18, E cohorte illa antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poetarum: id eſt, claſſicus, aſſiduuſque aliquis ſcriptor: non proletarius.

¶ Aſſiduior: apud Varronem de Re ruſt. libr. 2, cap. 9, 13, Villatico verò gregi in fundum ſatis eſſe duos, & id marem, & fœminam: ita enim ſunt aſſiduiores.

¶ Aſſiduè: Iugiter, Continuè. Terent. Heaut. 3, 1, 53.

Aſſiduè: Sæpiùs. Virg. 2, eclog. 1. Aſſiduè veniebat.

¶ Aſſiduò: Idem quòd Aſſiduè. Plaut. Mil. 35, 2.

Dum tale facies, quale adhuc, aſſiduò edes.

Assigno.] Do & diſtribuo. Aſſignare agros. Liuius, 2. ab Vrbe, 176.

Agros aſſignare: pro In colonias deducere. Hor. 2. epiſt. 1, 2.

— aſpera bella
Componunt, agros aſſignant.

Natura auibus cœlum aſſignauit. Plin. lib. 10, cap. 50, 3.

Aſſignare aliquid ſuo loco. Colum. lib. 12, cap. 2. 5, Nam & vnumquodque faciliùs conſideratur, quum eſt aſſignatum ſuo loco.

Aſſignare bonos iuuenes famæ. Plin. epiſt. 23, lib. 7.

Aſſignare alicui dignationem principis. Tacitus in libello Germanorum: Inſignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentibus aſſignant.

Aſſignare morbos certis partibus. Celſus lib. 3, cap. 18.

Aſſignatum tempus implere. Plin epiſt. 126. c

Aſſignare libertum, (vt ait Modeſtinus, de Verb. ſignif.) eſt hoc teſtari, cuius ex liberis libertum eum eſſe velit.

Aſſignare ciuitati vnius amentiam, Liu. 6. bel. Maced. 120.

Aſſignare infirmitatem deo Plin. lib. 2, cap 1. 3.

Sic apud Plin lib 2, cap. 7, 8, Aſtroque ſuo euentus aſſignat, & naſcendi legibus.

Assilio.] ad aliquid ſalio, aggredior. Plin. lib. 9. cap. 42, 2, Eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exſerit, aſſultantes piſciculos pertrahens, donec tam propè accedant, vt aſſiliat. Ouid. 11 Metam. 106,

Quum ſæpe aſſilijt defenſæ mœnibus vrbis.

Aſſilire in ferrum. Sil lib 10, 1,

Aſſilit in ferrum, & per vulnera colligit hoſtem.

A tergo Sil lib 7, 141.

Aſſilire, dicitur de maribus brutis, quum fœminas ineunt. Colum. lib. 6, cap. 38, 7 Nam niſi priùs ea marem cognouit, aſſilientem admiſſarium calcibus proturbat.

¶ Aſſiliens. Aſſilientia æquora. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 2. Et lib. 6, Metam 22, Aſſiliens aqua.

¶ Aſſultus: Ipſe aſſiliendi actus. Virg. 5, Aen. 88,

Nunc hos, nunc illos aditus, omnem q; pererrat.
Arte locum, & varijs aſſultibus irritus vrget.

¶ Aſſulto: Frequentatiuum. Plin. lib. 8. cap. 40, 9. Mox ingruit aſſultans, contraque belluam exſurgens. Idem lib. 9, cap. 42.

Aſſultare, *cum datiuo.* Sil. lib. 7. 81.

Iam cernere Libycum huic vallo aſſultare leonem.

Aſſultare, *cum accuſatiuo.* Stat. 11. Theb. 49.

Portarumque moras frænis aſſultat & haſtis.

Aſſultim: Aſſiliendo. Plin lib 11, cap. 24, 1, Phalangia ex his appellantur quorum noxij morſus, corpus exiguum, acuminatum, aſſultim ingredientium.

Assimilis.] Prorſus ſimilis. Plaut. Merc. 23, 12, Plin. l. 24, cap 8, 10: Ouid 2, de Ponto, eleg. 2, 17, Fratribus aſſimilis.

Aſſimilemq; ſui lõga aſſuetudine fecit. Ou. de Triſt. eleg. 5.

Aſſimile hoc eſt quaſi. Plaut. Truc. 11, 10,

— nam hoc aſſimile eſt,
Quaſi de fluuio, qui aquam deriuat ſibi.

¶ Aſſimiliter. Plaut. Bacch 20, 27, Aſſimiliter mihi hodie obrigit.

¶ Aſſimilo: Comparo. Ouid. 1. de Triſt. eleg. 5, 6, Grandia ſi paruis aſſimilare licet.

Os porcum aſſimilat. Claud. de hiſtrice, epigr. 37, 1. Id eſt, figura oris porcum refert.

Aſſimilata folio querno. Plin. lib 3, cap. 5. 5.

Aſſimilare: *Similem eſſe.* Ouid. 15. Met. 83, De Chameleonte.

ASSIMVLO.] Aſſimulare dicimur, quum quod non eſt, fingimus. Terent. And. 1,1,141. Nunc tuum eſt officium, has bene vt aſſimules nuptias.
Aſſimulare, quaſi. Terent. Eunuch. 3,2,8, Adibo, atq; aſſimulabo, quaſi nunc exeam.
Aſſimulare aliquem: Eſt ſe ſimilem alicui reddere. Ouid. 14, Metam. 131.
Aſſimulare: *pro Adumbrare, & repræſentare*. Quint. lib. 7. cap. 11, Pictor, accepta ſemel imitandi ratione, facile aſſimulabit, quicquid acceperit.
Aſſimulare aliquem alicui. Tacitus in vita Agricolæ.
Aſſimulare literas, pro Adulterare & confingere, apud Tacitum.
¶ Aſſimulari, paſſiuum. Terent. Eunuch. 3,5,57, Tum pol ego is eſſem, verè qui aſſimulabar.
¶ Aſſimulatio Plin. lib. 11, cap. 49,2. Contrà mulierum paucis prodigioſa aſſimulatio.
¶ Aſſimulatus, Participium.
Aſſimulata externis miraculis. Tacit. lib. 11, Fauor plebis acrior in Domitium, loco præſagij acceptus eſt vulgabaturque affuiſſe infantiæ eius dracones in modum cuſtodum, fabuloſa & externis miraculis aſſimulata. Quint. lib. 9, Sed aſſimulata & arte compoſita proculdubio ſchemata ſunt.
ASSIS.] idem quod Aſſer.
¶ Aſſula: Diminutiuum. Plautus. Merc. 4,20, At etiam ceſſo foribus facere his aſſulas? Feſtus: Aſſulæ, quæ ſunt ſecutibus excuſſæ.
¶ Aſſulatim: Minutim, & in aſſulas. Plautus Capt. 13,63, Prius, quàm pultando aſſulatim foribus exitium affero.
¶ Aſſuloſè: Idem ſignificat. Plin. lib. 12, cap. 22,3, Calamus melior, qui aſſuloſè potiùs, quàm raphani modo frangitur.
ASSIS] pro libra. Vide As.
Aſſipondium: ſignificat vnum pondo. Varro de Lingua Latina. lib 4, Quod vnum pondus, aſſipondium dicebatur: id ideò quòd as erat libræ pondus.
ASSISTO.] ſtando præſens & iuxtà ſum. Plaut. Merc. 24, Ego aſſiſtam hinc altrinſecus.
Aſſiſtere: *Quieſcere, non moueri*. Plin. lib. 36, cap 16,2, Trahitur ferrum à magnete lapide: domitrixque illa rerum omnium materia ad inane neſcio quid currit, atque vt propiùs venit, aſſiſtit, teneturq; & complexu hæret.
Aſſiſtit rectò. Ouid. 7. Meta. 130, Ac ſe tollere humo, rectoq; aſſiſtere trunco.
Propter aliquem. Terent. Adelph. 2,1,15, Hic propter hunc aſſiſte.
Diuinis. Horat. 1. Serm. Saty. 6,23.
In armis Virg. 11. Aen. 142.
Precanti. Ouid. 1. Faſt. 126.
¶ Aſſiſtens. Quint. lib 11, cap. 1, Vel iudici, vel etiam aſſiſtentibus, ratio noſtræ moderationis probari debet. Gell. libro 2, cap. 2. Et cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur
ASSO.] Vide ASSER.
ASSO.] vnde Aſſatus: à quo Inaſſatus. Plin. libr 30. cap. 10, Al j in cibo, in ligneis verubus inaſſatum.
Aſſa & elixa. Celſ. lib. 7, cap. 4, Tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis.
Aſſarius: qui aſſatus eſt. Cato de Re ruſt cap. 132, Veſtę ſi voles dato, daps Ioui aſſaria pecuina, vrna vini Ioui caſtè.
ASSOCIO.] Socium me adiungo.
Aſſociare paſſus: Simul iter facere. Stat 3, Theb. 91.
Aſſociare: *pro Adaptare & coniungere*. Claud. de bello Gildon 97.

— cornua ſummis Aſſociant malis.

ASSOLET.] pro. Fieri ſolet. Liu. 1. ab Vrbe, 120, Vbi illuxit, paratis omnibus, vt aſſolet, vocari ad concionem vtrunq; exercitum iubet.
Aſſolent. Terent And. 3,2,1,

Adhuc Archillis, quæ aſſolent, quæq; oportet,
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.

Deinde quæ aſſolent, Poſtea, &c. Liu. lib. 9.
ASSONO.] Reſono, ſiue Simul ſono. Perſius Satyr. 1. 11, Euyon ingeminat, reparabilis aſſonat Echo.
Aſſono, *datiuo iunctum*. Ouid. 3. Metam. 51,

Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo.

Hoc eſt, velut reſpondet.
ASSVDESCO.] Var. 4. de Ling. Lat. Dictum aſſum, quod ab igne aſſudeſcit.
ASSVESCO.] Verbum neutrum, Ex Ad & Sueſco, à verbo ant quo Sueo. Enitor, longa conſuetudine aliquid facio.
Aſſueſcere à teneris Virg. in Georg.
Imperio aſſueſcere. Claud. 4. Paneg. 16.
Aquis. Ouid. 3. Triſt eleg. 3,2,

Nec cœlum patior, nec aquis aſſueuimus iſtis.

Legibus. Liu. 1. ab Vrbe, 78.
In hoc aſſueſcat: huius rei ſibi naturam faciat. Quintil. lib. 2, cap. 4,14,
Aſſueſcere, *cum infin tiuo*. Virg. 8. Aen. 102,

— tua cernere facta Aſſueſcat.

Prodeſſe aſſueuit fortibus. Ouid. 3 de Pont eleg. 1. 18.
Votis iam nunc aſſueſce vocari. Virg. 1. Georg. 9.
Pluribus mentem aſſueſcere. Horat. 2 Serm. Sat. 2,22.
Aſſueſcere os vetuſtæ ſedi. Celſus lib. 8, cap. 10, Atq; ita deligando, aſſueſcere iterum vetuſtæ ſedi cogit.
Aſſueſcere bella animis, Virg. 6, Aen. 167.

— nec tanta animis aſſueſcite bella.

¶ Aſſueſcitur. Liu. 2. ab Vrbe, 3, Charitaſque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet.
¶ Aſſuetus: Qui longo vſu doctus eſt. Plinius, libro 15, capite 30,6.
Amore prædæ aſſuetus. Ouid. 13. Metam, 112.
Bellis aſſuetus Opheltes. Virg. 9. Aen. 43.
Aſſuetæ ripis volucres, & fluminis alueo Virg. 7. Aen. 7.
Studijs mollibus aſſuetus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4,15.
Aſſueti longo muros defendere bello. Vir. 9. Aen. 106.
Græcari aſſuetum Romana fatigat militia. Horat. 2. Serm. Sat. 2.3.
Tecto ſuccedet aſſuetus coluber. Virg. 3. Georg. 82.
Non aſſuetis ad ſceptra manus Poſt terga dabit. Seneca in Troad. 2.17.
Aſſuetus in iura familiaria à puero. Liu. 4. bel. Pun. 22.
Paruo aſſueta iuuentus. Virg. 2. Georg. 915.
In arte aſſueta tempus ponere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.8.
De more aſſueto belli: Vt bello fieri conſueuit. Sil. lib. 7.53.
Geſtamen aſſuetum dextræ. Stat 6. Theb. 142,
Seruitium aſſuetum. Propert. 1. eleg. 4,1.
Longiùs aſſueto lumina noſtra vident Ouid epiſt. 6,15.
¶ Aſſuetior. Liu. 2 bel. Pun. 78, Ea aſſuetior montibus & ad concurſandum inter ſaxa, rupesq; aptior ac leuior.
Aſſuetus, *cum genitiuo*. Liu. 8, bel. Macedon. Romanis Gallici tumultus aſſuetis, etiam vanitates notæ ſunt.
¶ Aſſuetudo: Conſuetudo. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, 69, Nihil aſſuetudine maius. Liu. 5. bell. Pun. 152.
Aſſuetudo voluptatum Tacit. lib. 18, Degenerabat à labore ac virtute miles, aſſuetudine voluptatum, & contemptu ducis.
¶ Aſſuefacio: Ex Ad, & duobus verbis, Sueo, & Facio, Eſt (authore Sipontino) vſu docere.
Aſſuefacere alicui rei. Plin. lib. 10. cap. 43,1, Pullus maturè ſermoni aſſuefactus.
Aſſuefacere aliquem ad ſupplicia Liu. 3. ab Vrbe, 220, Nec ſuo ſanguine ad ſupplicia patrum plebem aſſuefaciant.
¶ Aſſuefactus· Cæſar 1, bel. Ciuil. 171, Cum Luſitanis, reliquisq; barbaris, genere quodam pugnæ aſſuefacti.
ASSVLA] Vide ASSIS.
ASSVLTO, ASSVLTVS.] Vide ASSILIO.
ASSVM.] Vide ADSVM. Seneca in Herc. furente, 9,6,

Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum deus, Rebusq; laſſis aſſit.

ASSVMO.] Accipio.
Vxorem vel generum aſſumere Plin. in Paneg. Aut inconſultiùs vxor aſſumpta, aut retenta patientius. Idem de Viris Illuſt. Qui quum adoleuiſſet, gener à Tarquinio aſſumptus eſt.
Nonnihil ſibi nitoris aſſumere. Quint. lib. 2, cap. 10.9.
Robur. Ouid 15 Metam 85.
Spem. Tacit. in Vita Agricolæ: Nec ſpem modò ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumpſerit.
Vires. Ouid. 13. Metam. 188.
Aſſumere aliquem. Horat. 1. epiſt. 5.6.
Aſſumere aliquem in conſilium: Petere ab eo conſilium. Plin. Iunior.
In ſocietatem. Liu. 2, ab Vrbe, 92.
In nomen: pro, Cooptare in familiam & ius nominis. Plin. epiſt. 171, Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomen aſſumpſit, reliquit teſtamentum, ante octo & decem annos nuncupatum.
In exemplum operis. Quint. lib. 5. cap. 12,16, Id eſt, præponere aliquē ſibi, quem in opere ſuo imitetur & exprimat.
Aſſumere ex. Plin. ad Iulium Genitorem, lib. 3. epiſt. 11, Vt à C. Muſonio ex omnibus omnium ordinum affectatoribus aſſumeretur.
¶ Aſſumere: *pro Eſitare, & cibum ſumere*. Celſus: Iuuenum minùs intereſt, quæ aſſumant, & quo modo curentur.
Aſſumere ſemel die epulas: Eſt, ſemel in die comedere. Celſus, lib. 1, cap. 3.
Aſſumere cibum & potionem. Celſ. lib. 1. in proœmio.
¶ Aſſumptus: Participium. vt, Aſſumpta lyra. Ouid. 3. de Arte amandi. 29.
Extrinſecus auxilijs aſſumptis factum tueri. Quin. li. 7. c. 5,6.

Ratione argumentandi à Dialecticis aſſumpta. Quint.lib. 2.cap.4.29.
In hoc aſſumpta à nobis ſubtilitas. Quint lib.3. cap.11.14.
Viribus aſſumptis pleno iam alueo fluit. Quintilianus libro 2. cap.1.4.
Aſſumptio, eſt Fabio, Minor propoſitio ſyllogiſmi, lib.5. cap. vltimo.
Assvo.] Suendo annecto. Horat.in Arte poet.
Purpureus, late qui ſplendeat, vnus & alter,
Aſſuitur pannus.
Assvra.] Aſſiduitas eſt & diligentia in nutricando, curando, habendo. Nam aſſæ nutrices dicuntur, quòd ferè ſemper aſſuut ijs quos nutriunt. Varro cap. de Gallinis: Axius, egoq; requiro, ſarſutæ, aſſuræ membra de palumbis.
Assvrgo.] Fere idem quod Surgo.
Aſſurgere ex morbo. Liu 3.ab Vrbe, 102. Ex quo ſemel fuerit æger, vnquam non modò viſum in publico, ſed ne aſſurrexiſſe quidem ex morbo. Tacit.lib.18.
Aſſurgere ex voraginibus. Liu. Galli neq; ſuſtinere ſe prolapſi, neq; aſſurgere ex voraginibus poterant.
Mollibus aſſurgit ſtratis. Claud. in Nupt. Palladij & Serenæ, 6.
Aſſurgere in alterius honorem, aut officij, aut beneuolentiæ cauſa Virg. in Sileno, eclog.6.14,
Vtq; viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis,
Honori alicuius aſſurgere Stat.2.Theb.12.
Aſſurgere in arborem: id eſt, creſcere in altitudinem arboris. Plin.lib.24. cap.4.4, Maior, in arborem, ſalicis modo, aſſurgit.
Aſſurgit L. millibus paſſuum. Plin lib 2. cap.65.3 Mihi incerta hæc coniectatio videtur, haud ignaro, quoſdam Alpium vertices longo tractu, nec breuiore L. millibus paſſuum, aſſurgere.
Aſſurgit in ſeptem vlnas: & in altitudinē. Virgil 3.Georg.7. Vbi Seruius: Septem aſſurgit in vlnas; Creſcit in ſeptem vlnas. Plin.lib.13. cap.22.4, Duo ferulæ genera: narthecca Græci vocant, aſſurgentem in altitudinem: nartheciam verò, ſemper humilem.
Aſſurgit inſula monte. Plin.lib.4. cap.12.17.
Mons aſſurgens. Colum lib.2. cap.2, Collem clementer & molliter aſſurgentem.
Turres aſſurgunt: id eſt, exſtruuntur. Virg.4. Aeneid.18.
Tumor aſſurgit. Celſ lib.2.cap.8, Quibuſdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſinunt: deinde rurſus aſſurgunt.
Animus aſſurgit. Quint. Interim & ſublimitati heroici carminis animus aſſurgat, & ex magnitudine rerum ſpiritum ducat.
Aſſurgere animo. Stat. 10 Theb.44,
Gaudet in aduerſis, animoq; aſſurgit Adraſtus.
Iræ aſſurgunt. Virg. 12. Aeneid. 100.
Querelis aſſurgere. Virg.10. Aeneid.19.
Aſſurgere dicitur Orion. Virg. 1. Aen 108.
Aſſurrectum eſt. Sueton. in Octa. Auguſto. cap.56, Eiſdem prætextatis adhuc aſſurrectum ab vniuerſis in Theatro, & aſtantibus plauſum grauiſſimè queſtus eſt.
Assvs.] ab Areo: hoc eſt, ad ignem torrefactus. Plautus Moſtel.15.65, Ne faxis: nam elixus eſſe, quàm aſſus, ſoleo ſuauior.
Aſſa & elixa. Celſ. lib. 7. cap. 3, Tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis.
Aſſa vox. Vide Assa.
Ast.] coniunctio diſcretiua, qua poetæ vtuntur pro At. Plaut. Neque eos antiquos ſeruas; aſt captas nouos. Virg. 1. Aeneid. 10, Aſt ego quæ diuûm incedo regina. Liuius 10.ab Vrbe, 89, Bellona ſi hodie nobis victoriam duis, aſt hic ego templum tibi voueo. Hoc loco videtur accipi Aſt pro tùm.
Astaphis.] Vua paſſa. Plin lib.23.cap.1, Vua paſſa, quam aſtaphida vocant, ſtomachum, ventrē, interanea tentaret.
Asteria.] ἀστερία, Gemma, incluſam lucem pupillæ modo quandam continens. Plin.lib.37.cap.9.
Asterias.] Auis ex genere ardeolarum: à fulgore aſtrorum Plin.lib.10. cap 60.
Astericvm.] Herba eſt ocymi folio: quæ & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eo quòd vitreis vrceolis detergendis imprimis ſit idonea. Plin.lib.22.cap.17.
Asterno.] Iuxtà ſterno: cuius paſſiuum protulit Ouid. lib.2. Metam.69. de ſororibus Phaethontis loquens.
Astipvlor.] Aſſentior. Plinius lib.7.cap.48.2, Liu.9.bel. Maced.15.
¶ Aſtipulatio: Aſſenſus. Plin.29. cap.1.10, Qua de re exſtat etiam Annæi Senecæ aſtipulatio.
¶ Aſtipulatio: *pro affirmatione*. Quint.lib.11.cap. vltimo: Accedit enim vis & proprietas rebus tali aſtipulatione.
¶ Aſtipulatus: aſſenſus, vel atteſtatio. Plin. lib.7. cap.47.1, Conſecratus eſt viuus, ſentienſq; oraculi eiuſdem iuſſu, & Iouis deorum ſummi aſtipulatu, Euthymus.
Astitvo.] in loco colloco. Plaut Capt.13.77, Iuben', an non iubes aſtitui aulas, patinas elui?
Asto.] Idem ſignificat quod ſto. Virg.lib.2.Aen.61,
—arrectiſq; auribus aſto.
Hic patrem aſtare aiebas? Terent. Heaut. 5.2 7.
Acceſſi, aſtiti. Terent. Phorm.5.6.27.
Aſta, atq; audi. Plaut. Ciſtel.7.54. Sic in Caſina, 16.12, Mane, atq; aſta.
Aſta, cum accuſatiuo, poſuit Plautus in Truculento, 4.26, Aſta te, amabo.
Aſtare in genua. Plaut. Caſin.23.25.
In latus obliquum tamen aſtitit. Ouid.3. Metam.8.
Finis vitæ mortalibus aſtat. Lucret. lib.3.219.
Aſtare ad. Lucret. lib.3.195, Mors ad caput aſtitit.
Ante oculos aſtare. Virg.3.Aen.30. Ouid.8. Metam.97.
Aſtitit in ripa. Ouid. epiſt.14.18.
Limine diuæ aſtitit Id eſt, in limine. Stat 9. Theb.122.
Portis ſublimibus aſtant. Virg.12. Aeneid.27.
Iuxta præſides aſtat deos. Sene. in Hercule furente, 6.5.
Præſens aſtare viritim creditur Iupiter. Id eſt, ſingulis & priuatim vnicuiq; præſens eſſe. Sil.lib.17.97.
Supra caput aſtitit imber Virg. 4. Aeneid. 142.
Aſto aduocatus cuidam. Plaut. Caſin.13.5.
Aſtare menſæ domini Mart.lib 8.50.
Aſtare contrà alicui: pro Reſiſtere. Plaut. Capt. 12.6, At vt confidenter mihi contra aſtitit.
¶ Aſtans Silius, lib.17.131. de Annibale.
Aſtante illo. Plaut. Amph.8. 114, Tute iſtic, etiam aſtante hoc Soſia.
Squamæ aſtantes: id eſt, erectæ. Virg.3.Georg.107.
Astragali.] vocantur partes quædam in columnarum ſpiris. Vitru.lib.3. cap.3, Aſtragali faciendæ ſunt octauæ partis trochili.
¶ Aſtragalus, Herba eſt. Plin.lib 26.cap.8.4.
Astrepo.] Simul ſtrepo.
Aſtrepere aures alicuius Plinius in Paneg.42, Ac pleriq; irritis precibus ſurdas Principis aures aſtrepebant. Tacit.lib. 20. Obuios, & ſubitæ rei miraculo attonitos, vt eadem aſtreperent, hortari.
Aſtrepere, apud Tacitum, cum datiuo: pro, Strepitu aſſentire.
Aſtrepebat, inquit, huic alacre vulgus: id eſt, applaudebat.
Astrifer.] Vide Astrvm.
Astringo.] Simul aut ad aliquid ſtringo. Colum.lib.5. cap.6.15.
Aſtringere aluum. Celſ.lib.1. cap.3, Labor aluum aſtringit. Id eſt, contrahit, vt parum reddat.
Venas agrorum hiantes. Virg.1.Georg 19.
Vincula. Ouid. 11. Metam.16.
Aſtringere ſuam fidem. Terent. Eunuch.1.2 21.
Verùm heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem.
Vbi Donatus: Aſtringo fidem, fidem promitto: quia vincula fidei dicuntur.
Ad certa verba ſe aſtringere. Quint.lib.7.cap.4.12.
Ad ſeruitutem alicuius. Quint.lib.2.cap.16.6.
Ad temperantiam. Plin.Epiſt.121, Deinde, vt in poſterum ipſe ad eandem temperantiam aſtringeret.
In iura ſacra. Ouid.15.Epiſt.65.
Aſtringere frontem: pro Corrugare. Senec.Epiſt.107.
Aſtringere mores. Fabius lib.2.cap.2.2.
Aſtringere ſe furti: Subaudi ſcelere. Plaut. Pœn.10.26, Homo furti ſe aſtringet.
Aſtringi frigore. Plin. Epiſt.101.9, Si natare latiùs, aut tepidiùs velis, in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus aſtringi, ſi pœniteat teporis.
¶ Aſtrictus: participium. Plin. in Paneg.151. Nec disiunctos nos & quaſi dimiſſos Conſulatu, ſed quaſi aſtrictos & deuictos putemus.
Aſtricta frons: pro, Contracta Martial lib.11.34.
Aſtrictum gelido frigore pectus erat. Ouid.21. Epiſt 23.
Dolore aſtrictum pectus. Ouid.1. de Arte amandi, 73.
Gelu aſtrictum. Ouid.3.Triſt.eleg.4.10.
Glacies aſtricta. Ouid.1. Metam 25.
Aſtrictus guſtus, Plin.lib.27.cap.12.16.
Aquis aſtrictis coit Iſter. Ouid 3. de Ponto, eleg 3.6,
Aſtricti in amore. Lucret.lib.4.239.
¶ Aſtrictè. Arctè
¶ Aſtrictio. Plin.lib.27. cap. 10.1. Guſtus amari cum aſtrictione.
¶ Aſtrictorius: Qui aſtringit. Plin.lib.24. cap 13.3, Paliuri folia aſtrictoriam vim habent.
Astrios.] Gemma cryſtallo propinqua, quæ ſi aſtris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. Plinius libro 37.cap.9.

ASTROITES.] Gemma, quæ oculis piſcium ſimilis eſſe perhibetur. Plin.lib.37.cap.9.

ASTRVM.] Latinis ſydus dicitur.

Aſtrorum dominus: pro Sole. Seneca in Troade 5.4.

Ignes aſtrorum. Virg.5.Aeneid.117.

Vices aſtrorum. Id eſt, aſtra viciſſim nunc orientia, nunc occidentia. Stat 5. Thebaid.112.

Aeterna aſtra. Seneca in Hercul. furente, 11.7.

Aetherea. Virg.5. Aeneid.167.

Ardua pennis aſtra ſequi: Ad cœlum ſubuolare. Virgil.12. Aeneid.177.

Ignea. Lucan lib.1.16.

Lycaonia: maior Vrſa, & Arctophylax. Cla. Pan.8.61.

Prodigioſa. Stat 3. Thebaid.105.

Radiantia. Ouid.9. Metam.55.

Roſcida. Stat.6. Thebaid.48.

Vaga, Seneca in Octau.7.3.

Duodena: Duodecim ſigna Zodiaci. Virg.1. Georg.47.

Cadentibus primis aſtris. Id eſt, vt primùm luceſcere cœperit. Virg.8. Aen.12.

Noctem ducentibus aſtris. Virg.3. Georg.31.

Ortus inclinat aſtra. Stat.12. Theb.1. Id eſt, oriente Sole, aſtra óccidunt.

Inoffenſos agant aſtra curſus. Seneca in Herc. furente, 11.7.

Efferre ſe ad aſtra. Sil.lib.3.120.

Tollere ad aſtra. Virg.5. eclog.10.

Surgentibus aſtris: pro, Accedente nocte. Virg.1. Georg.87.

¶ Aſtrifer: Ferens aſtrum. Martial.lib.8.29.

An tua multifidum numerauit lana Timauum;
Quem priùs aſtrifero Cyllarus ore bibit? Et apud Statium lib.8. Thebaid.17. Axes aſtriferi.

¶ ASTRVO.] Iuxtà ſtruo. Colum.lib.1.cap.5.9, Nam nouum quum veteri aſtruitur, rimoſúq; recens, ædificium, quaſi ſurgenti reluctans oneri, cedit. Plin. Epiſt.184.

Aſtruere aliquid magnificentiæ & dignitati: per metaphoram, pro Superaddere. Plin.li.9.cap.35, Quærente eo, quid aſtrui magnificentiæ poſſet, reſpondit, &c. Plin. Iunior, Epiſtol.46.b, Itaque magni æſtimo, dignitati eius aliquid aſtruere.

Aſtruere ſibi aliquid. Quint lib.8 cap.3, quædam etiam ex iis, quæ dicta non ſunt, ſibi ipſa aſtruit. Id eſt, ſuperaddit, vel affingit de ſuo.

Aſtruere laudem. Plin. in Paneg.75.

Aſtruere: *Affirmare*. Plin.lib.12 cap.18.1, Periti rerũ aſtruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu quantum, &c.

Aſtruitur his. Plin. Epiſt 159.c, Id eſt, præterea.

Aſtruere auditis: id eſt, augere audita, & plura affingere. Sil. lib.4.2.

ASTV.] Nomen eſt indeclinabile, vt Cornu, Authore Priſciano. lib.15, Ciuitas eſt Athenienſium. Terent. Eunuch. 5.6 17, Hem. quid? amat? an ſcit iam ille: quid meretrix ſiet? An in Aſtu venit? Vbi Donatus: In Aſtu, In vrbem de Piræo Sic enim Athenienſes vocabant vrbem ſuam.

Aſtus, adiectiuum, videtur finxiſſe Plaut. Trucul 18.38.

—ſi venerit, Næ iſtum ecaſtor hodie aſtis confertum fallacijs.

ASTV.] apud poetas aſtutiam ſignificat, cuius origo ex Græco oppido ἄστυ deducitur: in quo qui conuerſati aſſiduè ſunt, cauti atque acuti eſſe videntur. Hæc Feſtus. Terent. Eunuch. Quod ſi aſtu rem tractauit. Vbi Donatus: Aſtu, pro Aſtutè.

ASTVPEO.] ad rem vel auditã vel viſam obſtupeſco. Stat.2. Theb.3. vbi Mercurius vmbram Laij ad ſuperos educit:

Tum ſteriles luci, poſſeſſaq; manibus arua,
Et ferrugineum nemus aſtupet, ipſaq; tellus
Miratur. Idem lib.3 81, Aſtupet oranti.

ASTVR.] Auis prædatitia, vulgo nota.

ASTVS.] huius Aſtus. Idem quod aſtutia.

Aſtus belli. Sil.lib.16.7,

Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat.

Prouidus aſtu. Stat.1. Achil.210.

Acris aſtus. Valer.2. Argonaut 111.

Callidi aſtus. Seneca in Troad.6.23.

Aſtu carere. Quint.lib.9.

Exuberans aſtu. Sil.lib.1.12. de Hannibale.

Aſtus adiungere ferro: Eſt arte dimicare. Sil.lib.6.62.

Exſuere aſtus. Sil.lib 7.150,

Tuq; dolos, Pœne, atq; aſtus tandem exſue notos.

Verſare dolos aſtu. Virg.11. Aeneid.141. id eſt, malitia, vt ait Seruius.

¶ Aſtutus: Callidus, verſutus. Horat.2. Serm, Saty 3.13.

—bene ſano
Ac non incauto, fictum, aſtutumq; vocamus.

Aſtutior fallacia. Plaut. Caſ.21.6. Nec fallaciam aſtutiorem vllus fecit poëta.

Aſtuta vulpes. Horat.2. Serm. Saty.3, 37.



¶ Aſtutia: Calliditas, malitia. Terent. Eunuch.4.4.2,

—nunc opus eſt tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atq; aſtutia.

Hem aſtutias? Terent. And 3.4.25.

¶ Aſtutè: Callidè, verſutè. Terent. And.1.2.12.

ASYLVM.] Seruius: Poſtquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius, timentes inſidias eorum, quos auus aſſlixerat Athenis, ſibi primi aſylũ; hoc eſt, templũ miſericordiæ collocauerunt; vnde nullus poſſet abduci. Virg 8. Aen.28,

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum
Rettulit.

Aſyli ius firmare. Tacit lib 4, Vetuſtum aſyli ius, vt firmaretur petentibus.

ASYMBOLVS.] Qui immunis abit è conuiuio, hoc eſt, non non perſoluto ſymbolo. Terent. Phorm 2. 2. 25, Téne aſymbolum venire vnctum atq; lautum è balneis? Idem in Andria: Symbolum dedit, cœnauit.

A T

AT.] Coniunctio diſcretiua. Terent. And.5.4, 38, At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet.

At, principium increpationi aptum. Terent. And.4.1.42, At, tibi dignum factis exitium dicunt.

At: Tamen, veruntamen. Terent. And 4.1.55. Parum ſucceſſit quod ago: at facio ſedulò. Plaut. Perſa, 5.4.

At, vtimur, quando cum admiratione laudamus, vel vituperamus interrogantes. Terent. Eunuch.3.5 41,

Per impluuium fucum factum mulieri,
At quem deum?

At, pro Saltem. Cato de re Ruſt. Si non eodem die; at poſtridie.

At enim. Plaut. Pſeud.7.125, At enim ſcin' quid mihi in mẽtem venit? Terent. Heaut. 4. 3. 21, At enim iſtuc nihil eſt magis, Syre, meis nuptijs aduerſum. Liu.8. bel. Maced.209, At enim ſunt hæc ita? verùm etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculũ, vmbilicum orbis terrarum, Galli ſpoliauerunt.

At etiam: Indignantis. Terent. Eunuch.5.7.10, At etiam primò callidum & diſertum credidi hominem.

At iam Plaut. Trin.17.16, At iam poſthac temperabo. CH. dicis; ſi facies modò. Terent. And.4.1.58, Faciam. PAM. át iam hoc opus eſt.

At ita. Terent. Adelph.2.1.7, Leno egò ſum AE. ſcio. S. at ita, vt vſquam fuit fide quiſquam optima.

At hercule. Plin.li.12.c.14.7, At herculè Alexandriæ vbi thura interpolantur. Liu. At herculè in ea controuerſia quæ de Argis eſt.

At nunc. Terent And.1.2.7.

At nunc faciet: neq;, vt opinor, ſinè tuo magno malo;
—at poſtquam id euenit, cedò,
Nunquid circumſpexti? Terent. Adelph 4.5.54.

At tamen. Terent. And 5.3.22,

—ego audiam? quid ego audiam,
Chreme? CH. at tamen dicat ſine. Et 4.1.12, At tamẽ vbi fides eſt, Si roges, nihil pudet. Pro, Sed tamen; vel, Sed ſi tamen.

At tamen, interpoſitis aliquot dictionibus. Terent. Eunuch. 5.2.72,

—nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime; at tu indignus qui faceres tamen.

At tu. Terent. Adelph.2.4.16,

—reddetur; ne time.
SA. At vt omne reddat. Idem Heaut.4.1.4.

ATAT.] Interiectio, ex improuiſo aliquid deprehendentis. Terent. And.1.1.98,

—atat, hoc illud eſt;
Hinc illæ lachrymæ: hæc illa eſt miſericordia.

Atat: admirantis, conterriti item & conturbati. Terentius Eunuch.2.1.22,

Atat hic quidem eſt paraſitus Gnato
Militis: ducit ſecum vnà virginem huic dono.

Atat: interiectio paulatim percepti atq; intellecti mali. Terent. Eunuch.4.5.1, Atat data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum quod tibi.

Atat: interiectio formidantis. Terent. Eunuch.4.6.17,

C. Militem ſecum ad te quantas copias adducere?
Atat. T. num formidoloſus obſecro es, mi homo?

ATAVVS.] Abaui vel abauiæ pater. Feſtus: Atauus, quia ata (vel tata) eſt aui, id eſt, pater; vt pueri vſurpare ſolent. Terent. Phorm.2.3 47,

—primus eſſes, memoriter
Progeniem veſtram vſq; ab auo, atq; atauo proferens.

Auis atauiſq; potens. Virg.7. Aen.12. de Turno.

Ataui, proauiq;. Ouid.1. Amorum, eleg.8.4,

Euocat antiquis proauos, atauoſq; ſepulcris.

ATECHNIA.] pen. corr. Ruditas, imperitia. Quintilianus lib.2.cap.21.

Atella.] Vide Attella.

Ater.] adiectiuum. Quod refert colorem carbonum Plin. lib. 30. cap. 2. 3, Pecudes verò, quibus non niſi ater color eſſet Idem lib. 11. cap. 37. 43. Terent. Adelph. 5. 3. 64, Tam excoctam reddam, atq; atram, quàm carbo eſt.

Albus an ater ſis neſcio. Vide Albvs.

Atrum agmen, Pulueris nube coopertum. Virg. 12. Aeneid.

Atra bilis, ab atro, id eſt, animi vitio dicta. Eſt enim atrum; nigrum: id eſt, à candore remotum.

Caligo atra. Virg. 11. Aeneid. 176.

Ater calculus. Ouid. 15. Metam. 9.

Lapilli atri, quibus Niuei opponuntur. Ouid. 15. Metam. 9;

Mos erat antiquis, niueis atriſq; lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.

Color ater Ouid. 4. Metam. 33.

Cruor. Horat. Epod. 17. 7.

Cupreſſus atra. Virg. l. 3. Aeneid. 13. Id eſt nigra, funeſta. nam inferis conſecrata eſt, quia cæſa nunquam reuireſcit. Hæc Serui.

Curæ atræ. Horat. 3. Carm. 14. 3.

Dies atra. Funeſta. Virg. 6 Aeneid. 86.

Atri dies Gel li. 5. cap. 17, Verrius Flaccus in quarto de Verborum ſignificatione, dies qui ſunt poſtridie Calendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperitè nefaſtos dicit, propter hanc cauſam atros dictos habitosq; eſſe ſcribit. Hinc ater lapillus, quo nefaſti dies ſignabantur. Ouid.

Vltima neq; dies atro ſignanda lapillo. Et atrati dicti, quos pullatos Cic. vocat.

Erinnyes atræ. Ouid. epiſt. 11. 21.

Fames atra. Claud. 4. Paneg. 65.

Fila Parcarum atra Horat. 2. Carm. ode 3. 3.

Fluctus atri Virg. 5. Aen. 1.

Formido atra. Virg. lib. 12. Aen. 68.

Atrum olus. Colum. lib. 12. cap. 7. 1.

Homo ater. Catul. 88. 1.

Hyems atra. Virg. 7. Aend. 43.

Ingluuies, Fœda. Virg. 3. Georg. 85.

Luctus ater. Seneca in Hercul. fur. 9. 16.

Mare atrum, id eſt, Turbidum. Horat. 1. Epiſt. 7. 2.

Nemus. Virg. 1. Aeneid. 18,

Horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.

Vbi Seruius, Tropus eſt, per atrum, nigrum oſtendit: per nigrum, vmbroſum: per vmbroſum, denſum: id eſt, frondibus plenum.

Nox atra. Virg. 1. Aeneid. 19.

Atræ nubes, Altæ. Virg. 10. Aeneid. 19. Seruius. Niſi potius atras nubes pro prægnantibus & ſpiſſis ac denſis accipias.

Ater odor. Virg 3. Aen. Voluitur ater odor. Vbi Seruius, Ater odor, noue: nam in odore quis color eſt? ſed hoc dicit, Odor ater, fumi ſcilicet. Ater odor, id eſt, Peſſimus: vt, Fumoq; impleuit amaro.

Ater panis. Terent. Eunuch. 5. 4. 17, Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Vbi Donatus, Panem atrum, hoc eſt, vt quidam volunt, ex antiquitate mucidum. quaſi dicat, Panem mucidum heſterno iure accipientes deglutiunt.

Ater ſanguis, pro ſanie. Virg 3. Aen.

Atra ſeges, Fertilis. Virg. 7. Aen 45.

Signa atra, Indicium triſte futuri mali. Stat. 1. Achil. 1.

Atræ ſpeluncæ. Virg 1. Aen. 15.

Tempeſtas atra. Virg. 5. Aen. 138.

Tigris, Sæua. Virg 4 Georg. 82. Seruius.

Atrum venenum. Virg. 2. Aen. 24. Vbi Seruius, Atrum venenum, vt pallida mors, triſtis ſenectus.

Atrum vinum. Plaut Menæh. 20. 17.

Album an atrum vinum portas?

¶ Atratus, pen. prod. adiect. vt Atratus fluuius, atro colore tinctus.

¶ Atricolor atricoloris adiectiuum, quod atrum habet colorem. Plin. lib. 7. cap. 2, Alios iuuenes atq; pueros, atricolores, aligeros, claudos, &c.

¶ Atritas, pen. corr. atritatis, Denominatiuum. Plaut. Pœn. 19. 10, Ita replebo atritate, vt atrior multo fiet

Quàm Aegyptij.

Feſtus, Atritas, Atri coloris. Inuſitatum.

¶ Attor, atroris, pro Atritate. Gel. lib. 2. cap. 26; Rubidus autem eſt, rufus, atrore nigroreq; multo miſtus.

¶ Atramentum, Ab atro colore deducitur: cuius duo genera ſunt: atramentum ſcriptorium, quod & librarium dicitur, & à tectorijs, tectorium, quo in ſcribendo ac pingendo vtimur: & atramentum ſutorium, quod inficiendis pellibus ſutores vſurpant. Hæc Sipontinus.

Atramentum ſcriptorium, ſiue librarium Vitru. li. 7. cap. 10; Quæ circa parietem & cameræ curuatura adhereſcit, inde collecta partim componitur ex gummi ſubacto ad vſum atramenti librarij: reliqua tectores glutinum admiſcentes in parietibus vtuntur. Horat 2 Epiſt. 1. 48.

Atramentum ſutorium. Plin. lib. 20. cap 12. 5, Verrucas miſto atramento ſutorio tollit Celſ. lib. 6. capit. 8. Eſt enim eiuſmodi ſutorium atramentum, vt neq; magnopere atrā imprimat notam, neq; nullā tamen illinat maculam. Plin. 34. cap. 12. 7, Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento ſutorio. appellant enim Chalcanthum.

Atramentum pro ſanguine ex ſepijs Plin. 9. cap. 19. 1.

Atramentarium Vaſculū quod atramentum cōtinet. Vallà.

Athleta.] Luctator & certator. Plin. li. 11. cap. 53. 6, Ideò Athletas malunt cibos ambulatione perficere.

Athleta erat, qui non lucri, ſed virtutis cauſa in publicum certamen cū beſtijs, aut alijs, pugnaturus deſcendebat. Vlpian. in l. athletas. ff. de his qui notantur infamia. Athletarum ſtudia. Horat. 2. Epiſt. 1. 19.

¶ Athletica, abſolutè poſitum, pro arte certandi vſurpatur à Iuriſconſultis. Plin. lib. 7. cap. 56. 15, Hercules Olympiæ athleticam inuenit.

Athleticus victus: id eſt, admodum plenus, quali athletę vti ſolent. Celſ. lib. 4 cap. 6.

¶ Athleticè: pro optimè & firmiſſimè. Plaut. Epid. 2. 18, Quid herilis noſter filius valet? T. pugilicè, atque athleticè valet. Idem Bacc. 5. 14. Benene vſq; valuit? C. pancraticè, atque athleticè.

Atinia, æ.] Genus vlmi, rariſſimam ferens ſameram, (ita enim vlmi ſemen vocant) eamq; inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Colum. lib. 5 cap. 15. Vide Plin lib. 16. cap. 17.

Athantivs] nodus: Primus ſpinæ articulus vocatur à Plin. lib. 28. cap. 8.

Atqve.] vt ait Gell. lib. 10. cap. 29. particula, Grammaticis coniunctio eſſe dicitur connexiua: & plerunque ſanè coniungit verba, & connectit. Terent. And. 4 4. 3. Idem Adelph. 3. 1. 10. Talem tali genere, atq; animo, natum ex tanta familia.

Atque, *pro Tamen.* Terent. And. 1. 3. 18, Mihi quidem herclè non fit veriſimile: atq; ipſis commentum placet.

Atque: Statim. Virg. 1. Georg.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

Gell. lib. 10. cap. 29.

Atque, *pro Iſq; vel Idemq;*. Cæſ. 1 bel. Ciuil. Tum quòd ex totis ripis in vnum, atque anguſtum locum tela iaciebātur: Id eſt, in vnum, eumq; vel eundemq; anguſtum locum.

Atque vides? Plaut. Merc. 22. 38, Aſpice nunc ad ſiniſtram huc: atque vides?

Atque audin'? Terent. And. 1. 5. 64.

—propera.

Atque audin'? verbum vnum caue de nuptijs.

Atque hoc confiteor iure obtigiſſe. Terent. And. 3 6. 1.

Atque id. Terent. Heaut. 4. 1. 24, Atque id omitto, miſericordia, animus maternus, ſino.

Atque iſtoc ipſum. Terent. And. 2. 2. 13,

—rem tenes.

P. Iſtuc ipſum. D. atq; iſtuc ipſum nihil pericli eſt, me vide.

Atque aliquis dicat. Terent. And. 4. 1. 16.

Bellus eſt atque. Plaut. Bacchid. 15. 75, Euax, nimis bellus, atque eſſe maximè optabam, locus.

Atque adeò: variis modis accipitur. Plaut. Amphit. 16. 35;

Pernego, quando Thebis præter me nemo eſt alter
Amphitruo. 1. Immò præter me nemo: atque adeò tu Blepharo iudex fies.

Atque adeò. Plaut. Curcul. 7. 54, Reſpondit mihi paucis verbis, atque adeò fideliter.

Atque adeò autem. Terent. Eunuch. 5. 5. 22,

Atq; adeò autem cur non egomet introeo?

Atq; adeò nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat, dum non occidat. Plin. in Paneg. 44.

Atq; adeò, ornatus gratia poſitum. Plin. epiſt. 101. a, lib. 5.

Atque eccum. Terent. Eunuch. 3. 2. 2.

—audire voce viſa ſum modò militis; Atq; eccum.

Atque ædepol. Terent. And. 4. 2. 9,

—atque ædepol

Ea res eſt: proptereaq; nunc miſera in mœrore eſt.

Atque equidem. Terent. Eunuch. 5. 5. 14.

—colligauit primùm eum miſeris modis. P. hem,
Colligauit? P. atq; equidē orāte, vt ne id faceret, Thaide.

Atque etiam. Terent. Adelph. 2. 2. 15

Tace, egomet conueniam iam ipſum, cupidè accipiat faxo atque etiam Benè dicat ſecum eſſe actum. Idem Adelph. 4. 5. 29.

Atque ita: *pro, Atque ea conditione, vel eo nomine.* Plautus Epid 10. 33.

Atque ita *pro, Atque ſic.* Terent. Eunuch. 4. 6. 19,

Ego formidoloſus? nemo eſt hominū qui viuat, minus.
T. Atque ita opus eſt.

Atque verò. Plaut. Aulul 3. 18.

Atque ille verò minus impendio
Curare, minusq; me impartiri honoribus,

Pro eo atque. Vlpianus: Pro eo habendum eſt, atq; ſi nullo iure factum eſſet. Id eſt, Ita vt, vel Perinde vt.

Ad eundem modum atq; Cato de re Ruſt. Pomarium ſeminarium ad eundem modũ atq; oleaginum facito. Hoc eſt, quemadmodum oleaginum.

Atq;, varijs particulis, pro varijs ſignificatis, ſuccedit, vt cõparatiuis. Plaut. Merc. Amicior mihi nullus viuit, atq; is eſt. Hoc eſt, quam is eſt.

Alius atq;. Terent. And. Alium cenſes nunc me, atque olim quum dabam?

Aliter atque. Terent. Adelph. Adelph. 4,3.6,
Nunquam te aliter, atq; es, in animum induxi meũ.

Aeque atq;. Terent. And. Miſer æquè atq; ego.

Item atq;. Varro de Lin. Lat. Analogia non item ea definieda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atq; illa quæ ad vſum loquendi.

Pariter atq;. Plaut. Menæch. Pariter hoc atq; alias res ſoles.

Iuxtà atq; Liu. Trucidant inermes iuxtà atq; armatos.

Potiùs atq;. Plaut. Amph 4, 226, Ita dij faciant, vt tu potiùs ſis atq; ego, te vt verberem.

Atq;, poſt comparatiuum, ꝓ Quàm. Horat. Sat. 7, Qui peccas minùs atq; ego?

Non magis verum, atq; Terent. And. 4.2.15, Non Apollinis magis verum, atq; hoc reſponſum eſt.

Haud eſt mollis atq;. Plaut. Caſina, 20.21.

Similis atq;. Terent. in prolog. Phorm. 32,
Ne ſimili vtamur fortuna, atq; vſi ſumus.

Talis atq;. Terent. Phorm. ſcena vlt.

Atq;, ſi gemina fiat, auget, intenditq; rem de qua agitur: vt animaduertimus in Qu. Ennij annalibus, niſi memoria in hoc verſu labor, Atq; atq; accedit muros Romana iuuentus. Gell. lib. 10. cap 29.

ATQVI.] Sed tamen. Terent. Eunuch. 5.5.11, Neſcio. PY. Atqui ſic inuenta eſt.

Atqui, *pro Certè, profectò*. Terent. Eunuch. 4.6.2, Atqui ſi illam digito attigerit vno, oculi ilicò effodientur.

Atqui, *pro Imò*. Terent. Hecyr. 1.2.85,
—atqui ea res multò maximè
Diſiunxit illum ab illa.

Atqui, abundat nonnunquã. Terent. Adelph. 5.5.6, —tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. N. atqui Syre
Hoc verum eſt.

ATRAMENTVM, ATRATVS.] Vide ATER.

ATRIARIVS.] Vide ATRIVM.

ATRITAS.] Vide ATER.

ATRIVM. Feſtus: Atrium propriè eſt genus ædificij ante ædem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit. Varro de Ling. Lat. Atrium appellatum ab Atriatibus Tuſcis illinc enim exemplum ſumptum. Gell. lib. 16. cap. 5, Animaduerti enim, quoſdam haudquaquam indoctos viros opinari, veſtibulum eſſe partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. Virg 1. Aeneid. 77,
Fit ſtrepitus tectis, vocẽq; per ampla volutant | Atria.

Alta atria. Virg. 4 Aen. 133. Ampla. Idem 1. Aen. 147. Regalia. Ouid. 5. Metam. 1. Sublimia. Horat. 2. Carm. 1.5.

ATRIARIVS.] Vlpian. l. 1. ff. nautæ, caupones, &c. Cæterùm ſi quis opera mediaſtini fungitur, non continetur: vt puta atriarij, & focarij, & his ſimiles. Dicitur autem Attriarius ſiue Atrienſis, ſeruus, cui atrij cura eſſe commiſſa.

ATROCITAS.] Vide ATROX.

ATROPHIA.] Vna eſt ex ſpeciebus talis: de qua Celſus lib 3. cap. 22.

Atrophi: Qui cibum non ſentiumt. Plinius lib. 26. cap. 11.5, Eadem datur ijs, quos atrophos vocant, interpoſitis diebus. Idem lib. 28. cap. 9.6. Idem lib. 27. cap. 8, Explent ſinus vlcerum, & atropha carnoſiora faciunt.

Atropha appellantur, quæ cibum non ſentiunt. Plin. lib. 22. cap. 25.31.

ATROR.] Vide ATER.

ATRÓX.] Aſper, crudelis: quòd qui atrò vultu ſunt, aſperitatem ac ſæuitiam præ ſe ferunt. Feſtus. Virgilius 1. Georgicorum 82.
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus.

Terent. Hecyr. 3. 3.17, Me inde lachrymans, incredibili re atq; atroci percitus.

Atroces res & miſerabiles Quint. lib. 6. cap. 1.40.

Atrociſſimum certamen. Liu. 8 bel. Pun. 26.

Aeſtas atrox. Claud 2. Paneg. 93.

Anguis. Stat 6 Theb. 32.

Facinus. Seneca, in Troade, 4.18.

Fama atrocior. Tacit. lib. 4.



Flagrantis atrox hora Caniculæ. Horat. 3. Car. Ode 3.2.

Ingenium. Claud 4. Paneg. 46.

Iniuria. Claud. de bello Getico, 79.

Atrocem iniuriam, quaſi contumelioſiorem, & maiorem accipimus. Vlp. de iniurijs.

Nefas atrox. Seneca, in Thyeſte, 3.4.

Tempeſtas. Claud. de bello Getico, 23.

Virtus atrox: Fortitudo quædam immenſa, nullos hoſtes, nulla vincula, nullum mortis genus perhorreſcens. Silius lib. 13.74.

Atrox animal ad conficiendum hominem. Plin. de Polypo.

Atrox odij. Tac. lib 12, Iiſdem conſulibus atrox odij Agrippina ac Lolliæ infenſa.

Atrox, *Crudum*. Næuius bell. Pun. lib. 4, Simul atrocia proiecerunt exta miniſtratores. Nonius.

Atrox animus Catonis: pro Conſtanti. Horatius 2. Carm. Ode 1.5.

¶ Atrociùs accipi. Tacitus libro 17, Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperij, atrociùs accipiebantur.

ATTACIVS.] Vide ATTINGO.

ATTAMEN.] Vide AT.

ATTEGIAE.] Id eſt, mapalia, & tuguria. Iuuen. Satyr. 14.20,
Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum:
Vt locupletẽ aquilã tibi ſexageſimus annus Afferat.

ATTEGRARE.] Eſt vinum in ſacrificijs augere. Integrare enim & attegrare minus factum, eſt in ſtatutum redigere. Feſtus.

ATTEMPERO.] pro Aptare, & quaſi dirigere ad iugulum. Seneca epiſt. 30, Sic gladiator, tota pugna timidiſſimus, iugulum aduerſario præſtat, & errantem gladium ſibi attemperat.

¶ Attemperatè. Terent. And. 5.4.13, Itáne attemperatè venit hodie in ipſis nuptijs, Vt veniret antehac nunquam?

ATTENDO.] ſignificat cogitare, & quaſi animum intendere Terent. Hecyr. 2.2.23,
—nam poſtquam attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret Plaut. Amph 16.45.

Attendere, cum datiuo. Suet. in Galba: Inter liberales diſciplinas attendit & iuri. Id eſt ſtuduit, ſiue operam dedit iuri. Plin. in Paneg. Iurat in legem, attendentibus dijs. nam cui magis, quàm Cæſari, attendant?

Attendebat ijs. Plin. lib. 7. epiſt. 33.

Attendere ad. Quint. li. 11. cap. 2, Hinc eſt ex illa arte nõ inutile, attendere ſigna ad eos qui exciderunt ſenſus.

Attendere animum: Aduertere. Terent. Phorm 5.6.28,
Animam compreſſi, aurem admoui; ita animum cœpi attendere: Hoc modo ſermonem captans.

Attendere animo æquo. Terent. in prolog. Hecyr. 28.

¶ Attendens. Silius lib 8 118.
—nullo attendente deorum
Votis tunc veſtris, caſura ruiſtis in arma.

¶ Attentus. Terent. And. 2.14,
—vt animus in Spe atque in timore vſque antehac attentus fuit.

Auris attenta. Horat. 2. Serm. Satyr. 1.4.

¶ Attentus: Nomen ex participio. Terent. Adelph. 5. 3.48, Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt.

Attentior circa aliquid. Quint. lib. 5. cap. 4.15.

Attentus: pro, Attentus ad rem, auarus, nimiumq; ſolicitus. Horat. 1. Epiſt. 7.18,
Durus ait Vultei nimis. attentusq; videris Eſſe mihi.

Aſper, & attentus quæſitis. Horat. 2. Serm. Sat 6.17.

¶ Attente. Terent. Heaut. 1.1.14, Ita attente illorum officia fungere,

Spectare attentiùs. Horat. 2. Epiſt. 1.40.

ATTENTO.] Idem quod Tento. Colum. lib 1. cap. 44, Simul attentando poſſeſſor efficit, vt in id formetur, quod maximè præſtare poſſit.

Attentare: Manu inuadere, vel inſidijs adoriri. Colum. lib. 7. cap. 12.7, Primum eſt enim, non attentari: ſecundum eſt, laceſſitum fortiter & perſeueranter vindicari.

Attentari ſententia dicitur, quum per appellationem, an iuſta fuerit, diſcutitur. Vlpian. in l. eleganter. §. tunc enim. ff. de condict. indeb. Tunc enim reſcriptis locum eſſe credẽdum eſt, quum de ſententia indubitata, quæ nullo remedio attentari poteſt, tranſigitur.

Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat. Paulus Iuriſcon. de iniurijs. Vlpianus in l. apud Labeonem, de iniurijs. Appellare, eſt blanda oratione alterius pudicitiam attentare.

Attentare tempus proſperum. Tacit. lib 12.

Attentare aliquem bello: Belli fortunam in aliquo experiri. Stat. 4. Theb. 14.

Lacrymis & precibus attentare Valer 4. Argon. 3.

ATTENVO.] Comminuo, detraho, exilius facio. Plin. lib. 11. cap. 37.

cap.37.44, Lingua leonibus ac pardis, omnibusq; generis eius, etiam felibus, imbricatæ aſperitatis ac limæ ſimilis, attenuansq; lambendo cutem hominis.

Attenuari Lucretius lib.1.64,

—tum portas propter ahena
Signa, manus dextras oſtendunt attenuari
Sæpè ſalutantum tactu.

Attenuatæ prælijs legiones. Cæſ.3.bel.Ciuil.350.

Curas attenuare: Id eſt, minuere. Ouid.4.Triſt.eleg.5.11.

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes. Ouid. 1.de Arte, 148.

Luctus attenuare. Ouid ad Liuiam, 70.

Manus. Tibullus, 1.eleg.4 10.

Opes. Ouid.8. Metam.170 de Eriſichthone.

Arboris vmbram. Catullus in Argona.9. pro Frondibus, quæ vmbram præbent.

¶ Attenuatus. Participium. Attenuatus amore. Ouidius 3. Metam.98.

ATTERO.] Eſt rem aliquam cum alia vi quadam coniungere, & quodammodo confricare. Plin.lib.9. cap.51, Anguillæ atterunt ſe ſcopulis.

Attrita inter ſe ligna. Plin.lib.2.cap.107.1.

Aſinus atterens ſe ſpinetis. Plin.lib.10.cap.74 id eſt, attricās.

Atterere: *comminuere, frangere, conſumere.* Colum.lib.5. cap.6. 10. Virg.4.Georg.3,

—aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & ſurgentes atterat herbas.

Celſ.in Proœm.lib.1, Et duce alij Eraſiſtrato atteri cibum in ventre contendunt.

Atterere alueum: pro Terere, ſeu calcare. Plin lib.8.cap.5.1. De elephantibus.

Attrita toga. Martialis:

Attrita veniet ſportula ſæpe toga.

Hoc eſt, lacera.

Imbelles atterit haſta manus. Propter.lib.4.eleg.3.5.

Attritus vomer. Virg.1.Georg.10.

Attrita anſa. Virg.in Sileno, 6.4,

Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.

Vbi Seruius: Attrita anſa, frequenti potu.

—attritos verſans alit vnda lapillos.

Ouidius.

Atterere aures alicui, per translationem. Plaut Perſa, 11.11,

Cuiquam mortali libero aures atteram?

Atterere, item per tranſlationem. Attrita bellis Aethiopia. Plin.lib.6.cap.29.19.

Atterere famam alicuius. Salluſt. Pòſt vbi eorum ſamā attriuerat, maiora alia impendebant. Id eſt, Poſtquam ad infamiam & impudicitiam eos adegerat.

¶ Attritus: Nomen ex participio.

Attritæ opes, ſæpiùs apud Liuium, pro Imminutæ.

¶ Attritus: Verbale. Plin.lib.9 cap 45. Contactos piſces, attrituq; petræ ſcalpentes pruritum, inuadit.

Ex attritu facta. Plin lib.33.cap.6.10.

Attritus arborum Plin.lib.8 32.7.

Attritus calceamentorum. Plin lib.28.cap.16.4.

ATTESTOR.] Eſt abſenti denuntiare, authore Paulo iuriſc.

Atteſtari, *pro ſimplici Teſtꝫ accipitur.* Plin.in Præf. lib. 4, Hoc atteſtabatur vel inimico iudici ſe approbari poſſe.

¶ Atteſtans: Qui teſtimonium reddit.

Atteſtante Artemidoro. Plin. lib.2 cap.105.5.

¶ Atteſtator. Plin.epiſt.18 lib.6, Quanquam quis vno te reuerentior huius operis; quis benignior atteſtator.

¶ Atteſtatus: Teſtimonio comprobatus. Plin.lib.10.c.43.1, Reddatur & coruis ſua gratia, indignatione quoq; Pop. Romani atteſtata, non ſolum conſcientia.

Atteſtata dicebantur fulgura, quæ iteratò fiebantur: videlicet ſignificationem priorum atteſtantia. Feſtus.

ATTEXO.] Addo, Adiungo. Varro de re Ruſtica, libro 2. capit.5.2.

ATTIGO.] ſine N, à veteribus vſurpatum pro Attingo. Plaut.in Muſtel. Abſcedite telis, ne attigant.

Attigas: pro Contingas. Turpil Leucad. Ne me attigas, atq; aufer manum. Accius Erigonis: Age, age, amolire, amitte, caue veſtem attigas.

ATTINEO.] idem quod Teneo. Plaut. Capt. 6. 61, Nunc iam cultros attinet. Tacit.li.1, Ni proximi prehenſam dextram vi attinuiſſent.

Attingere aliquem: pro Retinere. Tacit. libro 18. Deletæ omnes copie forent, ni victorem exercitum attinuiſſet obſcurum noctis.

Attineri publica cuſtodia. Tacit.lib.3. Precabâtur Druſum, daret vltionis exemplum, donec accitam, conuictamque attineri publica cuſtodia iuſſit.

Attineri vinculo ſeruitutis. Tacit lib.13, Quos vindicta patronus non liberanerit, velut vinculo ſeruitutis attineri.

Delectione. Tacitus libro 13, Vologeſen delectione Hyrcaniæ attineri, ſuadet Tyridati precibus Cæſarem aggredi.



Diſcordijs. Tacitus libro 1, Ob amiſſum Auguſtum diſcordijs attinemur.

Domi attineri ſtudijs. Tacitus lib. 14, Seneca rarus per vrbem, quaſi valetudine infenſa, aut ſapientiæ ſtudijs domi attineretur.

¶ Attinet, ferè imperſonaliter legitur, pro Pertinet, Decet, Conuenit.

Nec quæ nihil attinet. Horat.1.Carm.Ode 19.2.

Attinet ad me. Terent. Adelph.2.1.33, Iámne me vis dicere, quod ad te attinet? Vbi Donat. Quod tibi prodeſt, & commodum eſt? Plaut.Bacchid.4.51, Negotium ad me attinet Terent.And.1.2.16, Nihil ad me attinet. Idem Adelph.3.3. 82, Illum curo vnum; ille ad me attinet.

Quid iſtuc ad me attinet? Plaut Epid.2.71.

Quam ad rem dicam hoc attinere ſomniū? Plau.Rud.5.19,

Quid attinet tot ora nauium graui
Roſtrata duci pōdere Cōtra latrones? Hor.4 Epod.3.

ATTINGO.] Leuiter tango. Virg.5 eclog.5, —nec graminis attigit herbam. Terent.Adelph.2.1.24, Tetigin' tui aliquid? c. ſi attigiſſes, ferres infortunium. Idem Eun.4 6. 2. Atqui ſi illā digito attigerit vno, oculi ilicò effodientur.

Nihil attingit ad rem: pro, Nihil attinet. Plaut.Merc.3.31,

—hoc ideo fit, quia
Quæ nihil attingunt ad rem, nec ſumptus videt,
Tum amator profert ſæpe aduerſo tempore.

Attingere ſanguine. Plin.epiſt.144 a, Nec ijs tantùm, quos ſanguine attingit, inter propinquos amandum.

Attingit eum infamia. Liu.7. bel. Pun 64, Sed erant perpauci, quos ea infamia attingeret.

Attingere ſenectutem. Colum lib.1, Nec dum ſenectutem attigerit. Hoc eſt, nondum conſenuerit.

Attingere leuiter ſtudia. Sueton.de claris Grammat.9.

Aliquid leuiter in trranſitu attingere. Qnint.lib.7.cap.4.20.

Vox attigit aures. Valerius 2. Argon.92.

Attigit Britanniam: pro, Peruenit. Cæſ.4.bell.Gall.549, Ipſe hora circiter diei quarta, cum primis nauibus Britanniam attigit.

¶ Attactus: participium. Attactus telis. Silius, lib.11.30.

¶ Attactus: Verbale. Virg 7.Aen.70,

ille inter veſtes, & læuia pectora lapſus
Voluitur attactu nullo.

Varro de re Ruſt lib.2. c.5.7.

ATTONDEO.] Omnino tondeo. Plaut.Caſin.6.18,

Sed vtrùm, ſtrictímne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, Neſcio.

Attondere vlmos. Plau.Epid.6.6. Virgulta, Virg.10.eclog 2.

Attondere aliquē auro, per metaphoram. Plaut Bacc 22.9,

—is me ſcelus Auro vſq; attōdit doctis indoctū dolis.

¶ Attondens. Virg.2 Georg.82,

—curui Saturni dente relictam
Perſequitur vitem attondens.

¶ Attonſus. Celſus, lib.4.cap.3,

Neq; inutile erit, caput attonſum habere.

Attonſa arua. Lucan. lib.6.17.

ATTONITVS.] Participium: cuius verbum non reperitur. Virgil.3. Aeneid.16.

Talibus attonitus viſis, ac voce, deorum.

Attonitus verò eſt ſtupefactus. Nam propriè Attonitus dicitur, cui caſus vicini fulminis & ſonitus tonitruum dant ſtuporem. Seruius.

Attonitus nouitate ac miraculo Liu. 1. ab Vrbe, 208.

Nouitate attoniti pauent. Ouid.8 Metam 137.

Attonitos quoq; (inquit Celſ.lib.3 cap.26) raro videmus, quorum & corpus & mens ſtupet.

Aures attonitæ. Seneca, in Hercule Oetheo, 8.20

Cor attonitum Ouid.11.Metam.142.

Greſſu attonito fertur. Seneca in Octauia, 7.12.

Mentis attonitæ ſtupor. Seneca in Troade, 6.

Attonitis hæſêre animis. Virg.5.A.105.

Oculis attonitis videre aliquid. Id eſt, continuo intuitu, nuſquam aliò verſa acie. Claud.3.Paneg.14.

Pectus attonitum. Seneca in Hercule furente, 13 17.

Attonita perſuaſio. Plin.lib.29. cap.1.26, Simul contra attonitas quorundam perſuaſiones, qui prodeſſe niſi precioſa non putant.

Vates attonitus: Raptus Bacchi numine & Apollinis. Hor. 3.Carm.19.1, Ternos ter cyathos attonitus petet. Vates.

Attonitæ domus. Virg.6.Aen.7, —nec enim antè dehiſcēt Attonitæ magna ora domus.

¶ Attonitè. Plin lib.30. cap.1.13, Britannia hodieq; eam attonitè celebrat tantis cæremonijs, vt dediſſe Perſis videri poſſit, De magia loquitur.

ATTONO.] Verbum rariſſimè lectum: quod Stupefacere videtur ſignificare. Ouid. Epiſt 4,

Aut quas ſemideæ Dryades, Fauniq; bicornes
Numine contactas attonuêre ſuo.

ATTRAHO.] Ad me traho.

Attrahere in ſe. Plin.lib.37. cap.3.6, Cæterùm attritu digitorum accepta vi caloris, attrahunt in ſe paleas, & folia arida, vt magnes lapis ferrum.

Attrahere, & reddere animam: pro, Inſpirare & exſpirare. Plin lib.11.cap.37.58.

Attrahere lora. Ouid.2.de Reme.amoris,1.

¶ Attractus: Particip. Virg.3 Georg.99,
Tum vero ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis.
Intelligit difficilem reſpirationem.

ATTRECTO.] frequenter tango. Liu.5.ab Vrbe,105, Quòd id ſignũ more Hetruſco, niſi certæ gentis ſacerdos, attrectare nõ eſſet ſolitus. Verg.lib.2.Aen.143, Attrectare ſacra.

ATTREMO.] Attremere oranti: Ad vocem alicuius contremiſcere. Stat.8.Theb.16,
Dixerat, atq; illi iamdudum regia triſtis
Attremit oranti, ſuumq;, & quæ deſuper vrget,
Nutabat tellus. De Plutone.

ATTRIBVO.] Curam attribuere. Liu.6 bel.Pun.252.

Attribuere alicui equum, naues, &c. Cæſar 1.bell.Ciuil.93, Copias vndiq; omnes ex nouis delectibus ad ſe cogi iubet: ſeruos paſtores armat; his equos attribuit. Cæſ.7.bell.Gal.405. Neq; ſatis Bruto, qui claſſi præerat, nec Tribunis militum Centurionibusq;, quibus ſingulæ naues erant attributæ, ſatis conſtabat quid agerent.

Attribuere: *Aſſignare.* Cæſar libro vltimo: Noſtri ſicut ſuperioribus diebus, vt cuiq; erat locutus attributus, ad munitionem accedunt.

Attribuere locum tertium alicui in re aliqua. Plin.libro 16, capit.37.3. Tertium locum ei in æſtimatione ruris Cato attribuit.

Attributi finitimis municipijs. Plinius libro 3. capit. 20. 2, Dein Camuni, compluresq; ſimiles finitimis attributi municipijs.

Attributa ſydera ſingulis nobis Plin.lib.2.cap.8.1.

Attributæ pecuniæ, ab antiquis dicebantur, quas nunc aſſignationes Latino verbo dicimus. Varro lib. 1. de Lingua Latina.

ATTRITVS.] Vide ATTERO.

ATYPVS.] Dicitur, qui non ſatis expedito plectro linguæ vtitur; quaſi aerem non feriens, vel quaſi non ſatis verba exprimens, conformansve. Gell.lib.4.cap.2. Balbus autẽ inquit, & atypus, vitioſi magis, quàm morboſi ſunt.

AV.] Interiectio conſternatæ mulieris. Terent.And.4.5.12, Dicturane quod rogo? M.au C.concede ad dextram.

Au, interiectio ſilentium iniungentis. Terent.Eun.4.4.15,
—au,
Ne comparandus hic quidem ad illum eſt.

AVARVS.] qui nimiùm cupidus eſt pecuniæ. Horat.1.Epiſt.2.12 Semper auarus eget. Terent.Eunuch.5.4.4, Ab meretrice auara. Vide Gell.lib.10.cap.5.

Auarior. Horat.2.Epiſt.2.32,
Viueret in terris te ſi quis auarior vno.

Auaræ adulationes. Plin 67, Sed ad tuas aures, cùm cæteris omnibus, tum vel maximè auaris adulationibus obſtructus eſt aditus.

Auarus agricola. Virg.1.Georg.10.

Animus Horat 2.Epiſt.1.25.

Cædis auarus miles. Claud.de bello Getico 122.

Ignis. Proper.2.eleg.29.12.

Intuitus: Inexplebilis cupiditas videndæ rei alicuius. Claud.1.in Ruff 33,
Illecebris capitur, nimiumq; elatus auaro
Paſcitur intuitu. Aut, auaro intuitu, id eſt, intuitu rerum precioſarum.

Manus auaræ. Ouid 2. Amorum.eleg.6.8.

Mare auarum: quod expleri non poteſt. Horat 3.Carm.Ode 19.13.

Opes auaræ: quod auaros reddant. Claudian.1. de Raptu Proſer 5.

Spes auaræ. Quum nimis magna & ardua conſequi nos poſſe ſperamus Horat.4 Carm.Ode 11.5.

Venter auarus Horat 1 Epiſt.16.2.

Vigil. Claud in Præf.4 Paneg.2,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.

Auarus laudis. Horatius in Arte: Præter laudem nullius auaris.

¶ Auarè: Tenaciter Terent in prolog.Heaut.48, Si nunquã auarè precium ſtatui arti meæ.

Acerbè atq; auarè imperare. Liu.3.bel Pun.151.

¶ Auariter, Plaut Curc.3 32, Hoc vide, vt ingurgitat impura in ſe merum auariter, Plenis faucibus. Idem Rud.27.12, Siquis auidus poſcit eſcam auariter.

Auarius exigere opus. Colum lib.1.cap.7.1, Comiter agat cum colonis, facilemq; ſe præbeat: & auariùs opus exigat, quàm penſiones.

¶ Auaritia: Habendi cupiditas. Terent.Phorm.2.3.10.
Quia egens relicta eſt miſera: ignoratur parens:
Negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit.
Salluſt. Auaritia, pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit.

Ob auaritiam laborare. Horat.1.Serm.Saty.4.6.

Fœdus & maculoſus auaritia. Tac.lib 17, Fuere, qui crederent, Capitonẽ, vt auaritia & libidine fœdum ac maculoſum ita cogitatione rerum nouarum abſtinuiſſe.

Cruenta auaritia: quòd cædium & bellorum præcipua cauſa eſt. Claud.1.in Eutrop.39,
—vis nullum cruentam Caſtrat auaritiam.

Profunda. Claud.de bello Gildon.33.

Exſuere auaritiam. Tacit.in Vita Agricolæ: Et arrogantiam & auaritiam exſuerat.

Auaritia gloriæ: pro Cupiditate. Curt.lib.9.

¶ Auarities: Idem quod Auaritia Lucret lib.3.12,
Deniq; auarities, & honorum cæca cupido,
Quę miſeros homines cogũt tranſcedere fines Iuris.

AVCEPS.] Qui, aues captat. Colum.lib 8.cap 10.1, Qui ab aucupibus in hunc vſum nutriti, quaſi allectores ſint captiuorum. Terent. Eunuch.2. 2 26, Coqui, fartores, piſcatores. aucupes.

Auceps auribus aut ſermoni alterius. Plaut. Sticho.3. 43, Nunquis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus? Idẽ Milite, 13. 8, Circumſpicito, dum ne quis noſtro auceps ſermoni ſiet.

Aucupibus noti frutices. Ouid.1.de Arte,10.

¶ Aucupium: Auium captio. Plaut. Aſina.5.63.

Omne genus aucupium. Catullus epigram 109. 1, Id eſt, omne aucupij genus.

Plumoſum aucupium. Propert.4.eleg.2.7.

Aucupia pro captis auibus. Seneca de Prouidentia.

Aucupium nouum, dixit paraſitus Terentianus, qui omnibus omnia aſſentabatur, vt lautè viueret alienis ſumptibus, in Eunuch.2. 2.16, Olim iſti fuit generi quondã quæſtus apud ſeculum prius.
Hoc nomen eſt aucupium: ego adeò hanc primus inueni viam.

Aucupium auribus facere Plaut. Milite, 13.43, Viden' tu illã oculis maturè facere, atq; aucupium auribus?

¶ Aucupari, per translationem eſt, artificio quodã & ſolertia quærere Aucupari famam Plin lib.33.cap.2.2.

Aucupari ſibi famam obtrectatione alienæ ſcientiæ. Plin.in Præfatione totius operis, 24.

Verba aliquius aucupari. Seneca in Theb.2.9.

¶ Aucupo, in actiua voce vſus eſt. Plaut Moſtel.7 41,
—circumſpice dum, nunquis eſt
Sermonem noſtrum qui aucupet?

Aucupare ex inſidijs quid agatur. Plaut. Aſin.16.31.

¶ Aucupatio: Actus ipſe capiendi aues. Quintilianus in Apibus.

¶ Aucupatorius: ad aucupium pertinens. Plinius, libro 16. cap 36.11, Quum igitur anno permanſerit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoq; amplitudinem. De calamis aquaticis loquitur.

AVCETA] ſæpè aucta. Feſtus.

AVCTVARIVM, AVCTIO, AVCTIONARII, AVCTO.] Vide AVGEO.

AVDACIA, AVDACTER, AVDAX, AVDENTIA.] Vide AVDEO.

AVDEO.] Fidens. Terent. And.3.2.25,
Nihil iam mutire audeo. Idem Eunuch. 55.17,
—qua audacia
Tantum facinus audet? Virg lib.1.Aen.110,
—audetq; viris concurrere virgo.

Audere: Temerè præſumere. Virg.12.Aen 73.

Audere, *cum accuſatiuo, pro non vereri.* Virg.3.Eclog 4,
Quid domini faciant, audent cùm talia fures?

Aciem audere. Tacit.lib.12, Vaſtati agri, prædæ paſſim actæ, non auſis aciem hoſtibus. Hoc eſt, non auſis in aciem deſcendere, ſeu confligere.

Capital audere Liu.6.bel.Pun.208.

Facinus. Liu.10. bel Pun.112.

Feliciter Horat.2.Epiſt.1.34.

Hoſtilia. Tacit lib.20.

Longius Tacit.lib.21.

Maiora viribus. Virg.10.Aen.160.

Nihil vltra fremitum & minas auſus. Tacit.lib.17.

Oppugnationem audere Tacit.lib.2, Auſuroſq; nocturnam caſtrorum oppugnationem.

Pœnam. Tacit.lib. 2, Nec Tiberius pœnã eius palàm auſus.

Periculum. Tac lib.19. Neq; periculum in aperto audebant.

Pugnam. Tacit.lib.4, Si Barbari ſucceſſu noctis alacres, prælium auderent.

Scelus. Ouid.Epiſt.142.

Vltima.

Vltima. Liuius tertio ab Vrbe: Et Aequos conſcientia contracti culpa periculi, & deſperatio futuræ ſibi poſtea fidei, vltima audere & experiri cogebat.
Vltionem auſus dubijs rebus. Tacit. lib. 2.
Vim in aliquem audere. Tacitus libro 12, Vim cultoribus ac oppidanis, ac plerunque in mercatores & nauicularios audebant.
Licentius aliquid aut lætius audere. Quint. lib. 2. cap. 4. 10.
¶ Audens: Participium. Minimè timidus. Virgil. 10. Aeneidos, 56,
Audentes fortuna iuuat.
Audentes forsq; Venusq; iuuat. Ouid. 2. Faſt. 157.
¶ Audens: Nomen ex participio. Virg. 6. Aen. 19,
Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.
Audendum eſt, fortes adiuuat ipſa Venus. Tibul. 1. eleg. 2. 4.
Audendum dextra Virg. 9 Aeneid 68.
Author audendi: Qui ad perpetrandum facinus aliquod hortatur alios. Virg. 12. Aen 32.
Audendi maiora fidem fecère immenſæ vires. Lucan. lib. 1. 39.
Quidlibet audendi poteſtas. Hor. in Arte poet. 2.
¶ Audendus adiectiuum. Liu. de Annibale: Nulla re, quæ agenda audendaq; magno futuro duci eſſet, prætermiſſa. Et Quint. lib. 4.
¶ Audenter. Tacit. lib. 4, Quidam audentiùs apertis in collibus viſebantur.
¶ Auſus: Particip. Liu. Exules, obærati, auſi capitalia pleriq;.
Auſus in aciem. Tacitus libro 12, Obuio hoſti & in aciem auſo plus cladis faciunt.
Auſa atque auſura multa nefanda manu. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9. 4.
Codicilli auſi Tacit. libro 3, Auſis ad Cæſarem codicillis.
¶ Auſum: Subſtantiuum. Memoranda auſa. Sil. lib. 6. 64.
Concordia. Silius libro 5.
Crudelia. Ouid. Epiſt. 14. 11.
Fortia. Virg. 9 Aeneid. 59.
Furalia. Ouid. 11. Metam. 3.
Immania. Stat. 3. Theb 47.
Magna. Ouid. 2 Metam 66.
Excidere auſis dicimur, quum conatus noſtri in rebus nimiùm arduis ſucceſſu carent. Ouidius 2. Metamorph. 66. de Phaëthonte.
Indulgere auſis. Ouid 1. de Arte amand. 76.
Potitus auſo. Ouid. 11. Metam. 49 Virgil. 6. Aeneidos 123, Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.
¶ Auſurus grandia. Ouid. 2. Amorum. eleg. 18. 1,
Et tener auſuros grandia frangit amor.
¶ Audacia: eſt fiducia & ſecuritas, qua quis aliquid audet, etiam cum periculo.
Titubans audacia. Vbi magnum quiddam aggredimur, ſed vereri cogimur interim ne malè res cedat. Claud in Nupt. Honorij & Mariæ, 17. Salluſt. in Catilinam: Audacia pro muro habetur.
Audacia ad colendum. Plin. in Præf. lib. 2, Nobis ad colendum te familiariùs audacia ſola ſupereſt.
In vultu eſt audacia miſta pudori. Ouid. 9. Metam. 106.
Audacia creuit Ouid. 8. Metam. 17.
Expertæ audaciæ homo Liuius 4. Decad. libro. 8 109, Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegarunt equites.
Frangere audaciam alicuius. Quint. lib. 2. cap. 16.
Sumere audaciam. Stat. 10. Theb. 165.
Audacia Felix. Ouid. Epiſt. 17. 40.
Fortis. Tibullus lib. 1. eleg 4. 3.
Ingens. Ouid. 3. Triſt. eleg 9. 4.
Petulans audacia: libido quædam temere audendi. Claud. in epig. 7. 2.
Cæco præceps audacia vultu. Claud. 1. in Ruff. 7.
Audacia profectus. Quint. lib. 1. cap. 3. 3, Hi ſunt qui parua facile faciunt, & audacia prouecti, quicquid illi poſſunt, ſtatim oſtendunt.
Audacia ſingulari homo. Cæſar. 6. bel. Ciuil. 411.
¶ Audax: Fidens aut temerarius. Terentius Eunucho, 4. 4. 42, 2, O' ſceleſtum atq; audacem hominem!
Audax & confidens Plaut. Amphit. 4. 1, Qui me alter eſt audacior? aut qui me confidentior?
Animi audax Claud. 2. de Raptu Proſerp. 1.
Audax animis Spartana iuuentus. Stat. 10. Thebaid. 98.
Audax ingenij Stat. 3. Sylu. 2. 13.
Audax viribus. Virg. 5. Aeneid 14, Quiq; pedum curſu valet, & qui viribus audax.
Audax omnia perpeti Hor 1. Carm. Ode 3. 5.
Caput audax Seneca in Agamem. 13. 1, Hoſtis parentis; impium atq; audax caput.
Cœpta audacia. Virg 1. Georg. 8.
Da facilem curſum, atq; audacibus annue cœptis.



Audax facinus. Terent. Eunuch. 4. 3. 2, Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum?
Factum. Virg 11. Aen. 162.
Fiducia. Stat 6. Theb. 168.
Homo audax venali lingua. Lucan. lib. 1. 55.
Induſtria audax Claud. epig. 27. 3.
Manus audaces. Ouid. 2. Triſt. 5. 4.
Mars, audax. Tib. 4 eleg. 1. 20.
Orator. Ouid 13. Metam. 40.
Paupertas. Hor. 2. Epiſt. 2. 11.
Spes. Plin. lib. 28. cap. 4 3.
Facere audacem: Addere animum. Ouid. 4 Metam. 10.
¶ Audaculus. Gellius: Aderat reprehenſor audaculus verborum.
¶ Audacter. Plaut. Milite, 10 138, Et minùs audacter ſceleſta facerent facta. Sic Audacter lædere. Terent. in Prol. Phorm. 11.
Blandiri audacter. Ouid. 20. Epiſt. 39.
Iurare audacter. Plautus Amphit. 8. 205.
Loqui audacter. Plautus Capt. 6. 60.
Audacter monere. & familiariter. Terent. Heaut. 1. 1. 6.
Audaciſſimè prorumpere. Cæſar. 5. bell. Gall. 99.
AVDIO] Auribus accipio. Terent. And. 5. 4. 17, Si mihi pergit, quæ vult, dicere, ea quæ non vult, audiet.
Audire paucis. Terent. Eunuch. 5. 9. 37.
Breuiter audire. Virg. 2. Aeneid. 3.
Audiri in maius. Tacit lib. 4, Miſſis leuibus copijs, quæ ex longinquo in maius audiebantur.
Latiùs audiri. Tacitus lib. 9.
Liquidiùs audiunt talpæ. Plin. lib. 19. cap. 69. 1.
Libenter audire Quint. lib 2. cap 9. 1. Libentius, Idem lib. 2. cap. 6. 3. Libentiſſime, Idem lib. 4. cap. 17.
Parum auribus audire. Cato de re Ruſt. cap. 157. 12.
Audire toties Terent. Adelph. 1. 2. 48, An ego toties de eadem re audiam?
Molliter audire aliquem. Stat. 6. Theb. 11.
Audire aure non auerſa. Tib. 3. eleg. 3. 6.
Audiueris: pro, Vbi audiueris. Mart. lib. 5. 95.
Audieris, dices eſſe Maronis opus. Martialis libro 5. 95.
Audire: *pro Intelligere, vel accipere ex aud tu:* Terent. And. 1. 4. 1,
Audiui Archillis: iamdudum Lesbiam adduci iubes.
Audin' tu illam? Terent And. 2. 2. 5. Et in Eunuch. 5. 9 3.
Audiui dicere. Terent. Eunuch. 4 4. 32, Nec, quis eſſet, vnquam audieram dicier. Terentius And. 3. 2. 31, Audiui, & credo.
¶ Audire: *Sentire, intelligere* Terent. Hecyr. 1. 2. 3, Audin' quid dicam, Scirte?
Clariſſimè audire. Plinius libro 10. cap. 70.
Audire de. Terentius Adelph. 3. 4. 5, De pſaltria hac audiuit: id illi nunc dolet.
Audire è. Terent. Eunuch. 1. 2. 35,
Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat, ſe audiſſe abreptam è Sunio.
Audire ex. Terent. And. 5. 4. 24, Ibi ego audiui ex illo, ſeſe eſſe Atticum.
Audire aliquem ex re aliqua. Plaut. Milit. 18. 50.
Audire de capite: *pro Cognoſcere.* Senec. lib. 2. de Benef. de ambitu.
¶ Audio, *pro Exaudio.* Virg. Audijt, & cæli genitor de parte ſiniſtra Intonuit læuum. Cæſar 2. bel. Ciuil. 180, Neq; cohortationes ſuas, neque preces audiri intelligit. Liuius 1. ab Vrbe, 51, Hæc precatus, veluti ſenſiſſet auditas preces.
Precantem placidus audi. Ouid. 8. Met. 120.
¶ Audio, *ironicè, pro Non audio.* Terentius Phorm. 1. 3. 8, At non quotidiana cura hæc angeret animum. PH. audio. Vbi Donatus: Audio per [illegible] dicitur, pro Non audio: hoc eſt, nihil dicis.
Audio: *Conſentio.* Terent. Eunuch. 2. 3. 77,
----capias tu illi veſtem. CH. veſtem? quid tum poſtea?
P. Pro illo te ducam. CH. audio. Vbi Donatus: Audio, id eſt, libenter hoc admitto & conſentio. vt in Phormione: audio, & fateor. Et contrà, non audio. Valla libro 5. cap. 29.
Non ſum auditurus. Plinius in Epiſt.
Audire bene: Eſt, vt ait Donatus, benedici, & laudari. Terent in prol. Phor. 21, Benedictis ſi certaſſe, audiſſet bene.
Audire malè: pro Vituperari. Teren. Phorm. 2. 3. 12, Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies.
Audit arbor arborem: hoc eſt, admittit, & cum ea quaſi obediens conglutinatur. Plin. lib. 16. 43.
¶ Audibo, pro Audiam, more antiquo. Plaut. Pœnu. 4. 55,
Nunquam audibis verba tot, tam ſuauia.
¶ Sic auditur: Id eſt, intelligitur. Quint. lib. 8.
Audiendi inſolens. Tacit libr. 15, Vt faciendis ſceleribus promptus, ita audiendi, quæ faceret, inſolens erat.

¶ Audiens dicto Qui obedit dictis. Plaut. Trin. 14.53, Sed ſi non dicto audiens es, quid ago?
Audiens dicto atq; obediens. Liu. lib. 5.
Audiens imperij. Plaut. Truculen. 4.24, Tibi ſeruio, atq; audiens ſum imperij.
¶ Audientia. Plaut. Pœn. 2.11, Exſurge præco, fac populo audientiam. Hoc eſt, fac vt populus præſtet aures.
Audientiam facere præconem iuſſit. Liu. 5. Decad. lib. 3.60.
¶ Auditio: Actus ipſe audiendi.
Rumor atq; auditio. Cæſar 4. bell. Gall. 481, Et his rumoribus atq; auditionibus permoti. Sic, ſtylo facultas continget, auditioni iudicium. Quint. lib. 2.
Falſas auditiones depellere. Tacit. lib. 4.
Auditio leuis. Cæſar 7. bel. Gal. 170.
Auditioni occupatum ſedere in ſcholis. Plinius libro 26. cap. 2.2.
¶ Auditiuncula. Gelhus lib. 13. ca. 18. Auditiuncula quadã de Catonis familia aſperſus eſt.
¶ Auditorium: *Locus in quo quis auditur, vel orans, vel legens.* Quint lib. 2. cap. 11.3, Sed cuius rei gratia plenum ſit auditorium. Sic lib. 5. cap. 12.
Auditorium: *Multitudo ipſa audientium.* Plin. Epiſt. 72.2, Ipſe verò & nuper, adhibito ingenti auditorio, librum de vita eius recitauit. Sic Quint. lib. 5. cap. 12.15.
Auditorium *ponitur etiam pro foro & tribunali.* Paulus in l. contra. ff. de re i[u]dicata. Is qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruerit, contumax non videtur.
Auditorium, *ſcholam prop[r]iè ſignificat: atque ita opponitur foro.* Quint. lib. 10. cap. 1, ſed alia ratio eſt litium, & diſputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum.
¶ Auditus Participium. Virgi[l]ius 1 Aeneid. 66.
Auditus à ſummis montibus Euan. [St]at. 5. Thebaid. 19.
Romæ cuncta in deterius audita Mutianum angebant. Tacit. lib. 20.
Audita recordari. Virg. 3. Aen. 22.
Audita repetere. Ouid. 19. Ep[i]ſt. 38.
¶ Audito, *ablatiuus abſolutè poſitus.* Tacit l b 2, Audito, caſtellum Luppiæ flumine appoſitum obſideri, ſex legiones eò duxit. Id eſt, poſtquam audiuit.
¶ Auditum: Subſtantiuum. Plaut. Merc. Vidiſtin', an tu audito nuntias?
¶ Auditus: Verbale. Idem quod auditio, & ſenſus ipſe audiendi. Plin l b. 10. cap. 69. 1, Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis vſus ablatus.
Auditus ſolers. Plin. lib. 8. cap. 28, Vulpes animal alioqui ſolerti auditu.
Tranſitum auditus aperit acetum ſcylliticum. Plinius lib. 2. cap. 2.
Grauitatem auditus diſcutit oleum amigdalinum. Plin. lib. 2. cap. 4.
Breui auditu quãuis magna tranſibat grauioribus curis impar. Tacit. lib. 18.
¶ Auditurus. Ouid. ad. Piſonem. 17,
Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus,
Auditura virum.
AVE.] Verbum defectiuum. Mart lib. 5.52,
Exprimere Ruffe fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum, χαῖρε non poteſt Græcũ. Idem. lib. 4.34.
Aue matutinum. Mart. lib. 1.51.
Et matutinum portat ineptus aue.
¶ Aueto, pro Gaudeto. Salluſt. in Coniur. Catil. Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæq; fidei trado: eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus. aueto.
Auere: Saluere. Martialis l b 9.9,
Iam ſatis eſt, non vis Afer auere, vale.
AVEHO.] Ex loco aliquo ad alium veho. Terent. Adelph. 4.5. 191, Is venit vt ſecum auehat. Sueton. in Cæſare: Et mox ex præfectura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium faceſq; lictorum lectica ſua auexit.
Auehere, *ſine præpoſitione.* Liu. 1. ab Vrbe, 4, Equites mercede conductos Aegyptum auexit. Id eſt, in Aegyptum.
Auehere à Plautus Menæh. 24.58, Quot eras annos natus, quum te pater à patria auehit?
AVELLANA.] nux eſt ex arbore, q corylus dicitur. Plin. lib. 15. cap. 21.3, Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt: vt in auellanis Plin. lib. 15. cap. 2, In Aſiam Græciamq; è Ponto venere, & ideò Ponticæ nuces vocantur.
AVELLO.] A loco & per vim vello. Virg. 2. Aeneid. 23,
Fatale agreſſi ſacrato auellere templo
Plladium. Vbi Seruius: Auellere, oſtendit inuitum. Plin. lib. 2 cap. 78.2.
Cohærens & Aulſus, *contraria.* Plin lib. 3. cap. 8.1, Quondam Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari aulſa. De Sicilia loquitur.
Aulſus his. Plin. lib. 5. cap. 2.1, Et horum pars quondam Veſuni, qui aulſi his, propriam fecere gentem, verſi ad Aethiopes. Id eſt, ſeparati.
Frondes auellere. Ouid. 2. Metam. 70.
Auellere rus ab aliquo pro, Vi eripere. Terent. Eunuch. 3, 3. 14 Credo ei placere hoc eſt: ſperat ſe à me auellere.
Auellere ſe à meretrice, vel auelli. Terent. Hecyra, 4.1.40, Auelli, id eſt, abduci Idem And. 3.3.22.
¶ Auulſio. Plin. lib. 17. cap. 10.1, Aut enim ſemine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione.
¶ Auulſor. Plin. lib 9. cap 45, Vbi auulſorem ſenſere, contractæ multò difficilius abſtrahuntur.
AVENA.] Plin. lib. 18. cap. 17.1, Primum omnium frumenti vitium auena eſt, & hordeum in eam degenerat, ſicut ipſa frumenti fit inſtar.
Auenæ ſteriles Virg. 5. eclog. 7. & 1. Georg. 31,
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.
Vanæ auenæ: id eſt, vacuæ, inquid Seruius. Virgilius 1. Georgic. 46.
¶ Auena, per metaphoram, pro culmo & fiſtula. Virgilius 1. Eclog 1,
Syluestrem tenui muſam meditaris auena.
Anguſta auena cantare. Mart. lib. 8. ad Muſam, epig. 3,
Sed perlucenti cantus meditabor auena. Tibul. lib. 3. eleg. 15.
Structis auenis cantare. Ouid. 1. Metam. 136.
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis. Ouid. 8. Met. 39.
¶ Auenaceus: Ex auena factus. Plin. lib. 29. cap. 6. 34, Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.
¶ Auenarius. Auenaria cicada, quæ apparet frumentis areſcentibus. Plin. lib. 11. cap. 26.3.
AVEO.] Hor. 1. Ser. Saty. 4.18,
E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos.
¶ Auens: Participium. Hor. 2 Serm. Saty. 4.1,
----non eſt mihi tempus auenti
Ponere ſigna nouis præceptis.
AVERRVNCO.] Antiquum verbum ruſticum, quaſi runca vitium ſarmẽta auertere & amputare, vel in vitibus, quod nimiùm ſuccreuit, runca expurgare. Verbum apud Catonem frequentiſſimum extra compoſitionem.
¶ Auerruncare, Auertere & depellere, per metaphoram. Liuius 8. ab Vrbe, 27, Placuit, auerruncandæ deûm iræ, victimas cædi. Cato de re Ruſtica, cap 141.3, Mars pater, te precor quæſoq;, vti calamitates, intemperiaſq; prohibeſſis, defendas, auerrunceſq;. Lucilius lib. 26, Dij malè qui meliora, atque amentiam auerruncaſſint tuam.
Auerruncus deus, qui mala auerruncaret, id eſt auerteret. Pacuuius apud Varronem, lib. 6. de Ling. Lat.
AVERSIO, AVERSOR, AVERSVS.] Vide AVERTO.
AVERTO.] Alicunde conuerto, ſiue aliunde remoueo. Oculos auertere, Ouid. 2. Metam. 155. Et lib. 5.36, Vultum auertere.
Auertere ſe ab aliquo. Plautus Milit. 14.81.
Ex oculis alicuius ſe auertere, & auferre. Virgil. 4. Aen. 78.
Equos auertit in caſtra. Virgil. 1. Aeneid. 96.
Auerti ab impudicis dictis: pro Abſtinere, & deſueſcere. Plaut. Amphit. 46.
Auertere hoſtem à portis. Cæſar. 6. bell. Gall. 153.
Auertere Italia: pro, arcere ab. Virg. 1. Aeneid. 9.
Caſum aliquem auertere. Virg. 3. Aeneid. 53.
Auertere falces laqueis. Cæſar 7. bell. Gall. 83.
Auertit hic caſus vaginam Cæſar 5. bell. Gall. 165.
Sitim auertere fluuio. Silius lib. 8. 114.
Morbos auertere. Horat. 2. Epiſt. 1. 28.
Auertere rem à ſuſpicione. Liu. 2. bel. Maced. 40.
Stimulos cæci amoris auertere. Virg. 3. Georg 41.
Auertere ſe ab amicitia alicuius. Cæſar 1. bel. Ciuil 15.
Auertere ſe in mercatum. Id eſt, ab illecebris auertere ſe, & ad mercaturam ſeſe conferre. Plaut. Moſt. 8.120.
Auertere regem in cogitationem belli Liuius 6. belli Macedonici, 24.
Auertere ab infamia. Ego verò Auſtro gratias miras ago, qui me à tanta infamia auerterit. Liu. 3. bel. Maced. 43.
Auertere culpam in alterum: id eſt transferre. Liuius 1. bell. Macedon. 42.
Auertere animum ab aliquo: Id eſt ſe ab illo alienare. Cæſar 1. bel. Gal. 81.
Auertere animum ab aſſiduo mœrore. Liu. 5. bel. Pun. 220.
Curas dictis auertere. Virg. 5. Aeneid 79.
Auertit id certamen animos omnium, & oculos. Liuius 8. bell. Pun. 27.
Auertere oculos omnium in ſe. Liuius 2. ab Vrbe, 21.
Auertere in fugam Liuius 2 bel. Pun. 86. In fugam auerterunt claſſem Idem 1. ab Vrbe, 167.
Auertere prædã. Liu. 1. ab. Vrbe, 26. & Virg. 10. Aen. 15. item, Auertere prædam domum, Cæſar 3. bel. Ciuil. 228.
Auertere fontem, flumen, aut iter. Cæſar: Omnia enim flumina

mina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Cæſar aut auerterat, aut magnis operibus obſtruxerat. Id eſt, alio deriuarat.
Auertere ſanguinem, vel ſanguinis profuſionem: Eſt, ei ceu aliud iter dare, & aliò eum conuertere. Celſus lib. 2. ca. 11.
Materiæ locus auertendus, per cataplaſmata. Celſus lib. 5. cap. 27.
Auertere ſenſus magicis artibus. Virg. eclog. 8. 14. Vbi Seruius: Auertere, A ſanitate mutare: aut, Auertere ait, pro Conuertere, vt ſit mutata præpoſitio.
Surda aure auerti: Id eſt nolle audire. Stat. 2. Silu. 2.
¶ Auerſus: Participium.
Auerſa pars, pro parte poſteriori. Plin. lib. 11. cap. 37. 10, Canicies homini ſemper à priore parte capitis, tum deinde ab auerſa.
Auerſum collum lynx circumagit. Plin. lib. 11. cap. 47. 1.
Auerſis pedibus pilas volutare. Plin. lib. 11. cap. 28. 2, Lucani è fimo ingentes pilas auerſis pedibus voluntant. Idem lib. 7. cap. 2. 3, In qua ſylueſtres viuunt homines, auerſis poſt crura plantis.
Auerſis à Sole cornibus. Plin. lib. 2. cap. 14. 1. de Luna.
In auerſa charta ſcribere. Martial. lib. 8. 56. De Picente:

Scribit in auerſa Picens epigrammata charta:
Et dolet, auerſo quòd facit illa Deo.

Auerſi à prælio. Cæſar 2. bell. Ciuil. 47, Milites q; auerſi à prælio, ad ſtudium audiendi & cognoſcendi feruntur.
Auerſus à propoſito. Liu. 2. ab Vrbe, 37.
Auerſus mercaturis: Qui mercaturam odit. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 22.
Auerſus conturbenio. Colum. de Villico, lib. 12. cap. 1. 1.
¶ Auerſus: *Iratus*. Virg. 4. Aeneid. 73,

Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur.

Amicos auerſos componere. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 6. Virg. 12. Aeneid. 130, ----vos ô mihi manes

Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa voluntas.

¶ Auerſus; Nomen ex participio: Contrarius, Quint. lib. 7. cap. 2, Ne illum ſpectans iudex, reliquorum defenſioni ſit auerſior.
¶ Auerſari aliquem: pro deteſtari atq; abominari; & à quo præ odio vultum auertimus. Liu. 8. ab Vrbe, 33.
Auerſari preces alicuius. Liu. 3. ab Vrbe, 55.
Auerſari honorem: pro aſpernari. Ouid. in Faſtis.
¶ Auerſatio. Quint. lib. 8. cap. 3, Ego certè mihi cernere videor eorum, qui aderant, tacitam auerſationem, ac timidam verecundiam.
¶ Auerſio. Quint. lib. 9, Sed illa quoq; vocatur auerſio.
AVERTOR.] Idem quod Auerſor, hoc eſt, Contemno vel Sperno. Boëthius:

Heu, heu, quàm ſurda miſeros auertitur aure. Id eſt, ſpernit, dedignatur.

AVFERO.] Terentius Adelph. 2. 2. 13,

----verùm ego nunquam adeò aſtutus fui;
Quin, quicquid poſſem, malle auferre potiùs in pſentia.

Auferre ab ianua ſtercus. Plaut. Aſin. 9. 18.
Ab aſpectu. Lucanus lib. 9. 115. è conſpectu. Plin. lib. 31. cap. 2. 14. vberibus fœtum: pro, ab vberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.
¶ Auferre: *pro Furari & rapere*. Plaut. Aulul. 20. 7. & Terent. Eunuch. 4. 3. 19,

----etiam hoc miſera ſuſpicor,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe.

¶ Auferre per iudicem: eſt, iudicis authoritate & ſententia rem aſſequi. Vlpian. in l. apud Celſum. §. quod ſi is. ff. de doli mali & metus exceptione.
Auferre ex aliquo triginta minas per fallaciam. Terent. Phor. 5. 9. 49.
¶ Auferre: *Impetrare*. Terent. Adelph. 5. 8. 15,

----ſine te exorem, mi pater. M. Inſanis: aufer.

Auferre ab aliquo id quod petimus. Plaut. Curcul.
Auferre impetratum. Plaut. Aulul. 23. 14. litem. Plut. Rud. 2. 20.
¶ Aufer: *pro Deſine*. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 9, ----aufer

Me vultu terrere.

Aequitati multum aufert fraus impiorum. Quint. lib. 12. Id eſt, Nocet.
Animam auferre. Silius lib. 15. 115.
Animum aufert ad contemplationem. Plin. lib. 9. cap. 17. 7.
Auditum auferre. Plinius lib. 6. cap. 29. 19, Vbi Nilus præcipitans ſe fragore auditum accolis aufert. Id eſt, ſurdos facit accolas.
Caput. Liuius 8. bell. Pun. 210. Vitam. Plinius libro 24. cap. 5. 4.
Cauillam auſer, nõ ego nũc nugas ago. Plaut. Aulul. 20. 10.
Dolorem auferre. Tibullus 3. eleg. 6. 1.
Dubitationem. Hirtius de bel. Alexandrino, 22.
Equum calcaribus. Silius lib. 10. 56.
Faſtidium. Plin. lib. 23. cap. 1. 2.
Formam cum nomine. Plaut. Amphit. 7. 4. 2.
Gloriam. Plin lib. 13. cap. 1. 3. Lucan. lib. 3. 56.
Inultum auferre aliquid: pro, non puniri. Teren. And. 3. 5. 4.
Ni faciant quæ illos æquum eſt, haud ſi auferent. Terent. And. 3. 4. 8.
Iurgium auferas hinc, ſi ſapias. Plaut. Perſa. 13. 22.
Aufer ab hinc lachrymas barathro, & compeſce querelas. Lucret. lib. 3. 194.
Lumbifragium auferre. Plaut. Amphit 4. 300, Hodie lumbifragium hinc auferes.
Menſam. Plaut. Amphit. 8. 173, Te dormitare aiebas, menſa ablata eſt, cubitum hinc abimus.
Metus. Virg. 12. Aeneid. 64.
Noctes. Ouid. 2. de Rem. amor. 29.
Nomen auferre alijs. & fulgore claritatis tenebras obducere. Quint. lib. 10.
Nugas aufer. Plaut. Trucul. 18. 8.
Obliuio illud abſtulit. Salluſt. Id eſt, Penitus obliti eſtis.
Opes auferre. Ouid. Epiſt. 20. 30.
Pollicitationes aufer. Terent. Phorm. 5. 6. 16.
Præmium auferre. Plaut. Pſeud. 20. 115,

s. De improbis viris auferri præmium & prædam decet.

Reliquias vitæ membris ex omnibus aufert. Lucan. libro 6. 166.
Se auferre. Plaut. Aſin. 9. 64. Aufer te domum, aſcẽde hinc. Terent. Phorm. 3. 5. 27, Aufer te hinc. Virgilius 4. Aeneidos 78,

----ſeq; ex oculis auertit & aufert.

Somnum auferre. Celſus. lib. 1. cap. 9.
Somnos aufert timor. Horat. 2. Carm. ode 164.
Studium auferre. Horat. 3. Carm. ode. 12. 2.
Tacitum aliquid auferre. Plautus Aſina. 14. 7, Suſpendas potiùs me, quàm tacita hæc auferas. Id eſt, quàm taceam de hac re.
Tranſuerſos auferre. Plin lib. 28. cap. 1. 1.
Vitam. Ouid. Epiſt. 20. 38.
Abſtulerunt me velut de ſpatio, Græciæ res immiſtæ Romanis. Liu. 5 bell. Maced. 155.
Medios auſertur in hoſtes. Id eſt, irruit. Silius lib. 10. 15.
¶ Ablatus: Participium. Valer. 6. Argonaut. 137,

----nec ablatam ſequitur, quæritue ſororem.

AVFVGIO.] Idē quod ſimplex Fugio. Terent. Hecy. 3. 4. 16,

----deniq; hercle aufugerim Potiùs, quàm redeam, ſi eò mihi redeundum ſiet.

Aſſiduas blanditias aufugere. Propert. 1. eleg. 9. 6.
Aufugere ex. Liu. 1. ab Vrbe, 104, Iam aliquantum ſpatij ex eo loco, vbi pugnatum eſt, aufugerat.
Aufugit aqua. Plautus Aulul. 5. 16. Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.
AVGEO.] Manus facio.
Per gradus augere. Quint. lib. 2. cap. 2. 4. 25.
Animum inimicorum augere. Plaut. Aſin. 7. 13.
Animos augere. Statius 10. Thebaid. 5.
Aliquem augere: pro, Opibus auctum reddere, apud Tacitum legitur.
Auxilia augere. Plaut. Ciſtel.
Augere aliquid in infinitum. Plin. lib. 2. cap 21.
Articulos auxerat macies. Ouid. 8. Metam. 163.
Ciuitatem augere procreatione liberorũ. Plaut. Perſa, 15. 7.
Cognomento augeri. Tacit. lib. 12, Agrippina cognomento Auguſtæ augetur.
Culpam ſuam augere. Plin. in Epiſt.
Augetur remis curſus euntis aquæ. Id eſt, citatior fit. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 15. 6.
Dono precibus augere. Id eſt, vltra oblatum munus etiam ſupplicare. Ouid. 3. Epiſt. 6.
Facta alicuius. Tibul. 1. eleg. 7. 12.
Fortiùs. Plin. lib. 22. cap. 2.
Gratiam. Plin. lib. 11. cap. 42. 2.
Induſtriam alicuius. Terent. in prologo Adelph. 25.
Inuuidiam. Tacit. lib. 12.
Iracundiam alterius. Terent. Adelph. 1. 2. 65.
Largitione. Tacit. lib. 13.
Liberalitate. Tacit. lib. 3.
Nominibus imperatorijs. Tacit. lib 7.
Numerum. Plaut. Amphit 4. 153. Liu. de Hercule.
Numerum diuorum altaribus augere. Virgil. 7. Aeneid. 42. peculium. Plautus Moſtel. 12. 5.
Opes per ſcelus. Ouid. 2. Faſt. 126.
Opinionem. Cæſar 5. bel. Gal. 216.
Precia rerum commentis. Plin. lib. 12. cap. 19. 1.
Religione merces. Plin. lib. 12 cap. cap. 14. 3.
Rem. Horat. 1. Epiſt. 7. 14.
In augenda re feſtinare & obrui. Horat. 1. Epiſt. 17. 14.
Robur florentibus auximus annis. Sil. 16. 134.

Spem

Spem augere. Cæſar 2.bel.Ciuil.128.

Terrorem Cæſar 3.bell.Ciuil.248.

Vectigalia belli Cæſar.1.bell.Ciuil.140.

Vias fortunæ: rationes excogitare ad diuitias opesq; acquirendas. Propert.3.eleg.7.7.

Vires augentur.Ouid.9.Metam.158.

Vires auxit fortuna nocendi.Stat.6.Thebaid.188.

¶ Augeſco: idem quod paſſiuum Augeor. Terent. Heaut. 3.1.14,

Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo.

Augeſcere incrementis.Liuius,7.belli Punic.99.

Augeſcunt corpora,vuæ,& ſimilia:pro, Creſcunt & maiora fiunt. Plin.lib.11.cap.54.1.

¶ Augens. Particip.

Muſæ augentes omnia.Claudian.4.Paneg.95,

Quorum(ſi qua fides augentibus omnia Muſis)
Impetus exceſſit Zephyros, candorq; pruinas. Id eſt, Si poetis credendum eſt, qui veris ſemper aliquid addere conſueuerunt.

¶ Augendus.Tacitus lib.2,Augendæ dominationi certatur.

Ad augendas fruges morigera. Lucret.5.17.de Luna.

¶ Auctus: participium. Aucta numero acies.Liu.8.ab Vrbe,41.

Animo auctus.Tacitus lib.18, Titus aucto animo ad patrē peruectus.

Auxilio Tacitus lib.5.

Damno.Terent.Heauton.4.1.15.

Diuitijs & honoribus. Ouid.2.Triſt.9.

Filia.Tacit in vita Iulij Agric.

Labore aucta pabula grandeſcunt. Lucret.lib.2,233.

Liberis aucta domus. Seneca in Oedipo. 10.8. Tacit.lib.3. Auctis liberis.

Creuit mora & aucta eſt:Id eſt,in longum producta.Ouid. 4.de Ponto,eleg 5.13.

Omine auctus.Tacitus libro 1.

Pecunia Tacitus libro 11.

Societate.Tacitus libro 20.

In falſum aucta.Tacit lib.3, Modica de moribus adoleſcētis,neque in falſum aucta,retulit.

¶ Auctus.Nomen ex participio.Plaut. Capt.13.15.

Aegritudo auctior eſt in animo.

Re,fortuniſq; auctior.Liuius 3.ab Vrbe,288.

Auctior adiecto fulgebat ſydere mūdus.Claud.2.in Ruf.11

Auctior animi vis. Lucretius lib.3 91.

¶ Auctus:Verbale.Liu.4 ab Vrbe,4 Cuius rei præmium ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere. Plin. libr.4.cap.12.33.Auctu immenſo aquarum.

Auctus dierum.Plin lib.2,cap.19.1.

Auctus infinitus corporis.Lucret.lib.2.97.

Hilarem grandeſcere ad auctum, Lucret. 2.225.

¶ Auctio:Eſt, vt ait Valla lib 4. venditio quædam in publico ac celebri loco.Plaut.Menæ.24.96,Vis conclamari auctionem fore quidem? MEN.die ſeptimo Auctio fiet.

Auctio haſtæ. Sueton.in Cæſare,

Auctio regia.Plin.lib 29.cap 4.36.

Auctionem facere.Plaut.Menæh.24.92. Auctionem hic faciam,& vendam quicquid id eſt mihi.

Proponere. Quint.lib.6.cap.3.68.

¶ Aucto Frequentatiuum. Plaut.Amph.3.6.

Bonoq; atque amplo auctare perpetuo lucro.

Auctare & alere.Lucret.lib.1.10, Vnde omnes natura creet res,auctet,alatque.

Auctare aliquem ope.Catul.62.1.

¶ Auctito:Frequentatiuum à frequentatiuo Aucto. Auctitare pecunias fœnore,apud Tacitum.

¶ Auctarium: quod ſuper menſuram vel pondus iuſtum adijcitur.Feſtus.Plaut.Merc.8.23,

Tanti quanti poſſit, vin' tanti emi illam? c auctarium
Adijcito vel mille nummûm plus quàm poſſet.

Auctor, & Auctrix, teſte Seruio, lib.12. Aeneid.vt, Auctor diuitiatum,auctrix patrimonij. Sic Priſcianus lib.5.

¶ Auctoratus:auctione venditus, vt ait Acron.Horatius 2. Sermo.Satyr.7.12.

¶ Auctificus. Motus, incrementum corporis quotidiana humorum acceſſione. Lucret.lib.2.115,

Nec porrò rerum genitales, auctificiq;
Motus, perpetuò poſſunt ſeruare creata.

¶ Augificare,dixit Ennius:

Et tabes numeros augificabit ſuos. obſoletum.

¶ Augmen:Idem quod auctus ſubſtantiuum.Lucret.lib.3. 54 Perfectum corporis augmen.

Augmine donare:pro Augere.Lucret.lib.2.15.

AVGVR.] Qui ex auium garritu futura prędicit.Feſtus:Augur ab auibus,gerendoque, dictus: quia per eum auium geſtus edicitur.ſiue ab auiū garritu: vnde & Augurium.



Apollo Augur.Horat.1. Carm.ode 2 7.

Phœbeius augur:pro Amphiarao. Stat 6. Thebaid.89.

Aquæ augur cornix.Horat.3.Carm.ode 17.3.

Veri prouidus augur. Ouid.12.Metam.4.

¶ Auguralis. ad Augures pertinens. Auguralis cœna; quæ & Adijcialis dicitur. Varro 3 de Re ruſt.cap.6.4.

Auguralia inſignia. Liu.10.ab Vrbe,29.

Porta auguralis. Tacitus lib. 2.

¶ Augurale: inſigne Augurum, pro lituo accipi arbitror. Sen.de Tranquill.vitæ cap.11. Quæ dignitas, cuius, non prætextam, & augurale.

¶ Augurium:Ipſa diuinatio.Virg.5.Aeneid.

magnoq; futurum Augurio monſtrum. Plin.lib.7.cap. 56.12. Auguria ex auibus inuenit Car, à quo Caria appellata.

¶ Augurium,*pro oraculo.* Virg.3.Aeneid.

Da pater augurium,atque animis illabere noſtris.

Augurium in piſcibus.Plin.lib.9.cap.16.

Fatale.Claud.lib.2.de Raptu Proſerp.29.

Inane.Valer.6.Argonaut.146.

Magnum.Virg.5.Aen.104.

Triſte.Virg.5.Aeneid.2.

Accipere augurium. Valer.1. Argonaut.33.

Dare.Virg.3.Aeneid.18.

¶ Auguro:Auguror:Diuino.Virg.7. Aeneid.Et ſi quid veri mens augurat opto. Vbi Seruius:Auguro dicimus,ſecundum Plinium, quum præſagio mentis futura veris captamus augurijs. Plaut. Ciſtel.10.25,Aſpice,oculis inueſtiga, aſtutè augura.

Auguror his tua numina flecti Ouid 4 de Ponto,27,

Augurare ſibi annos.Valer 3.Argon.71.

¶ Auguratò:auſpicatò.Liuius 1. Decad.lib.1, Accitus Numa, ſicut Romulus augurato in vrbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque Deos conſuli iuſſit.

¶ Auguſtus. Adiectiuum. Sedes Auguſta.Virg.4.Georg.

Si quando ſedem auguſtam,ſeruataq; mella.
Theſauris relines. Vbi Seruius: Sedem auguſtam, Id eſt aluearia.Et propriè auguſtum,eſt tectum augurio conſecratum. Abuſiuè,nobile,quaſi maieſtatis plenum. Statius 4.Sylu.2.4.Ouid.1.Faſto.122,

Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocantur
Templa ſacerdotum ritè dicata manu.

Caput auguſtum.Ouidius 15,Metamorph. 174. de Cæſare Auguſto.

Forma viri auguſtior.Liuius in primo, de Euandro & Hercule loquens, Formam viri intuens aliquantum ampliorem,auguſtioremq; humana.Id eſt,Maieſtatis plenam,ad ſimilitudinem diuinitatis habens.

Grauitas auguſta.Ouid 6.Metam.15.

Auguſta mœnia.Virgil.7.Aeneid.

Centum oratores auguſta ad mœnia regis
Ire.iubet. Vbi Seruius:Auguſta mœnia,augurio conſecrata.

Auguſta papyrus,ab Auguſto cognominata,Vide Plinium lib.13.cap.12. 1.& 4.

Sacra auguſta Ouid.1.Faſtorum,122.

Templa. Ouid.1.Faſtorum,133.

¶ Auguſtiſſimus. Statius 4.Sylu 8.4.

Ergo quòd Auſoniæ pater auguſtiſſimus vrbis,
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis,&c.

¶ Auguſtales, Vegetius Rei militaris lib. 2. nuncupatos teſtatur,eos qui primos ordines in bella ducebant:quod ab Auguſto ad id munus eſſent adiuncti.

Auguſtalis Claudius,apud Columellam, lib.11.cap.11.

¶ Auguſtale: Eſt, vt ait Quintil. lib.8.cap.2. tabernaculum ducis Auguſtale.

AVIA.] Vide AVVS.

AVIARIVM,AVICVLA, AVICVLARIVS.] Vide AVIS.

AVIDVS.] Feſtus:Auidus,à non viuendo,propter nimiam cupiditatem appellatur: ſicut Amens, qui mentem ſuam non habent.Terent Heaut.3.2.15,Sed habet patrem quendam auidum,miſerum,atq; aridum.

Auidiòr ad rem aliquantum. Terent.Eunuch.12.51.

Mens belli auida.Ouid.Epiſtol.7.31.

Cædis auidiſſima propaga.Ouid.1.Metam.33.

Auidus cibi. Terent. Eunuch.1.4.14.

Nouitatis.Plin.lib.12,cap.1. 8. Vt eſt natura hominum nouitatis auida.

Interficiendi alicuius. Tacit.lib.13.

Parandi diuitias. Ouid.1.Epiſt.eleg.2.15.

Amor auidus.Catullus epigram.63.17.

Amplexus auidi. Ouid.7. Metam.29.

Canes.Ouidius in Ibin,35. Et ſcindent auidi perfida corda canes.

Charybdis auida.Ouid.14 Metam.15.Auida,quoniam naues deuorat.

Conui-

Coniugæ auidi. Horat 1 Serm Saty. 5. 15.
Cor de au do ferre gaudia. Ouid. 3. Triſt eleg. 11. 12.
Dente auido conuellere dentes. Ouid. 11. Metam. 25.
Auidus deus. Id eſt, Pluto. Ouid. ad Liuiam, 82,
Muta ſunt auidi triſtia iura dei.
Flammæ auidæ. Ouid 9. Metam 35.
Heres auidus Horat. 2. Serm. Saty. 3. 25.
Ignis Ouid. Epiſt. 4. 3.
Leones auidi. Ouid Epiſt. 9. 8.
Lupus auidus. Ouid. 2 Faſtorum 18.
Manus hæredis auidæ. Horat 4. Carm. ode. 7. 5.
Manus auidæ. Tacit lib 17, Seruorū manus ſubitis auidæ.
Mare auidum. Horat Carm ode 28. 4.
Miles auidus eruendæ ciuitatis. Tacitus. lib. 20.
Auidi mores. Plaut. Trinum. 12. 6.
Pectus auidum. Ouid. 9 Epiſt. 53.
Porca auida. Horat. 3. Carm. ode 23. 1.
Rapina. Ouid 1. Triſt. eleg. 10. 7. ſic & Martialis lib. 1 46.
Spiritus auidus Horat. 2. Carm ode. 2. 2,
Latius regnes auidum domando Spiritum.
Tigris auida Lucan lib 6. 97. Auida, ſcilicet ſanguinis.
Vulcanus auidus. Horat. 3. Carm. Ode 4. 12. Auidus, id eſt, incenſus ad pugnam.
Captare auidis auribus. Ouid. 3. de Ponto eleg. 4. 4.
Cognoſcere auidus. Id eſt, auidus ad cognoſcendum, aut vt cognoſcat. Ouid. 10. Metam. 94.
Videndi auidus Ouid 10. Metam. 12.
¶ Auiditas. Plin. lib. 12. cap. 14 9, Auiditas diripiendi.
Auiditas ad aliquid faciendum. Plin. lib. 17. cap. 18 9. ad cibos. Plin. lib. 20 cap. 16.
Auiditates fœminarum. Plin lib. 20. cap. 21.
¶ Auide. aduerb.
Edere auide Ouid. de Arte Amandi, 3. 51.
Auidiſſime apprehendere palmam. Plinius libro 14. capite 22. 9.
Auide prandere. Horat 1. Serm. Saty. 6. 26. ſe certamini offerre Liu. 2. ab Vrbe, 27.
AVILLAS.] Agnas recentis partus dicimus. Feſtus.
AVIS.] Eſt quæ oua parit, pennisq; eſt prædita, præter vnum veſpertilionem, qui vtroque caret. Valla lib. 4. Plin. lib. 10. cap. 1, Sequitur natura auium: quarum grandiſſimi, & pene beſtiarum generis, ſtruthiocameli Aphrici.
Cantus auium. Horat 3 Carm. 1 4.
Concentus. Quint. lib. 5. cap 9. 10.
Domus auium frond feræ Lucret. lib. 1. 4.
Magna fides auium eſt. Ouid. 4. Faſt. 164. Per aues, augurium intelligit.
Grex auium. Horat. 1. Epiſt. 3. 4.
Aues ſolatia ruris, Aſſuetum ſyluis, innocuumq; genus. Ouid. 1 Faſt. 88.
Voces auium liquidæ. Lucret lib. 5. 77.
Voce auis moneri: Id eſt, augurio, Ouid. 1 de Arte amādi, 6.
Aeria auis. Ouid 1. de Arte amandi, 6.
Candida. Virg 2. Georg. 64 de Ciconia.
Deuia Ouid. Epiſt. 2. 24. Id eſt, bubo, qui in tranſuerſum volans aufertur.
Fluminea. Ouid 1. Amor eleg. 3 5. De cygno, in quem mutatus Iupiter, Ledam compreſſit.
Generoſæ aues. Iuuenal Saty. 14 9. Hoc eſt, aquilæ.
Inceſtæ. Stat 9. Thebaid 6.
Iunonia auis: Pauo. Ouid. 1 de Arte amandi, 126.
Querula Senec Hip 4 81, ----hic aues querulæ fremunt.
Sydereæ Iunonis aues: Pauones. Claudian 2 in Eutrop 65.
Solis auis: Phœnix Claudian. 2. Paneg 85.
Toruæ aues: Vultures ſunt, aut aquilæ, apud Statium, 6. Thebaid. 151.
Vagæ. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.
Varia auis: Verſicoloris plumæ Propert. 3. eleg. 13 7.
Ali auibus. Ouid. 13. Metam. 11.
Syluæ canunt auibus. Lucret. lib. 1. 52.
Glomerantur aues. Virg 6. Aeneid 62.
Mouent aues per aera pennas. Ouid 15. Metam. 20.
Tectæ fronde queruntur aues. Ouid. Epiſt. 10. 12.
¶ Auis, *pro auſpicio & omine.* Liu. 6. ab Vrbe: Veniat in mentem vnicuique, deos eſſe, qui ſecundis auibus Romanos in prælia miſerint.
Bonis auibus viſus. Ouid. 1 Faſt. 101.
Dira auis. Claudian 2. in Eutrop 45.
Obſcœnæ aues: Turpes, mali ominis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6 11.
¶ Auicula: Parua auis. Gellius lib. 2 cap 29. Auicula eſt parua, nomen cui caſſita, nidulaturq; in ſegetibus.
¶ Auiarium: Locus in quo aues domi educantur. Colum. lib. 8 cap. 1. 4, Similiter appellamus apium cubilia, apiaria: vel nantium volucrum, quæ ſtagnis & ſtcinisq; lætantur, auiaria: vel etiam pecudum ſyluestrium, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, viuaria. Plin. lib. 8. cap 16.
¶ Auiaria: Secreta nemora, quæ aues frequentant. Virg 2. Georg Sanguin isq; inculta rubent auiaria baccis. Seruius.
¶ Auiarius: Qui auiario præeſt. Colum. lib. 8. cap. 3. 3, Auiarius ſubinde debet ſpeculari aut incubantis, aut parturientis fœtus.
AVITVS.] Vide AVVS.
AVIVS.] Per quod iri non poteſt Plaut. Aulul 22. 8. Syluaſti lucus extra murum eſt auius. Virg 3. Georg 66.
Auia tum reſonant auibus virgulta canoris.
¶ Auius: A via & ratione remotus. Lucret. lib. 2. 17.
Animus errat auius. Lucret. lib. 3. 94.
Montes auij. Horat 1. Carm. ode 23. 1.
Nemora auia. Lucret lib. 2. 70.
Nubila. Claudian. 1 de Rapt. Proſerp. 37.
Saxa. Silius lib 4. 76.
Valles auiæ. Stat. 4. Sylu. 3. 15.
¶ Auia. ſubſtantiu. Tacit. lib 5. Corpore valido per auia ac derupta (nam ſaxis domus imminet) præibat eum, cuius artem experiri Tiberius ſtatuiſſet.
Horrenda auia. Valer. 5. Argonaut. 95.
Ignota Claudian. 7. Panegy. 97.
AVLA.] aulæ principis domus, hoc eſt, Regia.
Infida aula: id eſt, in qua fides non obſeruatur, cuiue non eſt fidendum. Valer. 7. Argon. 21.
Prædiues Claud in Ruf. 2. 29.
Regalis. Seneca Troade 8. 8.
Sublimis: Seneca Hippol 9 6.
Alta. Seneca in Octau a 4 24.
Aulam ſanctiorem vocare videtur Martialis, aulam Domitiani, in quam petit ſuam chartam admitti à Parthenio, lib. 5 epigrammate 6 ad Parthenium.
Refigere aulas, dicuntur apes Virgilio, lib. 4 Georg 41.
Aulasque, & cerea regna refigunt. Id eſt, figunt. Seruius.
¶ Aulai genitiuus, apud Virgilium, 3. Aeneid. 71.
¶ Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus Ollas: quia nullam literam geminabant. Itaq; Aulicocia exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id eſt, elixa. Hæc Feſtus. Plautus Aulul. 18 3.
Aedepol næ illic pulchrā prędā agat, ſi quis illā inuenerit Aulam onuſtam auri.
¶ Aulula Dim nutiuum ab Aula, pro Olla.
Vnde Aulularia, Plauti fabula. Plin. lib. 18. ca. 11, Artoptā Plautus appellat in fabula, quam Aululariam ſcripſit.
¶ Aulicum. Apparatus qualis ſolet fieri in domibus regum: apud Suetonium in Domitiano.
¶ Aulicus: Subſtantiuum: Qui aulæ ſectator eſt aſſiduus: Suetonius in Neronem: Nam forte accidit, vt in publica fame, Alexandrina nauis nuntiaretur, puluerem luctatoribus aulicis aduexiſſe.
AVLAEA.] ornamenta, quibus parietes & aulæ teguntur. Virg 3. Georg 5, ----vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
Varro dicit, aulæa ſuſpendi ſolere ad excipiendum puluerem quia vſus cameræ ignorabatur. Vnde Horat. 2. Serm. Saty. 8. 11,
Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri.
Aulæam fœminino genere dixit Curtius, lib 7, Nec quicquam (inquit) eorum quę inuicem iactata erant rex ignorabat: quum poſt aulæam, qua lectos obduxerat, ſtaret.
Superba aulæa. Virg 1. Aeneid. 141.
AVLI.] qui dijs alentibus naſcuntur. Probus in Epitome.
AVMARIVM.] dicitur locus ſecretus publicus ſicut in theatris, aut in circo. Petron. Arbiter: in aumarium memetipſum conieci.
AVOCO.] Alieno, remoueo & quaſi retraho atq; auerto.
Auocare milites à ſignis. Plin. Epiſt. 79.
Auocare intentos Conſules à bello. Liu. 5. bell. Pun. 7.
Auocare concionem: impedire ne habeatur concio. Gellius lib. 13. cap. 14. Conſul ab omnibus magiſtratibus, & comitiatum, & concionem auocare poteſt.
¶ Auocamentū: Budæus: Auocamenta ſunt negotia iucundiora, ſiue ſolatia, animū à mœrore auocantia, id eſt, reuocātia Plin. Ep. 158. Ero ergo ſuſpēſus ꝓ homine amiciſſimo, dum admittere auocamē. a & cicatricem pati poſſit.
AVRA.] Lenis quidam ventorum flatus, & ſpiritus dulcior. Virg 4. Georg. 85, ---- at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura.
Aurarum leues animæ. Lucret. lib. 5. 48.
Iucundæ auræ. Catullus epigram. 43. 71.
Leues. Claudianus 2 de Raptu Proſerp. 6.
Aura modica Iuuenalis Saty. 12. 7.
Rorifera. Seneca in Hippol. 1. 3.
Aura dat capillos retrō. Ouid. lib. 1. Metam. 5 2.
Teneræ auræ. Lucret. lib. 1. 42.

Tepen-

Tepentes. Ouid.lib.1.Metam.10.

Diuinæ auræ particulam, animum ſignificauit Horat. quoniam illum è cælo dimiſſum, cæleſtis ignis particulã credebant veteres.2.Serm.Saty.2.16.

----quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs, animum quoq; prægrauat vnà,
Atq; adfigit humo diuinæ particulam auræ.

¶ Aura: *Ventus*. Virg Et auræ vela vocant.Ouid.3 Metam.21.

—rapida velociùs aura.

Aequatæ ſpirant auræ.Virgil.5.Aeneid.168.

Facilis aura.Ouid.Epiſt.17.9.

Frigida. Lucret.lib 3.59.

Gelida aura. Lucret.lib.3.61.

Genitabilis Fauonij. Lucret.lib.1.3.

Grandior.Ouid.2 de Ramedio amoris, 83.

Leua & dextra. Catul.epigram.4.6.

Languida.Ouid.2.de Ponto. eleg.1.1.

Lenis.Catullus Argonaut. 59.17.

Leuis.Ouid.lib.1.Metam.49.

Auræ niuales.Horat.1. Epiſt.11.4.

Petulantes.Lucret.lib.6.23.

Rapida aura.Ouid.lib 3.Metam.21.

Stridentes auræ, Valer.2. Argonaut.118.

Tumens aura.Ouid.5.Triſt.eleg.6.6.

Ventoſa.Ouid.de Medicamine faciei, 12.

Verna incertior. Ouid. Epiſt.6 22.

Cæli violentior.Stat.6.Thebaid 32.

Volucri fugacior.Ouid.13.Metam.173.

Accipere auras follibus. Virg.4. Georg.34. Reddere auras follibus: apud eundem poetam.

—alij taurinis follibus auras Accipiunt redduntque;

Aſpirant auræ in noctem. Virg.7.Aeneid.2.

Curſum dat aura Ouid.Epiſt.21.43.

Leuis effluit Ouid. 6.Metam.47.

Glaciantes auræ Boreæ.Valer.4.Argonaut.145.

Impelli auris nauigia dicuntur, aut quæcunque etiam alia ventis agitata.Lucret.lib.6.77.

Mouere auram.Ouid.Epiſt.17.9.Verba Leandri ad Boreã.

Reſpuit auras. Id eſt, contemnit ventos. Seneca in Agamem.5 13.

Aequor ſtringitur aura. Ouid.4.Metam.28.

¶ Aura: *Aeer*. Virg Aeneid.1.

Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq; per auras.

Aeria aura. Ouid.10. Metam.36.

Aetheria.Virg.5. Aeneid.103.

Celeres auræ.Virg.4.Aeneid.46. ibidem,53.

Cereales.Plin.lib.15.cap.19.

Communes.Ouid.7.Metam.26.

Dulcis aura: Chara quòd omnes illa frui quàm diutiſſimè cupimus.Valer 6.Argonaut.112.

Feruentes auræ.Ouid.lib.2.Metam.23.

Fœda aura.Stat.lib.2. Thebad.1.

Liquidæ auræ.Lucret.lib.5.43.Silius lib.13.47.

Mota aura Ouid.8.Metam.41.

Nocturna.Horat.2. Serm. Saty.4.11.

Pingues auræ.Valer.8.Argonaut.50.

Sonantes.Virg.11. Aeneid.173.

Suaues.Lucret lib.3.45.

Vacuæ.Ouid.3.Amorum, eleg.1.13.

Vaga aura. Ouid.8.Metam.40.

Vanæ auræ.Claudian.1.de Raptu Proſerp 20.

Attollere ſe in auras.Virg.4.Aeneid.36.

Captare naribus auras.Senec.in Hip.1.8.de Venaticis.Virgil.1. Georg.76.

Auras vitales carpere.Virg.1.Aeneid.79.

Quiſquis es (haud credo inuiſus cœleſtibus, auras.
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem)
Perge modò.

Circinare auras. Ouid.2.Metam.145.

Auras ferre.Virg.2.Georg.Vbi Seruius:Ferre auras, propriè eſt aſſueſcere aeris varietati, quæ obeſt rebus teneris nimium.

Fugere in auras. Seneca in Agamem 9.10.

Haurire auram communem. Quintil.in Procem.lib.6.11.

Implere vlulatibus auras. Valer.8.Argonaut.29.

Prætervolare auras.Sil.lib.10.23.de haſta in aerem vibrata.

Crebras reducere naribus. Lucret.lib 4.201.

Scindere Silius lib.13.48.

Trahere.Seneca in Hercul.furente,13.1.

Terebrare auram. Ouid.6.Metam.52.

Aura æthærea veſci:pro, Viuere & ſuperſtitem eſſe.Virgil.1. Aeneid 111.

Vitiare auras.Ouid.7.Metam.111.Vitiantur odoribus auræ.

¶ Aura, *pro die*. Virg.in Tityro.

Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras.

¶ Aura: *Splendor*. Virg.6. Aen. Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit. Horat.2. Carm.ode 85. ----tua ne retardet Aura maritos.Id eſt, ſplendor.



¶ Aura, *pro fauore*. Virg.6 Aeneid 163.

—quem iuxtà ſequitur iactantior Ancus
Nunc quoq; iam nimium gaudẽs popularibus auris.

Auræ popularis homo, qui ſtudet populo placere. Liuius quinta Decade, lib.2.109.

Fallax aura.Horat.1.Carm.ode 5.3. Id eſt, fauor.

Mollior aura: Melior fortuna Ouid.epiſt.3.9.

¶ Auras, genitiuus Græcus, pro. Auræ. Virg 11. Aeneid.

----nihil ipſa nec auras,
Nec ſonitus memor. Item etiam Aurai, pro Auræ. Virgilius 6.Aeneid.

AVRATA.] Piſcis eſt coloris aurei. Martial.lib.13.90.

Non omnis laudem preciumq; Aurata meretur,
Sed cui ſolus erit concha lucrina cibus. Plin.lib.32.cap.5.1. Auxilio eſt piſcis Aurata in cibo.

AVREA.] Frænum, quod ad aures equorum religabatur. Feſt Item Aurea, ſiue Aureola, legitur apud Vlp. in l.quid tamen.ff. de contrah.empt.

AVREAX.] Auriga. Feſtus.

AVRICHALCVM.] Feſtus: Aurichalcum, vel orichalcum, quidam putant compoſitum ex ære & auro: ſiue quòd colorem habeat aureum. Plin.lib.34 cap.2. 1. Mox vilitas præcipua, reperto in alijs terris præſtantiore maximè aurichalco, quod præcipuam bonitatem, admirationemq; diu obtinuit.

¶ Aurichalcum, pro nummo ex aurichalco facto, poſuiſſe videtur.Plaut.Mil.10. 64. Cedo tres mihi homines contra aurichalco emptos iſtis moribus.

AVRIGA.] propriè dicitur, vt ait Seruius, qui currum regit. Ouid.2. Metam.66.

Hic ſitus eſt Phaethon, currus auriga paterni.

¶ Auriga, pro agaſone, apud Virgil. 12.Aeneid.17.Seruius.

¶ Aurigam, pro nauta, dixit Ouid.1. Triſt.eleg.3.24.

¶ Auriga, in fœminino genere, apud Vergil.12. Aen.182.

¶ Aurigo. Currum rego. Sueton. in Caligula, cap.18 Nec vllis niſi ex Senatorio ordine aurigantibus. Plin.lib 33. cap.5.4. Quum ipſe concolori panno aurigaturus eſſet.

¶ Aurigatur (inquit Nonius) honeſtè poſitum, pro moderatur ac regit. Varro Modio: Aſſe vinum, aſſe pulmentarium: ſed eas, quo natura aurigatur, non neceſſitudo.

¶ Aurigatio, Gellius lib 7. cap.8. Quibus verbis delphini amantis, & pueri non abhorrentis conſuetudines, luſus, geſtationes, aurigationes refert.Sueton in Nerone, ca.35.

¶ Aurigarius, videtur vſurpari à Suetonio in Nerone, cap 5. pro eo, qui curam habet inſtruendi aurigas in ſpectaculis. Perfidiæ verò (inquit) tantæ, vt non modo argentarios precijs rerum coëmptarum, ſed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

AVRIGO.] Morbus regius, à colore auri, quem bilis per totum corpus diffuſa repreſentat. Sipont.

¶ Auriginoſus: Qui eum morbum patitur. Sipontinus.

AVRIPIGMENTVM] Plinius lib.33.cap.4 12. Aurum faciendi eſt etiam vna ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus in ſumma tellure, auri colore, ſed fragili, lapidum ſpecularium modo.

AVRIS.] ab hauriendo dicitur, aſpiratione detracta: ꝙ vocem accipiat, & quaſi haurire videatur. Hinc Virgil.4 Aeneid. Vocemq; his auribus hauſi. Hoc eſt, intellexi. Terent. Phorm.5.6.27. Aſtiti, animam compreſſi, aurem admoui.

Auris, etiam in animalibus, Auribus lupum tenere: pro, In dubio eſſe. Terent. Phorm.3.2.21.

Aurium ædes vacuæ, ioco dixit Plaut Pſeud.7.54. ꝓ ſurdo.

Voluptas aurium. Quint lib.1.cap.10.3.

Acutæ aures Satyrorum.Horat.2.Carm.ode 19.1.

Arrectæ. Virg.1. Aeneid.32.

Attenta auris.Horat.2. Serm.Saty.1.4.

Rumoribus auida Claud.2.Paneg. 10.

Bibulæ aures. Perſius Saty.4.5.

Binæ.Virg.1.Georg 36.

Calens auris.Iuuenalis Saty.11.19.

Caſtæ aures. Claud.Paneg.2.62.

Clementes, Claud.Paneg 6,33.

Vocibus ambiguis decepta auris. Ouid.7. Metam.167.

Demiſſæ aures. Virg 3. Georg.98.

Deciſæ.Tacitus lib.12.

Dextra auris: contrarium, Læuæ.Ouid.12. Metam.68.

Docilis auris. Claudianus epigram. 10.2.

Duræ aures. Virg.4.Aeneid.86.

Feſtæ Claudianus de bello Getico,42.

Fidæ.Ouid.10. Metam.77.

Fiſſa auris.Perſius.Saty.6.8.

Geminæ aures. Ouid.14. Metam.24.

Gratæ.Claud.in Præfaat.belli Getici.4.

Stant hiſpidæ aures: id eſt, erectæ ſunt.Sen.in Hippo.10.10.

Huma-

Humana auris Horat.2.Serm Serm.Saty.2.19.
Inuitæ aures.Ouid.2 de arte amandi,90.
Laſſæ: Id eſt audiendo defeſſæ. Horat.1.Serm, Saty.10,2,
Memor auris. Ouid.3. de Arte amandi,139.
Miſera.Iuuen Sat.9.12.
Obſeratis auribus fundere preces.Id eſt,rogare non auditurum. Horat.Epod.17.13.
Odioſæ aures Ouid.1 de Arte amandi,98.
Patiens culturæ auris.Horat. 1.Epiſt.1.8.
Patulæ aures Horat.1.Epiſt.19.14.
Placidæ.Virg 4.Aen.8).Stat.5.Theb 47.
Pronæ.Claud.de bello Gild.86.
Rimoſa auris.Id eſt,quæ nihil ſecretorum tenet. Horatius, 2.Serm.Saty.6,16.
Secreta.Horat.2.Serm.Sat.8.16.
Secura.Ouid.2.Amorum,eleg 2.11.
Solicitæ plenæque ſoronibus aures.Lucret lib.6.239.
Stolidæ aures: Id eſt,quæ carent iudicio. Ouid.11.Met.35,
Surdæ.Tibullus 4,eleg.13.1.
Timidæ.Ouid.1.Faſt.36.Et 3.de Arte amandi,39.
Vacuæ Ouid.12.Metam.12.
Vaporata auris,Perſius Saty.1.13.
Aures verberatæ ſermonibus.Tacit.in Vita Iulij Agricolæ.
Audire miſerorum vocem,& auribus accipere.Quint.lib.6.cap.1.20.
Auribus primis accipi.Tacitus lib.17.
Accommodare aures pronas.Claud.de bel.Gil.86.
Aures alicuius adire. Tacitus,lib.11.
Tardas aures monitis aduertere.Propert.1.eleg.1,8.
Tarditas aurium.Celſus lib.6, cap.4. & ibi: Tranſitum auditus aperire.
Afferre aures verbis: Id eſt,audire. Oui.1.de Arte aman.98.
Facili aure annuere.Propert.1.eleg.1.7.
Aſtare arrectis auribus.Virg.1.Aen.32.
Auerſa aure non audire.Tibullus.3 6.
Auribus capere ſpolia.Plaut.Mil 10.3.

— nam opus eſt nunc tuto loco,
Inimicus ne quis noſtris ſpolia capiat conſilijs,
Atque vnde inimicus, ne quis ſpolia capiat auribus.

Id eſt,noſtra audiendo conſilia,ne ſibi conſilium capiat, vnde poſſit eſſe ſuperior.locus Plautinus.
Factum mirabile ceperat aures: Id eſt,attentas fecerat. Ouid.4 Metam 35.
Captare auribus aëra.Virg.3.Aen.103.
Circuit ſonus aures.Statius 4.Sylu eleg.4,6.
Commodare aures alicui Seneca in Hipp.5,3. & Ouidius, 5,Triſt.eleg 13,11.
Auribus competere.Tacit.lib.3.
Conciliare ſibi aures.Claud.in Præf.belli Gel.4.
Concipere aure ſonos.Claud.epigr.10,2.
Pauidas aures contingere dicitur ſcelus. Ouid.epiſt.3,12.
Faciles dare aures.Seneca in Hippol 4,12.
Iuſtas dare vocibus aures. Valer.7,Argon.84.
Niueus lapis deducit aures: id eſt, Gemma dependet ab auribus.Seneca in Hippol.4,7.
Aures diuidere aliò.Catul.in Carmine nuptiali:

Nos aliò mentes,aliò diuiſimus aures:

Exigi aure. Quint lib.1,ca.5,13,Illa verò non niſi aure exiguutur,quæ fiunt per ſonos.
Ferit ſonus trepidas aures.Seneca in Herc Oetheo,16,1.
Ferre vocem ad aures: id eſt, rem aliquam nunciare,Virg. 3,Aen.19.
Faciles aures habere.Quint.lib.6.cap.5,6.
Imbuere aures ſermonibus.Tacit.lib.20,
Impellere.Virg 4.Georg.70.
Implere ſermonibus Ouid.12.Metam.12.
Iuuare cantu.Lucret.5,77.Id eſt,delectare,ſeu oblectare,
Voces aures laceſſant.Lucr.4.121.
Micare auribus.Virg.3,Georg.16.
Mouet fragor attonitas aures.Seneca in Herc.Oetheo,8,20
Mulcere aures.Ouid.5 Metam.113.
Obſtruere.Virg.4,Aen.89.
Parcere auribus alicuius: eſt. non ſæpiùs inculcare illud, quod inuitus quis audiat.Seneca in Oedipo,14,5.
Fremitus aures pepulit meas. Seneca in Hipp.7.4.
Percuſſit aures murmur.Seneca in Agamem 7,9.
Perfluunt aures dicta.Quint.lib.2.cap.5.9.
Permouere aures precibus. Claud 4.Paneg. 74.
Permulcere aſſiſtentium aures.Quint.lib 2.cap.12,5.
Perſtringere aures: Id eſt, ſtrictim penetrare. Hor.2.Carm, Ode 1,4.
Peruenire ad aures: pro Audire. Virg.2,Aen.16.
Peruenit ad aures crimen.Ouid.2,de Arte amandi,90.
Præbe aurem.Ouid.7,Metam.167.
Præcludi aures alicui.Quint.lib.7,cap.2,21.
Aurem prouellere.Senaca,Aurem mihi prouellam. Id eſt, me ipſum admonebo & reprehendam.Budæus.
Pulſat aures vlulatus.Claud.de bello Getico,126.
Radere aures delicatas.Quint lib.3.cap.1.4.
Recipere auribus: pro,audire.Stat.Theb.10.155.
Reſpirant aures à.Quint lib.1.cap.8,8, Quum poëticis voluptatibus aures à forenſi aſperitate reſpirent.
Sonant aures.Cel.lib.1,cap.3.Cui ſonant aures.
Sonant aures intra ſe ipſas.Cel.lib.6.cap 6.
Subſtringere aurem loquaci.Horat.Ser.2.Saty.5.20.
Suſurrat aure: Id eſt,in aurem.Ouid.3,Met.129,
Aurem tangere.Plin.lib.11.cap.45.4.
Sonus terget aures.Lucret.lib.6,24.
Tinniunt aures.Catullus epigr.48,77.
Torquere aurem Horat.2.Epiſt.1,26.
Aurem vellere.Virg.in Sil.Eclog 6,1.

Quum canerem reges,& prælia,Cynthius aurem
Vellit,& admonuit paſtorem.

Venit ad aures fama.Seneca in Octauia,6,1.
Apud aures.Tacit.lib.4.
¶ Auricula: Cartilago illa eſt circùm aurium concauitatem.Valla lib.1,Mart.lib.5,85.

Auriculam Mario prauiter miraris olere,
Tu facis hoc,garris Neſtor in auriculam.

Auriculæ albæ Perſius Saty.1.
Auriculas Aſini habere.Perſius Sat.1,13.
Auriculas teneras radere.Perſius Sat 1,11.
Demittere auriculas.Horat 1,Serm,Sat.9,4.
Opponere auriculum.Horat.1.Serm.Sat.9,16.
¶ Auricularis. Item Auricularius: vnde Auricularium ſpecillum dicimus, quod Celſus lib.5, & 6,Oricularium vocat: & Verminatio auricularis vocatur, quũ putridæ aures vermibus ſcatent. Et Aurucularis digitus paruus, quo aures mundantur.
¶ Auritus: à magnis auribus dicitur. Feſtus Virg.1.Georg. Auritosque ſequi lepores.
Aurita aduncitas roſtri Plin.lib.10,cap.49.
Auritæ quercus: Senſum audiendi habentes, vt interpretatur Seruius in primũ Georg.Virg. Hor. 1. Car Ode 12,2.

Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.

Auritus populus: qui attentè audit Plaut.in prol.Aſin.4.
Auriti teſtes.Plaut.Truc.10,8.
¶ Auriſcalpium: inſtrumentum quo mundantur aures, de quo Martialis in Apophoretis,li.14,23,

Si tibi moroſa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

AVRORA.] Diluculum. Varro de Ling. Lat.lib.6. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quòd ab igne Solis tum aureo aër aureſcit.Iuuen.Sat.10.1. Ouid.lib.1. Metam.6,

Eurus ad Auroram,Nabathæaq; regna receſſit.
Etiam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Lutea.Virg.7.Aen.6.
Pallida.Virg.1,Geor.89.
Purpurea.Ouid.3. Metam.37.
Roſcida. Ouid ad Liuiam,57.
Vigil.Ouid 2,Metam.23.
Dimouet aurora humentem vmbram polo.Virg.4,Aen.2.
Euocat auroram cantibus ales criſtati oris. Ouid.11.Metamorph.120.
Aurora fulget.Ouid lib.2.Metam 14.
Fulget in roſeis bigis.Virg 7,Aen.6.
Luſtrat Phœbæa lampade terras.Virg 4,Aen.2.
Patefacit ab ortu purpureas fores.Ouid 2,Metam.23.
Portat diem croceis equis.Ouid ad Liuiam,57.
Remouet nocturnos ignes.Ouid.4.Metam.17.
Rubeſcit ſtellis fugatis.Virg.3,Aen.104.
Surgens relinquit Oceanum.Virg.11,Aen.1.
Vehunt auroram Phaëthontis equi.Virg,5,Aen.21.
Sub aurora: circa diluculum Ouid.Epiſt.18.39.
AVRVM.] Feſtus: Aurum dictum, quia præcipuè cuſtoditur.
¶ Aurum & opes,præcipuæ bellorum cauſæ.Tacitus,li 20.
¶ Aurum & argentum factum.Vlpiân. Si aurum factum legatum eſt, omne ad eum pertinet cui legatum eſt, ex quo aliquid eſt effectum Virg.10.Aen.105,

— ſunt auri pondera facti,
Infectiq; mihi. Seruius Iuriſconſ ita exiſtimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commodè vti poſſimus.

Aurum ferro nocentius.Ouid 1,Metam.14.
¶ Aurũ: *pro veſtimentis aureis maximè muliebribus.* Plaut Moſtel.Agedum cõtempla aurum & pallam.Terent.Eunuch. 4.1.13,Interea aurum ſibi clàm mulier demit, dat mihi vt auferam.
Accinus auri.Horat.1.Epiſt.2.10.
Amore auri cæcus.Virg 1.Aen 71.

Diuitis auri imperioſa fames. Ouid. ad Piſonem,44.
Fulgor ab auro fuſus. Valer.5, Argon.49.
Pondus auri. Tibul.1,eleg.9,7.
Auri ſaniem interpretatur. Plin. quod Græci chryſocollam dicunt,lib.33. Nat. hiſt. proœm.4.
Concolor auro: id eſt, Pallidus, Silius lib.1,47.
Coruſci auro iuuenes: aureis induti veſtibus. Vir.9. Aen.34.
Precioſior auro Ouid 8, Metam.17.
Aurum coronarium. Gel. lib.5, cap.6, Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur: id vulgò dicitur Aurum coronarium. Vide Seruium lib.8, Aen.
Coronatum aurum: Corona ex auro. Stat.3. Syl.4,1.
Diſtinctum. Seneca in Hippol 3,10.
Fuſile liquidum. Ouid.11. Metam.26.
Gemmatum: Gemmæ auro incluſæ. Stat.3, Syl.4,19.
Implexum crinibus. Plin.33, lib. cap.1,8.
Intextum veſtibus. Ouid.6 Metam.34.
Læue. Valer.1. Argonaut.59.
Latum Iuuen. Saty.10,3.
Lentum. Ouid.3, de Arte amandi,25.
Micans. Ouid.2, Metam.1.
Nitidum. Ouid.9, Metam.138.
Philippeum Plaut. Curcul 8,69.
Pingue. Perſius Sat.2,6.
Rutulum. Claud de Rap. Proſerp.37.
Subæratum Perſius Saty.5.11.
Solidum. Ouid.3, Amor. eleg.7.11.
textile. Plin. lib.33, cap.3.
Figuris terribile: Id eſt, cælatum aurum figuris horrendis. Stat.6, Theb.107.
Ardet auro clypeus. Stat.2 Achil.10.
Solicito bibunt auro ſuperbi. Seneca in Hippol,4,33.
Auri ſacra fames. Virg.3, Aen.12.
Diues aurum. Ouid. ad Piſonem.44.
Captus auro. Horat.2, Carm,18,8.
Commodare aurum. Quint. lib.5, cap.13,24.
Aurum fluit ignibus. Ouid.2. Metam.25.
Defoſſo incubare auro. Virg.2. Georg.102.
Effingere in auro: aureis figuris exprimere. Vir.6. Aen.7.
Effulgere auro. Virg 5, Aenei.27, Id eſt, auratis veſtibus aut armis.
Eruere aurum terra. Ouid.3. Amor. eleg.7.11.
Flauentes auro ſpicæ: Id eſt, aureo colore. Ouid.9, Metamorph.138.
Illitum aurum veſtibus. Horat.4. Carm.9,3.
Incenditur auro purpura: Id eſt, auro intexitur, quòd ex purpura veluti flamma eluceat. Stat.10. Theb.12.
Includuntur auro ſmaragdi. Lucr. lib.4,217.
Micante auro clara regia. Ouid.2, Metam.1.
Radiante auro nitens. Ouid.4 Metam.12,8.
Renitens auro domus. Lucr. lib 2,6.
Rigentes auro exuuię Silius lib.15,137.
Venas auri ſequi. Lucr. lib.6,162.
Subducitur aurum terræ. Ouid.3, de Arte amandi,25.
Vacuare aurum mero: id eſt, aureas pateras. Stat.5, Thebaid.38.
¶ Auratus: Auro tectus.
Caſſis aurata. Stat 7. Theb.184.
Imbres aurati. Claud.3, Paneg.46.
Milites. Liu.9. ab Vrbe,209.
Monilia aurata. Ouid.5, Metam.11.
¶ Auratura. Quint. lib.8, cap.6. de hypallage: Sed nomen immuto, vt quum aurata tecta, aurea: puſillum à vero diſcedo, quia non eſt niſi pars auratura.
¶ Auramentum, videtur inſtrumentum eſſe, effodiendo aut purgando auro accommodatum. Plin. lib.33, ca.3.21.
¶ Aurarius. Auraria metella. Plin. lib.37, cap.12,1.
Aurarium negotium. Plaut. Bacchid.4,51.
¶ Auraria: locus vbi aurum effoditur, ſiue Aurifodina. Tacit. lib.3, Aurarias ſibimet Tiberius ſepoſuit.
Aureus: qui eſt ex auro. Aureæ literæ. Plin. lib. cap.32. Aurea bulla, Plaut. Rud.24,127.
Aurea ætas. Ouid.1. Metam.8.
Cæſaris aurea. Virg.8, Aen.130.
Aureus color: auri colorem referens. Plin. lib.11, cap.15,1.
Color aureus barbæ. Ouid 12. Metam.79.
Coma aurea: Flaua. Idem, ibidem.
Copia aurea: diues & abundans Horat.1. Epiſt.12,7.
Dicta aurea, elegantiſſima, & maximæ vtilitatis. Lucr. li.3,3
Aurea coniunx. Virg.7. Aen.39.
Gens aurea. Virg.4, eclog.2.
Horæ aureæ. Catul epigram.58,8, Aureas vocat, vel ob diei claritatem: vel quia precioſiſſima res ſit tempus, vtpote cuius iactura irreparabilis.
Imago aurea. Ouid. Epiſt.19 47.
Luna. Ouid.10, Metam.80.
Aureum malum. Virg. eclog.3,11.
Mores aurei: elegantes & amabiles. Horat.4, Carm.2,5.
Munera aurea. Tib. lib.1, eleg 4.13.
Nox aurea cingitur aſtris. Valer.5, Argon.113, pro, Nox cingitur miniſtris.
Aureum portorum. Plin. lib.33, cap.10.& 12.
Aureus ramus oliuæ. Virg 6, Aen.
Aurea ſecula Virg 6, Aen.159,
Auguſtus Cæſar, diuum genus, aurea condet Secula
Sol aureus Virg.1. Georg.47.
Aurea ſponda. Virg.1, Aen.141.
Sydus aureum. Horat Epod.37,9.
Venus aurea. Virg.10. Aen.4.
Aurea veſtis: pro barba aurea. Virg.8. Aen.130,
Aurea Cæſaries ollis, atque aurea veſtis. Seruius.
Velari aureo amictu. Ouid 14. Met.53.
¶ Aureus, tanquam ſubſtantiuum: & ſubauditur nummus. Plin. Immane tabulæ precium, accepit aureos menſura, non numero.
¶ Aureolus: diminutiuum.
¶ Aureolum collum, quod propè colorem auri refert. Varro 3, de Re ruſt. cap 9,3. de gallis gallinaceis loquens: Roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra, ſubalbicanti, collo vario, aut aureolo.
Malum aureolum. Catul.2,3.
Pedes aureoli Catul.56,34.
¶ Aureolus, diminutiuum ab Aureo: pro nummo aureo. Mart lib.5,20, Qui crepat aureolos, forſitan vnus erit.
¶ Auratilis puluiſculus. Solinus cap.25.
¶ Auricomus: auream comam habens. Sipontinus.
Batauus auricomus. Silius 3,123.
Sol. Valer.4, Argon 19.
¶ Aurifer: qui fert aurum.
Amnis aurifer Tagus. Catull.27,4.
Aqua aurifera Ouid. in Ibin,61.
Arenis auriferis pallet Tagus Silius. lib.16.112.
Arua aurifera Phœnicium. Silius lib.16,5.
Fons aurifer Pactoli. Claud.3, Paneg.13.
Auriferum nemus Plin lib.5, cap.1,3.
Aurifera terra. Mart lib.10,20.& 78,& Silius lib.2,81.
¶ Aurifex: Faber aurarius. Plaut. Menæch.15,8,e, Vt ad aurificem ferres, vt fieret nouum. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candantibus margaritis.
¶ Aurifodina: Locus vnde effoditur aurum. Plin.33.c.4.12.
¶ Aurifur: Qui furatur aurum. Plaut Pœnu.19,55, Et mihi hic aurifur eſt.
¶ Aureſco. Varro de Ling. Lat. lib.6, Aureſcit aër dixit.
AVSCARIPEDAM.] pro vermiculo piloſo, qui ſolet eſſe in fronde cum multis pedibus, dixerunt veteres, teſte Varr. lib.6 de Ling. Lat.
AVSCVLARI.] dicebant antiqui, pro Oſculari, quod eſt os cum ore conſerere. Feſtus.
AVSCVLTO.] Audio. Plaut. Stich. Auſculto, atq; animum aduorto ſedulò. Terent. And. 3,3,6, Auſculto, loquere quid velis.
Auſcultare ab oſtio. Plaut. Mercat.8,9.
Ad fores Plaut. Truc.4,1.
Auſcultemus hinc quid agat. Plaut. Curcul.6,29.
Auſculta paucis. Terent. Adelph 5,3,20.
Iamdudum auſculto Horat.2. Serm. Sat.1.
Auſcultare aliquem. Plaut. Pſeud 7.109, Te auſcultabo lubens. Terent. Heaut.4,5,23, Auſculta quod ſupereſt fallaciæ.
Populum auſcultare. Catul epigr.62,8.
¶ Auſcultare, *pro Obedire ponitur.* Varro lib.5. de Ling. Lat. Ab audiendo etiam auſcultare declinamus, quòd hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent. Terent. And.1,3,4, Nec, quid agam, certum eſt: Pamphilumve adiutem, an auſcultem ſeni.
Auſcultabitur. Plaut. Merc.7.120,
— excuſato, me feciſſe ſedulò
Ad portum ne ires, dico iam tibi. C. auſcultabitur.
Auſcultatio: Obeditio. Plaut. Rudent. Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio? quid ve hinc abitio?
AVSIM.] Verbum defectiuum. Liu. lib.1, ab Vrbe: Nec, ſi ſciam, dicere auſim. Virg.2, Georg.
Auſim vel tenui vitem committere ſulco.
Id eſt, auſus ſum, vel audebo, teſte Seruio.
Auſim confirmare. Lucr. lib.5,40.
AVSPEX.] qui præerat nuptijs celebrandis: quia Auſpicium pro nuptijs capere ſolebat, adhibebaturq; hic pro parte mariti. Hæc Valla lib.6. Dictus eſt autem ab auibus aſpiciendis.
Auſpices victoriarum. Plin. Victoriarum omnium toto orbe auſpices.

Muſa

Muſa auſpice: id eſt, duce Horat.1.Epiſt.3,3.
Phœbo auſpice. Stat.2.Syl.2,8.
Prouidus auſpex Horat.3,Carm.Ode 27,2.
¶ Auſpicalis: ad auſpicium pertinens. Auſpicalis piſciculus, qui aliquid portendit, aut ſignificat futurum. Plin.li.32.cap.1,3. De echeneide piſce.
¶ Auſpicium, inquit Feſtus, ab aue ſpecienda. Valla lib.6. Auſpicium eſt vel à paſtu auiũ, vel ab inſpectione auium. Plaut.Amph.8,36 An te auſpicium commoratum eſt?
Funeris auſpicium Stat.6.Theb.45.
Addicentia auſpicia.Tacit.lib.2.
Auſpicium bonum Catull.epig.42.70.
Ferale.Claud.2.in Eutrop.47.
Grande Ouid 2.Triſt.35.
Infelix.Stat.11.Theb.28.
Malum.Plaut.Aulul.12,33.
Auſpicio meliore Plaut. Menæch.24,90.
Mollia auſpicia Claud.in Eutrop.99.
Regalia.Claud.in Paneg.1.
Secunda Hor.4.Carm Ode 14,4.
Solennia.Claud 2,Paneg 73.
Vtile auſpicium. Ouid.1.Faſt.44.
¶ Auſpicium: *pro ductu atque diſpoſitione*. Virg. 4, Aen.

Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpicijs, & ſponte mea componere curas.

Liuius Vos auſpicium, imperiumque ad Calenum detuliſtis Plin.lib.7,cap 43,5.
Imperio atque auſpicio alicuius, aliquid agere. Plautus Amph.4,38.
Ductu, imperio, auſpicio. Plaut. Amph 4,42.
Virtute atque auſpicio alicuius. Plaut.Epid.8,45.
¶ Auſpicium: *pro poteſtate etiam ſumma*. Liuius. Quoniam in prouincia Liuij res geſta eſſet, & eo forte die, quo pugnatum eſſet, auſpicium eius fuiſſet. Virg 4. Aen.

Communem ergo nunc populum, paribusq; regamus
Auſpicijs.

Dare auſpicium. Silius lib.13,31.
Signum & auſpicium alicui dare. Silius lib.7,47.
Auſpicia dirimere Plin.lib.7,cap.57.
Auſpicium facere. Liu.1.ab Vrbe,155.
Auſpicia mittere Liu.1.ab Vrbe,78.
Vetat auſpicium. Ouid.6.Faſt.135.
¶ Auſpicari: Incipere. Plin.lib.7. in procem.4. Itaque feliciter natus iacet, manibus pedibuſque deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum: & à ſupplicijs vitam auſpicatur, vnam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Columel. lib.3.cap.1,1.
¶ Auſpico, dixit Plaut. Perſa: Ego auſpicaui in hunc diem.
Auſpicare autem. Plaut Sticho,8,46.
Auſpicare alicui rei. Plaut. Rud 18,16, Non hodie iſti auſpicaui rei, vt cum furcifero fabuler.
¶ Auſpicatus. Participium.
Impetus non auſpicatus. Horat.3.Carm.Ode 6.2.
¶ Auſpicatus: nomen ex participio. Quintil.lib.10,cap.1, Itaque vt apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium: hoc eſt, feliciſſimum. Plin.lib.16,cap.18,3, Catul.42,5.

Quis vllos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auſpicatiorem?

¶ Auſpicatò: feliciter, quaſi auſpicijs non repugnantibus. Terent And.4,6,12, Haud auſpicatò huc me appuli.
Auster.] Ventus meridionalis. Virg.4, Georg.

Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter.

Cæſar 3.bel.Ciuil 102, Nacti auſtrum naues ſoluunt. Colum lib.11,cap.2, 27.
Sibilus Auſtri. Virg.5. Eclog.16.
Ducere ætatem aduerſis Auſtris. Hor.2, Epiſt.2.41,

Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundò,
Non tamen aduerſis ætatem ducimus Auſtris. Hoc eſt,

Nec in ſumma proſperitate ſumus, nec in ſumma calamitate.
Auſter Aquaticus. Ouid.2, Metam.71.
Aſpirans. Virg.5, Aen 152.
Calidus Claud. de bello Getico,12.
Aeſtibus ſpirans. Ouid 7, Metam.109.
Crepitans. Virg 3, Aen.14.
Denſus. Virgil 5, Aen.134.
Furens. Virg.1, Aen.11.
Gelidus. Claud.7, Paneg.86.
Humidus. Virg.1 Georg 92. Claud.2, Paneg.72.
Hybernus Tibull.1, eleg.1,10.
Inexorabilis. Silius lib.16,20.
Lenis. Virg.3, Aen.14.
Leuis. Valer.6. Argon.133.
Madens. Seneca Herc Oeth.1,15.
Madidus. Claud.3, Paneg.21.
Nebuloſus. Seneca Medea,8,1.
Nigerrimus. Virg.3, Georg 55. Stat.5, Theb.141.
Nocens corporibus. Horat 2. Carm. Ode 14 4.
Nubilus. Ouid.11, Metam.133.
Plumbeus. Horat.2, Serm. Saty.6,3.
Pluuius. Ouid.1, Metam 14.
Tepidus, Seneca Hippol.1,4.
Turbidus. Claud.22, epigr.41.
Validus. Horat.1, Epiſt.11.3.
Immurmurat ſyluis Auſter. Virg.3, Georg.53.
Ingeminant Auſtri: id eſt, repetunt ſuos flatus venti. Virg. 1, Georg.67.
¶ Auſtri, pro Ventis. Virg.1. Aen,11.
¶ Auſtralis annus, Claudian. Eutrop.1,81.
Auſtrale latus. Claud in Eutrop.2,49.
Nimbi Auſtrales. Ouid.4, de Ponto, eleg 4,1.
Polus Auſtralis: id eſt, Antarcticus. Sen. Herc. Oeth 8,15.
¶ Auſtrinus. Auſtrini flatus, qui flant ab Auſtro. Columel. lib.7, cap.3,11.
Auſtrinum cœlum. Plin.lib.16.cap.26,5.
Calores Auſtrini. Virg.2. Georg.54.
Auſtrinus dies. Colum.lib.11, cap.2,27.
Polus Plin.lib.5, cap.19.
¶ Auſtro: humecto. Plaut. Auſtrati ad ignem ſedent.
Austervs.] contrarius ſuaui.
Curatio auſtera. Plin lib.24, cap.7,7.
Color auſterus. Plin.lib.35, cap.6,1.
Guſtus. Colum lib.12,1.
Homo. Propert.lib.3 eleg 3,10.
Labor. Horat.2. Ser. Sat.2,3.
Auſtera in lacu muſta Quint. lib 2, cap.7.
Poëmata auſtera Horat in Arte poetica,69.
Vinum auſterius. Colum lib.3. cap.2,5.
¶ Auſteritas. Quin.lib 2, cap 2.4, Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas. Loquitur de præceptore pueris tradendo.
Auſteritas, & Frontis remiſſio, opponuntur. Plin. epiſtol.5, lib 11.
Auſteritas colorum. Plin.lib 35, cap.10,31, Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occultè daret.
Avt.] disiunctiua coniunctio. Terent. And.1,1,29,

— aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos.

¶ Aut quia, geminatum. Horat.2: Serm.

Aut quia non ſentis, quod clamas rectius eſſe:
Aut quia non firmum rectum defendis.

¶ Aut cum interrogatione poſitum. Terent. Eunuch.1,2,75

Aut ego neſciebam, quorſum tu ires?

Aut modò hortatiua eſt. Ita Virg 9. Aen.103.

Aut tu magne pater diuûm miſerere.

Modò coniunctiua, pro &: vt Virg.1, Aen.84,

Moliuè moram, aut veniendi poſcere cauſas.
Et pro Que. Virg 1, Georg.82.
Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces
Aut quater ingeminant. pro Quaterq;.

Modò pro ſeparatiua. Virg 1, Aen 88.

aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto

Idem 4, Aen.13, — media inter cornua fundit,

Aut ante ora deûm, pingues ſpatiatur ad aras. Id eſt, modò funditur, modò ſpaciatur.

Avtem.] diſcretiua coniunctio. Terent Adel.4,2,50, Aeſchinus odioſè ceſſat, prandium corrumpitur, Cteſipho autem in amore eſt totus.
Quid autem? Terent. Adel.3,4,16, Salue Demea. D. Quid autem? Idem Eunuch.5,2,10, Ah quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi.
¶ Autẽ, *pro etiam*. Plaut. Truc.17,61, Agite, abite: tu domum, & tu aũt domũ. Ter. Eunu.3,2,22, — quid tu ais Gnato? Nunquid habes quod contemnas? quid tu autẽ Thraſo?
¶ Adeò autem. Terent Eunuch.5,5,22, Atque adeò autem cur non egomet intrò eo?
¶ Ecce autem. Terent. Phorm 2,1,34. Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt. Vbi Donatus: Ecce aũt, vox eſt apta his, quæ noua & improuiſa animo accidunt. Sic Vir. 2, Aen.41, Ecce aũt gemini à Tenedo tranquilla per alta.
¶ Autem enim. Plaut Pſeu.7,21, Vetus nolo faciat. C. autem enim nequicquam vis. Id eſt, profectò.
¶ Porrò autem. Terẽt. Adel.3,3,64. Hoc vitio datur. S. Probiſſimè. D. Porrò aũt. Vbi Donatus: Porrò autem, At verò, & huiuſmodi, principia narrationum ſunt, quibus ſuperiora ſequentibus connectuntur. Idem Eunuch.3,5,61,

— nunc metuo fratrem,
Ne intus ſit: porrò autem pater ne rure redierit iam.

¶ Tum autem, *pro Propterea*. Terent. Eunuch.5,9,7.

G. audin' tu illum, quid ait? C. tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnium in tranquillo.

Tum autem,pro Et.Terent.Eunuch.2,3,11,

Vt illum dij deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt, Meque adeò qui reſtiterim: tum autem qui illum non flocciſecerim.

Tum obſonium autem? Plaut.Id eſt: Et præterea,quale mihi obſonium miſiſti?

¶ Autem ſonuit præcipuè repetitis interrogationibus cum indignatione. Terent.Eunuch.4,7,28, Ego non tangam meam? CH. Tuam autem furcifer?

¶ Autem,tertio & quarto loco poſitum. Gel.lib.19,cap.1, Noſcitandæ probationes autem Virg.2.Aen.21,

Sed quid ego hæc aũt nequicquam ingrata reuoluo?

AVTHENTICVM.] Ex quo exemplum deſcribitur. Vlpianus in l.cætera.quæ eſt quarta lex.famil hercíſ. Heredem enim exemplum debere dare, tabulas verò authenticas ipſum retinere,aut in ædem deponere. Itidem in l. Pomponius,eodem titulo.

AVTHOR.] Virg.12.Aen.32, Author ego audendi: ſic exhortata reliquit Incertum. Valla: Authores, vt ſic dicam, factor: nam factor in vſu non eſt,niſi in quibuſdã è Græco translatis.Et paulò pòſt: At nos poetas, cæterosque operum conditores,authores vocamus,& illum qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, authorem operis,authorem belli, authorem pacis dicimus, nunquam actorem. Item paulò pòſt: Sciendum eſt,quòd author à ſe naſcitur Nam illud quod eſt augeo,non nos ſeducat, quòd inde veniat: aliud enim eſt Augere, aliud Authorem eſſe.Idem libro 4,Authores ſententię alicuius aut cõſilij vocantur ij, quorum ſententiam conſiliumq; ſecuti ſumus: & duces militum authores vocabantur.

Author carminis.Tib.libro 2,eleg.4,3, & Horat.in Arte,9.

Profectionis.Cæſar 5.bel.Gal.124.

Sanguinis.Virg 7.Aen.10.Generis. Idem 4.Aen.74.

Viæ: qui viam monſtrat,aut qui ire iubet Ouid.3,Met.4.

Veri: qui vera docet Horatius 1,Carm.Ode 28,3.

Author his rebus quis eſt? Terent.Adelph.4,5,37.

Author id tibi ſum.Terent.Adelph.5,8,17.Idne eſtis authores mihi?

Author tibi ſum, vt Plaut. Sticho,3,71, Mihi authores ita ſunt amici,vt vos abducam hinc domum

Author illi ſum de hac re,vt hoc faciat Plaut.Mil.15,1.

Authore me,authore te Terent Eunuch.5,7,12.

An pœnitebat flagitij,te authore quod feciſſet

Adoleſcens? Liuius 2, ab Vrbe,9. Res tuas tibi non ſolum reddant ciues tui,authore me,ſed ſiquid deeſt,munificè augebunt. id eſt,me ſuadente,conſulente,inſtigante,impellente.

Authoribus plurimis. Liuius 1, ab Vrbe,201. Id eſt,ſecundum opinionem plurium.

Iiſdem authoribus cognitum eſt,Aequos, Volſcosq; ſumma vi bellum apparare.Liuius.

Celeberrimi authores.Plin.lib.33,cap.1,1.

Certiſſimus.Virg.1.Georg.87.

Clariſſimi.Quint lib.1,cap.8,12.

Dubij.Ouidius 5.Faſt.120,

Tunc mihi non dubijs authoribus incipit æſtas.

Authores æſtatis, vocat ortus & occaſus quorundam ſyderum,

Eminentiſſimi.Quint.lib.1,cap.10,11,& cap.2,2.

Grauior author.Tacitus libro.19.

Idoneus. Quint.libro 1,cap 4,15.

Latini authores.Quint.libro 1,cap.8,6.

Maximos authores in diuerſa fuiſſe opinione video. Quin. libro 1,cap 5,25.Iuuen.Sat 14 4, — citiùs nos

Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica,magnis

Cùm ſubeant animos authoribus.

Peſſimus author futuri.Seneca in Herc.furente,14,4.

Non ſordidus author: id eſt,clarus & celebris.Horat.1,Car. Ode 28,3.

Summi authores.Quint libro 1 cap.6,6.

Validiſſimus author,Tacitus libro 5.

Appellare authorem.Plinius libro 28,cap.1.

Criminari authores,quos prælegimus. Quint.libro 1.c.5,1.

Authorẽ dare rem.Plaut,Trin 4,53, id eſt, re ipſa oſtẽdere.

Enarrare authores.Quint libro 1.cap.9,1.

Author eſt Maſſurius,bis in triumpho ductum: Id eſt,dicit aut ſcribit,Plinius libro 7,cap.43,1.

Authores ſunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues.id eſt,ſunt qui dicant, aut ſcribant. Plin.libro 10, cap.26,1.Item Liu.4,ab Vrbe,111,Sunt, qui malè pugnatum ab his Conſulibus in Algido,authores ſint,

Authorem habere aliquem Terentius in Prolog.Andr.19. Id eſt,imitari.

In incerto eſt author: de authore dubitatur. Ouidius 12, Metam 84.

Prælegere authoreses,Quint.libro 1,cap.5,8.



Redigere authores alios in ordinem,alios omnino eximere numero.Quint.libro 1,cap.4,2.

Referri ad authorem.Celſus libro 5,cap.18.

Authorem aliquem ſequi.Plin epiſt.98.b.

¶ Author: *Homo in quo eſt vis,poteſtas,& dignitas.* Liuius lib. 1,ab Vrbe,72.Decreuerunt enim,vt, cùm populus regem iuſſiſſet,id ſic ratum eſſet,ſi patres authores fierent. Et alibi: Maioris noſtri nulla,ne priuatam quidem non,agere fœminas ſinè authore notauerunt.Hæc Valla,libro 4. Liuius:Authores ſumus,tutam ibi maieſtatem Romani nominis fore.Idem libro 3.

Impero,author ſum, vt me cuius caſtrandum locas. Plautus Aul.7,73.Idem Pœnul.3,17.Suſpende,vinci, verbera: author ſum,ſino.

¶ Author, *eum etiam ſignificat, à quo quis ius in re comparauit, aut alias quæſiuit,ſiue à quo quis emit.* Plaut. Curcul.10. Leonem alloquens:

Nec vobis author vllus eſt,nec voſmet eſtis vlli.

Authores pupillorum vocantur, in quorum adminiſtratione infirma ætas,resq; eorum ſunt. Ideoq; filios regum pupillos ſub autoribus fuiſſe legimus. Vnde Paulus Iuriſconſultus in lege tertia. ff. de authoritate tutorum: Etiamſi non interrogatus tutor, author fiat, valet authoritas eius,quum ſe probare dicit id quod agitur. hoc eſt enim authorem fieri. Et Pomponius in lege ſequente: Etſi pluribus datis tutoribus vnius authoritas ſufficiat,tametſi tutor authoretur.Valla.

¶ Authoritas: æſtimatio & reputatio.

Authoritas fluxa.Tacitus libro 17.

Proiecta.Tacitus libro 1.

Id authoritatis: pro,Eius authoritatis. Tacitus libro 12.

Authoritas eſt ebori.Plinius libro 12 cap 4.2.

Tributorum authoritas.Plinius libro 12,cap.4,3.

Auferre authoritatem ijs qui profuerunt. Quint.libro 5,capite 7.22.

Adulta authoritate comprimi.Tacitus libro 1.

Authoritatem defugere.Plaut.Pœnulo,3,18,

M. Si authoritatem poſtea defugeris,vbi

Diſſolutus tu ſies, ego pendeam. Id eſt.ſi negaueris poſtea factũ fuiſſe à me,te authore,ſuadẽte & impellente.

Authoritatem defugere, *aliter acceptum.* Terent.Eunuch. 2,3,98.

— iubésne? CH. iubeo,cogo, atque impero.

P.Nunquam defugiam authoritatem: ſequere. Id eſt, faciam maximè,cùm ita tu velis & iubeas.

Detrahere autoritatem alicui Quint libro 6,cap.5,8. & lib. 7 cap.2,25.

Eligere authores Quint libro 1.cap 8,4.

In authoritate eſſe.Plinius libro 34.cap.6,5.Id eſt,in precio.

In authoritate eſſe alicuius: *pro ei obtemperare.* Liuius 9. ab Vrbe 70,Samnites quum inſtructos repente ad pugnam Romanos conſpexiſſent, vociferari ſe in authoritate Tarentinorum manere.

Gliſcit authoritas Tacitus libro 4.

Inducere authoritatem.Quint libro 4,cap.1,32.

Meretur narrantis authoritas.Quint libro 4,cap.2,89.

Niti authoritate.Quint.libro 5,cap.11,1.Idem lib.2,ca.4,30.

Authoritatem perdere.Quint libro 4,cap.2,67.

Petere.Quint.libro 1,cap.6,1, Peti ſolet authoritas ab oratoribus vel hiſtoricis.

Premit authoritas.Quint.libro 6,cap.5,7.

Superauit authoritatem conſuetudo.Quint.libro 1.c.5,40.

Plurimùm valet in conſilijs authoritas Quint libro 3,c.8,9.

¶ Authoritas, *pro authore,id eſt,eo qui primus rumorem aliquem ſparſit.* Plaut.Trinum.4,133,

— quòd ſi exquiratur vſq; ab ſtirpe authoritas.

Authoritas, *pro euictionis actione.* Venuleius in lege vltima, de euictionibus: Si aliquam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero,amitti authoritatem placet.

¶ Authoro: Obligo.Liuius libro 46, Eo vnò pignore velut authoratum ſibi proditorem ratus eſt.Id eſt, obligatum & ſubiectum,vt ait Valla.

¶ Authoramentum: obligatio, nexusque vel quaſi ſtipendium quoddam,& precium cuiuſdam militiæ ac pugnæ, actionisque. Quintilianus: Nec difficilem ſanè, ſub illo præſertim authoramento,habuiſſet miſſionem.

¶ Authoratus,Horat.2,Serm.Saty.7,

Authoratus eas,an turpi clauſus in arca. Hoc eſt,(vt inquit Acron) addictus & condemnatus.

AVTOMATON.] quod per ſe mouetur. Vitruuius lib.9,ca. 9 de horologijs.

¶ Automaria: idem quod automata. Fictum ab Vlpiano, in l.41.§.7.ff.de legat.& fideicõ.Sed automataria (inquit) aut ſi qui canthari per quos aquæ ſaliunt,poterunt legari.

AVTVMNVS.] Feſtus: Autumnum quidam dictum exiſtimant,quòd tunc maximè augeantur hominum opes,

coactis

coactis agrorum fructibus. Virg. 1, Georg.
Quid tempeſtates Autumni & ſydera dicam?
Et quia medici morbos Autumno ingraueſcere autumant, propter putrefactionem: ideò Iuuenal. Saty. 4,6. lethiferum vocat. Pampineum Autumnum Virg. vocauit, initio 2. Georg.
Autumni æſtus. Virg. 3, Georg. 94.
Flexus. Tacitus libro 21. Id eſt, quum Autumnus vergere incipit & inclinari.
Frigora. Virg. 2, Georg. 64.
Tempeſtates. Virg. 1, Georg. 63.
Autumnus diues. Stat. 4. Syl eleg. 1. 10.
Grauis Horat. 2. Serm. Sat. 6, 4.
Inæqualis. Ouid. 1, Metam. 11,
Perque hyemes, æſtusque & inæquales Autumnos,
Maturus Ouid. 15. Metam. 42.
Pomifer. Horat. 4. Carm Ode 7. 3.
Siccatus frigore. Iuuen. Saty. 11, 8.
Sordidus. Oiud. 2, Metam. 6.
Diſtinguit Autumnus racemos Purpureo varius colore. Horatius 2. Carm. Ode 5, 3.
¶ Autumnus: adiectiuum. Aequinoctium autumnum, Plinius lib. 19, cap. 6.
¶ Autumnitas: Idem. Cato cap. 5, 5. & cap. 155.
¶ Autumnalis. Autumnale æquinoctium. Plinius libro 2. cap 41. 1. Varro lib. 1, cap. 39. Nonne videmus alia florere Verno tempore, alia Aeſtiuo: neq; eadem Autumnali, quæ hyberno?
Autumnalia corna Ouid. 8, Metam. 134.
Pyra: acidulo ſapore iucunda Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere. Plin. lib. 15, cap. 15, 2.
AVTVMO.] quid ſignificet, doset Gellius his verbis: Autumo, non ſolum ſignificat, Totum æſtimo, ſed & Dico, & Opinor, & Cenſeo. Terent. in prolog. Heaut,
— factum hic eſſe id non negat,
Neq; ſe id pigere: & deinde facturum autumat.
Horat. 2. Serm. Sat. 3, 9,
Inſanum Chryſippi porticus & grex Autumat.
¶ Autumare, *pro Dicere*. Plaut. Epod. 13, 37, Di me ex perdita ſeruatam volunt, ſi vera autumas.
AVVS.] patris & matris pater, inquit Paulus Iuriſconſ.
Maternus auus. Horat. 1. Serm. Sat. 6. 1, Paternus, ibid.
Aui penatibus reddi. Tacitus libro 1.
Tranſcendere auum ætate. Seneca in Troade. 6, 59.
Nomen clarum auorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10, 8.
Nobiles aui. Seneca in Hercule furente, 6, 1.
Aui numerantur. Virg. 4, Georg. 42.
Deſpectis ortus auis. Ouid. Epiſt. 19 44.
¶ Auunculus. Paulus Iuriſc. Auunculus matris eſt frater.
Auunculus maior, is eſt proaui frater, patris vel matris auunculus magnus. Paulus Iuriſconſ. de Grad. affin. Perſius: Maior auunculus exit.
¶ Auia: Patris vel matris meæ mater.
Veteres auiæ. *Pro deliris*. Perſius Sat. 5, 10. Budæus: Solent enim anus & vetulæ delirare.
De auia nihil ſupereſt: Id eſt, de bonis auiæ. Perſius Sat. 6, 7.
¶ Auitus: Qui eſt aiunt. Auitæ opes. Plin. lib. 9, cap. 35. 14.
Auita res. Horat. 1. Serm. Sat. 6, 16.
Fundus auitus Horat. 1. Carm. Ode 12, 9.
Cella auita. Horat. 1. Carm. Ode 37, 2.
Auitæ laudis honores. Ouid. ad. Piſonem, 7.
Metum auitum. Ouid. 2, de Arte amandi, 139. Id eſt, vetus.
Nomen. Ouid. 6, Metam. 48.
Sanguine auito nobilis Propert. libro 2, eleg. 25.
Auitæ vmbræ. Ouid. 1, Faſt. 9.
Tumulus auitus: Sepulcrum aui. Ouid. 4. Triſt eleg. 3, 9.
AVXARIA.] ſecreta nemoris dicta ſunt, quod ibi frequentant aues, ſecundum Iſidor. 17. Etymol. cap. 6. Inde venit impenſatio auxaria. C. de fund. patrimon. l. 2. lib. 41.
AVXILIVM] Adiumentum. Varro 4. de Lingua Latina: Auxilium appellatum ab auctu, quum acceſſerant, qui adiumento eſſent, alienigenæ.
Auxilium aduerſæ valetudinis. Corn. Celſ. lib. 1. in Procem. In re aliqua aduerſus. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Auxilia nautica: Gubernaculum Ouid. 3. de Arte aman. 52.
Viæ auxilium: id eſt, viaticum. Virg. 1, Aen. 73.
Tutus auxilio Virg 1, Aen. 115.
Inualidum auxilium. Tacitus libro 1.
Emortuum. Plaut. Epid. 3. 14.
Magica auxilia. Tibul. lib. 1. eleg 8. 5.
Mutuo auxilio ſuſtinentur Quint lib. 5, cap. 12, 4.
Mutuis auxilijs ſtant omnia. Quint. lib. 3, cap. 4, 10.
Præſens auxilium. Virg. 2, Georg. 26.
Vitale: Ad conſeruandam vitam idoneum. Lucr. lib. 5, 45.
Valentiſſimum. Celſ lib. 4, cap. 22.
Validius. Celſ. lib. 3, cap. 22.
Cogere auxilia: Colligere auxiliares copias. Virg. 8, Aen. 2.
Concidit auxilium Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6, 3. Id eſt perijt.
Dare auxilium: Iuuare. Virg. 2, Aen. 137.
Egere auxilio Ouid. 13, Metam. 15.
Eripere auxilium alicui. Virg. 9, Aen. 27.
Auxilia facere Tacitus libro 5.
Auxilia libertati inuocare. Tacitus libro 15.
Implorare auxilium. Virg. 4, Aen. 124.
Leuare aliquem auxilio. Virg. 2, Aen. 91.
Negare auxilium. Ouid. 15, Metam. 130.
Obſtare auxilio: Impedire auxilium. Claudian. 2. de Rapt. Proſerp. 47.
Perierunt auxilij tempora: id eſt, nulla ampliùs reſtat auxiliandi occaſio. Ouid. 1. de Remed. Amoris, 22.
Petere auxilium. Iuuen. Sat. 15, 15. Virg. 8, Aen. 2.
Promittere auxilium Ouid. 13, Metam. 65.
Pugnare auxilijs. Quint lib, 2, cap. 13, 3.
Quærere auxilium. Ouid. 1. Metam. 75.
Rapere auxilia etiam cum temeritate. Celſ. lib. 3, cap. 7.
Rogare auxilium. Ouid. 7, Metam. 102.
Sperare auxilium alicuius. Silius. lib. 7. 119.
Subire auxilio: Opem ferre. Virg. 2, Aen. 44.
Submittere auxilio. Silius lib. 8. 5. Idem: Auxilia ſubmiſſa, lib. 12, 138.
Auxilium ſumere. Ouid. 7, Metam. 103.
Suſtinere non poſſe. Celſ. lib. 2 cap. 16.
Eſt opus auxilio. Ouid. 2, de Remedio amoris, 38.
Auxilium eſt mihi in patre. Plaut. Amph. 4, 5.
Auxilio adiutores mihi ſunt, & mecum militant. Plautus Epid 14, 11.
Auxilio mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Plaut. Epid. 14, 12.
Auxilio eſſe alicui. Plaut. Aulul. 25, 4.
Tentare auxilium alicunde. Virg. 3, Aen. 30.
Auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe matres filijs. Terent. Heaut. 5, 2. 39.
Vocare auxilio aliquem. Virg 5, Aen. 136.
Legis auxilio vti. Quint, libro 6, cap. 5. 7.
¶ Auxilio: Genitiuus, pro Auxilij. Horat. Epod. 1, 5.
¶ Auxilior adiuuo, opē fero. Ter. Adel 2, 4, 9, Vt, ſi omnes cuperēt, nihil tibi poſſent auxiliari. Oui. 1. de Pōto, ele. 4, 5.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.
Auxiliari contra aliquid. Plin. lib. 24, cap. 12, 1.
Auxiliari morbis. Plinius libro 13, cap. 22. 6.
¶ Auxiliator. Quint. 12. cap. 3, Et ipſe litigantium auxiliatore egebit auxilio.
¶ Auxiliaris: Qui auxilio eſt, ſiue auxilium affert.
Dea auxiliaris. Lucin. Ouid. 9, Metam. 140.
Auis. Plinius libro 23, cap. 1, 5.
Auxiliares copiæ. Vegetius de Re militari, lib. 2, Auxiliares conducuntur ad prælium ex diuerſis locis, ex diuerſis muneribus venientes.
Arma auxiliar a Ouid. 6, Metam 85.
Auxiliares cohortes. Cæſar 1, bel. Ciuil. 232.
Duces, Liuius 1. bel. Pun 94.
¶ Auxiliatus: Participium. Stat. Syl. 32,
Nil famuli cœtus, nil ars operoſa medentum
Auxiliata malis.
AVXILLA.] olla paruula Feſtus.
AXARE] Nominare. Feſtus.
AXE, agglomerati.] vniuerſi ſtantes: id eſt, cohortibus aut legionibus Feſtus.
AXICVLVS.] paruus aſſis, ſiue aſſer. Colum. libro 6, cap. 19, 2. Vitruuius libro 10. cap. 2.
AXIM.] pro Egerim. Pacuuius Peribœa, Vt, quæ egi, ago, vel axim. auerruncent bene.
AXIS.] Et pars cœli Septentrionalis, & ſtipes teres, circa quē rota vertitur, & tabula ſectilis, axis appellatur. Feſtus.
¶ Axis, *pro cælo*. Claudian. 1. de Rapt. Proſerp. 24.
Axis ætheris. Virg. 2, Aen.
— nudoq; ſub ætheris axe
Ingens ara fuit. Vbi Seruius, Sub ætheris axe, hoc eſt, ſub diuo, quod impluuium dicitur. Lucan. lib. 8, Gelidiq; ſub ætheris axe. Vbi idem Seruius: Sub ætheris axe, id eſt, (ſub aere
Cæli axis. Stat. 12, Theb. 112.
Aethereus axis. Ouid. 6. Metam. 35.
Aſtriferi, Luc. lib. 9. 1,
Aſtrigeri. Stat. 10, Theb. 165.
Aureus. Ouid. 2, Metam. 10.
Calidus. Claud. 5, Paneg. 8.
Candens. Ouid. 2, Metam. 29.
Heſperius. Ouid. 4, Metam. 43.
Horrifer. Valer 5. Argon. 104.
Igniferi. Claudian 8, Paneg. 56.
Niualis. Valer. 5 Argon. 41.
Noctiuagi. Claud. 5, Paneg. 48.

Scythicus.Seneca Herc.Octh.9.11.
Serenatus,Silius libro 12,128.
Serenus.Stat.5.Theb.18.
Stelliger.Stat 5.Syl.eleg.3,16.
Torrentiſſimus.Statius 3 Sylu.eleg.1,11.
Ardeſcit axis.Ouid.1.Metam 25.
Cludere axem.Id eſt,occultare aſtra.Sen. Herc. Otheo,11.5.
¶ Axis, *pro regione ſub axe poſita*.Silius libro 17.100.
¶ Axis, *circa quem rota vertitur*. Virg.3, Georg.
Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis.
Plinius libro cap 8,2, Lora etiam,ac coria omnia, axesque decocta amurca vngi.Mart.libro 2,76,
Vtilis vngendis axibus eſſe potes. Perſius Sat.5,8,
Quum rota poſterior curras: & in axe ſecundo.
Axis temone reuulſus Ouid.2,Metam.64,
— illic temone reuulſus Axis.
¶ Axis, *pro toto curru*. Iuuen.Sat.5,12.
Citus axis: id eſt, celer.Ouid.2,Metam.15.
Euerſus.Silius libro 16,83.
Falcati axes.Id eſt,currus in quibus erant affixæ falces, ad obuios armatos diſſecandos Valer.6,Argon.37.
Feruens axis: id eſt,curru celer.Silius libro 1,45.
Feruidus.Virg.3,Georg 21.
Ignifer.Ouid 2,Metam.6.
Igneus.Statius 6.Theb.106.
Phœbeus: id eſt,currus Solis,Sen.Hercu.Octheo.11.5.
Pigri axes.Claud.epigr.3,14.
Purpureus axis: currus Solis.Ouid.epiſt.4 32.
Pruinoſus: id eſt,currus Autoræ. Ouid. 1, Amor.eleg 13.1.
Rapidus.Stat.6.Theb.65.
Axem propellere.Silius libro 16,82.
Sinuare: id eſt,in gyrum vertere.Silius libro 16.73.
Vellere emoto à cardine.Stat.1,Theb.70.Axis, hoc eſt,ferrum illud,circa quod cardo ianuæ vertitur.
¶ Axes,*pro aſſeribus* Gel,lib.2,cap.12,In legibus Solonis illis antiquiſſimis,quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt.
AXVNGIA.] adeps ſuillus inueteratus, aut cum ſale, aut ſyncerus: qui quantò vetuſtior eſt.Plin. lib.28,cap.9,18.

## B

BABAE.] admirantis vox,pro qua Papæ Latini verterunt,Plautus Pſeud.18,1, Babæ, nunc demum mihi animus in tuto eſt loco.Ibidem 5,130.
BACCA.] ſignificat minutiores arborum fructus, vt ſunt lauri & oliuæ. Plinius libro 15.capite 24,5.
Bicolor ſynceræ bacca Mineruæ.Ouid.8,Metam.134. Periphraſis oliuæ,quæ & viridis eſt,& nigra.
Candentes baccæ.Claud.4 Paneg.1?6.
Felibibus baccis floret arbor: id eſt, copioſis & elegantibus.Silius libro 15,105.
Sanguineæ ebuli baccæ.Virg.10.eclog.6.
Lauri.Virg.1,Georg.62.
Oliuæ.Horat.2,Serm.Sat.4,14.
Syluestres baccæ.Virg.2.Georg.
¶ Baccæ, *à ſimilitudine, dicuntur etiam gemmæ & lapilli.* Virg. in culice: Conchea bacca maris precio eſt à pectore puro.Horat.2,Serm.Saty 3.48.Idem Epod.9,3.
Nec ſic ſic marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.
¶ Baccifer. Plin lib.16,ca.10,11,Ex omnibus ſola baccifera.
Hedera baccifera.Seneca in Oedipo,5,3.
¶ Baccula,Plin lib.25,cap.8,16, Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, vt capparis.
¶ Baccatus: Baccis ornatus.Virg 1,Aen.132,
— colloq; monile Baccatum.Silius libro 8.27.
BACCALIA.] Lauri Species eſt,à baccarum fertilitate dicta.Plinius libro 15,cap.30.
BACCHA.] vinum in Hiſpania.Varro de Ling.Lat.lib.6.
BACCHAE.] Mulieres,quæ Baccho ſacrificia faciebant. Liuius 9,belli Maced 49.
Sæuæ Bacchæ Proper.lib.3.eleg.22.7.
Bacchæ bacchanti aduerſari Plaut. Amph 8,69.
¶ Bacchanal,vel Bacchinale: locus in quo Bacchi feſta celebrantur. Plaut. Aulul 11, 3. Nunquid ego vnquam, niſi hodie,ad Bacchas veni, in bacchanal coquinatum?
¶ Bacchanal,pro feſto quod in Bacchi honorem fieri ſolebat.Inde Bacchanal facere.Plaut.Mil.11,43.
Bacchanal exercere.Plaut.14,26.
¶ Bacchanalia: Bacchi feſta.
Bacchanalia viuere.Iuuen Sat.2,
Qui Curios ſimulant,& Bacchanalia viuunt.
¶ Bacchor: Bacchanalia exerceo. Colum.libro 10.cap.20.
Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis
Baccharur Veneri.

¶ Bacchari, *per metaphoram,pro furere.* Virg.4,Aen.134,
— totamq; incenſa per vrbem Bacchatur.
Bacchari cum aliquo.Plinius libro 3,cap.1,6.
Ferro bacchari.Claud. de bel. Get 31.
Bacchari in aliquem. Terent.Adelph.2,1,31.
Bacchari venti dicuntur,dum flant impetuoſiùs. Horatius 1.Carm.25,5.
Boreas bacchatur ab Arcto.Ouid.1,Triſt.eleg.2,6.
¶ Bacchans: Participium.
Ritu bachantum.Ouid.7,Metam.52.
Bacchantum voce ſonare. Ouid.3,Metam.141.
Bacchata loca: in quibus eſt debacchatum. Virg.2,Georg,
Turba bacchata.Ouid.4,Triſt.eleg 5.17.
¶ Bacchatim: More bacchantiũ Apuleius: Quin igitur ſoror,hunc primum bacchatim diſcerpimus? Hoc eſt,furioſè & iracundè.
¶ Baccheis: Quæ ad Bacchum pertinet.Statius 2, Syl.2,7,
Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen,ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.
¶ Baccheius.Virg.2,Georg 41,
Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt.
¶ Bacchæus: aliud adiectiuũ,Bella Bacchęa. Stat. 12, Thebaid.169.
Cornua.Stat.9,Theb 87.
Vlulatus Bacchæi Ouid.11,Metam.4.
¶ Bacchicus: Idem quod Baccheius. Serta Bacchica: Serta ex hederis Ouid.1,Triſt.eleg.6,1.
BACELVS.] pro ſtulto ponitur. Sueton.in Auguſto, c. 87.
BACVLVS,& BACVLVM.] Ouid lib.15 Metam.
Eſſe ſolet,baculumq; tenens agreſte ſiniſtra.
Incumbere baculo. Ouid.1,Faſt.36.
Inniti.Ouid.14,Metam.131.
Leuare membra baculo.Ouid.8,Metam.140.
Baculus tortus.Ouid.2,Metam.78.
BADIZO.] Eo. Plaut. Aſin.12,116, Demam herclè iam de hordeo,tollutim ni badizas.
BAGOVS.] Lingua Perſica ſpado dicitur. Ouidius 2.Amorum,eleg 2,
Quem penes eſt dominam ſeruandi cura,Bagoe.
BAIVLO] Porto, ſignificat.Plaut. Aſin 12,70, Eho baiulabo: tu,vt decet dominum,ante me ito inanis.Quint.li 6, 1,35,Ego te baiulare non poſſum.
BALAENA.] Feſtus: Balænam,belluam marinam ipſam dicunt eſſe piſtricem,ipſam eſſe & cetum. Iuuen.Saty.10,2, Quanto delphinis balæna Britannica maior. Vide Plin.li. 9.cap.6.
BVLANITES.] Gemma ſubuiridis,& Corinthio ſimilis æri,ſecante mediam flammea vena. Author Plin. li.37.c.10.
BALANITIS.] Genus caſtaneæ rotundius,& maximè purgabile,& ſpontè proſilens, à rotunda glãdis effigie ita appellatum.Plin.lib.5,cap.23.
BALANVS.] Glandem generali nomine ſignificat. Plin. lib.17.cap.20,7 Specialiter tamen de palmulis, quas vulgò dactylos vocamus, accipitur. Vlpianus de verb ſignif. Ex balano exprimebatur vnguentum odoratum, quo ab antiquis tingebantur capilli. Martialis in Apophoretis:
Quod nec Virgilius,nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex vnguento conſtat & ex balano. Plin lib.13. cap.1, 8, Conſtat oleum ex cilijs, balano, calamo,melle, cinnamomo,croco,myrrha,aſpalatho.
¶ Balanus: *Piſcis marinus*. Plin.lib.32,cap.11.4. Plaut Rud. 8,8,Oſtreas,balanos captamus,conchas,marinã vrticam.
¶ Balani: Caſtanearum genus excellens Plin.lib.15.c.23.2.
¶ Balanatus: Balanino oleo perfuſus.Perſius,Sat 4,4.
¶ Balaninus: Ex balano factus.Balaninum oleum.Plin.lib. 23,cap.4,12.
BALATRONES.] pro nihili hominibus, & nullius precij videtur accepiſſe Varro de Re ruſt.lib.2,cap.5,1. Videbo iam vos,inquit,balatrones,& huc afferam meum corium & flagra Horat.1,Serm.Sat.2,1.
BALAVSTIVM.] Flos mali punici. Plin.lib.23,cap.6,12,
BALBVS.] Qui lingua impeditus eſt.
Os balbum Horat.2.Epiſt.1.26.
Senectus balba.Horat.1,Epiſt.21,4.
Verba balba.Horat.2.Serm.Saty.3,55.
¶ Balbutio: cum quadam linguæ hæſitatione & confuſione trepido.
Balbutit & auis.Plin.lib.10.cap.29.4.
Balbutire Scaurum: id eſt, balbutiendo appellare, actiuè, Horat.1,Serm Sat.3,10.
BALINEVM,& BALINEAE.] à veteribus dicebantur, quas nunc balneas dicimus Plaut Pœnulo,16.15,Numnam ita balineis circumductus pallio? Plin Epiſt.3 a. Quid balineum illud,quod plurimus ſol implet,& circumit. Idem lib,9,cap.54.1.Balineæ penſiles.
BALIS.] Herba,de qua.Plin.lib.25.cap.2.

BALISTA.]

BALISTA.] Militare tormentum, quo muri concutiuntur. Liuius 4. bel. Pun. 185, Catapultas, baliſtas, tormentaque alia, quæ oppugnandæ vrbi comparata erant.
De baliſtarum rationibus vide Vitruuium, libro 10, cap. 16. & Vegetium libro 4, ca. 22.
Torta validis baliſta lacertis. Lucanus libro 2, 136.
Tenſus baliſtæ turbo Lucanus libro 3, 93.
Baliſta infortunij Plaut. Pœnulo. 3, 73.
¶ Baliſtarium: Locus vbi ſita eſt baliſta. Plaut. Pœnulo, 3. 73, Quam ego haud multò poſt mittam è baliſtario.
BALITO.] Vide BALO.
BALNEVM. Locus in domibus, in quo ad lauandum aquæ calidæ & frigidæ diſponuntur. Mart. lib. 2. 48, Cauponem, laniumque balneumque.
Balneum experiri Celſus. lib. 3 cap. 15.
Tentare. Celſus libro 3, cap. 15.
¶ Balneolum Iuuen. Sat 7. 1,

— quum iam celebres, notiq; poetæ
Balneolū Gabijs, Romæ conducere furnos Tentarēt.

¶ Balnearium: Pars villæ. Columel lib. 1, cap. 6, 2, Balnearia occidenti æſtiuo aduertantur, vt ſint poſt meridiem, & vſque in veſperum inluſtria.
¶ Balnearius: ad balnearia pertinens. Vnde ſcribit Vlpianus, fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos. Hoc eſt, qui in balneis verſantur.
¶ Balneator: qui curam habet balnearum. Vlpianus in l. 1. ff. depoſiti. Si veſtimenta ſeruanda balneatori data perierint.
¶ Balneatorius: balneis vſui accommodatus. Martianus Iuriſconſ. in l. Pictoris. ff. de fund. inſtruc. & inſtrum. leg. Inſtrumento balneatorio legato, balneatores continentur: quoniam ſine his balneæ vſum ſuum præbere non poſſunt.
BALO.] Feſtus: Barrire elephanti dicuntur: ſicut oues dicimus balare, vtiq; à ſono ipſo vocis. Ouid. 4. Faſt. 149,

Tactaq; fumanti ſulfure balet ouis.

Balare, ad hominem translatum. Varro 2. de Re ruſt. cap. 3. 1, Cui Coſſinius, Quoniam ſatis balaſti. Id eſt, tractaſti & docuiſti de ouibus.
Grex Balantum. Virg. 1, Georg. 55.
¶ Balito: Frequentatiuum. Plautus Bacch. 23, 4,

— paſtor harum dormit, quum eæ eunt Sic à pecu balitantes.

¶ Balatus: Plin. lib. 20. cap. 14, 10, Guſtatum à pecore, caprisq; balatum concitat. De pulegio loquitur.
Balatus tener Ouid. 7. Metam. 64, Id eſt, exiguus, qualis eſt agni adhuc tenelli.
Tremens Stat. 10, Theb. 10.
Dare balatus: id eſt, balare. Ouid. 7, Metam. 100.
Exercent balatum agni. Virg 9, Aen. 13.
Pecorum balatu ſonant ripæ. Virg. 4, Georg. 109.
BALSAMVM.] Arbuſcula eſt odoratiſſima, in Iudæa ſolùm na cens. Virg 2. Georg.

Balſamaque, & Baccas ſemper frondentis acanti?

De balſamo copioſiſſimè Plinius libro 12, cap. 25.
Tarda balſama. Claud. de Nupt Hon. 20.
Balſaminum oleum. Plinius libro. 23, cap. 4. 13.
BALTEVS, & BALTEVM] Eſt, teſte Varrone de Ling. Lat. lib. 4, cingulum è corio, bullis ornatum. Quint libro 11, Sinus ille qui ab humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, velut balteus, nec ſtranguletur nec fluat.
¶ Auratus balteus, Seneca in Hercul. furent. 7. 4. Inſignis, Valerius 6. Argonaut.
Baltea lenta. Propert. 4. eleg. 11. 5.
¶ Balteus, dicitur non tantùm quo cingimur, ſed etiam à quo arma dependent. Virg. 5. Aen. 62. Cæſar. 5, bel. Gal. 165, Et verutum in balteo defigitur. Liu. Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.
¶ Balteus corticis. Plin. lib. 16, cap. 37. De ſalicibus loquitur.
BALVCA.] Arena aurea. Iuſtinianus lib. 11. Codicis, tit. de metallarijs.
BALVX] Minutior auri particula Plinius libro 33, cap 4.
BANCHVS.] Piſcis, aſelli genus alterum, in cuius cerebro lapillos molari forma contineri, Plin. ſcribit, lib. 32. ca. 9, 9.
BAPHEVS.] Iuſtin. li. 11. C. tit de murileg. Baphei, per quos & priuata noſtra ſubſtantia tenuatur, & ſpecies gynæcij confectæ corrumpuntur.
BAPHIA.] Taberna tinctoria. Lampridius in Alexandro: Purpura Alexandrina vulgò Probiana dicitur: Idcirco quòd Aurelius Probus, præpoſitus baphijs, id genus muricis repeteriſſet.
BAPTES.] Gemma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris. Plinius libro 37, cap. 10.
BARATHRVM.] dictum ab eo quod eſt [illegible], id eſt, profundus. Virg. 3, Aen.

— atque imo barathri ter gurgite vaſtos,
Sorbet in abruptum fluctus. Vbi Seruius:

Barathrum eſt immenſæ altitudinis nomen.
¶ Barathrum, inquit Diomed. li. 1, locus apud inferos: propriè autem apud Athenienſes, in quē noxij præcipitantur.
¶ Barathrum *transfertur ad alia*: vt ad meretricem, quę omnia abſorbet. Plaut. Bacch. 2. 41.
¶ Barathrum: *Stomachi ſiue ventriculum imus hiatus.* Martial. Extremo ructus ſi venit à barathro. Plaut. Curcu. 3, 26, Age effunde hoc citò in barathrum.
¶ Barathrum, *pro homine maiorem in modum edace.* Horat. de Lurcone quodam, 1 Epiſt. 16, 2.
Candens barathrum. Claudia. de bel. Getico. 70. de faucibus Alpium.
Ferale. Claud. de Raptu Prof. 1, 8.
Infernum. Valer. 2, Argon 39.
BARBA.] Valla: Non eſt barba tantum hominum, neque barbæ tantum quadrupedum: quin & barba quadrupedum, & barbæ hominum, vtique multorum dicuntur. Horat. 1, Serm. Sat. 8, 9.

Vtq; lupi barbam variæ cum dente colubræ,
Abdiderit furtim terris Plin. lib. 28, cap. 13, 3, Rabiem

hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari: eadem præciſa, non abire eos in alienum gregem. Virg 3, Georg. 62,

Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Cyniphij tondent hirci. Sunt etiam & barbæ aliorum,

quàm quadrupedum: vt Plin. 30, cap. 11, Quum Geminos tranſit Sol, criſtis, & auribus, & vnguibus gallinaceorum: ſi Luna, radijs barbisque eorum. Hactenus Valla libro 6.
Barba hominis. Virg. 2, Aen.
Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines.
Capræ barbarum villus. Plin. 12. cap. 17, 2.
Cæſaries barbæ. Ouidius 15, Metam. 132.
Barba virgultorum tonſilis. Plinius libro 17, cap. 23.
Aureus barbæ color Ouid 12, Metam. 79.
Ardens barba. Iuuen. Sat 10. 26.
Aurea Perſ. Sat. 2, 6, ſitque illis aurea barba.
Candidior. Virg. 1, eclog. 1. 3.
Grauis. Iuuen. Sat. 10. 23 & Ouid. 1, Metam. 26.
Hirſuta Ouid. 13 Metam. 165.
Immiſſa Virg. 3, Aen. 118.
Impexæ barbæ. Virg. 1, Georg. 73.

Stiriaq; impexis induruit horrida barbis. Seruius de

barbis pecudum intelligit: vt de guttis, quæ ex arboribus & tectis dependentes, induruerunt in modum barbarum.
Incipiens barba Ouid. 12 Metam. 79.
Ingens. Virg. 12, Aen. 61.
Longa. Ouid. 15, Metam. 132.
Madida. Ouid 1, Metam. 33.
Firma: Id eſt, tenuis lanugo. Seneca Hippol. 5 12.
Prolixa: Id eſt, demiſſa. Virg 8. 7. Seruius.
Propexa in pectore. Virg. 10, Aen. 166.
Reſecta. Ouid. 1, de Arte amandi, 104.
Sapientem paſcere barbam. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 7. Id eſt, Sapientiæ indicem.
Stolidam barbam vellere. Perſ. Saty. 2, 3. Prouerbialiter dicitur, quum ſummum contemptum ac ludibrium ſignificamus.
Subnixa barba capillis: Id eſt, ſubiecta, ſuppoſita. Ouidius 6 Metam. 143.
Torta. Stat. 6, Theb. 108.
Vda. Iuuenal. Sat 9, 1.
Abradere barbam. Plinius libro 6, cap. 28, 28.
Cadit barba tondenti. Virg. 1, Eclog 6.
Canet gelu. Silius libro 1. 41.
Creſcit. Lucretius libro 6, 190.
Deducere barbæ cæſariem: id eſt, quod alibi mulcere barbam dicit. Ouidius.
Increſcit barba genis. Lucan. lib 2. 76.
Mulcere barbam manu. Ouid. 1, Faſt. 52.
Ponere: Deponere, reſecare. Horat. in Arte poet. 61.
Promittere: pro ſummittere Tacitus libro 2. Vnde promiſſa barba, Liuio, lib. 2, 1. Decadis.
Recidere hirſutam Ouid. 13, Metam 165.
Riget glacie horrida barba. Virg 4, Aen. 51.
Vellere barbam alicui. Horat. 1. Serm. Sat. 3, 27.
¶ Barbulæ florum, apud Plin. lib. 21, cap. 8. 5.
¶ Barbatus: Qui barbam habet. Horat. Serm. Sat. 3, 50.
Delectare barbatum Horat. 2, Serm Saty. 3, 50.
Barbato imponere regi Iuuen. Sat 4, 11.
¶ Barbiger, vt, Barbigeræ pecudes. Lucret. lib. 5, 180.
¶ Barba *Iouis*: Arbor eſt Plinio, in opere topiario tonſilis, & in rotunditatem ſpiſſa, argenteo folio: quam etiam odiſſe aquas, idem Plin. ſcribit, lib. 16, cap. 18.
Caſtigator in eum legendum putat Bargioras, eſteq; vocabulum Hebraicum, ſignificans Filium Gioræ,

BARBARALEXIS.] βαρβαρόλεξις, Figura, quando dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiſcemus orationi, vt Gaza, & Magalia apud Virg.

BARBARIVM.] βαρβάριον, Apud Strabonem li. 3. promontorium eſt Luſitaniæ, inter Tagi & Chalybis oſtia.

BARBARIVS.] Philippus, de quo Vlpianus in l. 3. D. de offic. Prætor vnus è ſodalibus & compotoribus Antonij triumuiri fuit, quod verba declarant neſcio cuius antiqui ſcriptoris, à Suida relata. Turnebus.

BARBARVS.] quid ſignificet, declarat. Strabo libro 14 his verbis: Ego arbitror, ab initio, confiсto nomine eos Barbaros appellatos: qui difficulter, aſpere, ac duriter loquerentur: blæſos, balboſque dicimus. Feſtus: Barbari dicebantur antiquitus, omnes populi, exceptis Græcis vnde Plautus Nęuium poetam Latinum, Barbarum dixit. Plautus in prologo Aſin. 10,

— huic nomen Græcè Onagros eſt fabulæ:
Demophilus ſcripſit, Marius vertit barbarè: Id eſt, ineptè.

Mare barbarum, pro Indico Horat 2. Carm. 19. Ode 4.

¶ Barbari nunc dicuntur, qui alia lingua vtuntur, quàm Latina, quòd ea mitior ſit, & cultior: aut qui ea Latina loquuntur quidem, ſed contra ornatum linguæ, & deprauatè.

¶ Barbarus: Agreſtis, durus, ſæuus. Plaut. Bacchi. 2, 13,

— ô Lyde es barbarus.

Sermone barbarus Ouid. de Remedio amoris, 68.

Sordida & barbara myrrhæ ſpecies. Plinius libro 12. ca. 16.

Corda barbara. Ouidius libro 3. de Ponto, eleg. 2, 20.

Mos barbarus Horat. 1. Carm. Ode 27, 1.

Barbaram patriam, dixit Virg. 1, Aen. 109.

Tellus barbara. Ouid. 7. Metam. 11.

In barbarum corrupta. Tacitus libro 5.

Augere in barbarum Tacitus libro 21.

¶ Barbarior, & Barbarius, comparatiui. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2, 16.

Barbarè: Ruſticè, Horat. 1. Carm. ode 13, 3.

¶ Barbaricus Apuleius: Feris ac barbaricis moribus. Hoc eſt, aſperis & incultis.

Barbaricum aurum dixit Virgilius, pro multo, vel ex Barbaria aduecto, 2. Aen, 101. Seruius.

Cor barbaricum. Silius libro 15, 138.

Barbarica lege ius ſuum perſequi: id eſt, Romana. Plautus Capt. 8, 33.

Barbarica pauimenta, ſiue ſubtegulanea, primò facta apud veteres ex teſtis tuſis, rudere & calce. Plinius libro 36, capite 25 2.

Barbarica ſupellex. Liu 1. bel. Pun. 239.

Sylua. Colum. libro 11, cap, 2. 63. Tum etiam ſyluam ſiquis barbaricam, id eſt, conſemineam velit facere, rectè conſeret glandibus, & cæteris ſeminibus.

Veſtes barbaricę: id eſt, precioſæ. Lucretius libro 2. 101.

Vita barbarica. Claud. 2. in Eutrop. 46.

¶ Barbaricum, ſubſtantiuè appellatur clamor exercitus: videlicet quòd eo genere barbari vtantur. Feſtus.

¶ Barbaria: Ruſticitas, duritia, ſæuitia.

Grandis barbaria. Ouid. 3. Amorum, eleg 7, 1.

Ingenium quondam fuerat pretioſius auro:
At nunc barbaria eſt grandis, habere nihil Id eſt, hic agreſtis & rudis habetur, qui pauper eſt.

Inhumana. Ouid 3. Triſt eleg. 9, 1.

¶ Barbaries: Inciuilitas, ineptia, ruditas.

Colligere barbariem. Claud de bel. Gild, 87.

¶ Barbariſmus: Vitium in communi ſermone. Mart. l. 6. 17,

Cinnam Cinna me te iubes vocari:
Non eſt hic, rogo, Cinna barbariſmus?

De barbariſmo videto apud Quint. lib. 1, c. 5. & cap. 10.

BARBATA.] à Plinio numeratur inter aquilæ genera, libro 10, cap. 3.

BARBITOS.] Significat maiorem lyram, organo ſimilem ſono: quidam latiorem partem lyræ eſſe exiſtimant, & tam maſcul & fœm genere, quàm neutro reperitur.

*Maſculino* Horat. 1. Carm Ode 32, 1.

— Age dic Latinum barbite carmen.

*Fœminino*. Ouidius 21, Epiſt. 2.

Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas.

*Neutro*. Auſonius: Hoc genere, & chordas, & plectra, & barbita conde.

Lesboum barbiton, Horatius vocat, propter Alcæum Leſbium poetam lyricum, & Sappho poetriam ex eadem Lesbo, eodemq; tempore celebrem. Hor. 1. Car. Ode. 1. 7.

— nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

BARDI.] erant vates, aut magi, aut philoſophi in Gallia: de quibus Lucanus libro 1, 89.

Strab. lib. 4. Apud Gallos eximio in honore ſunt Bardi, Vates, Druidæ.



BARDIACVS.] Genus veſtis, quod cucullum non habet Martial. libro 4, 4. Laſſi bardiacios quod euocati. Habe nomen à Bardijs Galliæ gente, quòd hæc eo veſtis genere præcipuè vteretur.

BARDOCVCVLLVS.] Penulæ Gallicæ genus, quæ cucullum habet. Mart. libro 14, 133,

Gallia Santonico veſtit te bardocucullo:
Cercopitecorum penula nuper erat.

BARDVS.] Stupidus, à tarditate ingenij appellatur. Cecilius: Nimis audacem, nimiſq; bardum, barbarum. Feſtus. Plaut. Epid. 9. 36, Ego illic me autem aſſimulabam quaſi ſtolidum, quum bardum me faciebam.

BARIS.] lingua Aegyptia ſignificat cymbam, qua vehebantur cadauera ad ſepulchra. Propert. libro 3, 11, 9.

Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

BARRVS.] Lingua Sabina, Elephas dicitur. A cuius oſſis ſimilitudine, dentes barri dicuntur. Horat. Epod. 1, 2, 1,

Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris.

¶ Barrire, elephantes dicuntur. Feſtus.

¶ Barritus: Romanorum militum clamor. Vegetius libro 3. ca. 18, Clamor autem, quem quidam barritum vocant, non priùs debet attolli, quàm acies vtraq; ſe iunxerit.

BASCAVDA.] Vas Britannicum. Mart. libro 14, 104,

Barbara depictis venit Baſcauda Britannis:
Sed me iam mauult dicere Roma ſuam.

BASIATIO, BASIATIOR.] Vide BASIVM.

¶ BASILICVS.] Feſtus: Baſilicum, regale: nam βασιλεύειν, eſt regno.

Baſilicæ editiones. Plautus Capt. 13, 42.

Baſilica facinora. Plaut. Trin. 14, 22. id eſt magnifica.

Baſilica nux, dicitur iuglans, teſte Plinio, lib. 15. 22, 2.

Baſilicus ſtatus. Plaut. Pſeud. 7, 43.

Victus: magnificus & planè regius. Plaut. Perſa.

Baſilica vitis. Plinius libro 14, cap. 2, 8.

¶ Baſilicè: Regiè. Baſilicè viuere vel ſaluere, & baſilicè ornatus. Plaut. Pœnulo 7, 74.

Baſilicè eleutheria agere Plaut. Perſa 2, 30.

Baſilicè interij Plaut. Epid. 2, 54, id eſt, vehementer.

¶ Baſilicum: veſtimenti genus, Plaut, 5. 49.

Baſilicum, vitis genus, apud Colum lib. 3, cap. 9, 1.

BASILISCVS.] genus ſerpentis: dictus (vt ait Feſtus) vel quòd in capite habeat album quiddam inſtar diadematis: vel quòd reliqua ſerpentum genera vim eius fugiant. Vide Plin lib. 8. cap. 21, 6. Latinè dicitur Regulus.

¶ *Baſes ſtructile*, ſunt velut ſedimenta columnarum: non ſolido lapide cæſa, ſed opere cęmētitio, lateritióve coagmentata: quibus columnæ nituntur, ipſæ quidem ſolido lapide conſtantes. Pomponius Iuriſconſ. Statuæ affixæ baſibus ſtructilibus. Budæus.

¶ Baſis, pro columna videtur etiam accipi. Plinius libro 17, cap 25, 4. Simili modo Trallibus palma in baſi Cæſaris dictatoris.

BASIVM.] Donatus in Eunuchum Terenti. 3, 2, 3, Tria ſunt oſculandi genera, oſculum ſcilicet, baſium, & ſuauium. Oſcula, officiorum ſunt: Baſia, pudicorum affectuum: Suauia, libidinum vel amorum. Mart libro. 2, 10,

Baſia dimidio quòd das mihi, Poſthume, labro,
Laudo, licèt demas hinc quoq; dimidiam,

Baſiorum multa millia. Catul, epigram. 16, 3.

Conturbare baſia Catul. epigram. 5, 8.

Da mihi baſia mille, deinde centum. Catul. epigr. 5, 2, & 8.

Baſia mala faſcinare lingua. Catul. epigr 7. 11.

¶ Baſio. Mart libro 7. 94, Et totam Line baſiare Romam.

Baſiare baſia. Catul. epigr. 7, 2.

Vſque ad millia baſiare. Catul. epigr. 45, 1.

¶ Baſiatio. Mart. libro 7 94 Hybernas Line baſiationes.

BAT.] Vox eſt qua vti ſolemus, quum quempiam corripimus, inhibemusq; eum tacere. Plaut. Pœnu. 5, 7.

Potin' aliam rem vt cures? C at. P. bat! crucior. P.

BATILLVM.] Ferreum inſtrumentum, quo pruna colligitur, ad ſimilitudinem pale. Sipontinus. Plinius libro 33. c. 8, 4, Batillis ferreis cadentibus ramento impoſito, quod candidum permaneat, probatur. Varro 3, de Re ruſt. cap. 6, 4, Itaq; paſtorē earum cum batillo circumire oportet, ac ſtercus tollere, ac conſeruare: quod & ad agriculturam idoneum eſt Horat. 1. Serm. Satyr. 5, 8.

¶ Batillum, aliud eſſe inſtrumentum, declarat Varro de Re ruſt cap. 50, 2, his verbis: Altero (inquit) modo metunt, vt in Piceno: vbi ligneum habent incuruum batillum, in quo ſit extremo ſerrula ferrea.

BATIS.] Genus herbæ aculeatæ, ſponte naſcentis: quæ & hortenſis, & marina eſt. Plin. libro 21, cap. 15, 1. & Colum. libro 12, cap. 7, 1.

¶ Batis, inter piſces numeratur à Plinio, lib. 32, cap. 11. 4.

BATRACHIVM.] Eſt genus herbæ. Plinius libro 25, capite 13, 25.

BATVO

BATVO ] Percutio, verbero, Plaut. Caſina. 11,60,
Quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime. Plin. lib. 31. capite 9.7.

¶ Batuere: Pugnare. Sueton. in Caligula, cap. 54.

Batuere cum aliquo. Sueton. in Caligula, cap. 32.

BAVBOR ] Latro. Lucret libro 5,
Et quum deſerti baubantur in ædibus.

BAXEAE, ] Crepidæ & calceamenta, propriè philoſophorum. Apul. de Aſino: Nec quid pallio, baculoq; & baxeis, & hircino barbitio, philoſophum ſingeret. Plautus Menæch. 9,34.

B D

BDELLIVM ] arboris genus, de qua. Plin. lib. 12. cap. 9.

B E

BEATVS. ] felix de Voce, apud Quint. l. 11, ca. 3, Ornata eſt pronunciatio, cui ſuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis. Beata, pro eo quod eſt, plena & perfecta.

¶ Beatus, *pro diuite opulento.* Ouid. 1. Amor. eleg. 8, 5, Scis here, te, mea lux, iuueni placuiſſe beato.

Felix & beata Plinius libro 12, cap. 13, 4.

Ab omni parte beatum: Beatiſſimum, Horatius 2, Carm. Ode 16, 6.

Auro beatius omni. Ouid 2. de Ponto, eleg. 8, 1.

Diuitijs beatus. Horat. 2. Serm. Sat. 6. 15.

Laudum omni cumulo Stat. lib. 4 Syl. 3, 32.

Perſarum rege beatior Horat. 3. Carm. Ode 9. 1.

Terque quaterque beati: Id eſt vt Seruius ait, ſæpius: aut potiùs, Beatiſſimi Virg. 1, Aen. 20.

Virtute beatus, Horat. 2, Serm. Sat. 6. 15.

Longè beatior. Ouidius 4 Metam. 65.

Palàm beatus Vide Palam.

Arces beatæ. Horat. 2, Carm. Ode 6, 5.

Arua beata: Fertilia, Horat. Epod. 16, 9.

Commoda beata. Catul epig. 20, 5 ad Furium.

Homines beatiores. Catul. epigr. 9, 2, ad Verannium.

Nox beata, Claud. 6, Paneg 31.

Opes beatæ. Statius libro 1. Syluius 5, 9.

Ora beatior, Ouidius Epiſt. 15, 36.

Rebus beatis mitior, Seneca Hyppol. 5, 16.

Beata & florens Reſpulica, Liuius 4. bel. Maced. 22.

Rus beatum: Fertile & amœnum, Horat. 1. Epiſt. 10, 3.

Sedes beatæ, Virg. 6, Aen. 128.

Terra beata. Ouid epiſt. 15, 38.

Beatæ thermæ, Martial. l. b. 9. 79.

Vita beata, Horat. 2, Serm. Sat. 4. 19.

Dici beatus, Ouid. 3. Metam. 28,
— vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt: diciq; beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.

Vrbes beatæ, Ouidius 4. de Ponto, eleg. 8, 7.

Numero beatorum eximere aliquem: Id eſt, non iudicare beatum, Horat. 2. Carm. Ode 2, 4.

Vnum beatiorum ſe facere alicui, Catul. epigr. 10, 4.

¶ Beatulus, Perſius, Sat. 3, 11,
— tandemq; beatulus alto
Compoſitus lecto.

¶ Beate: Feliciter.
Sit tibi bene ac beate, Catul. epig. 20, 3.

¶ Beatitas, & Beatitudo. Prius autem minùs eſt in vſu. Quin. libro 8. cap 3, Vtitur & Macrobius 12.

¶ Beo: Beatum facio. Plaut. cap. 4, 34 Foris aliquantulum etiam quod guſto, id beat. Terent. Eunuch. 2, 2, 48, Ecquid beo te.

Cœlo aliquem beare: Id eſt, donare cœlo, Horat. 4, Carm. Ode 8, 6.

Munere Horat. 1. Epiſt. 19, 15.

Semet beare, eſt indulgere animo, phraſi quadam Epicuica, qui ſummum bonum voluptatem aiebant eſſe. Hora. 2. Carm. Ode 3, 2.

BEE. ] Vox ouium. Varro 2, de Re ruſt cap. 1, 7, Non enim Me, ſed Bee, ſonare videntur oues vocem efferentes.

BELA. Oues nominauerunt antiqui Latini: vnde Belare. Varro, 2, de Re ruſt. cap. 1, 7.

BELLARIA. ] dicuntur cibi ad irritandam gulam compoſiti, authore Donato. Gellius lib. 12 cap. 11. Plaut. Trucul. 9.27, Fer huc verbenam mihi, thus & bellarias.

¶ Bellarium & Bellaria, res bellis aptas appellabant. Feſtus.

BELLICA. ] Columella erat ante Bellonæ templum: ſuper quam haſtam iacebant, quum bellum indicebatur. Feſtus.

BELLITVDINEM. ] ſicut magnitudinem Verrius dixit. Feſtus.

BELLVA. ] Immanis fera, quaſi bellum gerens. Terentius Eunuch. 3, 1. 25, Eòne es ferox, quia habes imperium in belluas.

Fera bellua, Ouid. 13, Metam. 194.

Ingens, Horat. 2. Serm. Sat. 3, 64.

Sæua, Horat. 1, Carm. Ode 12, 5.

Squamoſa, Seneca Hippol. 10. 12.

Tetra, Claud. in Eutrop. lib. 1, 27.

¶ Bellua, *per conuicium dicitur in hominem.* Terent. Phorm. 4, 2, 11, Sed quid pertimui autem, bellua?

¶ Belluatus: vt, Belluata tapetia, in quibus belluæ pictæ ſunt. Plaut. Pſeud. 4. 14.

¶ Belluoſus: Belluis plenus. Horat. 4. Carm. Ode 14, 10, Te belluoſus qui remotis.
Obſtrepit Oceanus Britannis.

BELLVM. ] Eſt tum ipſa pugna, tum totum tempus quo in militia ſumus. Plautus Amphit. 3. 101, Nam cum Thelebois eſt bellum Thebano populo.

¶ Bellum & Pax, *contraria.* Terent. Eunuch. 1, 1, 16.

¶ Bellum à prælio differt. Liu. 9 ab Vrbe, Populus Roman. etſi nullo bello, multis tamen prælijs victus eſt.

Bellum, *pro Prælio, aliquando ponitur.* Salluſt. In eo bello trecenti milites deſiderati.

¶ Belli, *genitiuus, aliquando ponitur pro aduerbio in loco.* Liuius 3. ab Vrbe, 178.

¶ Belli vocabulo, *bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent.* complexus eſt Ouidius 11 Metamorph. 5, Sic Silius lib. 7. 95,
Sed victæ fera bella deæ vexere per æquor,
Atque exciſa ſuo pariter cum iudice Troia eſt.

Bellum ſine hoſte: Ciuile bellum vocauit Lucanus, libro 1, 136.

Acta belli domusq;. Ouid. 12, Metam. 37.

Altrix bellorum tellus. Silius libro 1, 44. de Numidia.

Apex bellorum: id eſt caput & dux. Stat. 5. Syl. 2, 10, Ille fecundus apex bellorum.

Aſperrima ſtudijs belli gens, Virg. 1, Aen. 4.

Auida mens belli, Ouidius Epiſt. 7, 21.

Author temerarius belli. Ouid. 5, Metam. 2.

Caligo belli. Stat. 8, Theb. 101. Caliginem vocat illum belli tumultum, quo, quid agendum cuique ſit, nemo videt, nec amicus amicum, nec fratrem frater agnoſcit.

Cauſæ bellorum. Tacitus libro 20.

Certamina belli. Lucret. libro 2, 1.

Concitores, Tacitus libro 4.

Durus bello: id eſt, fortis & infractus, Virg. 2, Georg. 34.

Egregia bello gens. Virg. 1, Aen. 90.

Euentus beli varij. Virg. 10, Aen. 32.

Exanimata bello pectora. Stat. 4. Theb. 152.

Secundi belli exitus, Horat. 4, Carm. Ode 148.

Expers belli Ouid. 5, Metam. 19.

Expertus belli, Tacitus libro 20.

Expertus bello & armis Virg. 7, Aen. 47.

Expertus bellis, Tacit. in Vita Agricolæ.

Ferox bello & ad vim paratus, Ouid. 11, Metam. 59.

Feſſus bellis Stat. 1 Syl. 1, 5.

Fracti bello ductores Danaûm. Virg. 2, Aen. 3.

Fremens bello Italia. Virg. 4, Aen. 46.

Frons bellorum: Acies exercitus. Stat. 12, Theb. 151.

Grauida bellis vrbs. Virg. 10. Aen. 17.

Habilis bello ætas. Ouid. 1, Amorum, eleg. 9. 1.

Immunis belli. Virg. 12. Aen. 113.

Incendia belli. Virg. 1. Aen. 114.

Incerta bella metuere. Tacitus libro 4.

Inclyta bello mœnia, Virg 2, Aen. 49.

Inexpertus belli. Tacitus libro 17.

Inſolens bellorum. Tacitus libro 17.

Inſuperabiles bello Getuli. Virg. 4. Aen. 8.

Intractabile bello genus Virg. 1, Aen. 69.

Lecta bella iuuentus. Virg. 8, Aen. 119.

Magnus bello. Virg. 1 Aen. 110.

Modo belli. Liu. Decad. 4, lib. 8.

Pericula belli tentare. Lucret. libro 5, 281.

Præda belli. Statius libro 4. Theb. 153.

Mars bellorum præſes. Quint. lib. 3, cap. 7, 4.

Præſtans bellis. Silius libro 5, 19.

Regina bellorum virago: periphraſis Mineruæ. Statius 4, Syl. 5. 5.

Reliquie belli. Silius libro 15, 106.

Rudis belli. Horatius 2. Epiſt. 2, 10.

Spectatus bello Tacitus libro 1.

Studium ad bella. Virg. 3, Georg. 35.

Subita belli. Tacitus libro 21.

Summa belli. Liu. 4. Decad. lib. 1.

Superbus bello populus. Virg. 1. Aen. 5.

Superſtes bellorum. Tacitus libro 2. de moribus Germanorum.

Trepidantia bello corda, Virg. 4, Georg. 14.

Tumultus belli. Lucan. lib. 6, 11.

Vnius vteri bellum. Stat. lib. 11, Theb. 82.

Vexatus bello.Virg.4,Aen.123.
Vices belli Stat.lib.9.Theb.16.
Victoria belli.Stat.lib.12,Theb.2.
Victoribus bello ducibus maximus honor datus, Quint li. 2.cap.16,5.
Virtus bello viuida,Virg.5,Aen.150.
Acre bellum.Ouid.in Ibin,verſu vltimo.
Acutum.Horat.4.Carm.Ode 4,15.
Aduerſum.Horat.1.Serm.Satyr.7,3.
Aeterna bella gerere Seneca in Hercule furente,1,6.
Aſpera bella,Horat.2,Epiſt.1,2,Ouid.8.Epiſt.6.
Biluſtre bellum,Ouid.2,Amorum,eleg.12,2.
Ciuile.Lucan.lib.2,11.
Clauſum pectore.Sil.1,28.
Creperum : id eſt dubium.Lucr.lib.5,261.
Exhauſta bella : id eſt,finita.Virg.4,Aen.
Fera.Silius lib.7,95.
Finita triumphis.Ouid.15,Metam.
Funebre bellum.Horat.1,epiſt.20,10.
Furioſa bello Thrace.Horat.3.Carm.Ode.16,1.
Genialia bella : quæ geruntur inter conuiuia. Stat.libro 1. Achil.23.
Horrida.Virg.6.Aen.18.Iuuen.Satyr.14,25.
Impia bella ciere.Stat.11.Theb.70.
Inania bella gerere,Silius lib.1,14.
Indomitum bellum Seneca in Agamem.7,3.
Inexpertum,Tacit.lib.18.
Inexpiabilia bella excitare,Quint.lib.2,cap.16,2.
Infandum.Stat.3,Thebaid.14.
Infauſtum,Stat.6.Theb.18.
Ingens.Virg.1.Aen.54.
Iniuſtum.Ouid.5,Metam.42.
Iuratum Silius lib.11,29.
Lachrymabile.Ouid.8,Metam.9.
Lachrymoſum.Horat.1,Carm.Ode 21,3.
Latrantia.Claud.2.in Eutrop.98.
Longinquum.Sil.lib.13,72.
Longinquis bellis obrui.Vide Longus.
Longum bellum : Diu durans.Ouid.12,Metam.1.
Lugubre.Horat.Carm.Ode 1,7.
Magnum.Virg.2,Aen.39.
Martia bella.Horat.in Arte Poetica 81.
Miſerabile.Ouid.Epiſt.13,11.
Mollius bellum gerere.Vide Mollis.
Mortiferum.Virg.6,Aen.56.
Bellum nauale & maritimum.Ouid.1.de Arte,35.
Nefandum.Silius lib.17,101.
Nobile.Horat.in Arte Poetica.28.
Operta : Clandeſtina Virg.1,Georg.92.
Peierans : Fœdifragum.Stat.4.Syl.3,1.de Annibale.
Pendula.Claud.de Bello Gildon.95.
Perfida.Silius lib.15,151.
Pigmæa Claud.epigr.17,3.
Ploranda.Stat.1,Theb.9,Puerile,Stat.6,Theb.2.
Rapida.Claud.Paneg.1,38.
Rediuina.Silius lib.10,55.
Sæuum.Stat.12,Theb.2.
Sanguineum.Stat.5,Theb.
Spatioſum.Ouid.13,Metam.42.
Triſtia.Virg.eclog.6,2,Seneca in Octau.6,6.
Trux.Valer.Flac.3,Argon.51.
Violenta Ouid.1,Amorum,eleg.1,1.
Virgineum : ab Amazonibus virginibus geſtum. Valer. Argon.lib.5,27.
Abſiſtere bello.Liu.4.Decad.li.2,31.Horat.1.Ser.Sat.3.21.
Abſoluere bellum.Lucan.lib.2,50.
Abſoluere bello.Tacit.lib.4.
Accendendo bello acer,Tacit.lib.20.
Acceptum bellum pro vno milite. Lucan.lib.1,80. Id eſt, ſuſceptum milite propenſo ad ea quę imperator volebat.
Agitare bella.Silius lib.10,62.
Aſſueſcere bella animis.Virg.6.Aen.167.
Cadere in bello.Seneca in Hercule furente,6,14.
Capeſcere bella.Silius lib.66.
Cedere bellis.Lucanus lib.5,149.
Ciere bella.Virg.1,5,Aen,134.
Simulacra belli ciere.Virg.Aeneid.134. Belli ſimulacra, vbi non pro focis & laribus ſed exercitij tantum cauſa pugnatur.
Coire ad bella,Ouid.9,Metam.9.
Concidit bellum.Tacit.lib.18.
Concipere bella : meditari de bello alicui inferendo. Silius libro 1.22.
Concurrere bello alicui : id eſt,contra. Virg.10.Aen.2. Ser.
Concedere bella,apud Virg.eclog.6,2,bella deſcribere, & hiſtoriam bellorum componere ſignificat.



Conficere bellum.Tacit.lib.2.
Conſurgit nouum bellum.Virg.8,Aen.125.
Contendere bello cum aliquo.Virg.4,Aen.22.
Contractum bellum ex infinito tempore.Lucret.lib.2,115.
Bellum creſcens in ſegetem.Claud.de Bello Getico,5.
Dare bellum : Occaſionem belli.Stat.12,Theb.18.
Operam dare bellis.Ouid.1,de Remedio Amoris,33.
Decertant agmina bello.Stat.4 Theb.185.
Defendere muros bello.Virg.9.Aen.106.
Deponere bellum.Ouid.8,Metam,10.
Dimittere.Stat.lib.6.Theb.103.
Dirimere.Virg.12,Aen.16.
Ducere cum aliquo.Virg.8,Aen.11.
Ducere ; *pro Extrahere*.Tacit.lib.12.
Duplicare.Tacit.lib.20.
Eleuare.Liuius Decad.4,libro 2.
Ire in bella.Ouid.3,de Arte,1.
Erunt bella.Virg.ecloga 4,7.
Inuitis aut cupientibus eſſe bellum.Tacit.libro 1.
Expediri ad bellum.Tacitus libro 18.
Extendere bellum.Silius libro 17,73.
Facere bellum patriæ.Tacitus libro 3.
Fatigare bella : id eſt,agitare.Silius libro 7,99.
Ferre bella : Mouere,aut inferre.Ouidius,epiſt.8,6.
Fraudari bellum ſanguine dicitur, quum ſine hominum clade & cruento exitu perficitur.Lucan.libro 2,61.
Fugere bellum.Seneca in Troade 4,3.
Fulminat bello.Virg.4,Georg.112.
Gerere bellum.Virg.1,Aen.54.
Glomerare manum bello.Virg.1,Aen.63.
Finem bello imponere.Ouid.8,Metam.14.
Incendere aliquem bello : id eſt belli cupidine inflammare, aut ad bellum incitare.Stat.3,Theb.47.
Incidit illis bellum : Bellum inter eos obortum eſt. Hor.1, Ser.Satyr.7.3.
Incutere bellum. Horat.2,Serm.Sat.1,8.
Indicere alicui.Ouid.6,Metam.19.
Ventri bellum indicere : Ieiunare.Horat.1.Ser.Sat,5,2.
Inferre bellum.Virg.3,Aen.50.
Integrare.Statius 8,Theb.128.
Minari.Virg.3,Aen.108.
Minitari.Quint.lib.3,cap.8,13.
Mouere.Virg.1 Georg.101.Horat.4,Carm.1,1.
Nauare alicui.Tacit.libro 21.
Obire.Tacitus libro 3.
Obiectare bello corpora : Ad arma congredi. Virgil.4.Georgic.44.
Ortum & patratum bellum.Tacitus libro 3.
Parare bellum.Ouid.7,Metam.92.
Parta bello.Quint.libro 5.capite 10,80.
Patrare : id eſt,conficere & debellare.Tacitus libro 2.
Paueſcere bellum.Tacitus libro 1.
Pendet belli fortuna.Ouid 8,Metam.3.
Pendet ex vna origine bellum.Ouid 1,Metam.18.
Perrumpere bellum : id eſt,vincere. Seneca in Agam.7,3.
Petere bella : Aggredi.Silius libro 15,97.
Petere aliquem bello.Virg.3,Aen.120.
Poſitum bellum.Virg.1.Aen.59.
Portare bellum.Virg 3,Aen.108.
Prodit bellum.Ouid.1,Metam.14.
Profligare bellum.Tacit.lib.18.
Prolatare.Tacitus libro 13.
Promittere,Statius 3,Theb.79.
Pugnata bella.Horat.3,Carm.Ode 19,1.& 1,Epiſt.17,5.
Repellere bella.Ouid.3.Triſt.eleg.10,2.
Repens bellum,Liuius 1,Decad.libro 10.
Reſedit bellum : id eſt,acquieuit, Horatius 3.Car.Ode 3,6.
Ruere in bella,Virg.7,Aen 156.
Serere bellum,Tacitus : *Ex bellis bella feruntur.*
Sauadere,Ouidius 6.Faſt.18.
Subigere bello,Liuius 5,Decad.libro 2.
Subacti bello Troiugenæ,Lucret.libro 1,15.
Sumere bellum, Tacitus libro 19.
Sumere pro aliquo,Ouidius, Epiſt.15.75.
Surgentia bella,Virg.4,Aen.9.
Suſcipere bellum cum aliquo,Ouidius 14,Metam.90.
Tentare irrita bella,Seneca in Herc.furente,9,41.
Tentari bellis,Ouidius,Epiſt.7,24.
Tractare bellum,Tacitus libro 5.
Bellum ad lethum trahit,Virg.5.Aen.124.
Tument bella,Ouidius,Epiſt.7,24.
Venire bello ad mœnia alicuius,Virg.2,Aen.39.
Vincere bello. Lucan.libro 1,29.
Vndantem bello Nilum, vocat Virg.3.Georg.5, tanquam non vndas,ſed bella portantem : vt adnotat Seruius.
¶ Bellicus.Horatius 4.Carm.Ode 3,2.

Bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plin. lib. 16, cap. 4. 4

Bellicus Deus, Romulus. Ouid. 2. Faſt. 97. Et lib. 3, 163, Dea bellica, Pallas.

Inſigne virtutis bellicæ, annulus, Plin. lib. 33, cap. 1, 3.

Laus bellica. Seneca in Troadæ, 8, 7.

Manus. Ouid. ad Piſonem, 5.

Equus bellicus, Propert. 4. eleg. 4, 3.

Haſta bellica, Ouid. 2. Amorum, eleg. 3, 2.

Nauis. Propert. lib. 2, eleg. 18, 9.

¶ Bellicum: Subſtantiuè, ſoni nomen, vt ait Seruius. Liuius. A Macedonia Philippum, vbi primum bellicum cani audiuiſſet, arma capturum: noſſe ſe ſpiritus eius, noſſe animum.

¶ Bellicoſus: Ferox. Salluſt. in Iugurtha: Libyes quàm Getuli minus bellicoſi erant. Bellicoſus rex, Liuius, 1. ab Vrbe, 136.

Bellicoſa ciuitas, Liuius 1. ab Vrbe, 81.

Liuius 9. ab Vrbe, 31, Cepiſſe enim eos non Romam, ſicut antè Gallos: ſed, quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem ferociamq;.

¶ Bellicrepa. Feſtus: Bellicrepam ſaltationem dicebant, quando cum armis ſaltabant.

¶ Bellifer. Claud. in Eutrop. lib. 1, 86,

— quid belliferam communibus vrunt Italiam maculis?

¶ Belliger. Statius 1, Achill, 102, Belligerum ceu numen amant.

Acies belligeræ. Stat. 11, Theb. 144.

Belligera haſta. Mart. lib. 15. 25.

Belligeri labores. Val. Argon. lib. 5, 124.

Manus belligeræ. Ouid. 2, de Arte, 135.

Mens belligera. Silius lib. 3, 33.

Degener belligeri ritus: qui belli mores, aut laborem & aſperitatem militiæ ferre non conſueuit. Silius lib. 7, 59.

Belligeris trophæis annumerare. Stat. Theb. lib. 10, 6.

¶ Belligero · Bellor.

Belligerant Aetoli cum Aulide. Plaut. Capt. 3. 25.

Belligerare cum genio ſuo. Plaut. Truc. 4, 76.

¶ Bellipotens Qui bello pollet.

Diua bellipotens: Pallas Stat. 2, Theb. 144.

Magnus Bellipotens. Virg. 11. Aen. 2. Id eſt, Mars.

¶ Bello: Bellum gero. Fuit proprium Pop. Rom. longè à domo bellare. Plin. lib 5, cap. 1, 20.

Bellare alicui: id eſt contra aliquem. Statius libro 8, Thebaid. 101.

Bellare de re aliqua. Tacit.

Bellare cæſtu. Stat. lib. 6, Theb. 166.

Enſe. Silius lib. 5, 48.

Manu. Silius lib. 8, 99.

Aſtu. Silius lib. 5, 20.

¶ Bellantur, pro Bellant, dixit Virg 11, Aen. 136. Seruius.

¶ Bellator, Qui bellum gerit, vel longa belli exercitatione præſtat & excellit. Virg. 12, Aen. Interea extremo bellator in æquore Turnus.

Bellator bellet. Ouid. 3, de Arte amandi, 72.

Bellator enſis. Silius lib. 13, 75.

Bellator equus. Virg. 2, Georg. 29. & 10. Aen.

Bellator felix. Claud. Paneg. lib. 3, 3.

Bellatores ſeueri. Claudianus Paneg. lib. 4, 85.

¶ Bellatorius. Plin. epiſt. 9, lib. 7. Et quaſi bellatorium ſtylum ſuaſerim.

¶ Bellatrix. Virg. 1, Aen. 100,

Aurea ſubnectens exſertæ cingula mammæ
Bellatrix.

Bellatrix cohors. Stat. lib. 6. Theb. 53.

Diua bellatrix: Pallas. Ouid. 1. Triſt eleg. 4. 16.

Bellatrix triremis. Claud. Paneg. lib 4. 27.

BELLVS.] Vide BONVS.

BELLONE.] Piſcis, qui alio nomine dicitur Acus. Plin. lib. 9. cap. 51, 8. Idem lib. 32, cap. 11, 4.

BENE.] Vide BONVS.

BERYLLVS.] Lapis palladius tranſparens. Plin. lib. 37, cap. 5, 14.

BES, ſiue BESSIS.] Feſtus: Bes appellatus eſt, quòd bis triens ſit. Beſſis, vnciæ octo: triens, quatuor. Quint factum erat beſſibus. Plin. lib. 18, cap. 11, 1, Græci in binos ſemodios farinæ, ſatis eſſe beſſes fermenti conſtituere.

¶ Bes, in dimenſione agrorum, apud Colum. libr 5. cap. 1, Sunt octo partes iugeri, in duodecim partes æquales diuiſi.

¶ Beſſalis. Vitruuius lib. 5. cap. 10. Supraq; laterculis beſſalibus pilę ſtruantur, ita diſpoſitę, vt bipedales tegulæ poſſint ſuprà eſſe collocatæ. Idem lib. 7. cap. 4, Beſſales dixit laterculos, qui octo pollicum longitudinem habent.

BESTIA.] crudelitatem exprimit. Belua magnitudinem, & quaſi monſtroſitatē: Fera, opponitur cicuri. Hæc Vlp.

¶ Beſtiola. Plin. lib. 11, cap. 6, 2, Apes alueum illinunt amarioribus ſuccis, contra aliarum beſtiolarum auiditates. Sic Varro lib. 1, cap. 12. 3.

BETA.] Herba quæ in hortis ſeritur. Plin. lib. 19, cap. 8, 7. Plaut Pſeud. 13, 26. Martial. lib. 13, Fatuas betas dixit, quia ſunt inſipidæ.

Plebeia beta. Perſ. Sat. 3, 12.

BETO.] Verbum obſoletum pro Eo. Varro de Lingua Lat. Mulierem, quòd parere ea non poterat, foras betere iuſſit. Plaut. Curcul. 3, 48, Si illam ad me betet?

BETONICA.] herba. Plin. lib. 25, cap. 8, 5.

BETVLO.] βαιτυλὸν, Hiſpaniæ oppidum, & Betulo fluuius, cuius irrigatione ager Barcinonenſis lætiſſimus eſt. Author Pompon. lib. 2, in deſcriptione Hiſpaniæ.

B　I.

BIBACITAS.] Vide BIBO.

BIBLIOPOLA.] Qui libros vendit. Martial. lib 4, 28,

Exigis vt donem noſtros tibi, Quinte, libellos:
Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon.

¶ Bibliotheca. Feſtus: Bibliothecæ, & apud Græcos, & apud nos, tam librorum magnus per ſe numerus, quàm locus ipſe in quo libri collocati ſunt, appellantur.

¶ Bibliothecalis copia, apud Martianum.

BIBLOS.] iuncum ſignificat, & codicem, quibus veteres in ſcribendo vti conſueuerant. Lucan. lib. 3, 45. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.

BIBO.] Martial. lib. 11, 37,

Quincunces, & ſex cyathos, beſſemq; bibamus.

Ab octaua bibere. Iuuen. Sat. 1, 5, Exul ab octaua Marius bibit.

Arte bibere. Ouid. 2, de Arte amandi, 2.

Hauſtibus exiguis. Ouid. 3. Faſt. 55.

Ad numerum. Ouid. 3. Faſt. 107.

Nilum à fonte. Lucanus lib. 10, 8.

Bibuntur gratiùs aquæ ex ipſo fonte. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 5, 4.

Ex aqua bibere. Propert. lib. 2. eleg. 27, 7. Ex fonte. Idem libro 4, eleg 43.

In auro: id eſt, poculis aureis Seneca in Thyeſte, 5. 10.

Per obſcœnitates. Plin. in Procem. lib. 33, 5, In poculis libidines cælare iuuit, ac per obſcœnitates bibere. Huc pertinet illud apud Iuuen Sat. 2, 10, Vitreo bibit ille Priapo.

Pocula bibere: id eſt, potum. Tibullus lib. 1. eleg. 5, 10.

Gemma pro, gemmeo poculo, Virg 2, Georg. 102.

Bibit puer lac ore tenero, Ouid. 3, Amo. eleg 9, 5.

Vuam. Horat. 1. Carm. Ode 20, 2. id eſt, vinum expreſſum ab vuis.

Damnosè: vſque ad ægritudinem, aut egeſtatem. Horat. 2, Carm. Ode 87.

Pagus bibit. Horatius 1. Epiſt. 19, 22, pro eo quod eſt, pagani bibunt.

Bibere morſu. Plin. lib 10. cap 46, 1, Porphyrio ſolus morſu bibit, bibunt aues ſuctu.

Bibere rectè dicuntur ea omnia, quæ hauſtus habent, vt animalia & terræ. Virg 3, eclog 22, Claudite iam riuos pueri, ſat prata bibêre. Verùm etiam arida aut ſicca, & quibus hauſtus non ſit, bibere poſitum inuenimus. Virgil. lib. 11,

Haſta ſub exſertam donec perlata papillam
Hæſit, virgineumq; altè bibit acta cruorem.

Bibit aquas hortus ſitiens. Ouid lib. 1, de Ponto, eleg. 9, 12.

Bibunt violaria fontem irriguum. Virg. 4, Georg. 7.

Bibit ingens arcus. Virg. 4. Georg. 76. Irim intelligit, ſiue arcum cœleſtem, quem putat vulgus aquam è fluminibus ad ſe trahere.

Bibere candorem. Plin lib. 31, cap. vlt. de ſpongijs, id eſt, imbibere & contrahere candorem.

Lana colorem bibit Plin. lib. 8, cap. 48.

Bibere colorem dicitur æs, à Plinio lib. 34, cap. 9, 2.

Amorem. Virg. 1. Aen. 151.

Nouum ignem totis oſſibus. Stat. Achil. 1, 61.

Mores maternos. Claud de Nupt Hon. & Mariæ 47.

Aure: pro, ſtudiosè audire. Horat. 2, Carm. Ode 13, 7.

Mandata: hoc eſt, præ nimio potu obliuiſci quod mandatum fuerat. Ioco dixit Plautus, Perſa, 5, 4.

¶ Bibebatur, Paſſiuè. Ouid. 15, Metamorpho. 57.

Nulla aconita bibuntur fictilibus. Iuuen. Sat. 10, 3.

Fons bibitur mihi. Ouid. 4, de Ponto, eleg. 2, 19.

Bibitur palus miſta cum ſale æquoreo. Ouid. 2, de Ponto, eleg. 7, 15.

Bibendum eſt. Horat 1. Carm. Ode. 37, 1.

Menſura certa bibendi. Ouid 1, de Arte amandi 119.

Bibendum dare aliquid alicui. Ouid. 4. Faſt. 110.

Arbitrum bibendi, ab Horatio illum dici credo, qui Græcis συμποσίαρχος, dicitur, 2. Carm. Ode 7, 5,

— quem Venus arbitrum Dicet bibendi?

¶ Bibax. Gellius lib. 3, cap. 12, Bibendi auidus.

Laberius

Laberius in Mimo, lib 1, qui Salinator inſcriptus eſt, verbo hoc ita vtitur: Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax.
¶ Bibulus. Qui facilè ſorbet, vt, Bibulus iuncus. Plin. lib. 13. cap. 12, 6.
Potores bibuli. Horat. 1, Epiſt. 19, 19.
Bibulus falerni: id eſt, bibax Horat. 1. Epiſt. 19, 19.
Alæ bibulæ. Ouid. 1, de Arte amandi, 47. de Cupidine.
Bibula arena. Virg. 1, Georg. 23.
Charta. Plin. lib. 8 Epiſt. 15, ad Iuniorem.
Fauilla. Virg. 6. Aen: 46.
Lacunæ bibulæ: quæ multum in ſe recipiunt aquæ, Stat. 4. Syl. 3.
Lanæ. Ouid. 6 Metam. 2.
Bibulus lapis: pro Pumice. Virg. 2, Georg 7.70.
Littus bibulum. Ouid. Epiſt. 16, 28.
Nubes bibulæ. Ouid. 14. Metam. 73.
Ollæ, Colum. lib. 12. cap. 43, 11.
Papyrus Bybula, Lucan. lib. 4. 28.
Radix. Ouid. 14. Metam. 126.
Bibulæ veſtes. Valer. 1, Argon. 58.
Biceps.] Vide Bis.
Biclinium.] Quint. lib. 15, Aut ex noſtro & peregrino, vt biclinium: aut contrà, vt Epitogium & Anticato.
Bilis.] dicitur à Græcis cholera. Plaut. Amph. 17, 41,
— vetus eſt adagium: Fames & mora
Bilem in naſum conciunt.
Acri bile tumet. Perſ. Sat. 2, 2.
¶ Bilis atra, dicitur melancholia. Plaut. Amph. 8, 9, 3, Atra bili percita eſt.
Difficilis bilis. Horat. 1, Carm. Ode 13, 1.
Libera. Horat Epod. 11, 4.
Mediocri bile ferre aliquid. Iuuen. Sat. 13, 15.
Splendida bilis. Horat 2. Serm. Sat. 3. 29.
Vitrea bilis turgeſcit Perſ. Sat. 3, 1.
Commota bile feruere Perſ. Sat. 4, 1.
Effundere bilem, Iuuen. Sat. 5. 15.
Expellere helleboro. Horat. 2, Epiſt. 2, 28.
Inæſtuat bilis præcordijs. Hor Epod. 11, 4.
Intumuit maſcula bilis. Perſ Sat. 5, 15.
Bilem alicui mouere. Mart. lib. 5, 27.
Purgare. Horat. in arte 61.
Superans bilis, Lucret. lib. lib. 4, 134.
Tumet bile iecur. Horat. 1, Carm. Ode 13, 1.
Vrit bilis iecur. Horat. 1. Serm. Sat. 14.
¶ Bilioſus: Cholericus. Celſus: Aut liuidum, aut bilioſum: ſputum etiam bilioſum, aut purulentum.
Bilix.] vt Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in ſummitate haberet ad ornatum. lib. 12, 75, Rumpitque infixa bilicem Loricam.
Bilutes.] Veteres dixerunt beſtijs ſimiles, quaſi belutos. Ex Feſto.
Bis.] *aduerb. numerandi.*
Bis anno abſumuntur vmbræ. Plin. lib. 2, cap. 73, 2.
Bis æſtas, biſq; cucurrit hyems. Ouid. Epiſt. 6, 12, id eſt, duo abierunt anni.
Bis ad decies centum. Plin. lib 4. cap. 12, 36.
Bis centum anni. Ouid. 12. Metam. 38.
Bis denæ naues. Virg. 1. Aen. 77.
Bis deni anni. Martial. lib. 7, 13, Propert. lib. 2. eleg. 10, 1.
Bis die pariunt. Plin. lib. 10, cap. 53, 1.
Bis mille equi. Horat. Epod. 9, 10.
Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus empta, Martial. lib. 12, 63.
Bis quinq; viri. Horat. 2, Epiſt. 1, 5.
Bis quinos ſilet ille dies. Virg. 2, Aen. 26.
Bis quina ſeſtertia, Martial. lib. 10, 75.
Bis quinus menſis: pro, bis quintus. Ouid. 3. faſto 25.
Bis ſeni dies. Virg. eclog. 1, 9. Stat. 12, Theb. 163,
O' mihi bis ſenos multùm vigilata per annos.
Bis ſenus labor. Seneca in Agamem. 9, 1.
Bis ſepteni. Plin. lib. 8, cap. 36, 2,
Bis ſex locis thoraca petitum, dixit Virg. 11, Aen,
Bis ſtultè facere, Terent. Hecyra. 3, 2. 8.
Bis tantò. Plaut. Merc. 6, 26, Bis tantò valeo, quàm valui prius.
Bis tantum, quantum. Virg. 6. Aen. 116,
Tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub vmbras,
Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus Olympum.
Bis ter. Horat. Epod. 4, 2.
Bis terq;, Mart. lib. 4, 37.
Bis terq; expertus fruſtra. Horat. in Arte poetica, 89.
Bis terve. Horat. Epod. 5, 7.
Bis terni nati: Filij duodecim. Silius lib. 10, 19.
Bis grauidæ pecudes. Virg. 2, Georg. 30.

Bis perire. Plaut. Truc. 3, 19, Bis perijt amator, ab re atque animo ſimul.
Biceps.] habens duo capita. Plin. lib. 10, cap. 62, 1, Serpentes coeunt complexu, adeò circumuolutæ ſibi, vt vna exiſtimari biceps poſſit.
Ianus biceps. Ouid. 1, Faſt. 13.
¶ Biceps, *de rebus incorporeis.* vt Ciuitas biceps. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4.
Parnaſſus biceps. Ouid. 2. Met. 45, Pro bijugo.
¶ Bicolor: Duorum colorum. Plin. lib. 10, cap. 52, 2, Intus omne ouum volucrum bicolor.
Myrtus bicolor. Ouid. 10, Metam. 20.
Bacca. Ouid. 11, Metam. 47.
Bicornis: Habens duo cornua. Bicorne ferramentum. Colum. lib. 10, cap. 15 Plin. lib. 11, cap. 46, 1, Bicornes furcæ. Virg. 1, Georg. 53, Exacuunt alij vallos furcaſq; bicornes.
Caper bicornis Ouid. 15, Metam. 61.
Fauni bicornes. Ouid. Epiſt. 4, 10.
Iugum bicorne Stat. 1, Theb. 13, de Parnaſſo.
Luna bicornis. Horat. in Carmine ſecul. 7.
Rhenus. Virg. 8. Aen. 144.
¶ Bicubitalis: Duorum cubitorum. vt, Bicubitalis caulis, apud Plin. lib. 20, cap. 23, 1.
Bidens.] Feſtus: Bidentes ſunt oues, duos dentes longiores cæteris habentes. Virg. 6. Aen 8, Totidem lectas de more bidentes. Ouid. 2, Faſt. 14.
Cædes bidentium. Horat. 3. Carm. Ode 23, 3.
Intonſa bidens. Virg. 12. Aen. 34.
Lanigeræ bidentes. Virg. 7. Aen. 19.
¶ Bidentes: Inſtrumentum foſſorium ruſticum, quòd duos dentes habeat. Iuuc. Vide bidentis amans, & culti villicus horti. Colum. lib. 4, cap. 14, 1, Inſequitur deinde foſſor. qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga conuertat.
Durus bidens. Virg 2. Georg. 71. Ouid. 4. Faſt 187.
Pace, bidens vomerq; vigent. Tibullus 1. eleg. 10. 10.
Frangere glebam bidentibus. Virg. 2, Georg. 80.
Iactare bidentes, Virg 2. Georg. 71.
Verſare ſolum bidente. Tibul. 2. eleg. 3, 2.
Bidental, dicebant antiqui quoddam templum, quòd in eo bidentibus hoſtijs ſacrificaretur. Feſtus. Horat. in Arte poetica, 95.
— vtrùm
Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental
Mouerit inceſtus.
Euitandum bidental. Perſius Sat. 2. 3.
¶ Biduum: Spatium duorum dierum. Terent. 4, 2, 8,
— hem biduum hic
Manendum eſt ſoli ſine illa?
Bidui aut tridui ſolicitudo. Terent. And. 2, 6, 9.
Bidui nauigatio. Plin. lib. 6. cap. 28. 21.
Biduum continens: pro perpetuum. Sueton. in Caligula. cap. 19.
¶ Biennis: Duorum annorum.
Bienne ſpatium Plin. lib. 2, cap. 82.
¶ Bifariam: In duas partes, aut duobus modis. Varro, 2. de Re ruſt. cap. 4, 13, Natura diuiſus eſt eius annus bifariam.
¶ Bifera. vt, Bifera arbor, quæ bis fert fructum. Plin. lib. 13. cap. 22. 3.
Biferæ ficus, Colum. lib. 5, cap. 10, 8.
Biferi Pæſti roſaria, inquit Virg. 4. Georg. 42, Quòd vno anno bis illic naſcerentur roſæ.
¶ Bifidus: In duas partes fiſſus eſt. Plin. lib. 11. cap. 37, 43. Lacertis bifida & piloſa lingua.
Bifidi pedes. Ouid 14, Metam. 61.
Bifidum iter. Valer. 1, Argon. 115.
¶ Bifidatus: Idem. Plin. lib. 13, cap. 4. 4. Folia cultrato mucrone, lateribus in ſeſe bifidatis, bellas primum demonſtrauere gemmas. De palmis loquitur.
¶ Biforis: Duplices ianuas habens.
Bifores feneſtræ Ouid. lib. 3, de Ponto, eleg. 3, 1.
Valuæ. Ouid. 2, Metam. 1.
Biforis cantus. Virg. 9. Aen. Vbi Seru. Biforem, biſonum, imparem.
¶ Biformis: duas formas habens. Colum. lib. 10, 41, Inter laſciuos Satyros, Panaſq; biformes.
Biformis natura Centaurorum, Claudian. in Ruff. 1, 66.
Ianus biformis. Ouid. 5, Faſt. 8.
Monſtrum biforme. Ouid. 8. Metam. 32.
Populus biformis: Centauri, Ouid. 2, Amorum, eleg. 12, 4.
¶ Bifrons: Geminam frontem ac faciem habens. Virgil. 12, Aen. 13, Latonæq; genus duplex, Ianumque bifrontem. Idem lib. 7, 36.
¶ Bifurcus: Geminas furcas habens. Bifurcum ferramentum. Columel. lib. 3, cap. 18, 1. Bifurci ramuſculi. Colum. lib. 5, cap. 11. 3.

¶ Biga,

¶ Biga, & Bigæ: Currus duorum equorum iugo actus. Virg. 5. Aen. Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat.
Bigæ anhelantes. Stat. Thebaid. lib. 6. 138.
Citæ, Catul. epigram. 51. 6.
Lunares: Quibus Luna vehitur. Stat. 12. Thebaid. 60.
Nocturnæ: Lunæ. Senec. in Hippoly. 3. 8.
Olorina biga: Veneris, Stat. 3. Sylu. 4. 10.
Rorifera: Auroræ, Stat. lib. 1. Thebaid 68.
Roſæ bigæ. Virg. 7. Aeneid. 6. de Aurora.
Soporiferæ: Dianæ, Valer. 2. Argonaut. 59.
Agitare bigas. Lucan lib. 1. 16.
Raptari bigis. Virg. 2. Aen. 55.
Remeant bigæ. Seneca in Agamem. 9. 3.
¶ Bigatus: vt, Argentum bigatum, quod bigas impreſſas habet. Et Plin. lib. 33. cap. 3. 7. Nota argenti fuére bigæ atque quadrigæ: & inde bigati, quadrigatiq; dicti.
Bigati equi. Liu. 3. bel. Pun. 69.
¶ Bigemmis: Vitis quæ habet duas gemmas. Colum. lib. 5. cap. 5. 9.
¶ Bigenus, & Bigeneris. Feſtus: Bigenera animalia dicuntur, ex diuerſo genere nata. Varro lib. 2. de re Ruſt. cap. 8. 1, Nam muli & hinni bigeneres atq; inſititij, non ſuopte genere ab radicibus.
¶ Bijugus, & Bijugis. Bijuges equi dicuntur, quod bini ad vnum iugum alligati ſint. Mart. lib. 1. 42,
Geſtatus bijugis regulus eſſet equis.
Albi bijugi. Virg. 10. Aeneid. 115.
Bijuges faſces. Claud. Paneg. lib. 5. 46.
Leones bijugi Lucret. lib. 2. 122.
Lynces, Ouid. 4. Metam. 5.
Serpentes. Valer. Argonaut. lib. 7. 44.
Temo bijugus. Stat. 2. Thebaid. 145.
Certamen bijugum, Virg 5. Aen 29.
¶ Bijugi, *interdum ſubſtantiuè pro ipſis curribus capiuntur.* Virg. 10. Aeneid. 90, Deſilijt Turnus bijugis, pedes apparat ire Cominus.
¶ Bilibris: Duarum librarum. Mart. li. 11. 43, Nunc vt emam grandem lupum, mullumve bilibrem. Plin. lib. 18. cap. 11. 2, Ex aqua hordeoq; bilibres offæ.
¶ Bilibra: Duarum librarum pondus. Liu. 4 ab Vrbe, 69.
¶ Bilinguis. Feſtus: Bilingues Brutaces Ennius dixit, quòd Brutij, & Oſcè & Græcè loqui ſoliti ſint.
¶ Bilinguis: *Fallax.* Virg. 1. Aen. 134, Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſq; bilingues.
Bilingues inſidiæ. Claud. de bello Gildonico, 57.
Bilinguis Canuſinus: Qui callet duas linguas. Horat. lib. 1. Ser. Sat. 10. 6. Curt. lib. 7, de Branchidis: Mores patrij nondum exoleuerant: ſed iam bilingues erant, paulatim à domeſtico, externoq; ſermone degeneres.
¶ Biluſtris. vt Bellum biluſtre, quod duo luſtra durauit. Ouid. 2. Amorum, eleg. 12. 2.
¶ Bimaris: inter duo maria. vt Corinthus bimaris, Horat. 1. Carm. Ode 7. 1.
Iſthmus bimaris, Ouid. 6. Metam. 84.
¶ Bimater: Qui duas habet matres. Sic Ouidius Bacchum vocat, quoniam ille bis natus dicebatur. Ouid. 4. Metam. 3, Ignigenamq;, ſatumq; iterum, ſolumq; bimatrem.
¶ Bimatus: Spatium duorum annorum. Varro 2. de re Ruſt. 5. 15, Caſtrare non oportet ante bimatum. Plin. lib. 9. cap. 30. 6, Neq; his bimatu longior vita.
¶ Bimembris: gemina habens membra. Ouid. Epiſt. 9. 20,
Et male confiſum pedibus formaq; bimembri.
¶ Bimembres, ſubſtantiuè. pro Centauris Ouid. 12, 99,
Ecce ruunt vaſto trepidi clamore Bimembres.
Stat. 12. Thebaid. 111,
Oſſæi bello cecidere Bimembres.
Virgil. 8. Aeneid. 58.
—tu Nubigenas inuicte Bimembres.
¶ Bimenſis. Liuius Dec. 5. lib. 5. 60, Et ad opera, quæ locaſſent probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur.
¶ Bimeſtris: Duorum menſium. Bimeſtre ſtipendium. Plin. lib. 18, cap. 7. 20. Eſt & bimeſtre frumentum, Horatius 3. Carm. 17. 3.
¶ Bimus: Duorum annorum. Bimæ nuces, Cato cap. 17. Varro 2. de re Ruſt. cap 5. 11, Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices L X X. duo, vnum anniculum, alterum bimum.
Merum bimum. Horat. 1 Carm Ode 19. 3.
Anniculum, bimum trimum. Plin lib. 18. cap. 24. 1, Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimũ, vltrà ſterile.
¶ Bimulus: Idem. Catul epig. 17. 3,
—nec ſapit pueri inſtar Bimuli.
¶ Binomius: Cui geminum nomen. vt Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius. Feſtus.
¶ Binominis: Idem. Ouid. 14. Metam, 122,
Inde ſub Aſcanij ditione binominis, Alba
Resq; Latina fuit.
Irus binominis. Ouid. in Ibin. 84.
Iſter binominis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 2,
¶ Bini: numerus diſtributiuus, idem ſignificans quod Duo. Siſenna libro 3, Ad binum millium numero, ſaucijs vtrinque factis Plinius libro 12, Ergo in vtraq; gente bina laudaui genera; terrenum & factitium. Idem lib. 7, cap. 16. 8, Bini cubiti.
¶ Bini, *ſignificat ſingulis duo.* Terent. Phorm. 5. 3. 6.
—nam ex his prædijs talenta argenti bina
Statim capiebat.
Binis annis conuertuntur. Plin. lib. 2. cap. 8. 5.
Bini acies, apud Lucret. lib. 4. 59.
Amicas binas habere. Ouid. 2. de Remedio amoris 9.
Aures binæ, Virg. 1. Georg. 35.
Capita bina boum. Virg. 5. Aen. 13.
Corpus binum Lucret. lib. 5. 176.
Damna bina. Ouid. 3 Triſt. eleg. 8. 7.
Facies binæ. Virg. 4. Georg. 19.
Fœtus binos alit vbere. Virg 3. Georg. 6.
Freta bina. Ouid. 6. Faſt 99.
Honor binus, Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 13. Sic vocat duplicem Conſulatum.
Iuga bina, Ouid. 12. Metam 87.
Lumina bina lucernarum, Lucret. lib. 4. 92.
Supellex bina. Lucret. lib. 4. 92.
Bina die ſiccant ouis vbera. Virg. 2. eclog. 4.
In bina findere, Lucret. lib. 1. 110.
¶ Bipalmis: Duorum palmorum. Varro 3. de re Ruſtica, cap. 7. 4.
¶ Bipalium: Inſtrumentum ad fodiendum. Plinius libro 18. capite 36. 14, Bipalio ſubacto priùs ſolo. Liuius 3. ab Vrbe, 113. Columel. libro 3. capite 5. 3. Cato capite 6. 3. & cap 45.
¶ Bipartior, ſiue Bipertior: In duas partes diuido. Colum. lib 11. cap. 2. 27. XI Cal. Maias Ver bipartitur, pluuia, & nonnunquam grando.
¶ Bipartitò. Cæſ. 1. bell Gall. 99 Romani conuerſa ſigna bipertitò intulerunt. Hoc eſt, duobus locis.
¶ Bipatens: Virg. 2. Aen. 66,
Portis alij bipatentibus adſunt.
Idem etiam Bipatentia tecta dixit, pro aperta: ſtatim in principio lib. 10,
¶ Bipedalis: habens longitudinem duorum pedum. Cæſar 4. bell. Gall. 525,
Inſuper bipedalibus trabibus immiſſis.
Bipedalis latitudo. Colum. lib 8. cap. 3. 6.
Bipedalis moduli homines: pro tenuibus & humilis fortunæ homunculis. Horat. teſte Eraſmo, libro 2. Sermon. Saty. 3. 62.
¶ Bipedanus: Idem. Colum lib. 2. cap. 2. 17. Frumentis autem ſat erit, ſi æque bona ſuberit bipedana humus.
¶ Bipedaneus: Idem: Bipedanea altitudo. Colum. lib. 4 cap. 1. 1. Idem lib. 17. cap. 20. Bipedaneo paſtinatu.
¶ Bipennis: Securis quæ vtrinque aciem habet. Plin. lib. 8. cap. 8. 3. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit: ac præacuta bipenni hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit. Virgil. 2. Aeneid. Correpta dura bipenni.
Duræ bipennes. Horat. 4. Carm. 4. 12.
Cælata argento bipennis. Virg. 5. Aen. 61.
Crebris bipennibus inſtant. Virg. 2. Aen. 26.
Perrumpit limina bipenni. Virg. 2. Aen. 96.
Sæuam inhibere bipennem. Ouid. 8. Metam. 155.
Tonſa bipennibus ilex. Horat 4. Carm. Ode 4. 12.
Valida bipennis. Virg 11. Aen. 130.]
¶ Bipennis: duabus pennis volans. Plin. lib. 11. cap. 28. 1, Nullum, cui aculeus in aluo, bipenne eſt.
¶ Bipennifer. Ouid. 8. Metam. 79,
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas.
¶ Bipes: habens duos pedes.
Equos bipedes vocat Virgilius equos Protei, quoniã priore tantùm corporis parte equos, poſteriore piſces referebant. Virg. 4. Georg. 78.
¶ Biremis: Nauis quæ duplici remorum ordine agitur. Virgil. libro 1. 38,
—ſi quem.
Iactatum bello videat, Phrygiaſq; biremes.
Leues biremes. Ex Appiano.
Fert me biremis. Horat. 3. Carm. Ode 29. 13.
Parua biremis. Lucan. lib. 10. 12.
Remigio biremes aptare. Virg. 8. Aen. 16.
BISELLIVM.] Sella in qua duo tantùm ſedere poſſunt. Ex Varrone lib. 4. de Lingua Latina.
BISSEXTVS, ſiue BISEXTVS.] Celſus de Verborum ſignificatione



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

gnificatione: Quum biſextus Calendis eſt, nihil refert, priore an poſteriore die quis natus ſit: & deinceps ſexto Calendas eius natalis dies eſt. Nam id biduum pro vno die habebatur, ſed poſterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatum non eſt, ſexto Calendas natus: quum biſſextus Calendis eſt, priorem diem natalem habet.

Biſſextus dicitur, quod biſſexto Calendas dicamus. Sipontinus.

¶ Biſulcus: Vngulas ſciſſas habens. Plin.lib.10.cap.1.2. Vngulæ ijs ceruinis ſimiles, quibus dimicant biſulcæ, comprehendendis lapidibus vtiles. De ſtruthiocamelis. Idem lib.eodem, cap.73.1.

Biſulca cauda: Sciſſa in duas partes. Plin.lib.9.cap.29.2.

Lingua. Ouid.9. Metam.13.

Biſulcus pes. Ouid.7. Metam.23.

Biſulci ſurculi arborum. Colum.de arboribus, cap.26.3.

¶ Biſultor. Mars dictus fuit, à bis vlciſcendo: cui hoc nomine templum conſecrauit Auguſtus. Ouid.5.Faſt.104.

Ritè Deo templumq́; datum, nomenq; Biſultor,
Emeritus voti debita ſoluit honor.

¶ Biuium: Quod duas vias habet. Virg.9.Aen.49.

—locum inſidijs conſpeximus ipſi:
Qui patet in biuio portæ quæ proxima ponto.

¶ Biuius. Virg.11, Aen.103. Vt biuias armato obſidam milite fauces. Id eſt, quæ ad duo loca ducunt.

Biuius agrorum cultus: per metaphoram. Varro 1. de re Ruſt.cap.18.6.

Bison.] Animal eſt è boum ſylueſtrium genere, cerui figura, media fronte inter aures vnum cornu habens excelſius, magisq; directum ijs, quæ nota ſunt, cornibus. Sipontinus. Martial.lib.1.175,

Turpes eſſeda quòd trahunt biſontes.

Vide Plin. lib.7.cap.15.1.

Villoſi biſontes. Seneca in Hippoly.1.12. Martial. lib.1. de Carpophoro:

Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos:
Illi ceſſit atrox bubalus, atq; biſon.

Bispellio.] Idem eſt qui Verſipellis, id eſt, veterator. Plaut. Marcell lib.72.9.4.D. de Ser.

Bithymvm.] Mel dicitur, quod ex vtriusq; thymi floribus collectum eſt. Plin.lib.11.cap.16.4.

Bitvmen.] Genus Cretæ, quod ſi quando accenditur, extingui non poteſt. Plin.lib.35.cap.15.5. Virg.8.eclog.

Et fragiles incende bitumine lauros.

Flagrat bitumen ignibus. Horat. Epod.5.18.

Fumans bitumen. Ouid.14.Metam.159.

Nigrum. Virg.3. Georg.89.

Pingue. Valer.lib.3.Argonaut.25.

Tenax. Ouid 9 Metam.133.

Tetro odore. Lucret.lib.6.162.

Incendunt bitumine venas. Ouid.14. Metam.159.

¶ Bituminatus: Participium ſine verbo.

Aqua bituminata: Cui eſt admiſtum bitumen; vel quæ per venas terræ bituminoſas tranſit. Plin.lib.31. cap.6.3,

¶ Bitumineus. Ouid.15 Metamorph.70.

Siue bitumineæ rapiunt incendia vires.

Bivira.] Nonius: Biuiras, quas vſus viduas appellat. Varro lege Minia: Ad biuiram venio.

Bivivm.] Vide Bis.

Blacterare.] vocem eſſe arietis, ait ille, quicunque eſt autor carminis, quod inter Ouidij opera legitur, inſcriptum de Philomela: Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.

Blaesvs.] Qui lingua impeditus eſt. Mart.lib.10.64,

Os blæſum tibi, debiliſq; lingua eſt.

Lingua blæſa Ouid.3.de Arte Amandi, 59.

Sonus blæſus. Ouid.2.Amor.eleg.6.5.

Blandior.] Propriè ad tactum pertinet: per abuſionem nonnunquam ad alios ſenſus transfertur. vt ait Valla lib.5. Ouid.1. Amorum, eleg.6.3,

—tibi blandior vni.

¶ Blandiri, *etiam dicuntur animalia.* Plin. de Panthera, lib.8. capite 17.

Fortuna fallaci blandita vultu. Senec.in Octau.7.1.

Precibus alicui blandiri. Ouid.2.de Arte.106.

Audacter. Ouid Epiſt.20.39.

Subdolè. Plaut. Trinum.5.12.

¶ Blandiri, *de inanimatis dictum.* Quintilianus libro 4. cap.2, Quædam partibus blandiuntur, ſed in ſummam non conſentiunt.

Vmbra blanditur populus. Ouid.10.Metam.110.

Blandiendo dulce nutriuit malum. Seneca in Hippol.2.10.

¶ Blanditus: Participium.

Blandita peregrinatio. Plin.lib.10. cap.23.8. Blanditus tepor. Idem lib.9.cap.10.1.

¶ Blanditus: Verbale, pro Blanditijs. Lucret.lib.2.35. Vt res per Veneris blanditum ſecla propagent.



¶ Blandus: Placidus & comis in ſermone, & hilaris. Terent. Hecyr. 6.4.20, Vt vnus hominum homo te viuat nunquã quiſquam blandior.

Blanda legentibus. Plin. in præfatione naturalis hiſtoriæ 8.

Precatu blandus. Stat 11. Thebaid.21, in precando.

Precum blandus. Stat.2 Achil.48.

Blanda aſpiramina. Valer.lib.6.Argonat.93.

Alea blanda. Ouid.1. de Ponto, eleg.6.10.

Amator blandus. Propert. 2.eleg.3.4.

Amor. Claud in Præfat.lib.2.in Eutrop.13. Lucan.1.4.

Patriæ amor. Ouid.1. Triſt, eleg.3.10,

Anni blandi. Propert.4.eleg.1.28.

Aquarum blandarum temperies. Ouid.4.Metam.69.

Arte blanda pectora ſubit Venus. Ouid.1.de Arte 73.

Canes blandi. Virg.3.Georg.98.

Carmina blandiſſima. Ouid.Epiſt.21.6.

Clamor blandus. Ouid.3.Faſtorum 45.

Lunæ color. Plin.lib.cap.18.2.

Columba blanda Ouid.2. Amorum, eleg.6.

Doctores blandi. Horat.1.Serm.Satyr.1.5.

Doli. Seneca in Octauia, 4.12.

Fluctus. Claud. Paneg 26.

Blandum frigus. Claud. in Epith. Palladi & Serenæ 1.

Gaudia blanda. Virg.5.Aen.164.

Blandus Iaſon. Stat. Thebaid.lib 5.98.

Blandi ignes. Valer.lib.4.Argonaut.71. Id eſt, amores.

Blandæ ſuperûm mortalibus iræ. Stat.10. Thebaid.166.

Labor blandus. Virg.3.Georg.25.

Lacertis blandis tenere colla alicuius. Ouid.2.Metam.20.

Laudes blandæ. Virg.3 Georg.36.

Blandi leones. Claud.lib.1.de Raptu.Proſerp.43.

Blanda lingua. Valer.lib.8.Argonaut.13.

Linguæ blandæ mendacia. Ouid Epiſt.21.11.

Liquor blandus amaracini. Lucret lib.2.170.

Littora blandiſſima. Stat.3 Sylu.5.20.

Manu blanda ſeducere aliquem: id eſt, ſeorſum ducere. Ouid.2. Metam.139.

Meretrix blanda. 1, Amorum, eleg vlt.4.

Modi blandi: Iucundi cantus. Epiſtol.1. illarum quæ Ouid. reſpondet 8.

Obſequium blandum. Senec. in Octau.3.6.

Os blandum: pro ſermone blando. Ouid.5.Triſt.eleg.1.4.

Otia blanda. Claud.lib.1. Paneg.19.

Peſtis blanda: luxuria. Seneca in Octau.7.11.

Pocula. Valer.lib.2.Argonaut.84.

Prece blanda aliquem ducere. Horat.in Arte 80.

Catulorum blanda propago. Lucret.lib.4.202.

Puella. Ouid. 2. Amorum, eleg.2.7.

Puer blandus. Ouid.1.de Remed.amoris 3.

Querelæ blandæ, Tibullus 3.eleg.4.15.

Quies blanda. Stat.lib.2.Sylu.2.28.

Sedulitas. Ouid.2.de Arte 67.

Sermo blandus. Cic.2 Offic.68.

Sinu blando fouens nepotem. Seneca in Troade, 2.4.

Soles blandi. Ouid.1.Faſt.32. de tempore veris.

Sonis blandis precari. Ouid.1.de Remed.amoris, 67.

Blandior ſuccus. Plin.lib.1.2.

Tabellas blandas, vocat Ouid. quibus verba ad amicam ſcripta mittebantur lib.14.Metam.142.

Thura blanda. Tibullus lib.3.eleg.3.1.

Venenum blandum deſidiæ. Silius, lib.3.117.

Verba blanda. Ouid.1.de Arte, 133.

Voluptas. Lucret lib.4 219 Ouid.2.de Arte, 96.

Laſſorum vox: ſubmiſſa & quieta, molliorque. Lucretius libro 6.251.

Voces blandæ Virg.1.Aen.136.

Blandior hæret parentibus. Valer.lib.7.Argonaut.25.

Solito blandiorem eſſe. Ouid.2.de Arte 83.

¶ Blandè: vt, Blandè alloqui. Terent. Phorm.2.1.22. Blandè compellare. Plaut. Pœn 9.72.

Blandè appellare. Plaut. Trucul.5.58.

Blandè ac benignè hoſpitio accipere. Liu.1. ab Vrbe 89.

Terram blandè colere. Lucret.lib.5.275.

Blandè dicere. Terent. Adelph.5.24.

Palpari. Plaut. Amph.6.9.

Tentare aliquem. Ouid.1.de Arte 55.

¶ Blandius: Comparatiuus. Horat.1.Carm.Ode 24.3.

¶ Blanditer: Idem quod Blandè. Plaut. Pſeud.23.4. Magis cogito, ſæuiter, blanditer ne alloquar.

¶ Blandidicus: Qui blandis verbis vtitur. Plaut. Pœnulo 5.10, Nunc mihi blandidicus es.

¶ Blandiloquus: Qui blanda verba loquitur.

Vox blandiloqua. Seneca in Agamem.4.13.

¶ Blandiloquens, apud Macrobium lib.2. Saturnalium, cap.7. ex Laberio.

¶ Blandiloquentulus. Plaut. Trinum. 5.13.

¶ Blandimentum: Idem quod blanditia.

Blandimento radices impetrare dicuntur homines. Plin. lib. 17. cap. 13.4, Atq; hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipſa & cacumina.

Blandimenta fortunæ pollicentur dentes canini. Plin. lib. 7. cap. 16.4.

Abrumpere blandimenta. Tacit. lib. 18.

Blandimenta multa plebi ab Senatu data. Liuius 2. ab Vrbe 40.

Blandimenta excogitare. Plin. lib. 26. cap. 1.3.

Molles blanditiæ. Ouid. de Arte amandi 32.

Pueriles. Ouid. 6. Metam. 125.

Tutæ. Ouid. 4. Metam. 14.

Addere blanditias, Ouid. 7. Metam. 166.

Admouere. Ouid. 6 Metam. 127.

Agere blanditijs. Ouid. 6. Metam. 197.

Aufugere blanditias. Propert. lib. 1. eleg 9.6.

Dicere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6.3.

Emere blanditijs oſcula; Proper. 3. 13.7.

Flecti & capi blanditijs. Ouid. 16. Epiſt. 19.

Legere blanditias. Ouid. de Arte amandi 1.97.

Parare. Ouid. 2. Amor. 19.4.

Vendere blanditias dicitur, qui ſpe muneris alicui blanditur, aut vt donum aliquod eliciat. Tibul. 1. eleg 9.16.

Blatero.] Eſt ſtultè, & præcupidè loquor.

Blaterare cum clamore. Horat. 2. Serm. Sat. 7.7.

¶ Blatero: Gellius libro 1. capite 15. Nec minùs inſigniter veteres quoque noſtri, hoc genus homines in verba prouectos, locutuleios, & blaterones & linguaces dixerunt.

¶ Blatio: Idem quod Blatero. Plaut. Amph. 7.68. Qui (malùm) intelligere quiſquam potis eſt? ita nugas blatis.

Blatheas.] antiqui bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis eraditur, appellabant. Feſtus.

Blatta.] vermiculus exiguus eſt, lucem fugiens, & tenebrarum alumnus; in balneis maximè humido vapore prognatus. Plin. lib. 29. cap. 6.31.

Lucifugæ blattæ. Virg 4. Georg 94.

Blattæ libris, & veſtimentis inimicæ. Martial. lib. 14. Horat. 2. Serm. Sat. 3.24.

¶ Blatta, pro purpura ponitur. Sidonius in Paneg.

Pontus caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus.

¶ Blattæ, ſcarabeorum genus ſunt. Plin. lib. 11. cap. 28.

Blax.] vox eſt, quæ bardum & ſtupidum ſignificat. vt ait Feſtus, in dictione *Blitum*.

Blennos.] ſtultos eſſe, Plautus indicat in Bacchid. 22. 2. qui ait: Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Feſtus.

Blitum.] genus oleris, à ſaporis ſtupore appellatum. Feſtus. Plinius libro 20. cap. 22. 15. Blitum iners videtur ac ſine ſapore, aut acrimonia vlla. Plaut. Pſeud. 3.26,

Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum.

¶ Bliteus: inutilis, inſulſus, & vecors à Plaut. Truc. 18. 1, Bliteа & lutea eſt meretrix; n ſi quæ ſapit in vino ad rem ſuã: nunc vulgo contemptiſſimos, extremæq; notæ homines compellant bliteros, addita literula blitres.

Blucium.] βλούκιον, Caſtellum eſt Toliſtobogorum qui Bithynis ſunt finitimi, in quo Deiotarus Theſaurus habebat, Strabo lib. 12.

B O

Boa.] ſerpens eſt aquatilis. Crurum quoq; tumor, viæ labore collectus, Boa appellatur. Feſtus.

Boa etiam, ſiue Boua, morbi genus eſt, quum corpora papularum multitudine rubent, ad ſimilitudinem eorum; qui Boa ſerpente icti obturgeſcunt. Sipontinus. Plin. libro 24. cap. 8.9. Idem lib. 26. cap. 11.15.

Boaria lappa.] Herba, cuius radix è vino pota; articulis mirificè prodeſt. Plin. lib. 26 cap 11.2.

Bocas.] Feſtus: Genus piſcis, à boando, id eſt, clamando appellatum.

Bolenia.] Gemma quæ nimbo inuenitur glebæ ſimilitudine. Plin. lib. 37 cap. 10.

Boletarium.] Vaſis nomen, qđ & alijs obſonijs, quàm boletis ſeruiebat. Martialis,

Quam mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis (pudet heu) ſeruio colliculis

Boletus.] Genus fungi inter omnes optimi: de quo. Plin. lib. 22. cap. 22. 25. Iuuen Satyr. 5 15,

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.

Boletum condire Iuuenal. Satyr. 14. 1.

Bolides.] faces in aere. Plin. lib. 2. cap. 26. 2.

Bolus.] aleæ iactus. Plaut. 10 27. Curcul. 14.13, Si vis tribus bolis βόλοις chlamydem. M. quin tu is malam in crucẽ Cum bolis, cum bullis. Id eſt, ſi vis tribus iactibus mittere vel opponere chlamydem.



¶ Bolus, etiam cuiuſque rei fructum ſignificat.

Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter exſpectationem ſubitò præripitur. Terent. Heaut. 4. 26, Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubitò è faucibus.

¶ Bolus, per metaphoram. Plaut. Trucul. 17.67. Varro 3, de Re ruſt. cap. 2.12, Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius.

Bombax.] Aduerbium negligentis. Plaut. Pſeud. 3. 130: Fur. B. Babæ. P. Fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planiſſime.

Bombilo.] dicitur de apib. Autor Philomæ:

Bombilat ore legens munera mellis apes.

Bombus.] Sonus tubarum raucus, nec malè acutus. Perſ. Satyr. 1.10.

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Bombus apum. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16, 25. Ex apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum.

Raucus bombus, Lucret. lib. 4, 121.

Rauciſonus Catul. in Argonaut. 59, 53.

¶ Bombizatio: eſt ſonus apum, ab ipſo ſonitu dict⁹. Feſtus.

Bombyx.] Animal ex inſectorum genere. Plin. 11. cap. 22. Mart lib 8, in Paulum, de Phiala.

¶ Bombyx, pro materia illa, vnde fiunt veſtes bombycinæ, generis eſt fœminini. Vnde apud Plinium lib. 11. cap. 23, titulus eſt. De bombyce Coa.

Arabius bombyx. Propert. 2. eleg. 3, 3.

¶ Bombycinus: vt Veſtis bombycina, apud Plinium. Iuuenal. Satyr. 6.26,

—quarum
Delicias & panniculus bombycinus vrit.

Bonus.] Terent. And. 5.4.12. Bonus hic eſt vir. Idem Adelph. 5.7.24,

Nihil enim vidi melius, mi pater,

Animus bonus. Plaut. Pſeud. 7.37.

Bono animo es. Terent. Eunuch. 1.2.4.

Bono animo tranſeamus ad oppugnandam Carthaginem: Liu. 6. bel. Pun. 228.

Bono animo eſſe iubere. Liu. 5. bel. Pun. 49.

Animo meliore aliquid facere, Ouid. 9 Metam 87.

Aedes bonæ: pro nouis, & integris. Plaut. Moſtel. 3. 17. Idẽ: Boni poſtes, Ibidem 10.42.

Aetas bona. Varro 2. de Re ruſt. cap. 6.1.

Melior ager. Terent. Heaut. 1.1.12.

Anima melior. Virg. 5. Aen. 96. Id eſt, aptior.

Ars bona, Horat. 2. Epiſt, 2.9.

Artes bonæ, Tacit. lib. 1. Idem lib. 15, Animum bonis artibus non induerat. Plin. epiſt. 7. lib. 2, Acuent ad bonas artes iuuentutem: id eſt; ad bonas diſciplinas.

Bonis auibus, dicimus, quum rem feliciter cedere ſignificamus. Ouid. 15. Metam. 128,

Ite bonis auibus, prolemq; accerſite noſtram.

Cœlum bonum. Cato cap. 1.1.

Canor melior, Lucret. lib. 4. 184.

Cauſa melior. Ouid. 5. Metam. 44.

Dux cauſæ melioris eris. Lucanus lib. 4. 53. Et Ouidius 24. Epiſtol. 2.

Chorus melior. Ouid. 11. Metam. 18.

Color bonus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 8. Plinius libro 7. cap. 6. 1.

Conſcientia bona. Tacit. in Vita Agricolæ.

Conſilium melius. Terent Eunuch. 2.3.84.

Boni conſulere: pro, Bonum iudicare. Quintilianus libro 1. cap. 5.21,

Quæ quanquam miſiſſe pudet, quia parua videntur:
Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni. Colum. in præfat. ſui horti 5.

Boni conſulere, *cum genitiuo*. Vlpianus: Vt, qui clementiorem ſententiam paſſus eſt, ob id, quòd ad tempus relegatur; boni conſulere debeat humanitatis ſententiæ, nec decurionatum accipiat.

Copia librorum bona Horat. 1. Epiſt. 19. 23.

Dentibus bonis lenam probam eſſe oportet. Plaut. Truculan. 5.13.

Dictum melius. Plaut. Sticho 6.75.

Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui. Prima fugit Virg. 3. Georg. 13.

Exitus bonus, Horat. 4. Carm. Ode 87.

Bonum factum. Sueton. in Iul. Cæſar cap. 80.

Famam bonam deperdere, Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 13.

Famæ melioris obitus. Virg. 4. Aen. 45.

Bonæ felicitates. Terent Eunuch. 2.3.32. Vbi Donatus: Bonæ, Magnæ. nimiæ, vel nouę.

Fidæi bonæ emptor. Modeſtinus de Verb. ſignificat.

Fide bona dicere: hoc eſt, citra vllum figmentum. Terent. Heaut.

Heaut.45.13. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi. C. Bonâne fide? S. bona hercle. Plin. lib.7. cap.25. ad finem, Optima fide, dixit, pro, Citra omnem prorſus ſimulationem, remiſſionemq;.
Fide meliore. Ouid. de Remed. Amoris 2,51.
Forma bona. Terent. Heaut. 5,2,13.
Genere bono natus: Id eſt, bona familia. Plautus Perſa. 16, 175.
Gladiator melior. Ouid.4. Triſt. eleg.5,14.
Bona gratia. Plaut. Trucul.11,13.
Bonas horas meie collocare. Martial. lib.1,184.
Imperium bonum. Tacit. lib.20.
Ingenio bono eſſe. Terent. And.3,2.7. Ibidem 3,1,8. Bonũ ingenium narras adoleſcentis.
Iter melius. Horat. de Arte 14.
Lex melior. Horat.1. Epiſt.1,13.
Liber bonus. Plin. epiſt.20.b.
Locus melior. Plaut. Menæh.14,95.
Lucrum bonum. Plaut. Amph 3,6.
Mens melior: pro bona & tolerabili, inquit Donatus. Terent. Adelph. 3,3,78. Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.
Optimus modulator. Horat.1. Serm. Sat.3,26.
Mores boni. Seneca in Agamemnone 4,4. Nam ſera nunquam eſt ad bonos mores via.
Optima mors, parca, quæ venit apta, die. Propert. libro 3. eleg.5, 4.
Natura bona. Terent. Eunuch.2,3,24. Vbi Donatus: Bona, id eſt, plena, magna & pinguis.
Notæ bonæ vinum. Colum. de Arboribus, cap.4,2.
De meliore nota. Catullus epigram.63,6.
Nuntius bonus. Plaut. Amphit.3,8.
Operam bonam nauare. Plin. de Viris illuſtr.4.
Parca meliore. Ouid.11. epiſt.21. Id eſt, meliore fato, ſeu felicius.
Bona pars. Ouid. in Faſtis: Pars bona montis erat. Horat. lib.1. Serm. Sat.1,13, At bona pars hominum decepta cupidine falſo.
Melior pars diei: pro maiore & prima. Virgil.9. Aeneid.33, Seruius.
Optimus pater patriæ Cæſar. Ouid.2. Faſt.128.
Paces bonæ Horat.2. Epiſt.1,21.
Rebus bonis agere conuiuam. Horat. 2. Serm. Sat. 6.22, Id eſt, epulari laute.
Bona re copioſus. Gell. lib.16. cap.19.
Sanguis melior. Virg.5. Aen.82.
Optima Græcorum ſcripta. Horat. lib.2. Epiſt.1,6.
Sententia melior Virg.2. Aen.7.
Somno meliore frui. Ouid. in Ibin.127.
Spes bona Ouid.11. epiſt.13. Horat. in Carm. ſeculari 15.
Spem bonam, certamq; domum reporto.
Succus melior. Horat.2. Serm. Sat 4,3.
Sutor bonus. Horat.1. Serm. Sat.3,25.
Tempus melius. Horat.1. Serm. Sat.9,14.
Bona terra ad hanc vel illam rem. Varro primo de Re ruſtica, cap.9,1.
Bona venia aliquid expetere. Terent. Phor.2,3,31. Vbi Donatus: Bona venia, Sine ira, ſine diſcordia.
Bona venia veſtra liceat ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſemus eſſe; antiquare alias. Liuius 6. ab Vrbe 170.
Bona verba quæſo: ridentis & ſubſannantis. Terent. And. 1,2,33.
Vbiuis facilius paſſus ſim, q̃ in hac re me deludier.
D. Bona verba quæſo. S. irrides, nihil me fallis.
Verba bona dicere Tibullus lib.2. eleg.2,1.
Vicinus bonus. Horat.2. Epiſt.2,27.
Vina meliora. Horat.2. Epiſt.1,7.
Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes, Horat. in Arte.90.
Vita meliore aliquid parare. Horat.2. Serm. Satyr.3,3.
Voce bona eſſe. Plautus Moſtel. Scio te bona eſſe voce, ne clama.
Vultus melior, Ouid.8. Metam.137.
Vultus melior Iberis, Ouid 5. Metam.101.
Meliore vultu me reſpexit fortuna imperij. Plin in epiſt.
Bone vir: per ironiam dictum. Terent. And.3.5.10, Ehodum bone vir, quid ais?
Bonum in. Cato cap. 157. 1, ſeptem habet bona in comeſtura.
Bonus ad. Liuius decimo belli Punici 2, Bello quoq; bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior ciuis habebatur.
Optimus bello, Lucan. lib 7,44.
Cornus bona bello, Virg.2. Georg.90.
Iaculo melior, Virg.5. Aen.14.

Militia bonus, Tacit. lib.1.
Moribus hic, meliorq; fama. Horat.3. Carm. Ode 1,3.
Motu pedum melior, Virg.5. Aen.85.
Pedibus, Virg.9. Aen.115.
Sagittis, Horat.3. Carm. Ode 6,4.
In ſpe bona agere. Tacit. lib.12.
Fieri meliorem & leuiorem, Horat.2. epiſt.2,43.
In melius conſilia referre, Virg.1. Aen.57.
Regnet melior, Virg.4. Georg.18.
Optimum eſt, Plaut. Aſin.13.41,
—optimum eſt, ita. Scilicet facturam.
Optimus ille eſt, qui minimis vrgetur, Horat. 1. Sermon. Satyr.3,14.
Bonus & benignus, Horat.1. Serm. Sat.2,11.
Dignum bono, Horat.1. Epiſt.4,1.
Oderunt peccare boni virtutis amore, Horat.1. Epiſt.17,11.
¶ Bonus: *Doctus*, Virg.5. Ecloga,
—boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis, ego dicere verſus.
Homerus bonus. Horat. in Arte poetica, 73,
Quandoq, bonus dormitat Homerus.
Sic Optimus Virg. apud eundem, lib 1. Serm. Sat 6.11.
¶ Bonus, *pro propitio*. Virgil.1. Aeneid. Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno: vt 5. eclog.6, Sis bonus ô, felixq; tuis.
Bonum & æquum, Plaut. Perſa 10,71.
Quod erit bonum atq; commodum, Terent. Phor.1,2,21.
Natura boni, Horat.2. Serm.2. Sat.6,16.
Optima corporis, Horat.1. Serm. Sat.2. 18, Id eſt, quæ ſunt in corpore.
Bona ingenij, Quint. in procem. lib.1,20.
Morum bona. Stat.5. Sylu.11.
Bona ſtudij, Quint. procem. lib.1,20.
Commune bonum, Lucret. lib.5,192.
Facile bonum aulæ, Seneca in Octau.2,1.
Fragile, Ouid.2. de Arte amandi.23.
Bonum ingenium augendum, Quint. lib.2. cap.8,6.
Maximum bonum, Seneca in Thyeſte,3.6.
Nata bona, Catul epigram.63.32,
—à quo
Sunt primo nobis omnia nata bona.
Priuata bona, Seneca in Thyeſte 3,9.
Vera, Iuuenal. Sat 10,1.
Optimis aſſueſcere, Quint. lib.2. cap 7,3.
Certare melioribus, Horat.2. Serm. Sat.5.4.
Compenſare bona, Horat.1. Serm Sat.3,14.
Dicere bona. Terent And.1,70.
Quum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.
Publico bono facere, Liu. Accipe quoties id fecerint, & quidem ſemper bono publico. Sic, Meliore facere, Quint. lib.1 cap.2,5.
Optima facere, quàm promittere maluerunt. Quintil. in procem. lib.1,12.
Optimis imbui. Quint. lib.1. cap 8,4.
Bona noſtra permiſtis malis inquinantur. Quintil. libro 4. cap.2,72.
Monere meliora, Horat.1. Serm. Sat.2,15.
Bona facilè mutantur in peius, Quint. lib.1. cap.1,4.
Optima præcipienda ſunt, Quint. lib.1. cap.1,8.
Recuſare bona, Ouid.13. Metam.28.
Meliora ſequamur, Virg.3. Aen.38.
Miſeros meliora ſequentur, Virg.12. Aen.31.
Circa bonorum adeptionem verſatur ratio faciẽdi, Quint. lib.5. cap.10,24.
Bonis eloquentiæ malè vti, Quint. in procem. lib.1.10.
Bono naturæ bene vti licet, Quint. li.2. cap.10,3.
¶ Bona: *Subſtant. pluraliter tantum, pro fortunis.* Vlpian. de Verb. ſignific. Bonorum appellatione hæ res comprehenſæ videbuntur, quarum proprietas ad hæredem pertinet. Idem in l. Bonorum; Bonorum appellatio aut ciuilis, aut naturalis eſt. Africanus de Verb. ſignific. Bonorum appellatio, ſicut hæreditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, non ſingulares res demonſtrat. Quint. lib.6. cap. 4, Poſt mortem eius bona vænibant.
Pauperrimus bonorum, Horat.1. Serm. Sat.1,16.
Caduca bona. Stat.2. Syl 26.
Humana, Ouid.3. Amorum, eleg 9.2.
Inuidioſa, Ouid ad Liuiam,12.
Paterna bona lancinata, Catul. epigram.27.45.
Bona paterna conſumere, Quint. lib.5. cap.11,9.
Bona patria. Terent. Eunuch.2,2,4.
Bonorum poſſeſſionem ita rectè definiemus, Ius perſequendi, retinendique patrimonij, ſiue rei quæ cuiuſque, quum moritur, fuit. Vlpian. de bonorum poſſeſſionibus.
Auita bona, Tacitus lib.14.
Adedere bona, Tacit. lib.17.

Adime-

Adimere, Horatius 1. Epiſt. 17, 15.
Adiudicare, Quint. lib. 5 cap. 14, 14.
Bonis cedere, Quint. lib. 6. cap. 1, 15.
Comedere bona, Horat. 1. Epiſt. 16, 3.
Deſeruire bonis caducis, Stat. 2. Syiu. 26.
Exſuere bonis, Tacit. lib 4.
Perdere bona, Seneca in Hippol. 4. 17,
—Perdere eſt dignus bona, Queis neſcit vti.

¶ Meliuſculus. Colum. lib 9. cap. 3. 1, Alias magis exiguas, nec tam rotundas, ſed obeſas tamen & latas, coloris meliuſculi. De apibus. Plaut Cap. 17. 6, Rem tuam facies ex mala meliuſculam. Celſus: Qui meliuſculus eſſe cœpit, adijcere debet exercitationes, frictiones, cibos. Id eſt, qui meliuſculè habere cœpit.

¶ Melioreſco: melior fio, Colum. lib. 2. cap. 10.

¶ Melioro: melius reddo. Vlpian. in lege. Si cuius rei. §. Inde quæſitum ff. de Vſufruct.

¶ Optimitas: vtilitas, commodum. Plaut. Aſin. 7. 16,
Maximas optimitates, gaudioq; offertiſſimas,
Suis heris ille vnà mecum pariet.

¶ Bellus: diminutiuum, Idem ſignificans quod Bonus. Varro Bimargo: Socius ex hoſtibus, ſocius bellum ita geris, vt bella omnia domum feras.
Bellus homo, quē vrbanum & ciuilē dicimus. Mart. li. 1, 39.
Sed qui bellus homo eſt, Cotta, puſillus homo eſt.
Bellus & vrbanus. Catul epigr. 19. 2.
Belliſſimum & taciturniſſimum oſtium. Plautus Curcul. 2, 20.
Bellus es arte lyrę, bellus es arte pilæ. Mart. lib. 2, 7. (rū eſt.

¶ Bellus: *Pulcher*. Martialis: Bella es, nouimus; & puella, ve-
Bellus locus, Plaut. Bacchid. Euax, nimis bellus, atque eſſe maximè optabam, locus.
Puella bella, Ouid. 1. Amorum, eleg. 9, 2.

¶ Belliſſimus. Terent. Adelph 4, 2, 52. Ego iam proſpiciam mihi: atq; vnumquodq; quod erit belliſſimum Carpam.

¶ Bellior: id eſt, melior. Varro Teſtamento: Venio nunc ad alterum genus teſtamenti, quod dicitur phyſicon: in quo Græci belliores, quàm noſtri. Nonius.

¶ Bellatulus: Blandientis vocabulum: idem ſignificans, quod bellulus. Plautus: Cur ergo non imus cubitum, bella bellatula?

¶ Bellulus. Plaut. Mil. 13. 42, Adepol equidem bellula es.

¶ Belliatus. Plaut. Rud. 12. 6, Hem tibi aquā, mea tu belliata.

¶ Bellè: idem quod Bene. Plaut. Truc. 6. 34. Qui iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes.
Non bellè reſpondent Quint. lib. 6. cap. 3, 33.

¶ Bonitas. Bonitas ac ſimplicitas vxoris. Plinius.
Bonitas in herbis, Plin. lib. 12. cap. 13, 2.
Dei bonitas, Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 10,
Quámuis eſt igitur meritis indebita noſtris;
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.
Præcipua bonitas, Plin lib. 2 cap. 19, 5.
Bonitas ſoli: pro fœcunditate, Quint lib. 2. cap. 19, 3.
Summa bonitatis, natione conſtat, Plin. lib. 11. cap. 14, 1.
Secunda bonitas, Plin. lib. 12. cap. 13, 2.
Terræ bonitas, Lucret. lib. 5, 251.
Perennis bonitas, Ouid. 4. Triſt. eleg. 5, 6.

¶ Bene. Plaut. Bacchid.
Quid in conſuluiſtis? B. bene pol.
Bene accipere aliquem, Plaut. Perſa. 12, 8.
O' factum benè, Terent. And. 5, 6, 11.
Non æquè bene quàm, Colum. lib. 5. cap. 5.

¶ Meliùs. Terent. Andr. 3. 5. 11, At iam expediam. P. expedies? D. certè Phamphile. P. Nempe vt modò. D. imò meliùs ſpero.
Melius adhuc, Plaut. Bacch. 10. 28, Probè ita res ſucceſſit, meliusq; adhuc.
Meliùs, peiùs; proſit, obſit: nihil vident, niſi quod lubet. Terent Heaut. 4, 1, 30.
Nil melius turdo, Horat. 1. epiſt. 16. 4. Ibidem 1, 18.

¶ Optimè. Terent. And. 3. 4. 14, Hem quid dixit? D. optimè inquam factum.

¶ Optimè: *opportunè*. Terent. Eunuch. 5. 2. 66, Adeſt optimè ipſe frater.
Optimè in tempore aduenire, Plaut. Cap 13, 67.

¶ Meliùs nemo accepit: id eſt, nemo lautiùs tractat. Terent. Eunuch. 5. 9. 52, —præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto, Accipit hominem nemo meliùs prorſus, neq; prolixius.
Bene agitur, Plaut. Milit. 22, 23.
Bene actum cum eo, Terent. Adelph. 1, 2, 1.
Bene ambula & redambulata, Plaut. Capt. 13, 131.
Bene ambulato, Plaut. Merc. 6, 54.
Ita me dij bene ament; Iuſiurandum apud comicos. Terent. Eunuch. 5, 2, 43.



Bene aſſimulare: id eſt, rectè. Terent. And. 1. 1. 141,
Nunc tuū eſt officium, has bene vt aſſimules nuptias.
Bene audire. Terent. in prolog. Phorm. 21. 11 Benedictus ſi certaſſet, audiſſet bene. Vbi Donatus: Bene audire, eſt benedici & laudari.
Canere meliùs, Virg. 9. eclog. 14.
Bene cogitare de aliquo, Plin Iunior.
Bene conuenit inter eos, Terent. Hecyr. 1. 2. 103.
Bene curare ætatem ſuam, edere, bibere. Id eſt, lautè viuere. Plaut. Pſeud. 20. 27.
Bene curata cute nitidus, Horat. 1. Epiſt 4. 2.
Bene hercle denuntias. Plaut. Trinum. 4. 15.
Meliùs dicere, Terent Adelph. 3. 2. 52,
Quid iſtuc? accedo vt meliùs dicas.
Dicere meliùs & pleniùs, Horat. 1. Epiſt. 2. 1.
Bene diſſimulatus amor Id eſt, multū. Terent. And. 1. 1 105.
Bene doctus, Plaut Moſtel 4. 29.
Dormire melius, Horat. 2. Epiſt. 2. 11.
Bene ac feliciter euenit, Liuius 1. bell. Maced. 16 & Plinius in Paneg.
Bene facis, Terent. Eunuch. 1. 2. 206, Faciendum eſt quod vis. T. Meritò te amo. PH. Bene facis. Vbi Donatus: In conſuetudinem venit, Bene facis, & Bene feciſti, non iudicantis eſſe, ſed gratias agentis.
Auctius & melius fecére DI. Horat. 2. Serm. Satyr 6. 1.
Bene factum, Terent. And. 5 6 11.
Bene ferre gratiam bene merenti, Plaut Rud. 31. 35.
Bene fidum pectus, Horat 2. Carm. Ode 12. 3.
Bene re geſta, Terent. Adelph. 5. 1. 13.
Potaſti ſcelus quaſi Re bene geſta.
Bene geſtæ res, Virg. 9. Aen. 33.
Bene habere: *Incolumem eſſe*. Plaut Aulul. 13. 2.
Bene habere: *lautè viuere*. Plaut. Milit. 10. 128, Qui ægre ſeruat: & qui bene habet.
Bene hoc habet, Plaut. Epid. 14. 31.
Bene habent tibi principia, Terent. Phorm 2. 3. 82.
Bene aliquem iuuare, Plaut. Moſtel. 14 42.
Dijs bene iuuantibus, Liu. 6. ab Vrbe 29. Collegæ imperium ſe non poſſe impedire: dijs bene iuuantibus ageret, quod è Repub. duceret.
Bene loqui lingua. Plaut. Truc. 5. 15.
Lugebitis meliùs ambo, Ouid. 8. Metam. 98.
Bene mereri, Liu. 10. Pun 32.
Merere bene de aliquo, Virgil. 4. Aeneid. 64. Si bene quid de te merui.
Bene munita templa, Lucr. lib 2, 2.
Bene ædepol narras, Terent. Eunuch 5. 3. 7. Id eſt, læta narras, & quæ ego libenter audio.
Bene nata: id eſt, honeſto loco nata, Horat. Carm. Ode 4. 7.
Bene nummatum marſupium, Plaut. Amph. 16. 40.
Bene olens, Virg. eclog. 2. 10.
Orabunt cauſas meliùs, Virg. 6. Aen. 170.
Bene perſpectum à te, Terent. Heaut. 4. 1. 15. Ironia eſt: quaſi dicat, Male perſpexiſti.
Bene præcipere, Terent Adelph. 3. 3 80.
Bene promeruit, Terent. Adelph. 2. 1. 47.
Bene promittis, multa ex multis, omnia in caſſum cadunt, Plaut. Pœn. 4 138.
Bene putas. Terent Eunuch. 4. 7. 43, Noui ingenium mulierum. Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. THR. bene putas. Vbi Donatus: Bene putas, hoc eſt, rectè putas, ſapis vel intelligis.
Sanè bene, Terent Adelph 4. 2 47, D. quid ibi facit?
S. Lectulos in ſole ilignéis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. ſanè bene. Vbi Donatus: Hic Ironia eſt, non approbatio.
Bene ſanus, Horat 1. Serm. Satyr. 3. 13.
Bene ſanæ mentis homo, Horat. 1. Serm. Satyr. 9. 9.
Scribere meliùs, Horat. 1. Serm. Satyr. 10. 10.
Bene ſperare, Plin. lib. 17. cap. 9. 3.
Sperare meliùs, Ouid. 2. Epiſt. 13.
Suadere meliùs, Horat. 1. Epiſt. 1. 13.
Bene ſucceſſit, Terent. Adelph. 2. 4 23.
Bene eſſe alicui, Horat. 3. Carm. Ode, 16. 9,
—Bene eſt, cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.
Bene eſſe alicui re aliqua, Plaut. Caſin: 5. 39,
—rogas?
Super anicilla Caſina, vt detur nuptum noſtro villico,
Seruo frugi: vbi illi bene ſit ligno, aqua calida, cibo. i. vbi erit ei copia lignorum, vnde calefiat.
Bene eſſe paruo diſpendio. Plaut. Menæh. 24. 33.
Bene hercle eſt, illam tibi bene valere & viuere. Plautus Trinum.
Melius eſt eum adire, Plaut. Menæh 24. 33.

Optimè eſt: Bene habet, Terent. Adelph 5.5.3,
—quid fit? quid agitur? S. Rectè. D. optimè eſt.
Bene tibi eſt, Terent. Adelph. 1. 1. 9, Et tibi bene eſſe ſoli, cùm ſibi ſit malè. Idem And. 2.5.16,
Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet:
Omnes ſibi meliùs malle eſſe, quàm alteri.
Melius erit iſti morbo. Plaut. Ciſtel. 2, 64, Bono animo es, erit iſti morbo meliùs. Id eſt, inuenietur morbo iſti aliquod remedium. Idem Trucul. 4. 81,
—imò
Aedepol meliùs iam credo fore, vbi te videbit.
Bene ſit tibi. Plaut. Merc. 6. 55,
Bene ambulato. L. bene valeto. D. bene ſit tibi.
Fuit melius ire, Horat. 3. Carm. Ode, 27, 9.
Fuit melius neſciſſe, Ouid. 2. de Arte amandi, 112.
Tranſcurrere ad melius, Horat. 2. Serm. Sat. 2, 17.
Bene vale, Plaut. Pœnulo: Bene vale. AG. & tu bene vale.
Bene valere, Plaut. Trin. Ouid. 3. Triſt. 8. eleg. 7.
Nec meliùs valeo, quàm corpore, mente.
Bene velle alicui ex animo, Terent. Heaut. 5.2.6.
Bene vertat. Virgil. eclog. 9. 2, Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. Id eſt, Quæ res in eius perniciem vertatur. Liu. 5. Decad. lib. 4, Bene vertat, inquit, obſideamus Lacedæmonem.
Dij vertant bene, Terent. Eunuch 2.3.98. Hoc eſt, faxint vt omnia proſpere cedant.
Bene vertere comœdias, Terent. in prolo. Eunuch. 7.
Bene viuere, atq; fortunatè. Plaut. Milite, 10, 111.
Bene viuitur, Horat. 2. Carm. Ode, 16, 5.
Viuere melius, Horat. 1. Serm. Satyr. 4, 68. (valete.
¶ Benedico. Plaut. Aſin. 12.166, Benedicite, ite intrò citò.
¶ Bene dicere, interdum diuiſim legitur, interpoſita vna aut altera dictione, interdum pluribus. Plaut. Milit. Bene quæſo inter vos dicite, & mi abſenti tamen.
Bene dicere alicui. Horat. 2. Epiſt. 1. 32,
—vertere modum formidine ſuſtis
Ad benedicendum delectandumq; redacti.
Bene dicere bene loqui, Terent. Eunuch. 3.1.61, Bene dixit: at mihi iſtuc non in mentem venerat.
¶ Benedictum. Terent. in prolog. Phorm. 21, Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.
¶ Benedicè. Plaut. Aſin. 5.54, Aliam, atq; olim, quum illiciebas blandè ad te, benedicè Id eſt, laudando me.
¶ Benefacio. Terent. Eunuch 5.9.61, Bene feciſti: gratiam habeo maximam.
Benefacere aliquid, Horat. 4. Carm. Ode, 5,
—neque
Si chartæ ſileant, quod benefeceris.
Abſiſtere benefacere, Tacit. lib. 6.
Benefacere erga aliquem, Plaut. Trinum. 17, 4.
Benefit beneficium, Plaut. Capt. 6. 108, Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.
¶ Benefactum: pro benefacio. Virg. 3. Georg. 193,
Quid labor, aut benefacta iuuant?
Benefacta referre. Claud. Paneg. lib. 3, 37.
Tenere. Claud. Paneg. lib. 2, 9.
¶ Beneficiarius. Feſtus: Beneficiarij dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio. Vegetius lib. 2 cap. 7, Beneficiarij ab eo appellati, quòd promouētur beneficio Tribunorū. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 278, Petreius verò nō deſerit ſeſe; armat familiam: cum hac & Prætoria cohorte Cetratorū, Barbariſq; equitibus paucis, beneficiarijs ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſa habere conſueuerat.
¶ Beneficium: Meritum Terent. Eunuch. 1. 2. 6. 9, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Accipere beneficium, Terent. Adelph. 2.5.1. Abs quiuis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.
Beneficium facere. Gell. lib. 7. cap. 20.
Beneficiū in acta mittere, Senec. de Beneficijs, li. 2. cap. 10,
Parere ſibi beneficium ſolidum. Terent. Eunuch. 5. 2. 32.
Proijcere beneficium. Seneca de Beneficijs, lib. 1. cap. 1.
Beneficio longiſſimæ ætatis. Quint. lib. 3. cap. 1. 7.
Ingenij beneficio præſtantes. Quint. lib. 2. cap. 11. 2.
¶ Beneuolens: Qui bene vult alicui, id eſt, amicus. Plaut. Merc. 17. 23, Non ſum moleſta, ſed beneuolens.
Beneuolentes dij. Plaut Milite, 20. 41.
¶ Beneuolus. Idem: Terent. Hecyr.
Facile, beneuolumq; lingua tua iam tibi me reddidit.
Beneuolus erga aliquem. Plaut. Cap. 6. 100.
¶ Beneuolentia: Amor.
Beneuolentiam acquirere. Quint. lib. 3. cap. 8. 5.
Beneuolentiam iudicis petere. Quint. lib. 4. cap. 1. 17.
¶ Benignus: Liberalis, beneficus, clemens. Feſtus: Benignus propriè dicitur is, qui bonis & dignis aliquid largitur. Plautus Rud. 31. 33.

Ager benignus, Ouid. 1. Amorum, eleg. 10, 12.
Dies, Stat. 5. Sylu. 1, 22.
Diui benigni, Horat. lib. 4. Carm. Ode 2, 11.
Nox benigna, Stat. Thebaid. lib. 10, 42.
Numen benignum, Horat. 4. Carm. Ode 4, 15.
Præda benigna, Ouid. 5. Faſt. 35.
Sermo benignus: iucundus, Horat. 1. Epiſt. 5, 3.
Benigna tellus: id eſt, ferax, Plin. de Aegypto.
Benigna mentis temperies, Claud. Epigram. 46, 13.
Terra benigna: frugifera, Tibul. 3. eleg. 3. 2,
Et magnas meſſes terra benigna daret.
Sub benigno teſte viuere, Claud. Paneg. 2, 24.
Vena ingenij benigna, Horat. 2. Carm. Ode 18, 2.
Verba benigna, Propert. 1. eleg. 10. 5, Idem 3. eleg. 13, 9.
Benigno vultu ac ſermone, Liu. 8. bel. Pun. 136.
Vultum ſeruat fortuna benignum, Horat. 1. Epiſt. 11, 4.
Vini ſomniq; benignus, 2. Sermon. Sat. 3. 1, Id eſt, vino & ſomno largè indulgens.
¶ Benignè: Liberaliter, ſiue largè & abundè. Terent. Hecyr. 5. 2. 2,
Nil apud me tibi defieri patiar, quin, quod opus ſit, Benignè præbeatur.
Benignè præbet octo portus, Plin. lib. 5. cap. 31, 7.
Benignè audire legationem alicuius, Liu. 1. ab Vrbe, 36.
¶ Benigniùs, Horat. 1. Carm. ode 9. 2,
—atq; benigniùs
Deprome quadrimum Sabina
O' Thaliarche merum dyota.
Benignius dare operam, Plaut. Merc. 19, 28.
¶ Benignè diicis, Terent Phorm. 5. 9. 61,
—at ego ecaſtor poſthac tibi, quod potero, & quæ voles, Faciamq; & dicam. P. benignè dicis. N. pol meritum eſt tuum.
Benignè facere, Et Terent. Adelph. 5. 4. 24, Age age, nunc experiamur, contra hæc quid ego poſſem
Blandè dicere, aut benignè facere: quãdo eò prouocat.
Benigniùs omnes me ſalutant, Plaut. Aulul. 5, 36.
¶ Benigniter. Titinnius Gemina. Nimiùm te patrocinari benigniter. Nonius.
¶ Benignitas: *Liberalitas & beneficētia*. Terent. Eun. 1. 2. 84.
—num ſolus dona dat? nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
¶ Benignitas: *Clementia*, Plaut. Merc. 10. 104,
Vt ſimpliciùs dicam, ſi opera eſt auribus,
Atq; aduertendum huc animum adeſt benignitas.
Boo.] Vide Bos.
Boreas.] ventus Aquilo. Virg. 1. Georg.
Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Boreæ Alpini: Id eſt, flantes de Alpibus, Virg. 4. Aen. 89.
Arctous Senec. in Troade, 5. 5, Arctoi Boreæ diſſipat impetus,
Frigus Boreæ, Virg. 1. Georg. 19.
Furiæ, Stat. 9. Thebaid. 107.
Gelidus, Ouid. 2. Amor. eleg. 11, 2.
Grauis, Claud. 1. de Rapt. Proſer. 14.
Hemonius, Silius, lib. 10. 3.
Hiſpidus glacie niuali, Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 14.
Horrifer, Ouid. 1. Metam. 6.
Hybernus, Stat. lib. 5. Sylu. 17.
Præceps, Ouid lib. 2. Metam. 37.
Sæuus, Catul. epigram. 23, 41.
Sarmaticus, Senec. in Thyeſte, 2. 2.
Scythicus, Stat. 5. Thebaid. 70.
Siccus, Seneca in Hercule Oeth. 8, 16.
Spirans, Virg. 2. Georg. 94.
Trux, Virg. 1. Georg 74.
Excludere Boream, Lucan. lib. 4, 13.
Expellere. Senec. in Herc. Oeth. 2. 2. Quū Boram expulit Africus.
¶ Boreus. vt, Axis Boreus, Ouid. 4. Triſt. eleg. 7, 9.
Boria, ſiue Borea.] Iaſpidis genus, cœlo Autumnali matutino ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 8, non procul à fine.
Borsycites.]. Plin. lib. 37, cap. 11, Gemma eſt, in nigro ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus.
Borytes.] Gemma nigra, ſanguineis & albis nodis, Plin lib. 37. cap. 10.
Bos.] Col. lib. 2. Nihil dubium, quin equis meliùs, quàm bubus, res conficiatur.
¶ Bos, nummum aliquando ſignificat: quòd antiqua pecunia quædam boues ſignatos haberet. Plin. lib. 18. cap. 3. 4. Seruius rex, ouium boumque effigie primus æs ſignauit. Plaut. Perſa, 9. 16, Boues bini hic ſunt in crumena.
Lucæ boues vocantur elephanti. Plinius libro 8. capite 6. 1, Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis viſos, anno Vrbis, 472.
Luci boues: Id eſt, ſylueſtres, quales ſunt vri aut biſontes. Seneca in Hippoly. 3. 16, —amat inſani

Bellua

Bellua ponti,luciq; boues
Vendicat omnes natura ſibi.
Armenta boum. Virg.2.Georg.103.
Cedes.Ouid.11.Metam.73.
Capita:pro ipſis bobus. Virg.5. Aeneid.13.
Corpora. Virg.4 Georg.109.
Cura. Virg.1.Georg.1.
Cuſtos. Ouid 1. Epiſt.21.
Labores boum experiri.Virg.1. Georg.24.
Diluere.Virg.1. Georg.65.
Trahere.Virg.2.Aeneid.62.
Mos bouis.Ouid.in Ibin,89.
Mugitus boum.Virg.2.Georg.94.
Peſtis acerba.Virg.3.Georg.83.
Terga.Virg.5. Aeneid.80.
Vſus.Virg 3. Georg.42.
Aeripes bos.Ouid.6.Epiſt.7.
Agenoreę boues.Ouid.24.Epiſt.9.
Arbis bobus venerari. Horat.in carmine ſeculari,10.
Cruda bos. Horat.Epod.8.2.
Bouem diſiunctum curare.Horat.1.Epiſt.14,6.
Erithreides boues.Ouid.1.Faſt.109.
Feſſi Horat. Epod.2,13.
Forda bos. Ouid. 4. Faſt. 126, Pontifices forda ſacra litate boue.
Formoſæ boues. Ouid.1.de Arte Am.59.
Iberus bos.Ouid.15 Metam.3.
Immunis aratri. Ouid.3. Metam,2.
Incuſtoditæ boues. Ouid.1.Faſt. 109. ----vagantur
Incuſtoditę lata per arua boues. Idem 2.Metam.137.
Indigena bos.Ouid.3.Amorum.eleg.12,1.
Indomita. Valer.lib.4.Argonaut.73.
Inſana Ouid.14.Epiſt.22,Exſuit inſaniæ pellicis ora bouis.
Intacta.Horat.9.Epod.5.Id eſt,quæ iugum non eſt paſſa,& indomita.
Lectus bos.Ouid.6.Metam.66.
Marci boues, Iuuenalis,Satyr.14,15.
Mactatus bos. Ouid. 39.Epiſt.36,
Non boue mactato cœleſtia numina gaudent,
Sed quæ præſtanda eſt,& ſine teſte, fide.
Minaces boues.Ouid.11. Metam.8.
Bos miſera.Valer.4.Argon.79.
Ocioſus bos.Horat.3.Carm.ode,3.
Paſſa iugum bos. Ouid.2.Metam.2.
Paſti boues.Virg. eclog.5,5.
Pauidi. Claud.Paneg.3,67.
Piger bos Horat.1.Faſt.14,9.
Boues profugæ.propert.lib.4.eleg.1,1.
Ruricolæ.Ouid.1.Faſt.77.
Triumphatus bos. Ouid.3. Faſt.147, Hoc eſt, in triumphi ſacrificio ociſus.
Sacri boues.Ouid.4. Faſtorum,96.
Sarmatici. Ouid.3.Triſt.eleg.10,7.
Tardi.Ouid.1. Amorum,eleg.134.
Torua bos.Virg.3. Georg.10.
Tutus bos.Horat.4. Carm.ode 5,4.
Vetulus. Iuuenal.Satyr.10,27.
Vincti boues.Ouid.7. Metam.86.
Amouere boues per dolum.Horat.1. Carm. ode,10,2.
Arate bobus. Ouid 5.Epiſt.25,
Non profecturis littora bobus aras. Hoc eſt operam perdis & fruſtra laboras.
Arat bos. Ouid.15. Metam.94.
Cædere boues. Ouid.13. Metam.139, Et lib.15,29.
Conterere. Lucr.lib.2,233.Id eſt, aſſiduo labore vexare.
Boues diſiungere. Iuuenalis.Satyr.5,12.
Domitare Virg.1 Georg.57.
Enecare bouem arando.Horat.1.Epiſt.7,18.
Errant boues. Virg.1.Eclog.2.
Fatigare boues.Horat.3. Carm.ode 6,9.
Paſcere. Virg.1 eclog.9.
Dente non petit bos.Horat.2. Serm. Satyr.1,11.
Placare deos boue. Horat.1. Epiſt.17,12.
Quærere boues.Virg 3.Georg.105.
Subijcere boues aratro. Ouid.15. Metam.124.
Firmius boue.Ouid.1. de Ponto.eleg.5,3.
¶ Boarius, ad bouem pertinens. Feſtus: Boarium forum Romæ dicebatur, quòd ibi venderentur boues. Huius meminit.Plin.lib 28.cap.2,3. & lib.34.cap.2,8.
Arua boaria. in quibus Boarium forum Romæ fuit, Propert.lib.4.eleg. 10,4.
Boaria lappa,apud Plin.lib.26.cap.11, 2.
¶ Boo,boare,quod eſt clamo.Plaut. Amphit.4.78,
—tela frangunt.boat cœlum. Fremitu virûm.
¶ Boo, boire: Idem. Pacuuius Medea, Clamore & ſonitu reſonantes bount. Varro de Parmenone.



Vox boans.Ouid.3.de Arte amandi,90.
¶ Bubalus:à boue dicitur ſylueſtris bos, colore niger, quo nunc paſſim ducendo currui & vehendis oneribus ac etiam terræ arandæ vtuntur.Sipontinus ex Plinij lib.8.cap.15,1.Martial.lib 1,23.
Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon.
¶ Bubalina ſtrangula,a Iureconſulto dicta ſunt quæ equis inſterni ſolebant.ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus ſtragula ad equos.
¶ Bubile: Locus vbi boues morantur.Plaut.Perſa.9,18.
—enim metuo ne poſſim
In bubile reijcere, ne vagentur. Col.lib. 1. cap.6,3.
Domitis armentis duplicia bubilia ſint, hyberna, atque æſtiua.Cato,cap.4.Bubilia bona,beneq; ædificata,bonas præſepes, faliſcas habeant clatratas.
¶ Bubulcus: Qui vel bobus arat, vel boues fundi aratorios paſcit.Iuuenal.Satyr.11,16.
Ferox bubulcus.Ouid.4.de Pon.eleg.7,2.
Sauromates.Ouid.3.Triſt.12.eleg.6.
Tardus. Virg. eclog.104.
¶ Bubulcitari: Bubulci officium facere. Plaut. Moſtel.2,50.
Decet me amare,& te bubulcitarier.
¶ Bubulus: Idem ſignificat quod bouinus, quod eſt bouis: vt,Lac bubulum.Plinius,lib.28.cap.13.1,Stomachum exulceratum lactis aſinini potus reficit: item bubuli.Sic bubulum pecus.Varro 2.de Re ruſtic.cap.5, 2.
Corium.Plaut.Pœn.3,11.
Bubuli cottabi.Plaut.Trinum.14,4.
Bubulum monumentum,ioco dixit. Plaut.Stich.3,6.
¶ Bubula,abſolutè: & ſubauditur, caro. Plaut. Aulul.13.4,
Agninam caram, caram bubulam.
¶ Buceriæ: Boum greges Lucret.lib.2,
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles,
Buceriæq; greges. Nonius.
¶ Bucerus: Ouid 6.Metam 79,
----armentaq; bucera pauit.
Id eſt boues ipſos valde cornutos.
Secla bucera.Lucret.lib.5.173, Lanigeræq; ſimul pecudes, & bucera ſecla. Hoc eſt, boues.
¶ Bucolicus: dictus à cuſtodia boum: præcipua enim ſunt animalia apud ruſticos, boues. Seruius.
Nodi bucolici.Ouid.2.Triſt.108.
¶ Bucula.Virg.1. Georg.75,
— aut bucula cœlum
Suſpiciens patulis captauit naribus auras. Plin.lib.34. cap.8. 9, Myronem Eleutheris natum, & ipſum Ageladis diſcipulum, bucula maximè nobilitauit.
Errans bucula.Virg.1. Georg.4.
Perdita.Virg.8.eclog 18, Id eſt, amore conſumpta.
¶ Buculus.Col lib.6.cap 23, Quum deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito. Id eſt, nouellos boues & tyrunculos.
BOS.] piſcis plani genus eſt, quod pro ſpina cartilaginem habet.Plin.lib.9.cap.24.
BOSCHIS.] Volucris eſt, quæ clauſa paſcitur. Colum. lib. 8 cap.15,1.
BOSPHORVS.] Mare anguſtum ſignificat: Dictus à bouis meabili tranſitu, propter anguſtiam freti. Ouidius,
Boſphorus, & Tanais ſuperat, Scythiæq; paludes.
Boſphorus Cimmerius. Plin.lib.4.cap.12,30.
Gemens.Horat.2. Carm.ode 20 3,
Viſam gementis littora Boſphori.
Id eſt, perſtrepentis & ſonantis. Porphyr.
Inſaniens Horat.3.Carm.ode 4.6,Id eſt, aquarum æſtu furens.
Perhorreſcere Boſphorum.Horat.2.Carm. ode 3.
¶ Boſphoranus, vt Mithridates Boſphoranus. Tacit.lib.12.
¶ Boſphorius, Ouid.2.Triſt.60, Egerit Ionio, Boſphorioque mari.
BOSTRYCHITES.] Gemma crinibus mulierum ſimilis. Plin.lib.37.cap.10,11.
BOSTRIX.] Muliebris capillus, cæſaries, plexi mulierum crines.Hinc *Boſtrychus*, adiect. Firmicus,lib.4.cap. 12, Spiſſis capillis, aut molliter flexis, vel gradata pulchritudinis venuſtate compoſitis: criſpos quoque, aut crinibus boſtrychis comatos.
BOTRION.] Idem quod Botrus. Mart. lib.11.28,
Nec dignam toto te botryone putat.
BOTRION.] Medicamentum. Plin.lib.28.cap.4.11.
BOTRITES.] Gemma.Plin.lib.37.cap.10 11.
BOTRYTIS.] Cadmiæ ſpecies, quæ teſtudini ærariarum fabricarum vuæ modo adhæret. Plin.lib.34.cap.10.
BOTVLVS, ſiue BOTELLVS.] Feſtus: Botellus, genus farciminis, propter connexionem, à bolis ſic appellatur. Martialis lib. 14.77,
Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,

Saturni ſeptem venerat ante dies. Martial.lib.5,
Et pultem niueam premens botellus.

Bovinor.] Feſtus pro Conuitari interpretatur.

¶ Bouinator: qui conuitiatur. Lucilius:
Hic ſtrigoſus bouinaturq; ore improbus duro. Gell. lib. 11. cap. 7, Atque id voce magna ter quatérue inclamauit bouinator.

Box.] Genus piſcis marini, à boando, vt putatur, dictum. Plin.lib.32.cap.vlt.

Brabila.] Herba eſt, de qua Plin.lib.27.cap.8.

Bracca.] Veſtis fluxa, intonſaq; ac varij coloris: qua vtebantur frigidioris plagæ homines, vt inquit Diodorus, lib.6. Ouidius: Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Pomponius Mela: Braccati ſunt (inquit) totum corpus Sarmatæ, & niſi qua vident etiam ora veſtiti. Suet. in Cæſare: Idem in curia Galli braccas depoſuerunt, latum clauum ſumpſerunt.

Laxæ braccæ. Lucan lib.1.86.
Perſica bracca. Ouid.5.Triſt.eleg 11.7.
Braccæ Sarmaticæ. Valer.lib.5. Argonaut.85.
Miles braccatus. Propert lib.3.eleg.4.4.

¶ Braccatus: Bracca indutus.

¶ Braccarius: Braccarum veſtium confector. Lampridius ſcribit, quòd Alexāder imperator vectigal inſtituit braccariorum, linteonum, & pallionum.

Brachium.] Os vlnæ à Celſo dicitur, & pro toto brachio accipitur, quod eſt ab vlna ad cubitum. Virgil.5.Aen. 72, Et euinctis attollit brachia palmis.

¶ Brachia de piſcibus. Plin.lib.9 cap.29.

¶ Brachium, de mari & fluminibus dictum. Liuius 2.bell. Pun.215.

Brachia portuum. Suet in Claud.cap.20.
Montium. Plin.lib.5. cap 27 8.
Bracchia in vitibus. Colum lib.6.
Brachium equo, vel potiùs Centauro. Ouid. 3. Metam.66.
Venæ brachiorum. Tacit.lib.15.
Brachia abrupta Pindi id eſt, arbores in monte Pindo creſcentes. Claud. Paneg lib 3.61.
Adducta brachia ſoluere. Ouid.9.Metam.11.
Alterna iactare. Virg 5 Aeneid.75.
Annoſa bracchia arboris. Virg 6.Aeneid.57.
Brachia ardua inſulæ. Claud. epigram 33.
Cerea brachia. Horat 1 Carm.ode 13.1. Id eſt, mollia.
Candida. Stat.lib.3. Sylu.5.14.
Captantia collum. Ouid.3.Metam.86.
Captiua. Seneca in Hercule Oetheo, 2.2.
Concaua bracchia Cancri. Ouid.10.Metam.26.
Conſumpta ferro. Stat.lib.10.Thebaid.33.
Curua. Statius lib.6 Thebaid.170.
Defeſſa. Seneca in Hercule Oetheo, 14 21.
Excuſſa. Ouid.5.Metam.120.
Ferrea. Ouid.8. Metam.50.
Fluentia. Ouid.9.Metam.12.
Fortia. Stat.1.Achilleid.66.
Inertia. Ouid.5. Metam.110.
Lenta. Seneca in Octauia, 6.16.
Libera. Ouid.13. Metam.145.
Liuentia. Ouid.6.Metam.56.
Liuida Horat.1.Carm.ode 8.2.
Mollia Lucret.lib.4 159.
Brachia nemoroſa Taxus fundit. Silius. Ital.lib.13.120.
Nigra. Iuuenal. Satyr.13.5.
Nuda. Claud.lib.2. de Raptu Proſerp.6.
Obliqua. Ouid 5. Metam 43.
Onerata telis. Ouid.3. Metam.22.
Operoſa. Stat.1. Thebaid.44.
Pallentia. Ouid.7. Metam.69.
Non profectura brachia. Ouid.6.Metam.53. Id eſt, quibus nil efficere queas.
Recta Quint.lib 2.cap.11.9.
Retorta. Horat.3.Carm.ode 5.5.
Sæua. Ouid.2. Metam.17.
Saucia. Ouid.1. Amorum, eleg.14.4.
Sopita. Ouid.14.Epiſt.14.
Spatiantia. Ouid.14 Metam.126.
Subiuncta lacertis. Ouid.14.Metam.91.
Temeraria. Ouid.1 Amorum, eleg.7.1.
Circundare brachia collo. Ouid.9. Metam.93.
Compeſcere. Ouid.14 Metam.126.
Concauare. Ouid.2. Metam.39.
Contrahere. Virg.1.Georg.7.
Curuare. Ouid.2. Metam.7. Dare Horat. Carm. ode 9.1.
Nec quiſquam potior brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat.
Demittere. Virg.3. Aeneid.107.
Demiſſa brachia. Quint.lib.2.cap.13.6.
Diducere Statius 3. Sylu 5.14.
Efferre. Virg.5.Aeneid.85.
Exſerere. Ouid.2.Metam.54.
Exſoluere ferro. Tacit.lib.15. Id eſt, aperta ſiue ſecta vena mortem ſibi aſciſcere.
Exſtruere. Lucan lib.3.78, Crudaq; extruxit brachia terra. Id eſt, aggeres ſiue extrema valli cornua.
Fatiſcere. Stat.lib.1. Thebaid.44.
Ferire. Seneca in Med.10.14.
Ferre humida. Ouid.18.Epiſt.12.
Fidere brachijs. Horat.3.Carm ode, 4.10.
Gerere brachia. Ouid 15.Metam.91.
Iactare. Virg 5. Aeneid, 75.
Iactare in latus. Quint.lib 4.cap.2.29.
Implicuit brachia collo materno. Ouid.1.Metam.76.
Inijcere collo captiuo. Ouid.1.Metam.18.
Intendere remis. Virg 5.Aenenid, 165.
Laxare. Stat.1.Achil.66.
Mittere. Lucret lib.4.159.
Mouere. Ouid.2. Metam.164.
Nectere. Stat.lib.1.Achil.64.
Opponere. Ouid.9.Metam.7.
Pandit brachia vlmus. Virg 6.Aeneid.57.
Porrigere brachia. Ouid.1. Metam.2.
Porrecta brachia. Iuuenal. Satyr 12.8.
Præbere brachia ſceleri. Ouid.7.Epiſt.25.
Procurrunt brachia. Ouid.11.Metam.47.
Pulſare brachia. Senec in Herc.Oeth.15.3.
Remittere. Virg. 1.Georg.41.
Sufferre. Ouid.6.Metam.53.
Tendere. Ouid.3 Metam.89.
Tendere brachia, dicitur arbor. Virg 2. Georg 60.
Tollere in numerum. Virg.4 Georg.35.
Tondere brachia arborum. Virg 2.Georg 74.

¶ Brachiolum. Catul. in Epitalamio Iuliæ, epig.57.37.
Mitte brachiolum teres
Prætextatæ puellulæ.

¶ Brachialis. Qui eſt Brachiorum. Plaut. Pœnulo, 18.98.
—condamus alter alterum In neruum brachialem.
Brachialis craſſitudo. Plin lib.13.cap.11.5.

¶ Brachiale, Subſtantiuum i Ornamentum brachiorum. Plin.lib.28.cap.7.

¶ Brachiatus. Col.lib.5.cap.5.8, Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant: quibus cordi eſt in brachia vitem componere.

Bractea.] Valla lib 4.cap 74, Laminam, tam ferream, æream, plumbeam, ſtanneam, quàm auream, argenteam, electream, aurichalceam dicimus. Virg.6. Aeneid.
Talis erat ſpecies auri frondentis opaca
Ilice: ſic leni crepitabat bractea vento.
Plin.lib.21.cap.3.1.
Bracteæ ligni. Plin.lib.16.cap.43.5.
Tenuis bractea. Ouid.de Arte amandi, 3.47.

¶ Bracteator. Firmicus: Quicunque habuerit horoſcopum in XVII. parte Scorpij, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

¶ Bracteola. Iuuen. Satyr.13.16.
—qui bracteolam de Caſtore ducat.

Brance.] Galliæ far.eſt. Plin.lib.18.cap.7.

Branchias.] Dicuntur in piſcibus, ſecundùm ceruicem follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimantur. Plinius libro 9. cap.18.2.

Brassica.] Braſſica (inquit Varro lib. 4. de Ling.Lat.) vt præſeca: quòd ex huius ſcapo minutatim præſecatur. Cato de Re ruſt.cap.146.1. Braſſica eſt, quæ omnibus oleribus antiſtat.
Vincire braſſicam. Propert.lib 4.eleg.2.9.

Brathy.] Herba Sabina aliter dicta. Plin lib. 24. cap.11.

Brevis.] Propriè quod longo opponitur.
Breuis & Longa, contraria. Ouid.2.Amorum, eleg.4.7.
Curſu breuiſſimus, qui non longè decurrit. Ouid.14 Met, 66. de Almone fluuio.
Breue vitæ reliquum. Plaut. Mer. 10. 4. Decurſo in ſpatio breue quod vitæ reliquum eſt.
Breuis atq; conciſa actio. Quint.lib,6.cap.4.2.
Aeuum breue. Horat.2. Serm Satyr.6.20.
Aeuum breue & fragile. Plin.in Paneg.130.
Aluus breuis. Virg.3.Georg.16.
Annus. Horat.4. Carm.ode 13.5.
Aqua. Ouid, 17.Epiſt 36.
Auditu breui. Tacit.lib.18.
Caput breue. Horat.1.Serm.Satyr.21.8.
Caſus bræuis. Seneca in Troade, 4.15.
Cenſus. Horat.2.Carm.ode, 15.3.
Cœna breuis iuuat. Horat.1.Epiſt.14.7.

Coluber breuis. Ouid.2.Epiſt.24.
Coma breuior.Seneca in Hippol.6.14.
Commendatio breuis.Plin.lib.11.cap.42.1.
Cura.Horat.2. Epiſt.1.44.
Curſus breuiſſimus. Virg.3.Aeneid.101.
Dies breuior.Ouid. 2.de Ponto, eleg.4.3.
Dominus breuis.Horat.2. Carm.ode,14.5.Id eſt, parui temporis, vel breuis vitę,
Donum breue:non durabile.Seneca in Hippolyto.6.6.
Excurſus breues.Virg.4.Georg.39.
Fila breuiora.Ouid 5 Triſt.eleg.11.10.
Flores breues.Horat.2.Carm.ode 3.3.
Folijs breuioribus ornare.Horat.2. Epiſtol.20.6.Id eſt, parciùs laudare.
Forma breuis. Ouid.5. Metam.92.
Frons. Martial.lib.1.148.
Fructus.Lucret.lib.3.187.
Furor.Horat.1.Epiſt.2,13.
Gaudium breue. Seneca in Octa.4.21.
Gyro breuiore flecti. Seneca in Hippol.3.8.
Herba lapathi breuis. Horat.2.Serm.Satyr.4.6.
Ilex breuior.Seneca in Hercule Oetheo,13.7.
Iter breuius.Ouid.1.de Ponto, eleg.5.7.
Latus breue. Horat.1.Serm.Sat.2.10.
Lilium Horat 2. Carm.ode,36.4.
Littus. Tacit.lib.14.
Menſa breuis.Horat.de Arte Poet.41.
Menſura breuior.Ouid.9. Metam.158.
Mora breuis. Seneca in Troad.8.5.
Mus.Ouid.2.Faſt.115.
Occaſiò.Terent.Eunuch.3.5.67,

—an ego occaſionem
Mihi oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterem?

Opus breue Ouid.Epiſt.21.1.
Ora breuis. Lucret.lib.4.36.
Pœnæ breues. Seneca in Oedipo,12.5.
Pondus breue.Horat.2.Serm.Satyr.2.8.
Sermo breuis. Plaut.Milite,14.29.
Sigillis breuibus diſtincta.Ouid.6.Metam.18. Id eſt, paruis ſignis.
Solamen breue. Seneca in Octa.3.3.
Somnus breuis. Seneca in Troade.6.7.
Spatium breue. Lucret lib.4.33.
Stultitia breuis Horat.4. Carm.12.ode 6,

Miſce ſtultitiam conſilijs breuem:
Dulce eſt deſipere in loco.

Summa breuis.Martial.lib.12.63.
Tempus breue.Virg.10.Aeneid.Ouid.6.Metam.10,

—breue & irreparabile tempus. Omnibus eſt vitæ.

Terra breuiſſima.1. Plin.Epiſt.282.
Ver breue.Ouid.1.Metam.24.
Via breuis. Virg.9.Eclog.5.
Via breuior mortis.Tibul.1.eleg.10.1.
Via breuiſſima. Ouid.5.Metam.51.
Vipera breuis. Horat.Epod.5.3.
Vita.Ouid.3.Metam.25.
Breuem vitam colere. Plaut.Pſeud.13.33.
Spe breuiùs: Citiùs quàm putaras. Ouidius 2. de Remed. Amor.82.
Dum breuis eſſe laboro, obſcurus fio. Hor. de Arte poet.51
In breue cogi. Horat.1.Epiſt 21.2.
¶ Breuia: Vadoſa, per quæ poſſumus vadere. Virgilius 1. Aeneid.23,

In breuia & Syrtes vrget. Id eſt, in breuia Syrtium. Seruius.

Breuia littorum nudantur. Tacit. lib.5.
Breuia profundis opponit Tacit. lib.1, Neque, inquit, diſcerni poterant incerta ab ſolidis, breuia à profundis.
Vada breuia. Senec.in Herc.furente 5.3.
Deprehenſus hæſit Syrtium breuibus vadis. Virgil. 5. Aeneid. 45.
¶ Breui, Ablatiuus: & ſubauditur, Tempore. Plautus Rudente,2.55,

Poteſſe ibi cum breui fieri diuitem.

Liu.2.Bel.Pun. Deinde breui effecit. Idē, Breui apparuit.
Adeſſe breui.Ouid.3.de Pont.4.eleg.10.
¶ Breui, *aliter acceptum*. Gel.lib.13. cap.17, Fuit autem Aeſchylus non breui antiquior Euripide. Hoc eſt, Longè antiquior.
¶ Breuio. Quintilian.de paraphraſi loquens, lib.1.cap.9 2, Qua & breuiare quædam, & exornare, ſaluo modò poetæ ſenſu, permittitur.
¶ Breuiarium: Opus conciſum. Tranquillus in Auguſto: Fecit & breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis & vectigaliorum reſiduis. Sic Plinius: Vt pariter (inquit) totius culturæ breuiarium quoddam peragatur. Vide Plinium lib.7. cap.26.4.
¶ Breuiloquentia: Idem quod Breuiloquium. Gellius lib. 12 cap.2.
¶ Breuitas. Flabilis breuitate: ob breuitatem. Ouid.2.Amorum, eleg.4.7.
Breuitas arboris. Plin.lib.12.cap.2.
Horæ. Sil.lib.3.29. Pili Plin.lib.8.cap.55.3.
Breuitas acutior atque velocior in vrbanitate. Quint.lib.6. cap.3.31.
Breuitas non inornata eſſe debet, alioqui ſit indocta. Quint. lib.4.cap.2.34.
Breuitas Salluſtiana vitanda eſt. Quint lib.4.cap.2.33.
¶ Breuiter. Affari breuiter aliquem. Virg.4. Aeneid.127.
Curſim & breuiter aliquid attingere.Plin.Epiſt.20.2.
Audire breuiter. Virg.2. Aeneid.3.
Breuiter & in tranſcurſu aliquid dicere. Plin. lib.3.cap.5.
Fari breuiter. Virg.6. Aeneid.80.
BRISA.] Vua dicitur, quum pedibus ad exprimendum vinum calcatur. Colum. lib. 12. cap. 39. 2. Tum permiſcere & ſubactam briſam prælo ſubijcere, paſſumq; ſecundarium, ſtatim vaſis oblinitis includere, ne fiat auſterius.
BROCHON.] Arbor eſt nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Plinius, lib. 12. cap.9.
BROCHVS.] Idem ſignificare videtur, quod Bronchus. Varro de Re ruſt. lib.2. cap. 7.3, His maiores qui ſunt intelligi negant poſſe, præter quàm quum dentes facti ſunt brochi, & ſupercilia caua. Ibidem, cap.9.3, de canibus loquens: Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra paulò eminulis ſuperioribus, directis potiùs quam brochis & acutis.
¶ Brochitas. Plin.lib.11.cap.37.42. Abſumpta hac obſeruatione, ſenectus in equis, & cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, ſuperciliorum canicie.
BROMOS.] Semen eſt ſpicam ferentis herbæ. Plin.lib.21. cap.25.in fine.
BRONCHVS.] vel vt alij ſcribunt, Broncus. Nonius: Bronci ſun producto ore, & dentibus prominentibus. Plin.lib.11. cap. 37. 32, Labra, à quibus bronci labeones dicti, & os probum duriuſue, animal generantibus.
BRONTIA.] Gemma. Plin. lib. 37. cap.10. 12, Brontia capitibus teſtudinum ſimilis, & cum tonitruis cadit (vt putant) & fulmine tacta reſtinguit, ſi credimus.
BRVCHVS.] Vermiculus haud diſſimilis locuſtæ herbas erodens, ſinè alis tamen. Sipontinus.
BRVMA.] *pro menſe Decembri* Mart lib.1,

At quum December canus, & bruma impotens,
Aquilone rauco mugiet. Iuuenal.Stat.6.16.

¶ Bruma, *pro hyeme*. Virg lib.2.Aeneid.

Frigida ſub terra tumidum quem bruma legebat.

Canæ brumæ frigora. Seneca in Hippol. 9.2.
Horrida cano bruma gelu.Virg.3. Georg.87.
Intractabilis. Virg.1.Georg.43.
Hybernæ tempora brumæ. Propert.lib. 1.eleg.8.2.
Iners bruma id eſt, quæ inertes & pigros reddit. Horat. 4. Carm.ode 7.2.
Innoxia.Claud.lib.3.de Raptu Proſerp.45.
Mitior. Claud.in Eutrop.lib.2.19.
Nimboſa.Stat.1.Sylu.3.18.
Perenni bruma fœdare. Claud. de Raptu Proſerp.lib.1.53.
Riphæa bruma.Valer.lib.5.Argon.121.
Sæua.Seneca in Hercule Oetheo.4.30.
Spirans. Iuuenal. Satyr.9 7. pro Borea, aut alio quolibet vento frigido, per brumam aſpirante.
Brumæ ter denæ: pro triginta annis. Martial.lib.1.46.
¶ Brumalis: Brumale frigus. Martial.lib.13.16. Virgilius 6. Aeneid.41.
Brumalis meridies Col.lib.9 cap.3.1.
Menſis hyemis brumalis. Plin.lib.10.cap.53.1.
Grando.Ouid 4 de Ponto, eleg.7.7.
Hirundo. Claud in Eutrop.lib.1.24.
Horæ brumales.Ouid.4 Metam.40.
Lux brumalis.Ouid.1. Triſt.eleg.10.8.
Nix.Ouid.4.de Ponto, eleg.5.1.
Brumale tempus. Ouid.3 Amorum, eleg.5.19.
BRVSCVM.] Tuber in acere arbore. Plinius libro 16. cap. 16. 1.
BRVTA.] Arbor eſt, ſoli Orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis. Plin.lib.12.cap.17.
BRVTVS.] ſine ſenſu, & quaſi obrutus.
Bruta, tellus dicitur ab Horat 1. Carm.ode 34.2.
Bruta animalia. Plin. lib.11. cap.37.53, Bruta exiſtimantur animalium, quibus cor durum riget.
Bruta arbor. Plin.lib.12.cap.17.7.

Bruta fulmina. Plin. lib. 2. cap. 43. 3. vt quæ nulla veniant ratione naturæ.

Brutæ gentilitatis pira. Plin. lib. 15. cap. 15. 3.

Brya.] Fruticis ſpecies, gallæ ſimilem fructum ferens. Plin. lib. 13. cap. 21.

Bryon.] Vulgo herba Corallina. Plinius libro 27. capite octauo.

¶ Bryon, muſcus in arboribus naſcens, & odoratus. Plinius lib. 24. cap 6.

Bryonia.] Herba, quæ vitis alba dicitur. Plinius libro 23. cap. 1.

Bua.] Potio eſt puerorum infantium. Varro de Liberis educandis: Quum cibum ac potionem buas ac papas docent, & matrem mammam, patrem tatam Lucilius, lib. 8.

Bubbatio.] Plin. lib. 34. cap. 14. 9, Lapis hic & in Cantabria naſcitur: non ille magnes verus caute continua, ſed ſparſa bubbatione.

Bubeum.] eſt genus quoddam vini. Feſtus.

Bubino.] menſtruo mulierum ſanguine inquino. Feſtus.

Bubo.] Auis feralis & ſacra. Maſcul. Ouid. 5. Metam. 110,

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Fœm. Virg. 4. Aeneid. 93,

Solaq; culminibus ferali carmine bubo

Sæpe queri. Plin. lib. 10. cap. 12. 4. Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auſpicijs, deſerta incolit.

Funereus bubo. Ouid. 10. Metam. 90.

Infeſtus. Claud. in Eutrop. lib 2. 82.

Luctifer. Senec. in Herc. fur 9. 14.

Raucus Ouid. 1. Triſt. 11. eleg. 4.

Stygius Ouid. 15. Metam. 159.

¶ Bubulo. Author carminis de Philomela apud Ouidium: Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

¶ Bubere, Verbum ſignificans actum canendi. quem reddit butio auis paluſtris. Ouidius in libello de Philomella, 9, Inq; paludiferis butio bubit aquis.

Bubonium.] Herba, quę & Aſter alio nomine appellatur. Plin. lib. 27. cap. 5. 4.

Bubſequa.] qui boues ſequitur. Sidon. ad Eutro Si relinquare inter bubſequas ruſticanos, bubulcosq; runcantes: tunc eſt tibi ſumma votorum beatitudo.

Bubulcus, Bubulcitare.] Vide Bos.

Bubulum femur.] Plinio herba eſt neruis vtilis, recens in aceto ac ſale trita. lib. 27. cap. 9.

Bubulus.] Vide Bos.

Bucar.] genus vaſis. Feſtus.

Bucardia.] Lapillus bubulo cordi ſimilis. Plin. libro 37. cap. 10.

Bucca.] Martial. lib 12. 25,

— quicquid In buccam tibi venerit loquaris.

Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 5,

Quid cauſæ eſt, meritò quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet?

hoc eſt, vtrunq; latus oris. Plin. lib. 11. cap. 37. 31.

Buccas tumidas rumpere. Perſius, Satyr. 5. 2.

Bucca vetula. Iuuenalis. Satyr. 10 29.

Buccæ noſcenda eſt menſura. Iuuenalis, Satyr. 11. 4.

¶ Buccas, *pro tibicinibus*, dixit Iuuenalis, Satyr. 3. 4.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ

Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ.

¶ Buccula. Apuleius, lib. 6, de Aſino: Tunc Iupiter, perpreſſa cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata, combaſiauit.

¶ Buccula, *pars caſſidis, per quam mittitur ſpiritus, quæ buccam tegit*. Vel in qua defingunt criſtę in ſummo galeæ cono, quòd buccæ paruæ habeat ſimilitudinem Iuuenalis:

Lorica & fracta de caſſide buccula pendens. Vnde in Commentarijs Cæſaris legitur, Buccarum tegmen.

¶ Buccea. Fruſtulum alicuius rei eſui aptæ, quantum ſcilicet bucca commodè capit. Auguſtus in epiſtola ad Tiberium: In balneo demum, poſt horam primam noctis, duas bucceas manducaui priùs, quàm vngi inciperem. Suetonius in Octauio Auguſto, cap. 76.

¶ Bucculentus: grādi ore vel malis plenioribus. Plaut. Merc. 12 53,

— Ego dicam tibi

Canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breuiculum,

Subnigris oculis, longis malis, panſum aliquantulum.

Buccina.] inſtrumentum, quo ſignum datur in hoſteis ad pugnam. Ouid. 1. Metam. 68,

— caua buccina ſumitur illi

Tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo:

Buccina, quæ in medio concepit vbi aëra ponto,

Littora voce replet ſub vtroq; iacentia Phœbo.

Inflata buccina Ouid. 1. Metam. 34.

Turmalis. Claudian. de bello Gildonico, 91.

¶ Buccina, Paſtorale inſtrumentum, quo oues vel porcos appellare videntur, vt ſequantur & ſeſe in gregem recipiant. Colum. lib. 6. cap. 23, Nam id quoque ſemper crepuſculo fieri debet, vt ad ſonum buccinæ pecus, ſi quod in ſyluis ſubſtiterit, ſepta repetere conſueſcat. Varro 2. de Re ruſti. cap. 4. 18, Subulcus debet conſuefacere, omnia vt faciant ad buccinam.

Paſtoris buccina cantat. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.

Surda nihil gemeret graue buccina. Iuuen. Satyr. 7.

¶ Buccinum, neutro genere, dixit Plin. lib. 11. cap. 10. 1, Donec vna omnes excitat gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo. De apibus loquitur.

¶ Buccinum, Genus conchæ. Plinius, libro 9 cap. 36. 4.

¶ Buccino. Varro 2. de Re ruſt. cap 4. 18, Primò quum incluſerunt, quum buccinatum eſt, aperiunt, vt exire poſſint.

¶ Buccinator.] Cęſar 2. bel. Ciuil. 155, Quare re animaduerſa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in caſtris, & paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit.

Buccones.] Homines vocantur tardi. Apul. Si cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorſus & buccones videbuntur.

Bucconiatis.] Genus quoddam vuę, in Thurinis collibus naſcens. Plin. lib. 14. cap. 3.

Buccula.] Vide Bucca.

Buceras.] Herba: de qua Plin. lib. 24 cap 19. 12.

Buceriae, Bucerus, Bucolicus, Bubulcus.] Vide Bos.

Bucula.] inſtrumentum illud eſt, cuius meminit Vitruuius, lib. 10. cap. 15. in quo ſucula inditur catapultis exercendis parata.

Bufo.] Rana terreſtris, nimiæ magnitudinis. Virgilius, 1. Georg.

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:

Inuentusq; cauis bufo.

Bugloſſos, vel Bugloſſum.] Herba quæ Bouis lingua, Romanis dicitur, ab ipſa forma folij. Plinius libro 25. cap. 8. 2.

Bulbus.] quid ſit, hodie ignoratur. Cato Megaricos bulbos potiſſimùm, ferendos præcipit. Ouidius 2. de Remedio Amoris, 81,

Daunius an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris,

An veniat Negaris: noxius omnis erit.

Martialis in Xenijs, libro decimotertio, 34.

Cùm ſit anus coniunx, cùm ſit tibi mortua membra:

Nil aliud bulbis quàm ſatur eſſe potes. Radice ſeritur hortenſis. Col. lib. 10 11. Plin. lib. 19. cap, 2. 4.

¶ Bulbi, ſunt radices rotundæ, tunicatæ: quales ſunt lilij, croci, narciſſi, colocaſiæ, ſquillæ, & arundinum. Palladius, libro 3. cap. 21, Plinius libro 21. cap. 5. 3, & cap. 17. 6, Idem lib. 17, cap. 20. 3.

Tunicæ Bulborum. Stat. 4. Syl. 9. 6.

¶ Bulbaceus, adiect. Plin. lib 21. cap. 26, Radix eſt bulbacea, de hyacintho loquitur.

¶ Bulboſus: in quo bulbi conſpiciuntur. Plin. lib. 27. cap. 8. 9, Radice bulboſa, oblonga.

Buleuta.] Conſiliarius, Senator, Decurio. Plinius Epiſt. 256.

Bulga.] Nonius: Bulga eſt folliculus omnis, quem & crumenam veteres appellarunt: & eſt ſacculus ad brachium pendens. Lucil. Satyr. lib. 6.

Cui neq; iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus:

Bulgam & quicquid habet numerorum, ſecū habet ipſe.

Cum bulga cœnat, dormit, lauit, omnis in vna

Spes hominis bulga: hac deuincta eſt cætera vita.

Bulla.] Inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remedijs, quæ credebant aduerſus inuidiam valentiſſima. Plin. lib. 33. cap. 1. 4, Sed à Priſco Tarquinio omnium primo filium, quum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem, bulla aurea donatum conſtat: vnde mos bullę durauit, vt eorum qui equo meruiſſent filij, id inſigne haberent: cæteri lorum. De bulla diſſerit Macrobius. lib. 1. Saturn. cap. 6.

Argentea bulla. Ouid. 10. Metam. 23.

Aurea. Propert. lib. 4. eleg. 1. 27.

Perlucida. Ouid. 10. Metam. 46.

Demittere bullam collo. Propert. 4. eleg. 1. 27.

Fulgere bullis. Virg. 12. Aen. 287.

Bulla.] tumor ille inanis, qui viſitur in aquis, momento temporis enaſcens, ſimul & euaneſcens. Vnde prouerbium, Homo bulla: quod nos admonet, humana vita nihil eſſe fragilius. Varro in præfatione in libros de Agricultura: Cogitans, inquit, eſſe properandum, quòd (vt dicitur) ſi eſt homo bulla, eò magis ſenex.

¶ Bullam, pro capite clauorum, qui in valuis magnarum ædiū honoris gratia affigi ſolet, accepit Plautus in Aſinaria, 9.

tia, 9.20, Iuſsine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris.

¶ Bullatus: Bullis ornatus. Iuuen. Satyra. 14.1,

Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus. Id eſt, puer.

Bullatæ nugæ. Perſius, Stat. 5.

¶ Bullio: Ferueo. Celſus, lib. 5. cap. 19, Aut ſpumæ argenti ſelibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire deſieret, cui paulum ceræ ſit adiectum.

¶ Bullo: Bullas facio. Plin lib. 28. cap. vlt. 16, Item maris ipſius tranquillus ſonitus, ſpumæ'ue diſperſæ, aut aquæ bullantes Idem, lib. 28 cap. 6. non procul à fine: Magna ſigna ſunt vrinæ bullantis & craſſæ.

¶ Bullula: parua bulla. Celſus, lib. 2. cap. 5. de Vrina: Aut ſi quaſdam maculas repræſentat, aut ſi bullulas excitat.

BVMAMMA] vua eadem, quæ & Bumaſtos dicitur. Varro de Re ruſtica, lib. 2. cap. 5.4.

BVMASTOS] dictum eſt genus quoddam vuæ grandioris: quòd tumeat ad ſimilitudinem mammarum bouis. Plin. lib. 14. cap. 2.6.

BVMELIA] fraxini ſpecies. Plin. lib. 16. cap. 13. 1.

BVNIAS, & BVNION.] Napi genus Plinius, lib. 20. capite 4 1.

BVPHTHALMOS.] Herba ſimilis boum oculis. Plin. lib. 25. cap. 83.

BVPLEVROS.] Herba. Plinius, libro 22. cap. 22. 10.

BVPRESTIS.] Animal eſt, ſimilimũ ſcarabeo longipedi. Fallit inter Herbas bouem maximè: vnde & nomen inuenit: deuoratumque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Hæc Plinius, libro 30. cap. 4. 3.

BVRA ſiue BVRIS.] quaſi bouis cauda: Dicitur pars aratri poſterior, decuruata Virg. 1 Georg. 34,

Continuò in ſyluis magna vi inflexa domatur
In burim.

Varro, de Re ruſtica, cap. 19. 1, Terram duram proſcindere, niſi boues magnis viribus non poſſunt, & ſæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo.

BVRDO.] Vlpian de leg 3 Leg. Item legato. Sipontinus ait eſſe, quod ex equo & aſina naſcitur, ſed non ſatis conſtat, quid intelligat. Vlpian.

BVRRHVM.] Dicebãt antiqui, quod nunc dicimus rufum. Feſtus.

BVRRHANICVM] Genus vaſis. Feſt.

BVSELINVM] Herba eſt ſatiua apio ſimilis. Plinius, libro 20. cap. 12.

BVSTVM.] propriè dicitur locus, in quo mortuus eſt combuſtus & ſepultus: diciturq; Buſtum, quaſi bene vſtum. Feſtus. Iuuen. Satyr 3.4.

Caua buſta Ouid. 3. Amorum, eleg. 8.8.

Coaceruatum buſtum excelſo aggere. Catullus in Argonaut. 73.

Ingẽns buſtum terreno ex aggere. Virgilius, vndecimo. Aeneidos 170.

Fumantia buſta. Stat. lib. 5. Syl. lib. 1, 46.

Horrifico cinefactus buſto. Lucret. lib. 3. 186, Id eſt, in cinerem redactus.

Iniuſta buſta. Ouid. 2. Metam. 62.

Inania. Stat 6. Thebaid 34.

Miſerabile buſtum Ouid 6. Metam. 35.

Memorabile Claud. de bell. Get. 128.

Buſta ſacra. Claud. in Eutrop. 1. 91.

Suprema. Stat. lib. 9 Thebaid. 104.

Teres buſtum. Catul. in Argonaut. 73.

Eruere buſta. Seneca in Troade, 6. 52.

Peragere. Ouid. 2 Metam. 62.

Piare. Ouid. 11. Metam. 105.

Piacula buſto pẽndere. Lucretius, 1. 36.

Vertere buſta: pro euertere. Lucan. lib. 7. 173.

Violare buſtum compoſitum Lucan. lib. 8. 147.

Buſta Gallica Liuius. lib. . bell Pun 65.

BVTEO.] accipitris genus. Plin. lib. 10. cap. 8.

BVTHYSIA.] Magnum ſacrificium, quale eſt Hecatombe, & immolatio magnarum hoſtiarum. Sueton. in Nerone: Gymnica inter buthyſiæ apparatum barbam primam poſuit.

BVTIO.] Eſt auis circa paludes verſans. Author Philomelæ, 9.

Inq; paludiferis butio bubit aquis.

BVTIVBATA] Næuius pro nugatorijs poſuit, hoc eſt, nullius dignationis. Nonius.

BVTYRVM] Plinius, libro 28. capite 9. 10, E' lacte fit & butyrum, barbararum gentium laudatiſſimus cibus, & qui diuites à plebe diſcernet. Sidonius ad Catulinum:

Infundens acido comam butyro Egnatius:
----molliq, ſubacta butyro. Valgius:
----ac niucum butyrumque nouum cum melle comedit.



BVXVS, & BVXVM.] tam pro arbore, quàm pro ipſo ligno. Virg. 9. Aeneid.

Tympana vos buxusq; vocat Berecynthia.

Vbi Seruius: Dicitur & hæc Buxus, & hoc Buxum: vt, Et torno raſile buxum.

Criſpata buxus cacumine denſo. Claud. de Raptu Proſerpin. 2. 22.

Denſum folijs buxum. Ouid. 3 de Arte Amandi, 138.

Horrida buxus. Claud de Raptu Proſerp. 2. 54.

Horriſona. Valer. lib 2. Argonaut. 117.

Idæa. Stat. lib. 5. Thebaid. 19. Valer. Flac. libro 1. Argon. 64.

Multifori tibia buxi Ouid. 12. Metam. 32.

Pallidius buxo. Ouid. 4. Metam. 27.

Similimus buxo pallor. Ouid. 11. Metam. 84.

Raſile buxum. Virg 2 Georg. 90.

Terebratum. Ouid. 6. Faſt. 140.

Perpetuò virens buxus. Ouid. 10. Metam. 20.

Vndans buxo Cytorus. Virg 2 Aeneid 88.

Detonſo crines depectere buxo. Ouid. 6. Faſt. 46.

Torquere flagello buxum. Perſius, Satyr. 3. 6.

¶ Buxus, *pro tibia vel tibia buxea.* Stat. 2. Thebad. 16,

----tum plurima buxus,
Aeraq; taurinos ſonitu vincentia pulſus. Ibidem 34,
Fœda Celenæa committere prælia buxo. Idem, 9. Thebaid 96,
----quum Bacchia mugit Buxus.

Buxos inflare. Claud de Rap. Proſerp. 3. 26.

Premere buxos tacitas. Claud in Eutrop. 2. 58.

Ferre buxum rauco pectore. Seneca in Agamem. 7. 20, Id eſt, tibiam inflare.

Inflati murmur buxi Ouid. 14. Metam. 107.

¶ Buxeus. Martial. lib 2. 41,

Et tres ſunt tibi Maximina dentes:
Sed planè piceiq; buxeique.

Sic buxea forma, Colum. lib. 7. cap. 86.

Buxeus color. Plin. lib. 12. cap. 7. 5.

Frutex. Colum. lib 8. cap. 15 4.

¶ Buxetum: Locus buxis conſitus. Martial. lib. 5. 114,

Non otioſis ordinate myrtetis,
Viduaq; platano, tonſiliq; buxeto
Ingrata lati ſpatia detinet campi.

¶ Buxoſus: buxo ſimilis. vt, Lignum balſami buxoſum. Plinius, lib. 12 cap. 25 6.

¶ Buxifer, vt Buxifer Cytorus. Catul. epig. 4. 3.

BYSSVS.] Genus lini ſubtiliſſimi, & precioſi. Plinius, lib. 19. cap. 1. 13.

Byſſinus. vt Byſſinum linum. Plin. lib. 19. cap. 1. 13.

## C

CABALLVS.] equus. Lucilius, lib. 2,

----Succuſatoris tetri, tardiq; caballi.

Varro, Parmenone: Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit.

Immeriti caballi Iuuenal. Satyr. 10. 6.

Salurcianus caballus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 12.

Agere caballum Horat. lib 1. Epiſt. 19. 8.

Paſcere caballos Horat. 1 Serm Sat. 6. 21.

¶ Caballinus, vt Caballina caro. Plin lib. 28. cap. 20. 3.

CACABO.] Proprium eſt vocis perdicum. Author carminis Philomelæ, 4,

Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anſer.

CACABVS.] Vas eſt, in quo pulmentarium coquitur. Paulus Iuriſconſultus, de Inſtructo & inſtrumẽto legato: Nec multum refert inter cacabos, & ahenum quod ſupra vocum pendet: hic aqua ad potandum calefit: in illis, pulmentarium coquitur. Dicitur autem à ſono, quem facit dum feruet. col. lib. 12. cap 4 . 2.

Syntheſis cacaborum Stat lib. 4. Sylu. 9. 9.

CACATVRIO.] Vide CACO.

CACHINNVS.] Solutus riſus: à ſono factum vocabulum.

Dulces cachinni. Lucret. lib. 5. 281.

Peruerſus cachinnus. Ouid. 3. de Arte Amandi, 58.

Eſt quæ peruerſo diſtorqueat ora cachinno Quum riſit.

Rigidus. Iuuenal. Satyr. 10. 4.

Tremulus. Perſius, Satyr. 3. 9.

Afferre cachinnos omnes. Catu. epig. 13. 1.

Concuti cachinno Iuuenal. Satyr. 3. 10.

Ridere quicquid eſt domi cachinorum. Catul. epig. 29. 3

Tollere cachinnum. Horat. de Arte Poetica, 23.

¶ Cachinno: Immoderatè rideo. Suetonius in Veſp. Auguſto: Nec illam quicquam aliud, quàm cachinnaſſe, mirantẽ quod adhuc ſe mentis cõpote, deliraret iam filius ſuus.

Furtim cachinnare. Lucret. lib. 4. 237.

Tremulo riſu. Lucr. lib 2. 196.

CACHLA.] Plin. lib. 25 cap. 8. Herba eſt, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur.

CACHRYES.] ſunt oblonga punicularum modo nucamenta, quæ ſquammatim compacta propendent è ramis. Plin.lib.16.cap.28.

CACO.] Ventris onus depono. Mart.lib.1,94. in Baſſum:
Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro,
Baſſe, bibis vitro: cariùs ergo cacas.
Nec toto decies cacas in anno. Catullus epigrammate, 20.4.

Venire cacatum. Horat.1.Serm.Saty.8.8.

¶ Cacatus. Catul.epig 34 1.& 4,
Annales Voluſi cacatâ charta.

¶ Cacaturio Mart.lib.11. in Vacerram:
Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

CACOETHES.] Malus mos Latine dicitur. Iuuen. ſatyr. 7.6.
---laqueo tenet ambitioſi
Conſuetuto mali, tenet inſanabile multos.
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcit.

¶ Cacoethes, Vlceris vel carcinomatis genus, curatu difficilimum. Plinius libro vigeſimoſecundo, capite 25.12, Celſus lib.5.cap.28.

CACTOS.] Herba eſt, teſte Plinio, lib 21.cap.16, in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet è radice emiſſos, & in terra ſerpentes, quos etiam cactos vocant.

CACVBALVM.] Herba eſt acinos ferens nigros, quæ à Latinis quòd ſtrumis medeatur, Strumum appellatur. Plin. lib.27.cap.8.

CACVMEN.] Vertex, ſiue ſummittas cuiuſcunq; rei. Cacuminia montium. Plin.lib 6.cap.7.3. Cacumina arborum. Cæſar 7.bell.Gall.290. Virgil.6.Aeneid.136, Dehinc ſumma cacumina linquunt.

Cacumen oui. Plin.lib. 10.cap.52.3. pilorum capitis. Hirtius de bello Africano, lib.5.184.

Acutum per cacumen vadere. Ouid.1.de Arte amandi,77.

Aërium cacumen. Catul.epig 59.48.

Altum. Virg 2. Georg.62.

Creſcens. Ouid.8.Metam.145.

Fracta cacumina fagi. Virg.9.eclog.2.

Frondens cacumen. Ouid.8 Metam.153.

Matina cacumina. Horat.Epod.16.6. Id eſt, Matini montis Calabriæ.

Nudata. Ouid.Metam.79.

Montana. Ouid.1.Metam.63.

Nimboſa cacumina aperire. Virg.3.Aeneid.55.

Procera Sil.Ital lib.7.36.

Sublime cacumen. Ouid.1.Metam.66.

Summum Seneca in Hippol.10.8.

Vmbroſa cacumina. Virg.2.eclog.1.

Comprimere cacumina. Sil.Ital.lib 5.10.

Mandare cacumen terræ. Virg 2. Georg 6.

Motare cacumina. Virg.6.eclog.4.

Nectere Sil.Ital. lib.5.10.

Rorat cacumen. Senec.Hippol.10.8.

Surgere gemino cacumine. Lucan.lib. 1.110.

Tangere ſummum cacumen. Lucret.lib. 2.226.

Tectum cacumen nubibus. Lucan.lib.3.2.

Tremulum. Silius Ital.lib.5. 101.

Venire ad ſummum cacumen. Lucret.lib.5.92.

¶ Cacuminare: Acutum reddere. Ouid.3. Met 49.
Dat ſpatium collo, ſummaſq; cacuminat aures.

¶ Cacuminatus. Plin.lib.10.cap.52.3, Aquatilium oua rotunda: reliqua ferè faſtigio cacuminata.

CADAVER.] Corpus quodcunq; mortuum. Cæſar 7. belli Gallici,311, Quid hominum millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis, conſanguineiſq; noſtris, animi fore exiſtimatis, ſi pene in ipſis cadaueribus prælio decertare cogentur? Plin.lib.10.cap.70.2.

Congeſta cadauera. Lucan.lib.2.42.

Conſerta. Lucan.lib.3.114.

Crudum cadauer. Iuuenal.Satyr.15.9.

Defunctum. Lucan lib.3 144.

Denſa cadauera. Iuuenal.Satyr.10.19.

Dilapſa tabo. Virg.3.Georg.111.

Lacerum cadauer. Lucan.lib.5.234.

Rigidum. Claud.de bel. Gigant.21.

Tetra cadauera. Lucret.lib.2.84.

Toruum cadauer. Stat.lib.9.28.

Tremebundum. Seneca in Herc.Oetheo,7.15.

Exſpirant cadauera vermes. Lucret.lib.3,145.

Luſtrare cadauera. Lucan.lib.2,35.

Mordere cadauer. Iuuenalis. Satyr.15.9.

Spoliare cadauera. Lucan.lib.3.134.

Torrere. Lucret.lib.2.84.

¶ Cadauëroſus. vt, Cadaueroſa facies. Terent. Hecyra 3. 4.27.

CADISCVS.] Vide CADVS.

CADIVVS.] Vide CADO.

CADMIA.] Lapis eſt æroſus, id eſt, multum æris habens, & ex quo fuſo fit æs. Plinius lib.34.cap.10,5.

CADO.] Ruo. Terent. Adelph.1.1.12, Aut vſpiam ceciderit.

Grauatim cadere. Lucret.lib.3.79.

Cadere à. Ouid.lib.3.Faſt.4,
Et cadit à mento languida facta manus.

Ab alto. Plin.lib.10.cap.38.2. De. Mart lib.5.36,
Cecidit repentè magna de ſinu clauis. Stat.11. Thebaid. 54, De turre cadere.

In claſſem cadit omne nemus. Lucan.lib.1.63. Hoc eſt, cæduntur nemora quibus conſtruntur claſſis.

In pectus cadit pronus. Ouid.4.Metam.116.

In pedes alicuius cadere. Ouid.2.Faſt.167.

In plagas cadere dicitur ceruus. Ouid. de Arte amandi,86.

In plano cadere. Ouid.3.Triſt.4.eleg.4.

In pontum cadunt flumina. Seneca in Medea, 6.6

In terram cadere. Lucret.lib.2.42.

In vulnus. Lucret.lib.4.211.

In vultus. Ouid.5.Metam.59.

Inter pericula. Horat.1.Serm.Satyr.2.8.

Inter verba: dicitur lingua. Horat.4. Carm. ode 1.8. Id eſt, obmuteſcit.

Per aquas. Lucret.lib.2.47.

Poſt terga. Lucan.lib.3.96.

Deorſum. Lucret.lib.2.47.

Mora lenta. Seneca in Hercule Oetheo. 13.5.

Sine ruina. Lucan.lib.7. 24.

Barba cadit. Virg.1.eclog.6.

Excipere cadentem. Stat.1.Sylu.2.22.

Supponere aliquid cadenti. Ouid.21.Epiſt.36.

Suſtinere cadentem, Ouid.8.Metam.30.

Cadunt dentes. Plaut. Menæh.24.59.

Folia arborum, vel ex arboribus. Plaut.Menæh.9.1.9.

Cadunt arbori folia. Plin.lib.16.cap.22.

Ex arbore. Plin lib.17.cap.20.6.

Guttæ cadunt. Lucret.lib.2.45.

Guttæ cadentes in ſaxa. Lucret.lib 4.259.

Imbres cadunt. Virg.6.eclog 8.

Per genas cadunt imbres. Ouid.1.Triſt.3.eleg.4.

Lacrymæ. Terent.Adelph.4.1.20.

Lacrymæ cadunt vbertim. Claud epig.22 43.

Genis. Lucan.lib.3.146.

In ora. Ouid.3.Triſt.3.eleg.9.

Per ora Seneca.in Hippol.4.5.

In verba ſingula. Ouid.3.Triſt.eleg.5.3.

Non ſponte cadentes lacrymæ. Lucan lib.9 209.

Sponte cadit lana. Ouid.7.Metam.111.

Lingua cadente murmurare. Stat.2.Sylu.1.30.

Victa graui ſomno cadunt lumina. Valer.lib.1 Argon.60.

Membra cadunt corpore. Lucret.lib.3.120.

Palpebræ. Lucret.lib.4.193.

Vela. Virgil.3.Aeneid.42.

Via fluminis cadens. Seneca, in Thyeſte,4.5.

Cadunt vmbræ. Virg eclog.1.

Vrbes. Lucret.lib.5.249.

Animi. Ouid.11.Metam.108.

Auſtri: quando deſinunt flare. Virg. Georg.71.

Cadere fabula dicitur: cui Stare opponitur. Hor.2. Epiſt.1. 36. Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo. Id eſt, diſpliceat, an placeat fabula.

Fides cadere dicitur: Ouid.2.de Ponto,eleg.3.2.

Impetus amens cadit. Lucan.lib.4.57.

Cecidit tibi ira. Liu.2.ab Vrbe,170.

Paulatim cadit ira. Lucan.lib.4.58.

Metu. Ouid.2.Amor.eleg.13.1.

Spes cadit. Ouid.2. Triſt.30.

Ad irritum. Liu.2.ab Vrbe,23.

Timor cadit. Ouid 9.Epiſt.9.

In caſſum cadunt omnia tua promiſſa. Plaut Pœn.4.138.

Verba cadunt ſingultu. Propert.lib.1.eleg.5.3.

Zephyro verba cadunt mea. Propert lib.1.eleg.15.7.

Cauſa ſimili cadere. Lucan.lib.2.110.

Cadere formula: Dicuntur patroni in iudicio, quum rem ipſam per ſuas formulas non poſſunt rectè explicare; vt interdum, quod magis ad rem ſuam pertinet, negligentiùs omittant. Quint.lib.3.cap 6.50.

Non cadit in alium tam abſolutum opus. Plinius libro 35. cap.10.16.

In eum cadit hoc ſcelus. Virg.9.eclog.4.

Cadere non videtur in eundem, & contemptus pecuniæ, & cupiditas. Quint.lib.7 cap.3.25.

Cadit in fœminas. Quint in Procem.lib 6.5.

Cadunt in malos omnia ſcelera. Quint.lib.7.cap.3.26.

Cadit de his aliquid in omnes. Quint. lib.7.cap.3.39.

Cadit frequeter in causas ipſa linearis ratio, ſi de terminis menſu-

menſuriſque ſunt lites. Quint.lib 1.cap.10.28.
Cadere in legem. Senec. de Benef.lib 3.cap.7.
Cadere non abruptè in narrationem, optimum eſt. Quint. lib.4.cap.1.54.
Cadit in rerum naturam, vt duos ſapientes aliquando iuſtę cauſæ in diuerſum trahant. Quint.lib.2.cap.17.20.
Cadere in ſpeciem ſolœciſmi. Quint.lib 1 cap.5.26.
Cadere poſſunt plures quæſtiones in vnam. Quint.libr.3. cap.6.65.
Cadere ſub regulam. Seneca de Benef.lib.3.cap.11.
Quod cecidit ſorte, id arte vt corrigas. Terentius Adelph.4. 7.22.
Cadere irritum. Tacit.lib.15.238.27. Subauditur præpoſitio.
Quò cadant promiſſa, non curat. Hor.2.Epiſt.1.11.
Quocunq; res cadent Virg 2. Aeneid.141.
Verba cadentia. Horat.1.Epiſt.19.3.
Cadere ſimiliter. Quint.lib.1.cap. de Orthographia.12. Similiter cadentia vocat, quæ ſunt eiuſdem terminationis.
Fonte Græco cadunt verba quædam. Horat. in Arte.Poët. 11 Hoc eſt, à Græco in Latinum deriuata.
¶ Cadere: *Mori.* Cæſar 3. bell. Ciuil. 207. Ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus. Plaut. Amph.4.81. Crebri hoſtes cadunt.
Hoſtia cadere dicitur ante aras. Virg.1.Aeneid 68.
Ouis cadit deo Somno. Ouid.4.Faſt.131, Id eſt, immolatur.
Ante diem cadere. Virg.4.Aeneid.124.
Fataliter. Ouid.12. Metam.14.
In media arma. Stat.11. Thebaid.35.
Acie. Ouid.7. Metamorph.29.
Bipenni. Ouid. 12. Metam 123.
Enſe Valer.lib 1.Argonaut.164.
Fraude muliebri. Tacit.lib.2.49.34.
Iaculo. Ouid 3. Metam.24.
Manu. Seneca in Agamem.6.25.
Sua manu. Tacit.lib.15.
Marte fœmineo Ouid.12. Metam.122.
Marte ſuo Ouid.3 Metam.25.
Pleno anno. Horat.3. Carm.ode 18.1,
Si tener pleno cadit hœdus anno, id eſt, anno completo mactatur, ſeu immolatur.
Pro patria. Quint.lib.2.cap.15.20.
Oculi cadentes. Stat.11. Thebaid.124.
Morte cadentes. Stat.3.Sylu.5.8.
Oriri & cadere ſtellæ dicuntur. Ouid 1. Faſt.56.
Orion cadit. Horat.Epod.10.2.
Arcturus cadens. Horat.3 Carm.1.6. Sic Virg.1.Georg.46,
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes.
Aſtra cadentia Virg 8 Aeneid.12.
Dies cadens. Ouid.4.Metam.126.
Phœbus oriens, medius & cadens. Ouid.11. Metam.119.
Sol cadens Virg.4.Aeneid.97.
Lapſa cadunt ſydera. Propert.lib.4. eleg.4.13.
Sydera cadentia. Virg 4. Aeneid.17.
Mundus cadens. Lucan.lib 2.58, Id eſt, corruens.
¶ Caſus: dicitur quod fortuitò hominibus accidit.
Caſum victoriæ inuenire. Salluſt.in Iugurtha.
Leuamen caſus. Virg.3. Aeneid.141.
Caſuum maris ignarus. Tacit lib.2.34.17.
Mortis caſus. Virg.10.Aeneid.165.
Caſum pugnæ præbere. Tacit lib.11.157.3.
Felix caſu quodam Horat.1.Serm.Satyr.6.11.
Acerbus caſus. Virg 5.Aeneid.159.
Admirabilis. Quint. lib 2 cap.17.20.
Anceps caſus belli Lucan.lib.3.158.
Breuis. Seneca in Troade,4.15.
Durus. Virg 6. Aeneid 76.
Opitulari caſibus grauiſſimis. Celſ.lib.5.cap.23.
Horrendos caſus fari. Senec. in Hercu. Furen.9.8.
Incerto caſu pendere res dicitur, cuius exitus in dubio eſt. Seneca in Troade, 10.12.
Infandus caſus. Virg 8. Aeneid.114.
Marini caſus. Virg 2.Georg.14.
Nefandus Seneca in Hippol.10.1.
Siniſter. Stat.lib 6.Thebaid.145.
Subitus. Iuuen. Stat.3.27. Ouid.Epiſt.13.27.
Varij caſus. Virg.1 Aen 42.
Varios tremere caſus. Seneca in Troade,4.13.
Attulit ipſe viris optatum caſus honorem. Virgil.5.Aeneidos 41.
Agi caſibus. Virg.1.Aeneid.49.
Auertere caſum dicitur Deus. Virg.3. Aen.53.
Concuti caſu acerbo. Virg.5.Aen.139.
Concuſſus animum caſu amici Virg.5. Aen.173.
Tempus locumque dat caſus: Id eſt, fortuna. Senec.in Hippol.4.14.
In caſum dare. Tacit. lib.1.16.38, Fixum Tiberio fuit non omittere caput rerum, neque ſe Remque publicam in caſum dare.
Caſu deterritus. Quint.lib.1.cap.10.35.
Euadere caſus. Virg.4. Georg 97.
Exhauſtus caſibus. Virg.1. Aeneid.121.
Expendere caſus. Virg.12.Aeneid.5
Flere caſus alicuius. Ouid.1. Amorum, eleg.12.1.
Caſus apibus quoq; noſtros vita tulit. Virg. lib.4. Geor.51.
Varijs caſibus iactatus. Quint.lib.7.cap.3.22.
Impeditus caſu caſu aliquo. Quint.lib.2.cap.18.3.
Indignari caſum amici. Virg.2. Aeneid.19.
Inſequitur te caſus. Virg.1.Aeneid 124.
Inſultare caſibus alicuius. Ouid.5.Triſt.eleg.9.1.
Inuenire caſu. Quint. lib.5.cap.10.16.
Manent eos caſus. Quintil.lib.6.cap.14.
Minari caſum dicitur fortuna. Virg.8.Aeneid.114.
Miſerari caſum amici. Virg.5. Aeneid.69.
Mœrere caſus alicuius. Silius, lib.16.1.
Caſu quodam in ſyluis natus. Liu.1. ab Vrbe,12.2.
Caſu inopinatæ rei obmutuit. Quint.lib.6.cap.1.30.
Onerare caſus ſuos: Augere mala. Seneca in Thebaid.1.39.
Pandere ſuos caſus. Ouid.14.Metam.45.
Perpeti caſus. Valer.lib.3. Argonaut.64.
Perculſus caſu iniquo. Virg.6.Aeneid.95.
Quanti caſus humana rotant? Seneca in Hippol.11.1.
Renouare caſus. Virgil.2. Aeneid.144.
Rouoluere Virgil.10. Aeneid.12.
Ars caſum ſimulet Ouid.3.de Arte,31.
Timere caſum aliquem. Lucret.lib.3.200.
Caſum vlciſci. Quint.lib 6.cap.1.14.
¶ Caſus, *pro morbo, vel pro ſymptomate* Celſus, lib. 4. cap. 20, Deinde vbi ad ſe redit, circuncidendum vinum eſt in totum annum, etiam ſi caſus idem non reuertitur.
¶ Caſus, *pro periculo.* Celſus de Gangræna: Præcipueq; in hoc caſu, petendum, non à medicamentis ſolùm, ſed etiam victus ratione, præſidium eſt.
Sub caſu aliquo ducere ſomnos. Virg.4.Aeneid.112.
Hyemis caſus Virg 1.Georg.68. Id eſt, circa finem hiemis, ante quam ver incipiat. Seruius.
Caſus vrbis: *Ruina.* Virg 1.Aeneid.
Altior caſus. Iuuenal Saty.10.11.
----Grauiore caſu Celſæ decidunt turres. Horat. 2. Car.
Caſibus Saturnini atq; Gracchorum expiata: Id eſt, morte. Cæſar 1 bel. Ciuil.30.
Caſus, quo infantium corpora toties in terra deferuntur, non eos grauiter affligit. Quintil lib.1.cap.12.8.
Celerare caſus. Lucret.lib 2.47.
¶ Caſu: *id eſt, ex inopinato.* Horat.1. Serm Saty.9.8,
----& caſu tunc reſpondere vadato Debebat.
¶ Caſurus. Arces caſuræ. Ouid.12. Metam.118.
Fontes caſuri in æquora. Lucan.lib 2.84.
Mœnia caſura Ouid.3.Metam.75.
Nomen caſurum nulo tempore: id eſt, perpetuum. Ouid.1. Amorum, eleg.15 4.
Ruina caſura. Ouid.2.de Ponto, eleg.3 12.
¶ Caſito, Paulus. De ſeruit.vrb.præd l.ſeruitutes. Si ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis areæ ibi ædificare, vbi caſitare cœpit ſtillicidium. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex tabulato, vel ex alia materia caſitare non poteſt.
¶ Caducus: in ruinam proliuius.
Bello caducus. Virg.6.Aen.96. id eſt, mortuus.
¶ Caduca aqua Frontino dicitur, quæ de lacu abundat. Sic Varro, Caduca aqua, quæ de canalibus defluit. Ouid.2.de Ponto, eleg.7.8,　----vtq; caducis
Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis. Id eſt, cadentibus.
Fama caduca. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.10.
Folia caduca. Ouid.2. Amorum, 16.eleg.9.
Frondes caducæ. Ouid.3.Triſt.1.eleg.9.
Fulmen caducum. Horat.3. Carm.4.ode 9.
Glandes caducæ. Lucret.lib.5.274.
Lacrymæ caducæ. Ouid.6 Metam.80.
¶ Caducæ literæ, à Plinio dicuntur, lib.13. cap. 12.5, id eſt, fugaces & fugientes.
Preces caducæ Ouid.1 Faſt.37,　—nec lingua caducas
Concipit vlla preces, dictaq; pondus habent.
Spes caduca. Ouid.9.Metam.120.
Tela caduca. Propert.lib 4.eleg.2.11.
Caduci tituli. Plin in Paneg.92.
Verba caduca Ouid.21 Epiſt 42.
Caduca bona Marcellus De iis quæ in teſt.delentur. Proximè in cognitione Principis, quum quidam nomina hęredum induxiſſet, & bona eius vt caduca è fiſco vendicarentur, diu de legatis dubitatum eſt. Quoniam verò iucundum erat, ſubſtituto legatum caducũ accipere, quaſi

rem minimè ſperatam: ideò Iuuenalis dixit Satyr.9.9,

—propter me ſcriberis hæres, Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. Caducum ex lege Papia legatum erat, ſub aliqua conditione relictum: qua deficiente, cadebat, & redibat vel ad teſtatorem viuum, vel ad ſubſtitutum, eo mortuo. Vnde eſt titulus apud Iuſtin. in C. De caducis tollendis.

¶ Caduciter: pro præcipitanter. Varro Et ratione: Aut frigidos nimbos, aqua iſta caduciter ruentes pertimuerunt aquatile querquetulæ natantes.

¶ Cadiuus: per ſe cadens. Plin. lib. 15. cap. 16. 1, Colligi mala poſt æquinoctium Autumnale, neq; ante XV. lunam, neq; ante primam horam: Cadiua ſeparari, ſtramentis eſtoreis palciſue ſubſterni.

CADVCEVM] Eſt virga, qua bellum dirimitur. Liuius 8. ab Vrbe 101. Ipſos ſe in deditionem Conſulis caduceum præferentes permiſiſſe.

¶ Caduceator. Legatus pacem petens. Cato: Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. Liuius. 6. bel. Pun. 89, Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit, qui promitteret, ſi inde miſſus foret, ſe omnem exercitum ex Hiſpania deportaturum. Idem 1. bel. Maced. 151.

¶ Caducifer, Nomen quo Mercurius vocatus eſt, propter donatam ei ab Apolline virgam, qua duorum draconum inter ſe dimicantium pralium, quum in Arcadiam proficiſcerètùr, diremiſſe fertur. Ouid. 2. Metamor. 70. & 142,

Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis.

Atlantiades caducifer. Ouid. 8. Metam. 126.

CADVRCVM.] Velum, ſeu culcitra ex lino candidiſſimo facta, in quo, vt ait Plin. lib. 19 cap. 1, Cadurci Galliæ populi præcipuam gloriam obtinent. Iuuena. Saty. 7. 23, Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; cadurci.

CADVS.] genus vaſis vinarij, decem congios continens. Colum lib. 12. cap. 28. 3, Si in vetuſtatem ſeruare voles, in cado duarùm vrnarum quàm optimi vini ſextarium, aut fæcis generoſæ recentis ſextarios tres addito. Plin. lib. 19. cap. 5, de Cucurbitis: Nuper in balinearum vſum venère vrceorum vice: iampridem etiam cadorum, ad vina condenda.

Cadi formam turbinatam, nucis pineæ ſimilem fuiſſe, ex Plinio intelligimus. qui lib. 17. 27. cap. 3, turbines cadorum dixit. Vtebantur autem antiqui etiam ad ſalſamenta condenda Idem Plin lib 32, Quin & teſtis cadi ſalſamentarij tuſis, cum axungia vetere ad parotidas vtuntur.

Chij falerni cadus. Horat. 2. Serm. Saty. 24.

Temeti. Horat. 2 Epiſt 2. 33.

Ahenus cadus Virg. 6. Aeneid. 46.

Chius. Horat. 3. Carm. 19. ode 1.

Fragiles cadi Ouid 12 Metam. 49.

Fumoſus. Ouid. 5. Faſt 104.

Porus. Horat. 3. Carm 15. ode 3.

Siccati cadi. Horat. 1. Carm. 35. ode 6.

Verſus. Horat. 3 Carm. 29. ode 1.

Elicere cadum. Horat. 4. Carm. 12. ode 4.

Onerare vina cadis. Virg. 1. Aeneid. 40.

Parcere cadis. Horat. 2. Carm. 7. ode 4.

CAECIAS.] Ventus flans inter aquilonem & exortum Aequinoctialem. Plin. lib. 2. cap. 47, Narrant & in Ponto Cæciam in ſe trahere nubes.

CAECVS.] qui caret lumine.

Futuri cæcus, id eſt, neſcius. Claud. 1 de Raptu Proſerp. cæca futuri Gaudia. 28. de Cerere. Sic idem 2. in Eutrop. 109.

Amore auri cæcus. 1. Aeneid 71.

Cæcus animi Quint. lib. 1. cap. 10 23.

Cæcus fraude & ira. Liu. 8. ab Vrbe, 137.

Furorè amenti cæcus Catul. 59. 40.

Metu. Plin. lib 10. cap. 33 10.

Aceruus cæcus. Ouid 1. Metam. 5, confuſus.

Aditus. Seneca in Herc. fur. 10. 1.

Amor ſui. Horat. 1 Carm. 18. ode 3.

Amator. Horat. 1. Serm 3. Saty 8.

Amictu cæco terram condit nox. Sil. lib. 12. 123, id eſt, nigro.

Caligo cæca. Virg. 3. Aeneid. 41.

Carcere cæco clauſus. Virg. 6. Aeneid. 147, id eſt, obſcero.

Cauernæ cæcæ. Ouid. 5 Metam 128.

Cauſæ cæcæ. Lucret. lib. 64, id eſt, incògnitæ, incertæ.

Chaos cæcum. Seneca in Med. 10, 1.

Comæ cæcæ Ouid. ad Liuiam, 20.

Cupido cæca. Ouid. 3. Metam. 124.

Curſus cæcus. Lucan. lib. 2. 114.

Domus cæca. Ouid. in Ibin, 76.

Enſis cæcus. Stat. 9. Theb. 40.

Error cæcus quo cœpit eat. Seneca in Herc. fur. 12. 9.

Euentus cæcus, Virg. 6. Aeneid. 32, id eſt, incertus.



Fata cęca. Horat. 2. Carm. 13. ode 4, id eſt, improuiſa, & quę videri non poſſunt.

Fores cæcæ. Virg. 2. Aeneid. 91, id eſt, non omnibus notæ.

Cæcæ foſſæ: Id eſt, non patentes Apud Columellam.

Furor cæcus. Horat. Epod. 73, id eſt, excæcans.

Hiſtoria cæca. Ouid. in Ibin, 12.

Homines cupidine cæci. Lucret lib 4. 232.

Cæcus ictus. Liu. 4. bel. Maced 152.

Ignis. Virg. 4. Aeneid. 42, id eſt, cuius origo non apparet.

Cæca inuidia & ira Liuius 8. bel Maced 71 & 217.

Cæcum iter explorat. Ouid. 10. Metam. 92.

Limites cæci. Ouid. 4. Metam. 74.

Lituræ cæcæ. Ouid. 11. Epiſt. 1.

Loca cæca. Propert. lib 1. eleg. 18. 2.

Manus cæca. Lucan. lib. 3. 144.

Manu cæca ſpargit, munera. Senec. in Hippoly. 9. 5.

Mars cæcus Virg. 2. Aeneid. 67, id eſt, nocturnum prælium.

Mens cæca. Ouid. Metam. 101.

Metus cæcus Ouid. 2. Faſt. 165.

Cæcus morbus: Obſcurus, & cognitu difficilis. Colum lib. 1. cap. 5. 5.

Motus cæci. Horat. 3. Carm. 27. ode 5.

Mugitus terræ cæcus. Seneca in Troade 3. 2.

Murmur cæcum. Virg. 12. Aeneid. 119.

Parietes cæci. Virg. 5. Aeneid. 117.

Pauores. Valer. 7. Argonaut. 30.

Pectora cæca. Lucret. lib. 2. 3.

Pericula. Propert. lib. 2. eleg. 28. 2.

Plagæ cæcæ. Lucret lib. 2 26.

Pugna cæca. Valer. 5. Argonaut. 133.

Puluis cæcus. Virg. 12. Aeneid. 90.

Ramus. Plin lib. 16. cap. 30. 4.

Ratio cæca. Lucret lib. 5. 201.

Saxa cæca Virg 5. Aeneid. 33, id eſt, latentia.

Scelus cæcum retegere. Virg 1. Aeneid. 72.

Sonus cæcus. Senec in Troade, 3. 2.

Sors cæca. Horat. 2 Serm. 3. Saty. 54.

Spicula cæca. Virg. 4. Georg. 48, id eſt, breuia, quæ poſſunt latere.

Stimulus cæcus. Lucret lib. 3. 179.

Tabes cæca. Ouid. 9 Metam. 35.

Tecta cæca Ouid. 8 Metam 32.

Tenebræ cæcæ. Lucret lib. 2. 150.

Timor cæcus. Ouid. 1. Amorum, 4. eleg. 9.

Vada cæca. Virgil. 1. Aeneid. 108, id eſt, incognita, latentia.

Venenum cæcum. Lucret. lib. 6. 165.

Cæca veſtigia: latentia. Virgil 6. Aeneid. 6, Cæca regens filo veſtigia. Idem 2. Aeneid. 72,

----inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies.

Via cęca. Ouid. 2 Amorum, 11. eleg. 4.

Vndæ cæcæ. Virg 3. Aeneid. 40, id eſt, incertæ, quia ſydera non apparebant.

Vulnus cæcum. Virg. 10. Aeneid. 146.

Cæco die emere aliquid. Plaut. Pſeud. 5. 68, Eme die cæca herclè oliuum, id vendito oculata die: id eſt, eme non præſente pecunia, ſed in die pacta, reuende pecunia præſente. Vocant & Iuriſconſulti cæca teſtimonia, quæ ſcripto perhibentur abſentibus.

Cæca reluxit dies. Tacit. lib. 20. 407. 16; Hypſea cæcior. Horat. 1. Serm. 2. Saty. 93,

Hypſea, matrona fuit vitioſis oculis. Acron.

¶ Cæculus, Plaut. Perſa. 8. 12, Tua cæcule cauſa?

¶ Cæcitas: Plin. lib. 10. cap. 40. 1, Capriſq; cæcitas.

¶ Cæcigenus: qui cæcus natus eſt. Lucret. lib 2. 149,

Nam cùm cæcigeni, ſolis qui lumina nunquam
Aſpexère, tamen cògnoſcant corpora tactu,
Ex ineùnte æuo nullo contincta colore.

¶ Cæco: Luminibus priuo. Plin. de Viris illuſtribus, 34. Potitios Herculis ſacerdotes precio corrupit, vt ſacra Herculea ſeruos publicos edocerent: vnde cæcatus eſt.

¶ Cæculto: Cæcis proximus ſum acie obtuſa. ait Feſtus. Plaut. Numnam mihi oculi cęcultant? Eſtne hic noſter Hermio?

¶ Cęcutio: parum video. Varro: Vtrùm oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi ſeruos in armis contra dominos?

CAEDO.] propriè ſignificat Flagellare. Terent. And. 1. 2. 28, Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam. Iuuenal. Saty 3. 27, Ebrius ac petulans, qui nullum fortè cæcidit, Dat pœnas.

Flagellis cædere. Horat. 1. Serm. 2. Satyr 9.

Cædi diſcipulos deforme ac ſeruile eſt. Quint. lib. 1. ca. 3. 8.

¶ Cędere: *Percutere*, Cędere aliquē calcib. Plaut. Pœn. 9. 71.

Enſe cædere Ouid. 3. de Ponto, 2. eleg. 12,

Aduena virgineo cæſus vt enſe cadat.

Ferro. Lucret. lib. 6. 34.
Ferula. Horat. 1. Serm. 3. Saty. 24.
Marmor cædere. Papinian. in l. Diuortio. ſi vir in fundo ff. Soluto matrimonio. Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuoſiorem fecerit: marmor, quod cæſum, neq; exportatum eſt, mariti eſſe, & impenſam non eſſe ei præſtandam.
Cædere pugnis. Plaut. Curcul. 4. 44. Horat. 1. Serm. Satyr. 2. 14.
Cædere femur, pectus, frontem, mirè ad pullatum circulũ facit. Quint. lib. 2. cap. 12. 6.
Cæſa ſecuribus vrat. Ouid. 9. Metam. 75.
Cędere pluteum. Perſ. Saty. 1. 11,
Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit vngues.
Saxis cędere populum. Horat. 2. Serm. 3. Saty. 26.
¶ Cædere: *pro excindere.*
Falce comam cędere. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 7.
Hic viridem dura cędere falce comam.
Montes. Plin. lib. 36. cap. 1. 2.
Robora. Ouid. 8. Metam. 156.
Syluas. Cæſar 3. bel. Gal. 459.
Vineta Horat. 2. Epiſt. 1. 45.
Cedere bidentes: Immolare, per metaphoram. Virg. 5. Aeneid. 50, Victimas. Liu. 10 ab Vrbe, 30. & lib. 8. 27.
¶ Cęſus: Participium.
Ceſę arbores. Plin. lib. 16. cap. 12. 5.
Heliades cęſę pectora. Ouid. 2. Metam. 34.
¶ Cęſura: Inciſura. Plin. lib. 15. cap. 43. 4, Maior ad firmitatem cauſa tempeſtiuę cęſurę Lucretius lib. 4. 131,
——& generatim extima membrorũ circũ ceſura coërcet.
¶ Cæſuratim: Succinctè. Sidonius Claudiano: Tota de illo dicto ſic cæſuratim ſuccincta, quàm profluens.
¶ Cęſio: pro Cęſura. Colum. lib. 4. cap. 33, Et poſt quinquẽnium cęſa, more ſalicti recreatur, atq; in palum formata, ferè vſq; in alteram cęſionem perennat.
¶ Cęſim: Cędendo. Liu. 7. bell. Pun. 39, Proiecto lęua ſcuto in aduehientis arma hoſtis, vanum cęſim cum ingenti ſonitu enſem deiecit.
Cęſim ac punctim. Liu. 2. bel. Pun, 192.
Cæſim operari in vinea. Colum lib. 4. cap. 25. 3, Maior autem pars operis in vineam ductim potiùs, quàm cæſim facienda eſt.
¶ Cędes: mors non fatalis, ſed ferro, aut ligno, aut ſaxo, ſimilibusq; illata. Plin. lib. 14. cap. 13. 1.
Cędis amor. Ouid. 13. Metam. 165.
Imago. Ouid. 8. Metam. 102.
Auidiſſimus. Ouid. 1. Metam. 33.
Molitor Tacit. lib. 11.
Acerba cędes. Stat. 6. Thebaid. 30.
Acris. Ouid. 11. Metam. 81.
Cruenta. Lucanus. lib. 7. 168.
Dira. Ouid. 3. Metam. 125.
Fera. Seneca in Octauia. 8. 8.
Feralis. Claudian. de bello Gildon. 25.
Furialis, Ouid. 6. Metam. 132.
Hoſtilis. Seneca in Herc. furen. 11. 5.
Impia Horat. Carm. ode 24. 6.
Inexhauſta Stat. 10. Thebaid. 53.
Lethifera. Claudian. 5. Paneg 24.
Miſerrima. Virg. 11. Aeneid. 177.
Nefanda. Ouid. 5. Metam. 35.
Notabilior. Tacitus lib. 19. 349. 30.
Patrata. Tacitus lib. 4.
Profunda. Stat. 10. Thebaid. 167.
Sæua. Ouid. 1. Metam. 16. & 33.
Sanguinea. Ouid. 13 Metam. 17.
Accumulare cędem cęde. Lucret. lib. 3. 15.
Ardeſcere cęde. Ouid. 12. Metam. 48.
Committere cędem. Ouid. 14. Epiſt. 12.
Deterrere cędibus. Horat. de Arte poetica, 79.
Feſtinare cædes. Tacitus lib. 14.
Furere cæde. Virg. 2. Aeneid. 100.
In cædes ire. Tacitus lib. 13.
Madefieri cęde. Ouid. 15. Metam. 165.
Madere cęde. Ouid. 1. Metam. 13.
Perimere cęde vna. Virg. 9. Aeneid. 94.
Sternere cęde viros. Virg. 10. Aeneid. 23.
Suſcitare cędem. Virg. 12. Aeneid. 101.
Tepere è cęde. Ouid. 4. Metam. 33.
Vaſta cędes. Seneca in Troade, 6. 8.
¶ Cędes, *pro ſanguine.* Ouid. 4. Metam. 35,
Arborei fœtus aſpergine cædis, in atram
Vertuntur faciem.
¶ Cęduus. Plin. lib. 13. cap. 4. 10, Cęduę palmarum ſyluæ. Colum. lib. 3. cap. 3. 2.
Arbores cęduę. Papinianus in l. Diuortio. §. ſi fundum. ff.



Soluto matrimonio. Puto autem, ſi arbores cęduę fuerint, vel germinales, dici oportere in fructum cędere.
Sylua cędua Paulus in l. Sylua cędua. ff. de Verborum & rerum ſignificatione. Sylua, inquit, cędua eſt (vt quidam putant) quæ in hoc habetur vt cæderetur.
Cęduę naturę frutex. Plin. lib. 12. cap. 19. 4.
CAELASSIS.] Antiquũ vocabulum, pro Cęlaueris. Feſtus.
CAELATVRA.] Vide COELO.
CAELEBS.] Dicitur tam qui caruit ſemper vxore, quàm qui nunc caret.
Maritus & Cælebs, contraria. Quint. lib. 5. cap. 10.
Cælebs mulìere. Plaut. Caſina. 6. 11.
Cęlebs arbor. Plin. lib. 17. cap. 23. 6.
Lectus Catullus, 63. 2.
Platanus. Horat. 2. Carm. ode. 15. 1, Cęlibem vocat, quòd vites ei, non vt vlmis, quaſi matrimonio iungantur.
Celebs ſine palmite truncus. Ouid. 14. Metamorph. 133.
Cælebs vita. Ouid.
¶ Cęlibatus. Felix Capella, in libro de Nuptijs Mercurij & Philologiæ: Placuit Mineruę pellere cęlibatum.
CAELESTIS, CAELICOLA, CAELITES.] Vide CAELVM.
CAELO] Inſculpo. Virg. 1. Aeneid. 129,
—cælataq; in auro Fortia facta patrum.
Libidines in poculis cælare. Plin. in Proœmio libri 33. 5.
Cælare æquora, flumina, beſtias, & alia, in vaſis. Ouid. 2. Metamorph. Idem 5. Metam. 38.
Cęlare argentum. Ponponius in l. & ſi non ſunt claui. quid ergo ff. de auro & argento legato. Quid ergo ſi cœptum ſit argentum fabricari, &c. Certè ſi iam erat factum, ſed cęlabatur, facti appellatione continebitur. An & cælati appellatione continebitur, quod cælari cœpit? Et puto contineri, ſicui forte cęlatum ſit argentum legatum.
Craterem cælare longo argumento. Ouidius 13. Metamorph. 148.
Cælatus ſcyphus ſeſtertijs centum. Plin. lib. 33. cap. 11. 8.
Cęlare ſcuta auro. Liu. 9. ab Vrbe, 208. Virgil. 5. Aeneid. 61.
—cęlatamq; argento ferre bipennem.
Velamina cælata multa arte. Valer. 5. Argon. 2.
¶ Cælare opus, *metaphoricè pro componere.* Horat. 2. Epiſtol. 2. 19.
Carmina compono, hic elegos, mirabile viſu,
Cęlatumq; nouem muſis opus. Vbi Porphyrio: Cęlatum, variatum, & quaſi pictum.
¶ Cælatura: Eſt, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit, inquit Quintilianus lib. 2. cap. 21. 6. Plin. lib. 19. cap. 4. Superq; piſtrinarum operibus & cęlaturis viuere. Quintil. lib. 19. cap. 17. 6, In cęlatura clypei Achillis & lites ſunt & actores.
Aeſtimatio cęlaturę. Paulus in l. ex argento. ff. de condictione furtiua. In condictione poculorum etiam cęlaturæ æſtimatio fiet.
Cęlatura etiam rupit tenuem laminã. Quint. lib. 2. cap. 4. 6.
¶ Cęlator. Plin. lib. 34. cap. 8. 35.
Cęlator cęlum deſiderat, & pictor penicilla. Quintil. lib. 2. cap. 21. 15.
Cęlator curuus. Iuuenal. Satyr. 10. 15.
¶ Cęlamen: idem quod Cęlatura. Ouid. 13. Metam. 59.
—neque enim clypei cælamina nouit,
Oceanum & terras, cumq; alto ſydera cælo.
CAELVM.] inſtrumentum quo vtuntur argentarij, authore Seruio in primum Aeneid. Quintilian. lib. 2. cap. 11. 15. Stat. lib. 4. Sylu. 6. 6,
Hic tibi, quæ dictio multùm vigilata Myroni
Aera, laboriferi viuant quæ marmora cęlo Praxitelis.
¶ Celum, *ſignificat etiam mundum.* Varro de Ling. Lat. lib. 4, Cęlum dictum ſcribit Aelius, quòd eſt cęlatum: aut à contrario nomine cælatum, quòd apertum eſt. Sipontinus: Cęlum, quod alio modo dicitur mundus, cuius circumflexu cuncta teguntur, quòd cælatum, hoc eſt, ſignatum ſyderibus ſit. Cælum quidem haud dubiè cælati argumẽto diximus, vt interpretatur M. Varro. Virg. Cælum qui vertice fulcit.
¶ Cælum, *aër etiam dicitur.* Virgil. 1. Georg. Et varium cæli prædiſcere morem.
Grauis cælo ac terris: id eſt, dijs & hominibus moleſtus. Seneca in Hippol. 2. 22.
Abrupta cæli. Stat. Thebaid. 3. 53.
Aperta. Lucret. lib. 6. 164.
Arx. Virgil 1. Aeneid. 51.
Axis cæli. Virgil 6 Aeneid. 158. Id eſt, cælum.
Bona. Ouid. 2. Metamorph. 2.
Commercia. Ouid. 3. Amor. 109.
Conuexa: idem, Conuexum cęlum, hoc eſt, curuatum. Virg 4. Aeneid. 91.
Decus cæli. Horat in Carmine Seculari, 1.
Faces noctiuagæ. Lucret. lib. 5. 2. 240.

Fulmen Lucret.5.250.
Hiatus cæli à terris: Diſtantia quæ eſt inter cælum & terram Lucret.lib.4.84.
Honor cæli. Ouid.1. Metamorph.40.
Humor cæli mobilis: Virgil.1. Georg 84.
Lumen ſpirabile cæli. Virgil 3.Aeneid. 120.
Meatus cæli.Virgil 6.Aeneid.170.
Menſes cæli & ſydera. Virg.1. Georg.67. Id eſt, duodecim ſigna, quibus menſes cognoſcimus.
Meta cæli med a.Virgil.5. Aeneid.166.
Minæ cæli pelagiq; Virgil 6.Aeneid.23.
Morbus cæli: corruptus & peſtilens aer.Virg.3.Georg.94.
Mos cæli varius. Virgil.1.Georg.11.
Nubila cæli.Virg l.4 Georg.34.
Olympus cæli:id eſt,cælum.Virg.6.Aeneid.116.
Palatia cæli. Ouid.1 Metamorph.37.
Plaga cæli.Lucret.lib 1.220, intelligit tonitrua.
Populi ſuffragio honorem. Plaut. Bacch. 8, 34.
Honores primos. Ouidius 4. Triſt. eleg. 9, 7
Incrementum. Colum. libro 2, cap. 10, 9.
Inimicos omnes homines. Terent. And. 4, 2, 12.
Inimicitias in ſe ob aliquem. Terent. Phorm. 2, 3, 23.
Initium à re aliqua. Quint. lib. 10.
Initium capere ex arte ſolent, qui priora omiſerunt. Quint. lib. 2, cap. 11, 1.
Inſulam. Cæſar bel. Gal. lib. 4.
Inuidiam apud aliquos, aut irã militum. Liu. 5, ab Vrbe, 91.
Iudicem. Liu. 3, ab Vrbe, 305.
Iudicem de re aliqua. Plaut. Merc. 1 5, 34.
Laborem ob. Terent. And. 5, 2, 29. Tantum laborem capere ob talem filium?
Laborem inanem. Terent, Hecy. 3, 2, 9.
Laborem animo. Plaut. Trinum. 5, 53.
Laudem. Terent, Eunuch. 5, 4, 3.
Legatum. Iuuen. Sat. 9. 9.
Oculis locum capere. Virg. 2, Georg. 46. id eſt, eligere.
Loca. Cæſar 3, bel. Gal. 443.
Cepit luctus ciuitatem. Liu. 5, bel. Pun. 117.
Cepit ea Luxuria præfectos. Liu. 6, bel. Maced. 47.
Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum. Terent. And. 1, 2, 21.
Magnitudinem menſarum non capit bruſcum. Plin. lib. 15, (cap. 16, 1.
Maturitatem. Colum. lib 4, cap. 24, 1.
Mente. Liu. 7, bel. Pun. 270.
Metum. Liu 3, bel Maced. 41.
Miſeriam. Plaut. Amph. 10, 58.
Terent. Adelph. 5, 4, 20,
— miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Moderamina. Ouid. 3, Metam. 129.
Modum. Plaut. Aulul. 15. 14.
Nomen ex re aliqua. Cæſar 1, bel. Gal. 52.
Noxam. Colum. lib. 11, cap. 1, 16.
Obliuionem, Plin. lib. 7, cap. 24. 2.
Obliuia noſtri te ceperunt. Ouidius 1. Triſt. eleg. 7, 3.
Cepit animos eorum, obliuio. Liu. 7, bel. Pun. 73.
Idem 8, bel. Maced. 202.
Capere odium alicuius. Terent. Hecy. 2, 1, 22.
Odorem. Plin. lib. 13, cap. 1, 10.
Officium alicuius. Ouidius 4, de Ponto, eleg. 4, 9.
Opinionem virtutis. Cæſar 8, bel. Gal. 30.
Pallorem. Colum. libro 12, cap. 50, 15.
Cepit ciuitatem pauor. Liu. 5, bel. Pun. 116.

Pignus. Plaut. Amph. 3.68.
Pœnam de aliquo. Liuius 2, ab Vrbe 20.
Pœnas criminis. Lucanus libro 2,38.
Portum. Cæſar bel. Gal. libro 4. non procul à fine.
Prædam de prædonibus, Plaut. Trucul. 4.12.
Præmia, Virg. 5, Aen. 47.
Præmia ab aliquo. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 3.9.
Præſagia Plinius libro 18, cap. 35,2.
Prouinciam. Teren. Phorm. 1,2,23. — o Geta, prouinciam Cepiſti duram.
Pugnas Stat. 1, Syl. 6.11.
Sicut erat poſitum cęſpite fulta caput. Ouid. 1, Metam. 126.
Radicem. Plin. lib. 17, cap. 17.1.
Rationem: Inuenire modum. Terent. Heaut. 5,2,11.
Terent. Heaut. 5,2,6. Nec rationem capio, niſi quòd tibi ex animo bene volo: id eſt, ignoro cauſam.
Rationem oculis, Plaut. Pſeud. 9,1.
Cepit quoſdam religio. Liuius 8, bel. Pun. 81.
Rimam non capit cedrus. Plinius libro 19, cap. 40.11
Robur, Plinius libro 17, cap. 17,3.
Satietatem. Plaut. Amph. 55.
Cepit eum ſatietas huius rei. Terent. Eunuch. 3,1,14.
Capere ſedem, Liu 8, bel. Maced. 69.
Socium conſilijs, Virg. 5, Aen. 141.
Spem, Columel. lib. 3, cap. 9.5.
Stipendium, Cæſar 1, bel. Gal. 187.
Cepit eum tædium belli, Liu 8, ab Vrbe 5. Oui. 8, Met. 124.
— nec tædia cœpti Vlla mei capiam.
Tædia laudis te capiunt, Virg 4, Georg. 67.
Terram capere: pro, eligere, Virg. 1, Aen. 80.
Terror cepit eum, Liu. 1. bel. Maced. 135.
Timorem pro aliquo, Virg. Aen. 6,71.
Vectigal ex agro aliquo, Liu. 8, bel. Pun. 206.
Verecundia eum cepit, Liu. 4, bel. Pun. 193.
Verſoriam. Mutare conſilium. Plaut. Trinum. 14,19.
Vetuſtatem, Colum. libro 4, cap. 1,6.
Viam animo. Liu. 2, bel Pun. 212.
Vires, Plinius libro 17, cap. 21,9.
Capere virtutem animo, & corde expellere deſidiam. Plautus Trinum, 10,24.
Vitium. Colum. libro 3, cap. 18,2.
Voluptatem ex abitu alterius. Plaut. Amph. 8.10.
Voluptatem cum aliquo, Plaut. Amph. 3,1,4.
Voluptas mihi capitur, Ouidius 4, de Ponto eleg. 9,8.
Vſuram corporis alterius vxoris: pro, adulterum eſſe. Plautus Amph. 3,108.
Capiendus, Virg 4, Georg. 79.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus.
¶ Captus: Participium, Terent. Phorm. 5,77. Nunc geſtus mihi, voltusq; eſt capiendus nouus.
Capti conatus fruſtra, Liu. 3, ab Vrbe 19.
Vi captus & armis, Claud. lib. 4, Paneg. 77.
Arx capta: Expugnata. Ouidius de Nuce 81.
Locus captus, Ouidius 1, de Arte amandi, 47.
Mentes captæ. Ouid. 4, Metam. 13.
Oppida capta, Propert libro 3, eleg. 4.4.
Pectus captum. Ouid. 1, de Remed. Amoris 22.
Captum tempus ad aliquam rem, Liu. 3, bel. Maced. 41.
Captus eſt: Subaudi, amore. Terent. And. 1,1,55. Egomet continuò mecum, certe captus eſt.
Captus amore, Virg 6, eclog. 12.
— hæc quoque ſi quis Captus amore leget.
Sic vtitur tertio quoque Georg. 56.
Auro captus: Horatius 2, Carm. Ode 18,8.
Carmine captus: Delectatus. Virg. 4. Georg 70.
Captus turpi cupidine. Virg. 4, Aen 39.
Diuitijs captus: Diuitiarũ amore victus. Tibul. l. 1, eleg. 9.4.
Dolis capti. Virg. 2, Aen. 40.
Dulcedine vocis capus, Ouid. 1, Metam. 143.
Forma capta viri, Oui 10, Metam. 105, Forma, ob formam.
Fulgore aulæ captus, Senec. in Octa 2,1.
Inſidijs capta puella Ouidius epiſt. 19 14.
Somnijs captus. Horatius 4, Carm. 1, Ode 8.
Captus quadam ſuperſtitione animi, Liu 6, bel. Pun 99.
Verbis capta puella. Ouid. 1, de Arte 91.
Capti voluptate imperiti, facile ijs, quibus delectantur, conſentiunt, Quint. libro 5, cap. 11,15.
Animo captus: Inſanus, Senec. in Herc. furente. 1,22.
Captus corde amans: id eſt, parùm cordatus, vel inſanus, Plaut. Triu. 10,51.
Fraude capti, Senec. in Agam. 7,9.
Captus furore, Liu. 4, bel. Pun. 120.
Talpæ capti oculis, Vir. 1, Geor. 37. Hoc eſt, oculis debiles.
¶ Captus: Nomen. Terent. Adelph. 3,4,34. Præterea vt captus eſt ſeruulorum, non malus.
Captus, *aliter*. Plinius libro 24, cap. 10,6. Trium digitorum captu: id eſt, quantum tribus digitis capi poteſt.
¶ Captura: Captio. Plinius libro 19, cap. 1,4. ad piſcium & alitum capturam.
Captura, *pro re capta*. Plinius libro 10, cap. 40. 1. Platea capita captarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat.
Captura, *pro quæſticulo*. Suetonius in Caligula, cap. 40. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua, ex capturis proſtitutarum quantum quæque vno concubitu mereret.
Captura, *pro Præda*. Plin. lib. 11, cap. 24,5. Quum verò captura incidit, quàm vigilans & paratus ad curſum? De araneo venante.
¶ Captio: Deceptio, Plaud. Epid. 5,109. Verùm ſi plus dederis, referam: nulla in ea re captio eſt.
¶ Captioſus, pro damnoſo. Vlpianus in L. Si cum. ff. Quod metus cauſa.
Ne metus, quem paſſus ſum, mihi captioſus ſit.
¶ Captiuus: vinctus. Virg. 9, Aen. 57.
— captiuosq; dabit, ſuaq; omnibus arma.
Triſtis captiuus. Iuuen. Sat. 10,14.
Armenta captiua. Claud. 1, in Eutrop. 80.
Dare captiua brachia vinculis Senec. in Herc. Oeth. 2,2.
Mens captiua. Ouid. 1, Amorum, eleg. 2,6.
Miles captiuus, Claud. 2. in Eutrop. 117.
Piſces captiui, Ouidius 3, Metam. 198.
Res captiuæ. Ab hoſtibus captæ, Plin. Nat. Hiſt. lib. 33. c. 1.
Captiuus ſanguis: pro, Captiuorum. Virg. 10, Aen. Captiuoque rogi perfundat ſanguie flammas.
Veſtis captiua Virg. 2 Aen. 152.
Capptiuum ducere alicui. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 93.
¶ Captiuitas: Ipſa vendicatio Tacit. Quocunq; oculos Romanus intenderet, captiuitatem clademq;, & dira omnia obſeruari Plin. l. 8, c. 37. Vt ferme ante captiuitas occupet.
¶ Capto: Frequentatiuum, Ouidius 8, Metam. 40,
— modò quas vaga mouerat aura.
Captabat plumas, flauam modò pollice ceram Mollibat.
Colla captare lacertis Ouidius epiſt. 8,19.
Fontem captare manu nuda: Haurire. Seneca in Hip. 4,33.
Aera auribus captare, Virg. 3, Aen.
Auram libertatis, Liuius 3, ab Vrbe 151.
Auras naribus. Virg. 1, Georg. 76.
Auras captare dicuntur venatici canes, quum odorando veſtigia ſequuntur ferarum, Seca in Hippol. 1,8.
Baſia, Martialis libro 1,32.
Cœnam, Mart. libro. 7,28.
Compendium: Suetonius: Ex ſenio mortem, ex morte compendium captantes.
Conſilium, Ter. And. 2,4,1.
Dominationem. Tacitus libro 4.
Fauorem ex præſtantia animi, Quint. lib. 6, cap. 1,19.
Feras laqueis. Virg. 1, Georg. 28.
Frigus inter flumina & fontes, Virg. 1, eclog. 11.
Captatur gloria, Ouid. 5, Triſt. eleg. 1,15.
Gratiam capere Plin. in Paneg.
Mores nouos, Plaut. Trinum, 4.29.
Muſcas: pro Venari, inſidiari, Sueton. in Domit.
Nubes & inania. Hora. in Arte, Hoc eſt, nimis ardua & ſublimia moliri.
Obſonia, Horatius 2, Ser Sat. 7, ode 22.
Piſces arundine, Ouidius 8, Metam. 44.
Puellas. Ouidius 1, de Arte 81.
Sermonem alicuius, Terent. Phorm. 5,6,29.
Somnos: Dormire, Colum. libro 7, cap. 10,3.
Sonitum aure admota, Liuius 8, bel. Maced. 28.
Suffragia captare populi, Horatius epiſt. 2,21.
Tempeſtates, Liuius ab Vrbe, 24.
Tempus, Liu 6, bel. Pun. 61. Vt inde tempore captato abirent.
Temporum momenta, Sueton. Mart. Omnes temporum captabat articulos,
Vmbras arborum, fonticulorum amœnitatem, vel auræ refrigerationem, Colum. libro 1, cap. 11,14. Et Virg. Frigus captabis opacum.
Voces auribus, Curtius lib. 10.
Voluptatem ex aliqua re, Plinius epiſt. 161.
¶ Captare aliquem: id eſt, tentare inſidiari, Terent. Hecy. 1, 1,16. Iniurium eſt autem vlciſci aduerſarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi? Mart. l. 9,93.
Dum me captares, mittebas munera nobis:
Poſtquam cepiſti, das mihi Rufe nihil.
Docte atque aſture captare aliquem. Plautus Moſtel. 15,21.
¶ Captans: Participium.
Collum captantia brachia. Ouidius 3, Metam. 86.
Tempus captatum, Ouidius 3, de Ponto, eleg. 1,25.
¶ Captatio: venatio. Plinius libro 20, cap. 14,14.
Captatio geminata. Quint. libro 5, cap. 13,42.
¶ Captator: Qui venatur & ambit aliquid quouis modo. Liuius 3, ab Vrbe, 137. Omnis auræ popularis captator.
Captator, *pro hæredipeta & ineſcatore ſenum orborum, quibus blanditur vt ſibi hæreditas aut quiduis aliud relinquatur.* Iuuen. Sat. 10,21.
Vſque adeò grauis vxori, natisq; ſibiq;,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
¶ Captatorius, vt Captatoriæ ſcripturæ, & Captatoriæ inſtitutiones: id eſt, adulatoriæ, vt interpretantur Papinianus &

nus & Caius iuriſconſulti. (ſe ſera condecet capeſſere.

¶ Capeſſo: Capio. Plaut. Aulul. 17,4. In herum matura, in

Capeſſere, de itinere dictum. Plaut. Rud. 4,89, Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit.

Quò nunc capeſſis tu te hinc aduorſa via? Plautus Bac-

Capeſſere ſe domum. Plaut. Amphit. 4,108, (chid. 2,5.

Montem capeſſere: Aſcendere. Valer. libro 4. Argon. 64.

Capeſſere ſe in alta maris: Pro immittere. Plaut. Aſin.

Capeſſere ſe præcipitem ad malos mores. Plau. Bacch 21,1.

Capeſſere arma, vel bellum. Liuius 4, ab Vrbe 228. Virgil. 3.

— ſocijs, tunc arma capeſſant Edico. (Aen. 47.

Conſilium. Plaut. Rud. 5,14.

Curas imperij. Plin. in Panegy. 111.

Curſum ad aliquem. Plaut Capt. 13,9.

Fugam: Fugere. Liuius 1, ab Vrbe, 104. & lib. 9,207.

Iuſſa alicuius: id eſt, perficere, Vir. 1, Aen. 17. Imperia. Plautus. Trinum, 6,19.

Honorem. Tacitus libro 13,182,11.

Munia. Colum. libro 12, cap. 1,3.

Obſidia, Tacitus libro 12,154,9.

Aliquid oculis: Contemplari, intueri. Liu. 7, bel. Maced. 99.

Partem curarum, Tacitus libro 12,156,19.

Facinoris pricipium, Tacitus libro 15,237,37,

Pugnam, Liu. 3, ab Vrbe 27. Lucanus libro 3,110.

Recta: Rectam viam ingredi, id eſt, honeſtum ſequi. Horatius 2, Serm. Sat. 7,2.

Pars hominum vitijs gaudet conſtanter, & vrget
Propoſitum: pars multa natat, modo recta capeſſens,
Interdum prauis obnoxia.

Capeſſere Rempublicam: id eſt, adminiſtrare, gubernare, defendere. Salluſt Expergiſcimini aliquando, & capeſſite Rempublicam.

Solennia regni. Tacitus libro 5.

Ad capeſſendas cæremonias promptior animus. Tacitus libro 4,83,9.

Capeſſendis inimicitijs facilis. Tacitus libro 5.

¶ Capax: Qui capit ſeu continet, aut continere poteſt. Plinius lib. 10. ca, 33,2. Hirundines vtero capaci. Plin. li. 11, ca. 37,68, A' quibus capaciora inteſtina ad aluum.

Capax calix ad ſextarios tres. Plinius libro 37, cap. 2,6,

Circus capax populi. Ouidius 1. de Arte amandi, 28.

Domus capax, Ouidius ad Liuiam, 53.

Regnum capax. Seneca in Herc. furente, 9,9.

Capacibus ripis effuſus amnis, Ouidius 3, Amor. eleg, 5,4.

Scyphi capaciores Horatius Epod. 9,7.

Vrna capax. Horatius 3, Carm. 1, Ode 4.

Ad præcepta capax animus. Ouidius 8, Metam. 49.

Animo capaci concipere. Ouidius 15, Metam. 1.

Ingenium capax. Ouidius 8, Metam. 107.

Capax amicitiæ. Plin. Epiſt 37,c.

Animæ capax pulmo. Senec. in Oedip. 4,16.

Inuidiæ capax, Senec. in Troad. 6,15.

Scelerum capax iuuenis, Seneca in Octau. 4,11.

Officij capax. Claud. 1, in Eutropium, 16.

Capaciſſima omnis ſecreti vxor. Plin. epiſt. 12. lib. 1.

¶ Capacitas: Amplitudo loci, quæ capere & continere poteit. Colum. libro 12, cap. 43, 10, Et quum paulum ſub vmbra refrixerint, ternæ aut etiam quaternæ pro capacitate vaſorum in ollas demittuntur.

CAPIS.] Genus poculi, à capiendo dictum. Feſtus. Plin. lib. 37, cap. 2,8, Liuius 10, ab Vrbe, 30,

Cum capide ac lituo, capite velato victimam cædat.

CAPISTERIVM.] Genus inſtrumenti, expurgandis ſeminibus apti. Colum. lib. 2, cap. 9,9, Quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit.

CAPISTRVM, CAPISTRO, CAPITATVS, CAPITELLVM, CAPITIVM, CAPITO.] Vide CAPVT.

CAPNIAS.] Gemma ex Iaſpidum generibus, quodam veluti fumo infecta. Plinius libro 37, cap. 9.

CAPNITES.] Gemma pluribus ſpiris fumida. Plinius libro 37, cap. 10.

CAPNITIS,] Cadmiæ ſpecies tenuiſſima, quæ è fornacibus flamma atque flatu egeſta, cameris lateribusque formarum adhæret. Plinius libro 34, cap. 10.

CAPNOS.] Herba, cuius meminit, Plinius libro 23, ca. 13, 11. & libro 16, cap. 7.

CAPNVMARGOS.] Argilla rufa, intermiſſo lapide terræ minutæ arenoſæ, qua velut adipe terræ, arua pingueſcunt.

CAPO.] Vide CAPVS. (Plinius libro 5, cap. 24.

CAPPARIS.] Fruticis genus. Plinius libro 13, cap. 23. Colum. libro 11, in fine. Colum. libro 10,24.

Capparis, & triſtes Inulæ, ferulæque minaces.

Cappar etiam dicitur. Palladius: Hoc menſe menta, & paſtinaca, thymum, & origanum, & cappar.

CAPRICORNVS.] Cœleſte ſignum.

Lotus Heſperia Capricornus aqua. Prop. libro. 4, eleg. 1,18.



Tyranus Heſperię Capricornus vndę, Hor. 2, Car. ode 17,4.

CAPRIFICVS.] Ficus ſylueſtris. Plinius libro 15, cap. 19. Terent. Adelph. 4,2,39. Illic vbi etiam caprificus magna eſt. Martial. lib. 10,2,

Marmora Meſſalæ findit caprificus. Perſius Sat. 1,3.

Caprifici, *plurali numero*. Horatius. Epod. 5,4,

Iubet ſepulchris caprificos erutas Flãmis aduri Colchicis.

¶ Caprificor. Palladius: Menſe Iunio circa ſolſtitium caprificandæ ſunt arbores fici. Plinius libro 16, cap. 27,1, hoc fici caprificantur. Vide plura lib. 15. cap. 19.

¶ Caprificatio. Plin. lib. 15, cap. 19, & libro 16, cap. 27.

¶ Caprificiales dies, id eſt, caniculares: quòd eo ferè tempore mulieres Romanæ liberæ ſimul, atque ancillæ ſub arbore caprifico ſacra faciebant. Plin. lib. 11. cap. 15,2.

CAPRIMVLGVS.] qui capras emulget.] Catul. epig. 19,2.

Hæc quum legas, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus vuus caprimulgus, aut foſſor Rurſus videtur.

¶ Caprimulgus: *genus auis*: de qua. Plin. lib. 10, cap. 40.

CAPRONAE.] Nonius: Comæ quæ ante frõtem ſunt, quaſi à capite pronæ. Feſtus, Capronæ, equorum iubæ in frontem deuexæ: dictæ quaſi è capite pronæ. Nonius, Lucil. Saty. lib. 7, Aptari caput atque comas fluitare capronas Altas frontibus immiſſus, vt mos fuit illis. (Feſtus.

CAPRVNCVLVM.] Vas fictile, ſic dictum, quòd capax ſit.

CAPSA.] dicta eſt, quòd res in ea conditas capiat. Plin. lib. 15. c. 17,5. Idem lib. 8, c. 30,3, Capſarum modo includitur.

Auguſta capſa. Iuuen Sat. 10, 12.

Operta. Horatius 2, Epiſt. 154.

¶ Capſula. Plin. lib. 30, cap. 11,8. Catul. Epig. 63,8,

Huc vna è multis capſula me ſequitur.

¶ Capſarius: Qui portat libros, inquit Vlpianus.

Capſarij ſunt, qui nobiliorum ciuium filijs ad ſcholas euntibus libros deferunt in Capſula. Iuuen. Sat. 10,

Quem ſequitur, cuſtos anguſtæ vernula capſæ. id eſt, ſeruus capſarius. Suet. in Nerone, c. 36. Conſtat, quoſdam cum pædagogis & capſarijs vno prandio pariter necatos.

CAPSIS.] compoſitum ex Cape ſi vis. Quint. l. 1, cap. 5,41.

CAPVLA.] Vas vinarium, quo veteres vtebantur. Varro de Ling Lat Capis, & minores capulæ, à capiẽdo nominantur, quòd anſatæ ſint, & prehendi poſſint, id eſt, capi.

¶ Capulator: Qui capulis oleum deplet. Colum. lib. 12, ca. 50,9. Cato cap. 66, capulatoris officia deſcribit.

¶ Capulo Cato cap 67, Oleum frequenter capulet.

CAPVLVS, vel *Capulum*.] manubriũ gladij. Vir. 2, Aen. 111.

Capulo tenus abdidit enſem.

Eburnus capulus gladij, Ouidius 7, Metam. 85.

Capulum dicitur, quicquid intra ſe aliquid capit. nam Sarcophagum, id eſt. ſepulchrum, Capulum veteres dici volunt, quòd corpora capiat. Plaut. Capulo proximus. Hæc Nonius. Plautus Aſina. 16,42,

Perij miſera, vt oſculatur carnufex, capuli decus.

¶ Capularis. Capularem dici voluerunt ſenem morti contiguum. Sed & reos dicebant capulares, qui capluo digni fuerant Hæc Sipontinus. Plaut. Mil. 10,34,

Tam capulari ſtamine tibi diu videor viuere?

CAPVLICA.] genus nauis, apud Aulum Gel. lib. 10. ca. 25.

CAPVS.] Sipontinus: Galli, quibus teſtes auelluntur, libidinis abolendæ cauſa, vt magis pingueſcant, capi vocãtur Varro 3, de Re ruſt. ca. 9, 2, Capi ſeminares, quòd ſunt caſtrati. Gallos caſtrant, vt ſint capi, candenti ferro, inurentes ad infima crura, vſque dum rumpatur.

¶ Capo: Idem Mart lib. 13,63.

CAPVT.] dicitur (vt Varro inquit) quòd inde initium capiant ſenſus & nerui. Terent Adel. 2,2,37. Colaphis tuber eſt totum caput.

Capitis cæſaries Ouid. ,Metam. 37

Dolor. Horatius 2, Ser. Sat. 3,6. Exuuiæ. Senec. in Hip. 12,6.

Labore animi & capitis deuitare mala. Horatius epiſt. 1.9.

Motu capitis furens. Quint, libro 2, cap. 12,6.

Niues capitis: Capilli cani. Horat. 4, Carm. Ode 13,3.

Tegmina capitum Ouidius 3, Metam. 22.

Vertex capitis. Ouid. 3, Faſt. 169.

Volubilitas capitis: id eſt, rotunditas. Ouidius 2, Metam. 87.

Hærens capiti corona. Horatius 1, Serm. Sat. 10,10.

Altum caput. Virg. 5. Aen. 47.

Anile Ouid. Epiſt. 18,10.

Ardua capita, Virg. 5, Aen. 85. id eſt, alta, & procera.

Argutum caput. Virg. 3, Georg. 16. id eſt, breue. Seruius.

Breue. Horatius 1, Serm. Sat. 2. 18, de equis:

Quòd pulcræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.

Canum Ouidius 6, Faſt. 12.

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inq; ſuo precio rug.: ſenilis erat.

Celſum. Senec. in Hipp. 5,14. Collo confine. Ouid. Met. 71.

Cornigerum Ouid. epiſt. 5,28. Deorum. Horat. Epod. 2,4.

Denſum cæſarie. Ouidius 3, Amorum, eleg. 1,7.

Dirum. Seneca in Octauia, 5,2. Dulce. Virg. 4, Aen. 99.

Feſſum, Lucan. libro 6.20.
Flauum caput efferre. Virg.4, Georg.71.
Fultum caput. Virg.11, Aen.8.
Furiale. Horat. lib 3, Carm. Ode 11,4.
Grauatum demittere caput. Ouid.10, Metam. 39.
Honeſtum. Virg.2, Georg 79.
Humanum in. Horat. in Arte,1.
Ignauum Propert. libro 3, eleg.11,1.
Illiſum ſcopulis, Seneca in Hippol.10.21.
Illuſtre. Ouid.2 Metam.10.
Incomptum. Horat. Epod.5,4.
Indutum. Perſ. Saty.3,11.
Inſirmum Horat.1. Epiſt.17,3.
Inſanabile. Horat. in Arte 61.
Intactum. Iuuen. Saty.14,20.
Intonſis capillis. Ouid.1, Metam.114.
Lacerum. Seneca in Oedipo 11.13.
Iuuenile. Ouid.2, Metam.114.
Lanigerum. Silius libro 3,139.
Laſſum. Seneca in Herc. furent.12,7.
Laxum. Perſ. Saty.3,6.
Leue Iuuen. Saty.10.20.
Mite: id eſt, molle. Ouid.1, Metam.4,8.
Piniferum Atlantis. Virg 3, Aen 50.
Pinigerum Fauni. Ouidius 3, Faſtor.17.
Purpureum: Regium, & quod purpura tegi ſoleat. Seneca in Thyeſt.8.13.
Semiferum. Lucretius libro 4,119.
Sordidum Senec. in Herc. fur.34.
Sublime. Claud.4. Paneg.34.
Suffixum Lucanus, lib.8.133.
Summiſſum Seneca in Herc. furent.11.31.
Summum. Lucret. libro 2.123.
Timidum caput ſuga abdere, dicitur ſerpens. Virg.3, Georgic.83.
Turpe caput. Virg.3, Georg.10, id eſt, magnum.
Vacuum: Caluariam intelligit. Silius lib.13,98.
Velatum ex parte. Quint. libro 6, cap.1.36.
Venerandum. Seneca in Thyeſte 6,11.
Vile caput aſelli coronati. Iuuen. Sat.21.10.
Virgineum. Ouid. Metam.4.
Abdere caput caſſide: Inducere caſſidem ſeu galeam capiti. Ouid.8, Metam.5,
Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis,
In galea formoſus erat.
Agitare caput. Ouid.1, Metam.114.
Amputatum caput. Seneca in Agam.10,8.
Attollere caput. Ouid.5, Metam.101.
Auertere. Seneca in Oedipo 14,3.
Auferre alicui. Seneca in Oedipo 14,2.
Auulſum humeris caput. Virg.2, Aen 112.
Cinctum caput centum luminibus. Ouidius 1, Metam.62, de Argo.
Concutere caput. Ouid.1, Metam.5, & 2,10.
Concutere ſono. Seneca in Herc. fur.9.34.
Contegere amictu. Virg 12. Aen.176.
Decutere alicui. Ouidius 5, Metam.21.
Demetere ferro. Seneca in Agamem.13,7.
Demittere Virg.9. Aen.91.
Deponere ſtrato. Ouidius 11, Metam.130.
Diſcutere. Silius lib.6.56.
Diſtinguere acu. Claud. de Nupt. Hono. & Mariæ 57, id eſt, cæſariem aut capillos.
Efferre caput inter. Virg.1, eclog.5.
Effundere. Celſus lib.7, cap.7.
Erigere. Stat.6. Theb.103.
Euincire folijs. Virg.5, Aen.154.
Exornare Ouidius 2, Armorum, eleg.7,4.
Expedire laqueis. Horat.3, Carm Ode 24,1.
Expergefactum erigere. Lucret lib.5,243.
Iactare vtroq;. Virg.5, Aen.93, id eſt, in vtranq; partem.
Ictum caput. Horat.2, Serm. Satyr.1.5.
Impedire caput myrto: Cingere corona myrtea. Horatius 1, Carm. Ode 4,2.
Læditur in nobis caput. Lucret. libro 3,30.
Ligare caput vitta, Seneca in Thyeſte 8.13.
Obiectare caput fretis, dicuntur aues, quæ his geſtibus pluuiam mox futuram præſagiunt. Virg.1. Georg.78.
Obnubere caput: Velare & tegere. Stat.11. Theb.117.
Obterere ſaxo. Lucanus libro 6.36.
Occulere Ouidius 2, Metam.51.
Offendit caput ad fornicem Fabij Memmius. Quint. libro 6, cap.3,46.
Opertum caput Horatius 2, Serm. Sat.3,8.
Ornare caput folijs oliuæ, Virg.3, Georg.5.
Caput fulmen percuſſit. Lucan. libro 1,107.
Permulcere caput alicui. Silius lib.1.21.
Præcinctus caput pinu Pan. Ouidius 1, Metam.143.
Præfigere capita in haſtis. Virg.9, Aen.96.
Protegere caput ramo. Seneca, in Agamem. 12,4.
Pulſare caput dextra. Senec. in Troad.2,11.
Quaſſare caput. Senec. in Oedip.11,7. Lucret. lib.3,119.
Recidere. Lucanus libro 2,35.
Redimire coronis. Lucretius libro 5,281.
Reflectere. Catullus, epigr.42.2.
Retorquere. Ouidius 3, Metam.14.
Reuulſum caput à ceruice. Virg.4, Georg.105.
Rotare caput enſe. Lucan. libro 8,131. id eſt, rotato enſe amputare vno ictu.
Ruptum caput. Seneca in Troad.12.13.
Scabere caput in faciendo verſu, & viuos vngues rodere. Horat.1, Serm.10. Sat.15.
Summittere caput. Seneca in Herc. fur.9 38.
Superare aliquem capite. Virg.2, Aen.44.
Supponere aliquid capiti. Quint. lib.1, cap.10.16.
Tegere caput. Ouidius 9, Metam.72.
Teſtor vtrunque caput. Virg.4, Aen.72.
Velare caput, Ouidius 1, Metam.39.
Velare capita amictu. Virg.3, Aen.109.
Vnctum caput. Catullus epigr.10.3.
Caput, *pro ipſo homine*. Plaut. Moſtell,4,143. Triginta minas pro capite tuo dedi. Sic & Lepidum caput dixit Terentius, pro homine bellulo, per ironiam.
Agreſte caput. Virg.10, Eclog.4.
Audax, Senec. in Agamem.13.1.
Charum. Virg.4, Aen.71.
Dilectum. Valer. lib.4, Argon.8.
Impium, Senec. in Agamem.13,1.
Infeſtum. Seneca in Oedip.10,6.
Ingratum Seneca in Medea 7.7.
Inſuperabile bello. Ouidius 12, Metam.123.
Noxium. Senec in Medea.12,26.
Periurum. Iuuen. Sat.10.18.
Quot capitum viuunt, totidem ſtudiorum Millia. Horatius 2, Serm. Sat.1,6.
Exſerere caput altiùs vitijs. Ouidius 1. Faſt.60.
Inſultare capiti. Virg.8, Aen.112.
Obligare votis caput. Horat.2, Carm. ode 8,2.
Siquidem hoc viuet caput: pro, ſi vixero. Plaut. Pſeu.11.33
¶ Caput fluminis: Quo flumen exoneratur in mare. Cæſ. lib 4, bel. Gall. Multiſq; capitibus in Oceanum influit de Rheno.
¶ Capite cenſi: A cenſione capitum appellati ſunt, quòd ſolis capitibus cenſerentur, non bonis ſiue pecunia, quibus carebant. Saluſt. Ipſe interea milites ſcribere, non more maiorum, neq; ex claſſibus, ſed vti cuiuſque libido erat, capite cenſos pleroſq;. Gel. lib.15.
Capitis diminutio (inquit Caius Iuriſc.) eſt ſtatus mutatio. Paulus Iuriſc.
¶ Caput, *Sors*. Liu.6, ab Vrbe. Deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur.
¶ Caput, *pro vita*. Capitis res eſt: Id eſt, De vita periculum eſt Plaut. Trinum.13,117.
Pericula capitis. Ouidius 4, Triſt. eleg.1.13.
In ipſa capitis pericula aut fortunarum irrupit voluptas. Quintil. lib.4, cap.2,86.
Pœnas capitis pendere. Ouidius 3, Faſt.169.
Dabitur caput vnum pro multis. Virg.5. Aen.162.
Dependere caput Luc. l.8.21. —mallem felicibus armis Dependiſſe caput. Id eſt morti dediſſe.
Deuouere caput alicuius. Ouidius 13, Metam.66.
Capite pœnas expendere. Tacitus libro 12.
Caput inſidijs laceſſere. Catul. epig.15,4.
Obiectare periclis caput. Virg 2, Aen.144.
Caput letho offerre Lucretius libro 3,212.
Perſoluere pœnas capite. Seneca in Agamem.13.10.
Petere caput alicuius. Quint. libro 6, cap.3.19.
In caput noxiorum vertere. Tacitus libro 5.
Capitis centuriata habere comitia: Animare populum in mortem alterius. Plaut. Pſeud.20.122.
Caput ſuum offerre vilitati pro capite alterius. Plautus Capt.5,37.
¶ Caput, *pro periculo*. Liu.2, ab Vrbe. Vt in ſingulas horas capite dimices tuo Id eſt, periculo decertes.
¶ Rerum caput, *pro ſumma rerum*. Horat. Epiſt.18,9.
Generale caput. Quint. libro 3, cap.6,3.
¶ Caput, *pro fonte & ſcaturigine*. Caput Rheni, apud Horat. 1. Serm. Sat.10,8.
Indomitum caput Rheni. Lucan. lib.2.11.
Sacrum caput. Virg.4, Georg.64.
Caput ſcelerum: Id eſt, author. Plaut. Curcul.5.19.83.

Summa

Summa & caput belli. Ouidius 2, de Ponto, eleg. 1. 10.
Expugnare ipſum caput. Horat. 2, Serm. Saty. 5, 15,

— ſed vincit longè, priùs ipſum
Expugnare caput.

Caput eſſe alicui rei, Terent. Adel. 4, 2, 30, Idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.
Nec caput, nec pes ſermonis apparet: Id eſt, nec principium, nec finis eſt verbis tuis. Plaut. Aſin. 12. 139.
Caput Bithyniæ, Plin. epiſt, 298.
Caput regni. Plinius libro 12, cap. 14, 1.
Caput facere. Plinius libro 26, cap. 12, 3. de Furunculis: Remedio ſunt pycnocomi folia, trita cum polenta, ſi nondum caput fecerint. Idem lib. 22, cap. 25, 39. item furunculos, priùs quàm capita faciant.
¶ Capita, *pro ſummitatibus arborum*. Seneca in Troade 3, 3,

Mouere ſyluæ capita.

Inuiolata capita cupreſſi Claud. 3, de Raptu Proſerp. 74. Id eſt, florentia, & non antè cæſa.
Capita tignorum. Cæſar 2, bel. Ciuil. 50.
Caput vitis. Colum lib. 3, cap. 10. 1.
Capita habenæ. Celſ. lib. 8, cap. 7.
¶ Capital: Quod ſacerdotulæ etiam nunc in capite ſolent habere. Hæc Varro de Ling. Lat. Feſt. autem, Capital, inquit, linteum quoddam quo in ſacrif. vtebantur.
¶ Capital: *Adiect.* vt Capital facinus, quod pœna luitur. Feſtus.
¶ Capital, *Subſtantiuum*: dictum eſt capitis periculum. Plaut, Menæch. 3. 16. Nunquam ædepol fugiet, tametſi capital fecerit.
¶ Capitalis: Qui capitis ſupplicium meretur, vel ciuitatis amiſſionem. Terent. Adel. 4, 7, 5. Liu. Neve ea cædes capitali noxæ haberetur.
Capitalis locus: Vbi ſiquid violatum eſt, caput violatoris expiatur, Feſtus.
Capitalis ædis: In qua capitale commiſſum eſt. Plautus Moſtel. 7. 44.
Capitalem fraudem admittere: Eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. Vlpianus de Aedilitio edicto,
Capitalis inſcitia. Plinius libro 29, cap. 1, 17.
Ira capitalis. Horat. 1, Serm. Sat. 7, 3. Id eſt, vſque ad capitis & vitæ ablationem.
Capitalia iudicia. Quint. lib. 4, cap. cap. 1, 40.
Capitalis morbus: id eſt, grauiſſimus, in quo quis de capite, hoc eſt de vita, periclitatur. Gellius libro 16. cap. 13.
Nefas capitale: Quod capite puniri meretur. Ouid. ad Piſonem 9.
Capitale periculum. Plaut. Trinum 14, 77. Liuius 3, ab Vrbe 57. Cui rei capitalis dies dicta ſit.
Capitales Triumuiri: Ad quos capitalium cauſarum animaduerſio ſpectabat Liuius: Triumuiris capitalibus mandatum, vt vigilias diſponerent per vrbem.
Capitale ingenium: Ingenium ſolers exponit, Ouid. lib. 3. Faſtorum 168. vbi de templo loquitur Captæ Mineruæ:

Nominis in dubio cauſa eſt, capitale vocamus
Ingenium ſolers, ingenioſa dea eſt.

¶ Capitaliter: Plin epiſt. 5. b. Præterea reminiſcebatur, quàm capitaliter meipſum apud Centumuiros laceſſiſſet.
¶ Capiſtrum: Capitis vinculum, quod cuicunque animali adhibetur ne fugiat Varro 2, de Re ruſt. cap. 6, 4. Proximo anno noctibus patiuntur eſſe cum his, & leuiter capiſtris, aliáve qua re habent vinctos.
Ferratis capiſtris ora præfigere. Virg. 3, Georg. 80.
Martiale capriſtrũ. Iuu. Saty. 6. 5. id eſt coniugale vinculũ.
Mollia capiſtra. Virg. 3, Georg. 38 Purpureis capiſtris. Martial. lib. 1.
Frenare ora capiſtris Ouid. 10, Metam. 25.
¶ Capiſtrum, *vinculum quo ligantur vites, & ſimilia.* Colum. lib. 4. cap. 20, 2, Quare quum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur.
¶ Capiſtro. Capiſtro ligo ſiue vincio. Plinius libro 18, cap. 19, 3. Fiſcellis capiſtrari boues oportet. Columel. lib. 11. cap. 2, 74. Vt iuga vineis imponantur, & capiſtrentur.
¶ Capiſtratus. Ouidius epiſt. 2, 26,

Inq; capiſtratis Tygribus alta ſedet.

¶ Capitatio: Tributum, quod in capita ita conſtitutum erat, vt iugatio in iuga boum in L. Immunitates. & in Leg. ſequenti, De Agricol. & cenſo lib XI. C. Idem, Capitatio pro annona: in Tit. de Annonis & capitatione. Cod.
¶ Capitatus: qui caput habet. Capitatum porrum dicimus, quod in caput latiùs creſcit. Mart. libro 13, 19. Item Plin. lib. 20, cap. 6. Capitato porro maior eſt ad eadem effectus.
Capitatus clauus. Varro 2, de Re ruſt. cap. 9, 12.
Capitata vinea. Colum. lib. 5, cap. 5 8.
¶ Capitellum: Paruum caput, & craſſiorem ſummitatem cuiuſcunq; rei ſignificat. Plinius libro 24, cap. 19, 4, Inde alij ramuli aſſurgunt, ſua capitella gerentes.



Capitellum, *ſignificat etiam caput columnarũ.* Plin. l. 36. c. 29, 6.
¶ Capitium: Capitis tegmen. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. Tunicas, neq; capitia, neq; ſtrophia, neq; zonas.
¶ Capito: Qui magnum habet caput.
Duri capitones dicuntur, qui nunquam de ſua ſententia immutantur. Plaut. Perſa, 3. 6.
Capito, *Piſcis genus*, apud Catonem, cap. 158. 1.
¶ Capitulatus. Capitulatæ coſtæ Celſus lib. 8. cap. 1.
Capitulata folia: Quæ veluti capitulum quoddam in ſummo habent. Plin. Folia bouis linguæ ſimilia, minora, ſubcandida, & in cacumine capitulata. lib. 27, cap 8, 6.
¶ Capitulatim: Per capita. Plin. epiſt. 22. lib. 6, Plinius libro 2. cap. 12, 4. Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atque capitulatim attingam.
¶ Capitulum: Paruum caput. Plaut. Curcul. 7, 14, Vbi quid ſurripuêre, operto capitulo caldum bibunt.
Capitulum, *Vox blandientis.* Terent. Eunuch. 3, 3, 25, O capitulum lepidiſſimum!
Capitulum. *in columnis & ſimilibus etiam dicitur* ſummitas & culmen. Varro 3, de Re ruſt. cap. 5, 9. Cato cap. 18, 3, Scapis columnarum ſtatutis, capitulorum ratio, ſi puluinata erunt, his ſymmetrijs confirmabuntur.
CARA.] Radix eſt herbæ eiuſdem nominis, qua lacti admixta Hircius ſcribit Cæſaris exercitum diu cibi inopiam leuaſſe.
CARABVS.] genus cancri. Plinius libro 9, cap. 31.
CARACALLA.] Indumenti genus, ab Antonino Imp. populo datum: vnde & Caracallæ agnomen inuenit. Sextus Aurel. in Antonino.
CARBASVS.] Genus lini miræ tenuitatis, in Hiſpania primùm repertum, teſte Plinio libro 19 cap. 1.
Carbaſus, *Velum ex carbaſo factum.* Virg. 3, Aen. 72,

— & auræ
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbaſus Auſtro.

In numero ſingulari, hæc Carbaſus dicimus: in plurali, hæc carbaſa. Lucret. libro 6, 22,

Carbaſus vt quondam magnis intenta theatris.

Deducere carbaſa. Ouid. 11, Metam. 96.
Mota ſecundo flatu ſonant carbaſa. Ouid. 13, Metam. 14.
Præbere ventis carbaſa. Ouid. epiſt. 7. 34.
Torto ſubducere carbaſa lino. Ouidius 3, Faſt. 118.
Aura ventilantur carbaſa. Stat. 4, Syl. 3, 22.
Vocat iam carbaſus auras. Virg. 4, Aen. 84.
¶ Carbaſus: *Pallium quo quis amicitur, opulentiæ cauſa, vt ex ſerico aut tenui lino.* Virg. 8, Aen. 7.

— cum tenuis glauco velabat amictu

Carbaſus. Curtius, de Indis loquens: Corpora vſq; pedes carbaſa velant. Idẽ: Diſtincta ſunt auro & argẽto carbaſa.
¶ Carbaſa, *pro ea tunicæ parte, quæ ſinus fluentes habet in modum carbaſi veli.* Lucanus libro 3, 48,

Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.

¶ Carbaſeus: Ex carbaſo factus.
Sinus carbaſei crepantes. Virg. 11, Aen. 155.
Carbaſei venti. Tibul. lib. 3, eleg. 2, 5.
¶ Carbaſinus: Idem vt, Carbaſina vela. Plinius libro 19. cap. 1, 14.
¶ Carbaſineus: Idem. Varro de Vita pop. Rom. lib. 4. Eadem poſtea carbaſineo magis, vt pellibus tegerẽtur togę.
CARBATINA.] Calceamenti genus eſt ruſtici, vt habet Pollux lib. 7. Onomaſt cap. 22, vocatum ſic à Caris populis. Catul. in epigrammatis vocat crepidas carbatinas, 39 ad Victium.
CARBO.] Pruna extincta Terent. Adelph. 5. 3, 63, Tam excoctam reddam, atq; atram, quàm carbo eſt.
Carbo *etiam dicitur, quum eſt ignitus.* Plinius lib. 18, Et quum cinis in foco concreſcit, & quum carbo vehementer perlucet.
Lentis vrere carbonibus. Ouid. 3, Triſt. eleg. 11, 10.
Vis carbonum grauis. Lucret. libro 6, 161.
Carbone notare: id eſt, damnare. Perſius in quinta Sat. 11,

Quæq; ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim,
Illa priùs creta, mox hæc carbone notaſti.

Hor. 2. Ser. 3 Sat. 49.

— creta an carbone notandi?

Picta carbone prælia. Horat. 2, Serm. Sat 7. 20.
¶ Carbunculus: Genus terræ, vt ait Varro de Agricultura, lib 1, cap. 9, 2. quæ ſole perferuet, ita vt radices ſatorum comburat. Plinius libro 17, cap. 4. 5. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur
¶ Carbunculus: *Gemma.* Plinius libro 37, cap. 7, 1.
Carbunculus. *etiam furunculum ignitum & ex bile aduſta inflammatum ſignificat apud medicos.* Plinius libro 23, cap. 4, 3.
¶ Carbunculoſus. Colum. libro 3, cap. 11, 8, Nam carbunculoſum agrum, niſi ſtercore iuues macras, vineas efficere dixerunt.
Carbunculoſa arena: hoc eſt, rubra, & lapillis quibuſdam rubris ceu carbunculis plena. Plinius libro 31, cap. 3, 17.

¶ Carbun-

¶ Carbunculo, vel Carbunculor: Inflammatus ſum velut carbo, Plinius libro 23, cap. 3, 1. Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, & puſtulis, procedentique pupillæ efficax.

Carbunculantur ſemina, Plinius libro 12, ca. 7, 2, id eſt, contrahunt vitium illud, quod dicitur carbunculus.

Carbunculare etiam dicuntur vites, Plin. lib. 18, cap. 28, 12.

Carbunculatio, in arboribus eſt eiuſmodi corruptio, quæ verno tempore adurit lacteſcentes germinum oculos: & quum flores aduſſerit, Carbunculus tum vocatur. Plinius lib. 17, cap. 24. 6.

Carbunculatio in vitibus, vitium eſt, quum vuæ non ſatis folijs tectæ, præferuidis ſolibus interdum retorridæ fiunt, & exuſtæ, ex quo tandem aceſcunt, vt quodam vredinis carbone exuſtæ, aciniq; tunc præcoquuntur in callum. Plinius libro 18. cap. 29. 7.

¶ Carbonarius: Qui carbones conficit. Plaut. Caſin. 10, 2,
Sine modo rus eueniat, remittam ad te virum
Cum furca in vrbem, tanquam carbonarium.

Carbonarius, Adiectiu. vt, Carbonarium negotium exercere. Plinius de Viris illuſtribus, 72.

CARCER.] Locus, inquit Seruius, in quo ſeruantur noxij: à Coercendo dictus, vt ait Varro de Lingua Latina, libro 4, quòd exire prohibentur. Liuius 1. ab Vrbe, 150, Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur.

Inferorum carcer, Seneca in Hercule furente, 13, 17.

Aeolius carcer: id eſt, ventorum carcer, quibus Rex præeſt Aelus. Ouidius 2, Faſt. 92.

Ater carcer. Seneca in Hercule Oetheo, 9, 3.

Cæcus, Virg. 6, Aen. 147, id eſt, tenebroſus, 15.

Dirus, Seneca in Thyeſte, 1, 4.

Mœſtus: quia mœſtos facit. Ouid. ad Liuiam, 57.

Niger. Iuuen. Sat 13, 26.

Reuulſus: Apertus Claud, 1, de Raptu Proſerp. 9.

Ruſticus: id eſt, carcer iuri ſeruos ad glebam aſtrictos continens, Iuuen. Sat. 14, 3.

Sollicitus. Ouid. 1, Amorum, eleg. 6, 13.

Squallidus, Ouid. 2, Amorum, eleg. 2, 9.

Tenebroſus, Lucanus libro 2, 16.

Vno carcere contenta Roma, Iuuen. Sat. 3, 31.

Carcere attineri. Tacitus libro 5, 111, 10.

Carcere frænare, Virg. 1, Aen. 12.

Laxari carcere, Claud, 2, de Raptu Proſerp. 35.

¶ Carcer: *homo, per metaphoram.* Terent Phorm. 23, 26, Ain' tandem carcer? Sic Lucilius: Carcer, vir carcere dignus.

¶ Carceres, *pluraliter:* Locus in circo, vnde emittuntur equi in ſpectaculis Licet etiam ſingulariter vſurpent poetæ: vt 3, Aen. 1c, Ruuntq; effuſi carcere currus. Ouid 10, Metamor. 130, Signa tubæ dederant, quum carcere pronus vterque
Emicat, & ſummam celeri pede libat arenam.

Soluti carceres. Stat. 6, Theb. 105.

Dimitti carceribus. Stat. 6. Theb. 105.

Effundere ſeſe carceribus. Virg. 1, Georg. 102.

A' carceribus ad metas. Varro 1. de Re ruſt. cap. 3.

¶ Carcerarius quæſtus: qui ad carcerem pertinet. Plautus Capt. 4, 26.

CARCHEDONIVS.] Carbunculi genus inter metalla æris repertum, viliſſimum, minimumq;: idem fragile, & colore incertum. Plinius libro 37, cap 7. & cap 5, 10.

CARCHESIVM.] Poculi genus. Virg. 5, Aen. 16, Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Idem 4, Georgic. 76, Et mater, cape Mæonij carcheſia Bacchi. Mart. libro 8, 50.

Libare carcheſia. Stat. 2, Achil. 2.

Inuergere, vel Superinuergere carcheſia. Ouid. 7. Meta. 50.

¶ Carcheſia: Summa pars mali, id eſt, foramina quæ à ſummo mali funes recipiunt. Lucilius: Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma. Catullus: Lucida qua ſplendent ſummi carcheſia mali.

CARCINETRON.] Herbæ genus, cuius ſuccus naribus infuſus, ſupprimit ſanguinem: & cum vino potus, cuiuſlibet partis profluum, exſecrationesq; cruentas inhibet. Plinius libro 27, cap. 12, 8.

CARCINIAS.] Gemma marini cancri colore. Plinius libro 37, cap 11, 1.

CARCINOMA.] Cancer morbus. Plin. lib. 20, cap. 9, 3. Cato cap. 157, 4.

CARCINVS.] cancer. Lucanus libro 9, 108, Carcinus ardens Hic pro cancro ſydere accipitur.

¶ Carcinodes: quando vitium ſeu morbus cancri naturam imitatur, & ſerpit quaſi cancer. Plinius libro 20. cap. 17, 11, Narium quoque carcinodes conſumit illitum ex aqua.

CARDAMOMVM.] Genus herbæ odoriferæ. Plin. l. 12. c. 13.

CARDIACVS.] qui Cardiaco morbo tentatur. Horatius 2, Serm. Sat. 3, 33,
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger.

CARDISCE.] Gemma eſt, quæ fit ex draconis cerebro, viuenti abſciſſo Plinius libro 37, cap. 10.

CARDO.] quaſi cor ianuæ, quo illa mouetur: vt ait Seruius. Virg. Aen. 91,
— foribus cardo ſtridebat ahenis.

Celer cardo, Seneca in Hippol. 9, 1.

Facilis, Iuuen. Sat. 4, 7.

Horriſonus. Virg. 6, Aen. 115.

Emouere à cardine, Virg. 2, Aen. 99.

Emotus cardo Stat. 1, Theb. 69.

Stridet cardo. Virg. 1, Aen. 91.

Vellere à cardine poſtes. Virg. 2, Aen. 96.

Verſare cardinem, Ouidius 4, Metam. 19.

Verſus cardo, Virg. 3. Aen. 90.

¶ Cardines, appellantur à Vitruuio, lib. 6, c. 1, & lib. 9, ca. 4. duo cœli vertices, alter Septentrionalis, aliter Meridionalis. Lucanus libro 4, 15,
— & ſummus olympi Cardo tenet Tethyn.

Mundi cardo, qui ſemper liquidis altior extat aquis. Periphraſis eſt Septentrionalis plagæ apud Ouidium, libro 2, de Ponto, eleg. 10, 9.

Eous cardo: Orientalis. Stat. 1, Theb. 32.

¶ Cardo, *pro opportunitate.* Virg. 1, Aen.
Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Cardinem cauſæ in aliquo ponere. Quint, libro 5, cap. 12.

Cardo litium: Idem quod cardo cauſæ, ſiue ſumma totius litis. Quint. libro 12, cap. 8. 1.

Cardines temporum, à Plinio dicuntur, Ver, Aeſtas, Autumnus, & Hyems, libro 18, cap. 25.

Extremus æui cardo Seneca in Troade, 1, 11. Id eſt, exitus.

¶ Cardo, *forma agri:* quam exponit Plinius libro 18. Qui ita limes per agrum currit, Cardo appellatur. Liuius 7, bell. Maced. 233.

¶ Cardinatus. Vitruuius lib. 10. cap. 21, Coniuncta capitibus tranſuerſario cardinato tigno, & altero mediano inter duos ſcapos cardinato.

CARDVELIS.] Auis, dicta, quòd carduorum ſemine paſcatur. Plin. lib. 10, cap. 42, 1.

CARDVVS.] Herba eſt vulgò nota. Virg. 1, Georg.
Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſq; horreret in aruis Carduus.
Columel. lib. 7, cap 8, 1.

CARECTVM.] Vide CAREX.

CAREO.] Priſcianus cenſet, dictionem Caſſus, nomen eſſe potiùs, quàm participium, vt Vacuus. Virg. 2, Aen. 17,
— nunc caſſum lumine lugent.

Careo, *cum genitiuo.* Terent. Heaut. 2, 4, 19,
Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuère, quos
Præterquàm tui carendum quòd erat. (cepi, leues.

*Cum accuſatiuo.* Plaut. Curc. 3, 43, Quia id, quod amo, careo.

*Cum ablatiuo* Terent. Eunuch. 2. 1, 17, Ego non illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum?

Caruiſtne febris te heri vel nudiſtertius? Plaut. Curc. 2, 17.

Aditu carentia ſaxa. Ouidius 3, Metam. 46.

Ambitione caret pectus. Horatius 2, Epiſt. 2, 42.

Anima carere. Quint. libro 3. cap. 7, 5.

Bonis morum carere. Stat. 5, Syl. 1, 11.

Culpa carere. Terent. Hecyra 4, 4, 40.

Cura carens opera. Horatius de Arte Poet. 53.

Dolis carere. Virg. 2, Aen. 9. Patria. Terent. Heaut. 1, 1, 85.

Exemplo carere nefas dicitur, quod ab alio nemine commiſſum eſt. Seneca in Hippol. 4. 4.

Fide carere, Plin. lib. 7, cap 1, 2.

Fide carent verba. Ouidius epiſt. 2. 6.

Fine carere, Ouid. 14, Metam. 27.

Frigoribus carere, Horat. 3, Carm. Ode 19, 2.

Grauitate carens, Ouid. 1, Metam. 14.

Honore carere, Ouid. 3, de Arte amandi, 96.

Honore mortis. Virg. 6, Aen. 67. Id eſt ſepultura.

Inuidia, Ouid 13, Metam. 28.

Labe vita carens, Ouid. 1, Triſt. eleg 8, 9.

Lacrymis caruere genæ. Virg. 5. Aen. 35.

Laude ſua carere. Quint. libro 2, cap. 20 9.

Libertate carere Horatius 1, Epiſt. 10. 8.

Luce carere Id eſt, mortuum eſſe Ouid 14, Metam. 45.

Luxu carentes deliciæ. Statius 1. Sylu. 3. 19.

Malis carere. Lucretius libro 2. 1.

Mente carere bona. Ouidius 2. Amorum, eleg. 8. 2.

Metu alicuius carere Seneca in Hippol. 2. 32.

Morte carentes diui. Horat. 2. Carm. Ode 8. 3.

Munere carere. Virg. 5. Aen. 130.

Niuibus caritura Rhodope. Ouid. 2. Metam. 45.

Caret Creſſa nota. Horat. 3 Carm. Ode 36. 2.

Oculis carere. Ouidius in Ibin 54.

Peſte

Peſte carere,Virg.9,Aen.111.
Iura carentia pompa,Lucan.libro 2,71.
Reditu vela carent.Ouidius epiſt 2,6.
Rubigine dentes careant.Ouidius 1,de Arte amandi, 104.
Senſu caret mors.Ouid.Metam.65.
Senſu carentia ſemina.Lucretius lib.2.197.
Carere ſepulchro patrio Horat.2,Serm.Sat.3,39.
Sole carens domus,Ouid.2,Metam.153.
Stultitia carere,Horat.Epiſt.1,9,
Virtus eſt vitium fugere: & ſapientia prima, Stultitia caruiſſe.
Succeſſu carent doli,Ouidius epiſt.1,4.
Terrore mortis carere.Iuuen.Sat.10,36.
Venia carere,Horatius in Arte 72.
Vino carere.Hæc multa ei eſto, vino viginti dies vt careat, Plautus Aſin.13,57.
Virginitate carens,Ouid.9,Metam.67.
Virtuti carentia verba.Horatius 2.Carm ode 27,8.
CAREX.] Herba acuta & duriſſima,ſimilis ſpartho, Virgil. 3.Georg 46. Et carice paſtus acuta. Colum libro 11,cap. 2,46,Filix quoque aut carex vbicunque naſcitur,Auguſto menſe recte extirpatur.
Carectum: Locus caricibus plenus.Vir.3,Eclog.4,Tu poſt carecta latebas. Colum.libro 6,cap 22,2. Melius nemoribus herbidis,& frutectis,& carectis,quàm lapidoſis locis, durantur vngulæ.
CARICA.] Genus fici,à loco ſic dictum.Plin.lib.13.cap.5, Ouidius 1,Faſt.37.
Quid vult palma ſibi,rugoſaque carica?
CARIES.] vetuſtas vel putrilago: authore Nonio. Lucilius Sat.lib.7:
Ne auriculam obſidat caries,ne vermiculique.
Tenera caries. Ouidius 5.Triſt.6.
Infeſtari carie,Colum.lib.11.cap.2,10.
Sentire cariem.Plinius libro 16.cap.39,9.
Trahere.Plin.lib.23,cap.1,26
Cariem vetuſtatis recipere.Colum.lib.3,cap.2,10.
Carie pruna rugoſa.Mart.lib.13,29.
Caries vini.Plin.lib.15,cap.2,1.de vino.
¶ Carioſus.Qui carie infeſtatus.Colum.lib.4,cap.26,2.
Carioſa oſſa,Celſo dicuntur.
Senectus carioſa.Ouidius 1,Amorum,eleg.12,6.
Carioſa terra,Colum.lib.2.cap.4.4.
CARINA.] infima pars nauis,authore Feſto Pompeio:ſiue ea trabes,qua nauis fundatur.Cæſar 1.bel.Ciuil.206.Liu. 2.bel.Pun.87. Ouidius 14,Metam.111.
— Medijsq; carina Subdita nauigijs.
Fida carinis ſtatio.Virg 2,Aen.5.
Audaces carinæ,Iuuen.Sat.10,27.
Celeri carina metiri aquas,Ouid.9,Metam.90.Sic 16,epiſt. 21,Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina.
Curuæ carinæ,Virg.1,Georg 72.
Feſſa carina.Ouidius 2,de Remed.Amorum,83.
Firma.Ouidius epiſt.2,10.
Impulſæ tonſis carinæ,Lucanus libro 3,106.
Incurua carina.Ouid.15,Metam.129.
Longæ carinæ,Virg.5,Aen.32.
Merſa carina.Lucanus libro 3,126.
Panda.Virg.2,Georg.89.Id eſt,curua.
Pictæ carinæ innant fluuio.Virg.8,Aen.19.
Preſſæ carinæ: pro onerarijs.Virg.1,Georg 61.
Sicca carina. Horatius 1,Carm.Ode 4. Id eſt,in littus,propter intermiſſam nauigationem,ſubducta.
Turrigera.Lucanus libro 3,103.
Velifera.Ouidius 3,de Ponto,eleg 2,14.
Facilis,Silius.libro 17.8.
Diſiectare carinas.Lucretius libro 2,112.
Carinæ ſine funibus vix durare poſſunt æquor,Horatius 1. Carm.Ode 14,2.
Emittere carinas.Lucanus libro 3,10.
Ferre.Lucanus.libro 1,81.
Iactare,dicitur Neptunus.Ouidius 18,epiſt.23.
Inſultant carinæ fluctibus Ouidius libro 1,Metam.27
Metiri aquas carina.Ouid.9,Metam.90.
Rapiunt carinas venti.Lucanus libro 3,10.
Rapi fugiente carina,Lucanus libro 8,129.
Rumpere carinam.Horatius Epod.10,4.
Sulcant vada carinæ Virg.5,Aen.32.
Tetigere portum carinæ.Virg.1,Georg.61.
Texitur carina ſuis coſtis.Ouidius epiſt.15,22.
Carinæ putaminum bifidæ Plinius libro 15.cap.22,3.
¶ Carinæ: *Aedificia facta in carinæ modum.* Virg.8,Aen. Romanoq; foro & lautis mugire Carinis.
¶ Carino Plinius libro 9.cap. 33,3. Saliunt pectines,& extrà volitant, ſeque & ipſi carinant. Id eſt,Sua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad nauigandum,& ceu carinam quandam ex teſta effingunt.
¶ Carinatus: Concauus, & in modum carinæ formatus. Plin.lib.11,cap.37.75.
CARITAS.] Vide CARVS.
CARMEN.] Cano appellatum,quaſi Canimen. Virg.8.eclog.2,Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
Arma carminis: Id eſt,inſtrumenta & adminicula ad ſcribendum carmen.Ouidius 5.Triſt.eleg.13.12,
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Ars carminis.Horatius 1.epiſt.20.6.
Scriptores carminum.Quint.lib.1,cap.5,8.
Aeolium carmen.Hora.3,Carm. Ode 30,3,
— Aeolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.
Alterna carmina,duo ſunt verſuum genera, quæ inuicem & alternis ſibi ſuccedunt.Sic vocantur elegi.Oui.epi 21,1,
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris Carmina.
Amabile carmen.Horatius 1,epiſt 3,5.
Blandiſſima carmina.Ouidius epiſt.21,6.
Connubiale carmen.Claud.7.Paneg.130.
Carmina iam moriens canit exequialia Cycnus.Ouid.14. Metam.86.
Exorabile carmen. Valer.1. Argon.157.
Famoſum.Horatius 1,epiſt.20.7.
Feſtum Claud.3,Paneg.5.
Ficto carmine tenere aliquem.Virg.2,Georg.9,
— non hîc te carmine ficto
Atque per ambages,& longa exorſa tenebo.
Flebile carmen,Ouidius epiſt.21.2.
Fœdum,Horatius 2,epiſt.1,48.
Felicia carmina.Ouidius 2,Amorum,elegia 17,6.
Grata fœminis carmina.Horat.1,Carm Ode 15.3.
Honorum carmen: quod honorem meretur & famam.Va-
Ignobile,Virg 9,eclog.8 (ler.4,Argon,69,
Illaudabile,Stat.5,Sylu.5.7.
Imbelle, Stat.10,Theb.174.
Inerme,Ouidius in Ibin 1.
Lacrymoſum,Ouidius 5,Triſt.eleg,1,7.
Læta carmina.Virg.2,Georg.78.
Lamentabile carmen,Stat.5,Sylu.3,1.
Laudabile,Horatius in Arte 83.
Lucida carmina,Lucretius libro 4,2.
Maleſida,Ouidius in Ibin 17.
Manſurum carmen.Stat 4,Sylu.2,1.
Medicabile: Id eſt,dolores & curas auferens. Val.4,Arg.18.
Molle Seneca in Agamem.5.8.
Mordax,Ouidius 2,Triſt 113.
Mortale: Non perpetuò duraturum, Ouid. 2,de Ponto.e-
Nuptiale,Catul.in epithalamio Iuliæ. (leg.6,7.
Obliquũ: id eſt,obliquè detortum in aliquẽ Stat.1,Syl.2,6.
Operoſa carmina: id eſt,multa opera & labore compoſita, Horatius 4,Carm.Ode 2,7.
Oppreſſa,Lucretius libro 2,102.
Pangere carmina.Lucretius libro 4,2.
Paruum carmen,Horatius 2,epiſt.1,52.
Perpetuum: quod vbiq; cohæret, argumento non interrupto.Ouidius 1, Met.1. — primaq; ab origine mundi.
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Pierium,Lucretius libro 1,190.
Carmina probroſa factitare Tacitus libro 16.
Puerilia carmina,Statius 1.Achil.48.
Reſonantia carmina chordis,Ouidius ad Piſonem 49.
Robuſtum carmen,Perſius Sat.5,1.
Socialia carmina,Ouidus epiſt.12,28. Tibiaq; effudit ſocialia carmina vobis Id eſt,Hymenæum cecinit.
Solenne carmen,Stat.4,Sylu.6,20.
Sublimia carmina,Iuuen.Sat.7,3.
Tragicum carmen,Horatius in Arte poetica,45.
Triuiale carmen ferire,Iuuen.Saty,7,6.
Vocale carmen.Ouid.11,Metam.64.
Carmina incertis authoribus vulgata,Tacitus libro 1,
Aſſignare carmen allectationi, Quint.lib.1.cap.10,25.
Canere carmen,Virg.1,eclog,16.
Cantare carmina virginibus & pueris, Horat.3,Car.ode 11.
Capi Carmine: pro delectari Virg 4,Georg.70.
Certare carminibus.Ouidius ad Piſonem 45.
Componere carmen alicui,Horatius 2,epiſt.2,19.
Componere carmina ad lyram,Quint.lib.1,cap.10,23.
Concordant carmina neruis Ouid.libro 1,Metam.51.
Condere carmen,Horatius 1,epiſt.3.5.Virg.10,eclog.10.
Contingere carmina Muſæo lepore Lucretius lib.1,191.
Dare carmina pleno ore,Ouidius 1,Faſtorum 95.
Deducere carmen,Ouidius libro 1.Metam.1.
Deductum dicere carmen.Virg.6,eclog.1.Id eſt,tenue.
Delenda carmina, Horatius 2,epiſt.1,14
Delinire aliquem carmine Ouid.11,Metam.33.
Deſcribere carmina in folijs, Virg.3,Aen.89,

In cortice fagl. Virg. 5, eclog. 8.

Dicere carmina. Virg. 6, Aeneid 129, Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Dicere aliquem carmine Virg. 2, Georg 19.

Dictare carmina. Horat. 2, Epiſt. 1, 22.

Diſponere. Lucret lib. 2, 86.

Diſtringere aliquem carmine Ouidius 2, Triſt. 113.

Explicare carmina Catul epigr 50, 78.

Facere noua carmina. Virg eclog. 3, 15.

Fingere carmina: Componere. Hora. 4, Carm. Ode 2, 7.

Fingere carmina linenda cedro, & ſeruanda cupreſſo. Horatius de Arte poet. 67.

Flectere carmen. Seneca in Agamem. 5, 4.

Fundere carmina. Silius libro 13, 109. Lucan. libro 1, 89.

Gaudere carminibus Hora. 4, Car. Ode 10 3. Et 2, epiſt. 2. 12.

Habent carmen verſus Saliorum. Quint. libro 1, cap. 10, 18.

Inſerere carminibus. Quint lib. 7, cap. 10.

Intendere carmen alicui: Id eſt, carmen in aliquem ſcribere. Claud. 7. Paneg. 130.

Ludere carmina. Virg 4, Georg 113.

Mandare carmina folijs: Hoc eſt, In folijs deſcribere, velut in charta. Virg. 6, Aen. 15.

Modulari carmen. Virg. 1, Aen 10.

Mulcere aliquem carmine. Ouidius 2. Faſt. 24.

Grato carmine mulcere. Horat. 3, Carm. Ode 11, 5.

Nectere carmina. Stat. 2, Sylu 2, 23.

Sancire alicui carmina. Stat, 3, Sylu. 3 43.

Scribere mala carmina. Horat, 2, Serm Sat. 6, 15.

Sonare carmina, dicuntur ripæ. Virg. 5, eclog. 13.

Modum carminis ſtatuere. Ouid. 1. Triſt. eleg. 10, 9.

Tradere carminibus res geſtas. Lucret. libro 5, 290.

Tradita carmine & fabuloſa. Quint lib 2, cap. 4. 14.

Vincere aliquem carminibus. Virg. 4, eclog. 11.

¶ Carmen, *Oratio conceptis verbis facta: cuiuſmodi ea quæ ad Deum fit* Plinius libro 18. ca. 2, 1. Liuius 1, ab Vrbe 142. Deinde iurare cogebantur diro quodam carmine, in exſecrationem capitis ac ſtirpis compoſito.

Carmine longo aliquid effari, Liuius 1, ab Vrbe 99.

Carmen meditatum. Plinius in Paneg 6.

Purgans neſas carmen: Id eſt, expiatorium. Ouidius 14, Metamor. 202.

Placantur carmine dei ſuperi. Horat 2, Epiſt. 1, 28.

¶ Carmen, *pro cantus bubonis auis* Virg. 1, Aen 93,

Solaque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri.

Lethale carmen Ouidius 10, Metam. 90.

Miſerabile. Virg. 3. Georg. 103.

Mœſtum. Ouidius Epiſt 2. 24.

¶ Carmen, *pro vaticinio.* Virg eclog. 4, 1,

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Fatidicum carmen. Claud de bello Getico 47.

Immota carmina Sibyllæ: id eſt, rata Claudian. de bello Gildon. 6.

Diuino carmine dicere. Virg eclog. 14, Vt Linus hæc illi diuino carmine paſtor dixerit.

Mouere carmen Ouidius 14, Metam. 5.

¶ Carmen, *pro incantatione.* Virg eclog 8. 14.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Incantamenta carminum Plinius libro 28, cap. 2, 1.

Magorum carmina, Quint. libro 7, cap. 4, 5.

Auxiliare carmen. Ouidius 7. Metam. 28.

Magicum Ouidius 2, Faſt 86.

Obſcurum. Ouidius 14. Metam. 12.

Sacrum Ouidius 1. de Remed. Amoris 51.

Mouere carmine fila. Seneca in Agamem. 5, 8.

Mutare carminibus: id eſt, incantatione. Virg 8, eclog. 14.

Soluere mentes carminibus. Virg. 4. Aen 98.

CARMINO.] Eſt quaſi pectino. Varro de Lingua Latina: Carminari lana tum dicitur, quum caret eo quod in ea hæret. Plinius libro 9, cap 38, 2. Quinis lana potat horis, rurſusq; mergitur carminata, donec omnē ebibat ſaniem.

¶ Carminatio. Plinius libro 11, cap. 32, 1.

CARO.] dicta quod careat anima, authore Donato. Plin. libro 6, ca. 30. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maximè viuentes.

Artus carne ſpoliati. Quint. libro 5, cap. 12, 5.

Emortua caro & nigra. Celſ. lib 7, cap 16.

Exedere carnem ſupercreſcentem. Celſ. lib. 5, 22.

Humana caro. Iuuen. Sat. 14, 10.

Iners: Id eſt, inſipida. Horatius 2, Serm. Sat. 4, 8.

Toſta. Ouidius 12. Metam. 32.

Vipereæ carnes. Ouidius 2, Metam. 154.

Edere carnes, Ouidius 2, Metam. 154.

Replere corpora carne. Ouidius 12. Metam. 32.

Veſci carnibus. Iuuen. Sat 15, 2.

Viua caro. Ouidius 15, Metam.

Caro piſcium. Plinius libro 9, cap. 17.



Caro arborum. Plinius libro 16, cap. 38.

¶ Carnarius: Qui in edenda carne delectatur. Mart. libro 11. 101. ad Flaccum: Carnarius ſum pinguiarius nō ſum.

¶ Carnarium: locus, vbi ſalitæ carnes domi reponuntur. Colum. libro 12, cap 53. 3. Plaut. Capt. 1, 5, 6. Adueniens modo deturbauit totum cum carne carnarium. Plinius libro 19. cap. 4, 8. Quippe è carnario, aut macello viuendum eſſe.

Carnarium: *Locus vbi carnes tantummodo venduntur.* Plautus: Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur.

Varro, tabernam carnariam vocat.

Carnarium, *accipitur etiam pro ipſa carne.* Plautus: Qui mihi carnarium parauit, ridiculus ad ientandum.

¶ Carnifex: Qui iuſſu magiſtratus hominem occidit.

Inter carnifices iuuentus. Iuuen. Sat. 8, 18.

Carnifex, *authore Donato, excarnificans dominum: aut ipſe dignus carnifice, vt caro fiat, id eſt, vt lanietur.* Terent. And. 4 1. 27, Quantasq; hic ſuis conſilijs mihi confecit ſolicitudines, Meus carnifex.

Epulæ carnifices: aut quæ comeſtæ aliquem affligunt, vtpote veneno conditæ, aut à carnifice miniſtratæ & appoſitæ, Claud in bel. Gild 36,

Fixus quiſq; thoro tacita formidine libat.
Carnifices epulas.

Manus carnifices. Silius libro 1, 35.

Carnifices pedes. Mart. lib. 12, 44.

Carnificium cribrum, legitur apud Plautum. Moſtel. 2. 52.

¶ Carnificina: Locus publicus, in quo iuſſu magiſtratus homines occiduntur. Plaut. Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat? Liuius 2 ab Vrbe 57. Ductum ſe ab creditore, non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe.

Carnificinā facere: Carnificis officio fungi. Plaut Capt. 4.

Carnificinas, dixit Cato. plurali numero, *pro tormentis & crudelitatibus* Vbi ſocietas, inquit, vbi fides maiorum inſignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores, atq; carnificinas per decus atque ignominiam te facere auſum eſſe? Plaut in Ciſtellaria, *ſingulari eſt vſus*: Credo ego amorem primùm apud homines carnificinam commentum.

¶ Carnificor: Patior ea quæ carnifices facere ſolent. Liu. bel. Pun. 65, Quod vbi Tribuni militum Graccho nunciauerunt, neminem ſtantem iam vulnerari hoſtem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita eſſe, ſignum dari properè iuſſit.

¶ Carniuorus: Qui carne veſcitur. Plinius libro 10. cap. 73. 1, Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

¶ Carnoſus: Pinguis. Carnoſus venter. Plinius libro 11. cap. 37, 71, Carnoſum palatum. Ibidem, cap. 37 44.

Carnoſum veſtigium. Plinius lib. 11 cap. 45, 7, & cap. 52, 4.

Carnoſus candor Plinius libro 11, cap. 37, 20.

Carnoſum folium. Plinius libro 16, cap. 24, 2.

Carnoſiſſimis oliuis, Exiguum olei. Plinius lib 15. cap. 3, 7.

Carnoſa radix. Plinius libro 21. cap. 6.

¶ Carnulentus: Idem quòd Carnoſus. Solinus cap. 62.

CARPENTVM.] Genus vehiculi: dictum quaſi carmentum, à Carmenta, Euandri matre. Ouidius 1. Faſt 124.

Nam priùs Auſonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Plin. de Viris Illuſt. 7. b. A' qua iuſſa turba recedere, quum domum rediret, viſo patris corpore, mulionē euitantem ſuper ipſum corpus, Carpentum agere præcepit Liu. 1, ab Vrbe 213.

Serica carpenta: Serico panno ornata. Prop. lib. 4, eleg. 8. 5.

Voluere carpentum. Iuuen Saty. 8, 15.

CARPINVS.] Genus arboris, notæ de acerum genere, ex quo fiunt faces. Colum. libro 5, cap. 7, 1. Plinius libro 16, cap. 18. & libro 28, cap. 12, 8.

¶ Carpineus: Ex carpino factus. Plinius libro 16, cap. 43, 4. Colum. libro 11. cap. 2, 71.

CARPO.] molliter decerpo, & leniter aufero. Virg. 9, ecl. 10.

Inſere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.

Colum. lib. 5, ca 6, 6, Vbi deinde prorepſerint plantæ, ſtramenta colligemus, & manibus herbas carpemus. Plinius. herbasque cum ſemine & radicibus carpunt.

Flores ab arbore carpere. Ouidius 9, Metam. 78.

Frumenta ſata carpere manu. Virg. 1, Georg. 35.

Poma carpere autumno Virg 4, Georg. 27.

Pomaria carpere. Ouidius epiſt. 4 6.

Roſam vere carpere. Virg 4. Georg.

Vindemiam carpere de palmite. Virg. 2, Georg. 18.

¶ Carpere: *Accipere* Virg.

Et placidam carpebant membra quietem.

Aëra carpere. Virg 4, Georg. 62.

Aëra carpere alis Ouidius 4, Metam. 124.

Aetas carpitur. Catul. epigr. 63, 7 Id eſt, vita agitur.

Aquam de mari carpere Ouidius in Ibin 40.

Carpere auras vitales: id eſt, Viuere. Virg. 1, Aen. 79.

Cibum, Varro 3. de Re ruſt. cap. 16, 39.
Cibos, Ouid. 3. de Arte. 150.
Cœnam è rogo, Catull. Epig. 55, 1.
Dente viſcera alicuius, Ouid. in Ibin, 93.
Carpere herbam oues dicuntur: id eſt, paſcere, Virgilius 3. Georg. 59.
Ignauius carpere herbas, Virg. 3. Georg 91.
Gramina carpunt armenta, Virg. 2. Georg. 41.
Gramen carpſere capellæ, Ouid. 1. Metam. 61.
Pabula carpſit ouis, Ouid. 4. Faſt. 151. Et 4. Metam. 44.
Thyma carpens apis, Horat. 4. Carm. ode 2. 6.
¶ Carpere: *Celeriter præterire*, Virg. 3. Geog. 38,
Carpere mox ægrum incipiat.
Aethera carpere equis: In æthere obequitare, Ouidius 3. Faſtor. 84.
Pede carpere campos, Ouid. 1. Triſt. eleg 9, 5.
Fugam carpere, Sil. lib. 10, 13.
Carpere prata fuga, Virg. 3. Georg. 28.
Iter: id eſt, Ambulare, Mart. lib. 2. 14.
Siquis ibi ſerum carpat amicus iter.
Iter pede, Ouid. 3. Faſt. 121.
Iter longum carpentes, Horat. 1. Serm. Satyr. 5, 19.
Iter ſupremum, Horat. 2. Carm. ode 17. 3,
Vtcunq; præcedes, ſupremum
Carpere iter comites parati.
Viam: Ambulare, Virg 6. Aen. 126.
Volatum, Volare, Stat. 1. Theb. 62.
Lanam. Celſ. lib. 6. cap. 6, Vbi facta vnitas eſt, demitti debet lana mollis bene carpta.
Noctes ſecuras, Valer 5. Argonaut. 10.
Oſcula, Ouid. epiſt. 11, 24.
Pecus Propert lib. 2. eleg. 17, 2.
Penſum Horat. 3. Carm. ode 27, 13.
Rura frigida, Virg. 3. Georg 64,
Luciferi primo cum ſydere frigida rura.
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent
Soporem: dormire, Virgil. 4. Aeneid. 105. Somnos, Virgil. 4. Aeneid. 111.
Carpere agmen. Liu. 7. bel. Pun. 253.
Carpere exercitum in multas partes: id eſt, ſeparare. Liu. 6 bel. Pun. 189.
¶ Carpere: *Eligere*. Terent. Adelph 4. 2. 53,
Nam iam adibo: atq; vnum quicquid, quod quidem erit belliſſimum, Carpam.
¶ Carpere: *Lædere*. Virg. 3. Georg 41,
Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo
Fœmina. Colum lib. 6. cap. 7. 2, Aluus, corpus, ac vires carpit, operiq; inutilem reddit.
Forma carpitur ſuo ſpatio: id eſt, quòd longius durat, hoc magis corrumpitur. Ouid. 2. de Arte 23.
Carpere aliquem: pro Deſpoliare &, vt vocat Terentius, Emungere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 19,
Et ſoror, & mater, nutrix quoq; carpat amantem.
Opes alicuius carpere: Auferre. Ouid 4. de Ponto, eleg. 8, 7.
Vitam carpere, Senec. in Hercule furente, 9.
Aeſtu mens carpitur, Valer. lib. 3. Argonaut. 73,
—fiducia mœſtis
Nulla viris, ægro aſſiduè mens carpitur æſtu.
Aeſtu, ſcilicet curarum.
Auro pectus carpitur: id eſt, auaritia vexatur. Propert 3. eleg. 5, 1.
¶ Cura alicuius carpi: *Affici, conſumi*. Ouid. 3. de Arte, 136.
Igni cæco, Virg. 4. Aeneid. 1.
¶ Carpere: *Reprehendere, accuſare*. Martialis,
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.
Facta alicuius carpere, Ouid. 3 de Ponto, eleg. 1, 13.
Libellos, Ouid. 1. de Remed. amor. 73,
Impunè carpere, Horat. 4. Carm. ode 9, 7.
¶ Carpere: *Frui*. Perſ. Sat. 5. 16,
Indulge genio; carpamus dulcia.
Gaudia carpere, Ouid. 3. de Arte 132.
Honores virtutis, Valer. lib. 1. Argonaut. 36.
Iuuenta perpetua carpi, Virg. 4. Aen. 7.
¶ Carptim: Hinc atque illinc ſinè aliquo ordine decerpendo. Sall. in Catilin. Statui res geſtas Pop. Romani carptim, vt quæq; memoria digna videbantur, perſcribere.
Carptim, breuiterq; perſtringere aliquid. Plin. in Paneg. 40.
Carptim dicere; Plin. Epiſt. 167. b.
Carptim agere, Plin lib. 6 epiſt. 26.
Carptim, & Vniuerſi oppoſita Liu. 8. bell Pun. 133, Edictum deinde propoſitum, vt a 1 ſtipendium petendum conuenirent Carthaginem, ſeu carptim partes, ſeu vniuerſi mallent.
Carptim & ſinguli. Tacit. Dimiſſi nonnulli ob culpam, ſeu carptim ac ſinguli, quo tutiſs. remedio cōſenſus multitud. extenuatur.

¶ Carptura. Varro, 3. de Re ruſt. cap 16. 20, Nec non etiam aliud diſcrimen ſequantur in carptura.
¶ Carptus: Participium.
Flos Carptus, Ouid. 3. de Arte 16.
¶ Carptus: Idem quod Carptura. Plin lib. 24. cap. 10. 6, Flos cuiuſque generis trium digitorum carptu. Hoc eſt, quantum tres digiti decerpere poſſunt.
¶ Carptor: Qui reprehendit. Gell. lib. 19. cap. 7.
CARRVS, & CARRVM.] A' cardine quatuor rotarum: vel quòd currendo ſonet. Hirtius lib. 6. 23, Ea die per viarum anguſtias, carra complura multosq; laniſtas retraxit. Cæſar bel. Gall. lib. 1, Alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt. Ibid. Pro vallo carros obiecerant. Idem: Vix qua ſinguli carri ducerent Liu. 10. ab Vrbe 137.
¶ Carruca: diminutiuum à Carrus. Plin. lib. 33 cap. 11. 2, At nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Mart. li. 5. 104,
Nec feriatus ibat ante carrucam.
Paulus Iuriſconſultus in l. In commodato. §. duabus. ff. Commodati Nam eum qui carrucam, puta vel lecticam commodauit.
¶ Carrucarius: qui carrucam legit. Vlp. Iuriſc. in l. Item quæritur, in princ. ff. Locati. Siciſſiarius, Id eſt, carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſſium euertit.
¶ Carrucarius: Adiectiuum. Vlp. in l. Aediles aiunt. § Iumentorū ff de Aedilitio edicto, vbi de multis loquitur: Pleraſq; deniq; carrucarias tales eſſe, vt non poſſint tranſiungi.
CARTIBVLVM.] Menſæ genus vnum, quod in cœnaculis ponebatur. Varro.
CARTILAGO] pars ſimilaris corporis, ex ſpermate genita qualis eſt tota auris, & extremæ partes oſſium mororiorum Plin. lib. 11 cap 4. 1, Inſecta non videntur habere cartilaginem Idem lib 9 cap. 24. 1.
Cartilago [illegible] Plin lib. 15 cap. 28. 7.
¶ Cartilagineus. Plin lib. 11 cap. 37. 14, Sed auriculæ omnibus exceptis quæ cartilaginea appellauimus.
¶ Cartilaginoſus: mediam conſiſtentiam habens inter durum & molle. Cartilaginoſum galbanum. Plinius libr. 12. cap. 25. 1.
CARVNCVLA.] Vide CARO.
CARVS] propriè dicitur, vili contrarius. Et Terent. Andr. [illegible] 7
Carius facere aurum cælando. Plin in proœm. 33. lib.
Non eſt trecentis minis cara. Plaut. Perſa. 16, 197.
¶ Caritas: Penuria. Plin. Iunior, ait acceſſiſſe agris ſuburbanis caritatem. Quintil. Itaq; caritas annonæ, rarum frumētum, cædes ac direptio pecorum.
CARYON] Nucis iuglandis genus: de qua Plin. libro 15, cap. 22, 2.
CARYNVS.] Adiectiuum. vt, Carinum oleum. Plinius libro 23. cap. 4. 11.
CARYOPHYLLON.] arbor eſt in Orientali plaga proueniens, Plin. lib 12. cap. 7.
CARYOPON.] Genus cinnami, quod in Syria gignitur. Pli. lib. 12. cap. 28. 3.
CARYOTA] Palmæ fructus. Plin. lib. 13. cap. 4. 14. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1, Non ſcitis palmulas, caryotas in Syria parere in Iudæa; in Italia non poſſe? Martial. lib. 13. 27, Aurea porrigitur Iani caryota calendis.
Caryotæ optimæ, quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent. Plin epiſt. 8. lib. 1.
¶ Caryotis Stat. 1. Syl 1 64,
—& latente palma
Prægnantes caryotides cadebant.
Martial. lib. 11. 32 de cucurbitis Cæciliani.
CARYTIS] Plin lib 26. cap. 8. 22. Alterum genus tithymalli, myſiniten vocant, alij caryten.
CASA.] à cauatione dicta, authore Feſto: quòd antiqui cauatas rupes inhabitarēt Varro 2. de Re ruſt cap. 10. 5, Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſylueſtribus locis paſcunt, & non villa, ſed caſis repentinis imbres vitant. Virgil. in Buc. humiles Caſas appellat tuguria.
Tectum paſtorale caſæ, Stat 12. Thebaid. 54.
Anguſta caſa. Claud 1 in Ruffin. 41.
Candida, Iuuenal Satyr 6. 16.
Exigua, Ouid. 4. Faſtor. 106.
Frondea, Ouid 3. Faſt. 106.
Humiles caſas habitare, Virg. 2. eclog. 6.
Sparſæ caſæ, Ouid. 1. 100.
Stramineæ caſæ, Ouid. 2 Amor. 9. eleg 4. Et Propert. libro 2. 2. eleg 17. 4
Aedificare caſas, Horat. 2 Serm. 3. Satyr. 56.
Contecta ſtramine caſa, Ouid. 5. Metam 90.
Delitere in parua caſa, Ouid. 2 de Arte amandi, 48.
Facere caſas ſinè arte, Quint. lib. 2. cap. 17. 7.
Iacere caſa, Lucret. lib 6 252. Id eſt, in caſa.
Parare caſas, Lucret. lib. 5. 202.

Ita fugias,ne præter caſam. Terent.Phorm.5.2.3.

¶ Caſula. Plin.lib.35.cap.10.50, Caſula Protogenes contẽtus erat in hortulo ſuo.

Ruſticus infans cum caſulis.Iuuenal.Satyr.9.7.

Contentus caſulis, Iuuenal.Satyr.14,18.

Deſiderare caſulam, Iuuenal.Satyr.11,16.

CASELLAE.] ſunt granaria,in quibus fructus componuntur. l.1.D.de iudic. Dicitur,quaſi Cellula granorum.]

CASEVS.] à Coeundo dictus eſt, vt ait Feſtus.Virg. in Buc.
Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi.

Caſeus Gallicus.Colum.lib.12.cap.57,2.

Caſeus Lunenſis,Martial.lib.13.epigr.30,31,32,33.

Caſeum, *neutro gen.* Næuius Macro: Pecunia quid bonum, quid bonum reſpondi Sardis:væniens caſeum. Plaut.Medico:Paraſito cum virgis caſeum radi poteſt.

Caſeus muſteus,Plin.lib.11.cap.42.

Recens aut mollis, Plin.lib.28.cap 9.8.

Candidus caſeus, Ouid 4.Faſt,75.

Figurare caſeum,Plin.lib 16.cap.38.

¶ Caſeale: Locus in quo & fiunt & reconduntur caſei. Colum.l.b.2.cap.15.

¶ Caſearius: Adiectiuum à caſeus. Taberna caſearia. Vlpianus Iuriſconſultus in l.Sicuti.§.Ariſt.ff.

CASIA.] frutex eſt,vt ſcribit Plin.lib.12.cap.19.9. Colum. lib.3.cap.8.4 Plaut.Curcul 3,6.

Humiles caſias miniſtrare apibus,Virg 2.Georg 43.

Recentes caſiæ,Virg.4 Georg.61.Id eſt,ſtatim carptæ.

Virides,Virgil.4 Georg.6.

Intexere caſia,Virg.2.eclog 10,
Tum caſia,atq; alijs intexens ſuauibus herbis.

Paſci caſiam,Virg.4.Georg 37.

CASIGNETE.] Herbæ genus eſt, apud Plin lib.24 cap.17. ita dictum, quòd cum ſui generis herbis tantùm naſcatur.

CASILAM.] antiqui pro Caſſide ponebant.Feſtus.

CASNAR.] ſenex,Oſcorum lingua. Feſt & Quintil.lib.1.

CASSABVNDVS.] Vide CASSVS.

CASSIDA.] Galea.Propert. Aurea cui poſt quam nudauit caſſida frontem.

Virgil.11.Aeneid.155,
Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati Caſſida.

CASSIS.] huius caſſis Rete: quòd vacuas habeat maculas. Ouid.2. de Arte,1.
Decidit in caſſes præda petita meos,
Plin.lib.19.cap.1.4.Cumanæ plagæ concidunt apros;& hę caſſeſve ferri aciem vincunt

Laxi caſſes, Virg.4. Georg.,0 de Aranea:
Caſſibus impoſitis venor,ſed arundine ſumpta
Fau us, plumoſo ſum deus aucupio.
Propert lib.4 eleg.2,7 de Vertumno

CASSIS.] huius Caſſidis galea dicta,quòd vacua ſit ad caput recipiendum. Cæſar 7.bell.Gall.180,Mulioneſq; cum caſſidibus equitum, ſpecie ac ſimulatione collibus circumuehi iubet.

Apex toruæ caſſidis, Stat.8.Thebaid,138.

Ahena caſſis,Stat.6.Thebaid.78.

Aurata,Stat.7.Thebaid.184.

Cælata,Iuuenal Satyr.11,11.

Criſtata pennis, Ouid.8.Metam 5.

De caſſide fracta buccula pendet,Iuuenal.Satyr.10,14.

Fulminea caſſis,Claud.6.Paneg 39.

Laxata,Claud.de bell. Gildon.5.

Minax,Stat.4.Thebaid.41.

Torua,Stat.8.Thebaid.138.

Abdere caput caſſide,Ouid.8.Metam.5.

Claudi caſſide,Stat.4 Thebaid.41.

Crinitur caſſis frondenti oliua,Stat.4.Thebaid.44.

CASSITA.] Auis,quæ & Galerita,& Alauda dicitur. Plinius lib.11.cap.37,1.

CASSITEROS.] Latinè plumbum album dicitur. Plin.lib. 34.cap.16.

CASSVS.] Inanis, Vacuus, quaſi omni re carens, Virgilius lib.11. Aeneid.
Nullum cum victis certamen & æthere caſſis.

Anima caſſum corpus, Lucret.lib.3 113.

Augur caſſa futuri:Id eſt,mendax Stat.9.Thebaid.126.

Caſſa dote virgo, atq; illocabilis,Plaut. Aulul.7.14.

Caſſus lumine, Virgil.2.Aeneid.

Lumine caſſus aër, Lucret.lib 4.75.

Senſu caſſa ſimulacra, Lucret.lib.4.26.

Conſilia caſſa:pro vanis. Seneca in Troade,33.

Verborum caſſa copia,Lucret lib 4,104.

Formido caſſa, Lucret lib 3.213.

Caſſa fraus,Lucan.Id eſt,irrita.

Ira caſſa,Valer.6 Argon.111.

Caſſus labor Fruſtra ſumptus, Plin.epiſt.176.b.
Nunquã caſſa manus,nullũ ſinę vulnere fugit Miſſile.

Nunquam caſſa,id eſt,nunquam aberrans. Stat.9.Thebaid.154.

Nox caſſa,Valer.4.Argon 85.

Caſſa nux,Plaut.Pſeud.5.136, Te amatorem inuentum eſſe inanem,quaſi caſſam nucem. Sic apud eundem, Rud.30. 36,Caſſa glans.

Nuce caſſa pauperare, Horat.2.Serm.5,Saty 8.id eſt,fracta.

Omen caſſum,Stat.5.Theb.64.

Præſidia caſſa,Seneca in Troad.8,12.

Via caſſa:id eſt,fruſtra ingreſſa.Stat.11.Thebaid.90.

Virtus caſſa.Stat,5.Thebaid.113.

Vota caſſa,Virg.12.Aen.156.

Caſſum & inane, Plin.lib.12.cap.7.2, Fiuntq; ſemina caſſa & inania.

Caſſum granum & inane, Plin.lib.18.cap.17.

In caſſum it virtus,Lucan.lib.2.53.

¶ Caſſum:Fragmentum. Solinus cap.65.Aut palearũ caſſa, aut chartarum fila ad ſe rapit.

CASTANEA.] è nucum genere:& tam fructũ,quàm ipſam arborẽ ſignificat. Plin.li.7.c.20 Varro 3.de Re ruſt.cap.15.

Nuces caſtaneæ, Virg.2.eclog.11,
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneaſq; nuces.

Hirſutæ caſtaneæ, Virg.7. eclog.11, Adhuc intra ſuos echinos locatæ.

Molles,Virg.1.eclog.16.Id eſt maturæ.

Gerunt caſtaneæ fagos. Virg.2.Georg.15,
Et ſteriles plantani malos geſſere valentes.
Caſtaneæ fagos.

Legere caſtaneas,Virg.2.eclog.11.

¶ Caſtanetum:Locus caſtaneis conſitus. Col.lib 4.cap 33.

CASTIGO.] Increpo, vel Reprehendo Terent. Heauton. 3.3.31,Niſi cum, quantum dij dant tibi opis,ſeruas,caſtigas,mones? Cæſ 1.bell.Ciuil.9, Laudat Pompeius,atq; in poſterum confirmat: ſegniores caſtigat,atq; incitat.

Ad vnguem caſtigare carmen,Horat.in Arte,60.

Caſtigare literis,Cæſar 3.bell.Ciuil.99.

Caſtigare dictis. Virg 5 Aeneid.
Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes.

Dolorem immodicum caſtigare,Lucan.lib.8,15.

Frons caſtigata,Stat.2.Sylu.1,9.

Libertas iubarum caſtigata: id eſt, iubæ non luxuriantes. Stat 9 Thebaid.138.

Pectus caſtigatum, Ouid.1.Amorum eleg.5.5.

Metus caſtigare, Valerius 6.Argon 132.

Moras,Virg 4.Aeneid. Martial.lib.10.104,
—iam tumidus vocat magiſter.
Caſtigatque moras.

Rariùs caſtigare, Quint.lib.2 cap.2.4.

¶ Caſtigare:*Punire,Vindicare.* Plaut Moſtel.12.22, Manè caſtigabit eos exuuijs bubulis,Virg.6.Aen.
Caſtigatq; auditq; dolos, ſubigitq, fateri.
Cæſar 3 bel. Ciuil.22, Illos ſecretò caſtigauit.

Caſtigare dolos,Virg 6.Aeneid 114.

¶ Caſtigator qui reprehendit,& obiurgat.Plaut.Trinum 9. 10,Ibo ad meum caſtigatorem.

Caſtigator lacrymarum, atq; inertium querelarum. Liu.1. ab Vrbe, 259.

Minorum caſtigator, Horat.in Arte,36.de Senibus.

Caſtigator ſerus, Colum lib 8.cap.19,5.

¶ Caſtigatio verborum,ob errorem præteritum. Liu.7.bel. Pun.24.

¶ Caſtigabilis:qui caſtigari debet,Plaut.Trin.4.5,
—qui admiſit
In ſe culpam caſtigabilem.

CASTITAS,CASTIMONIA.] Vide CASTVS.

CASTOR.] Animal ex eorum genere, quòd tam in terra, quàm in aquis viuunt ,Plin.lib.32.cap.3.1.

¶ Caſtoreus odor,Plin.lib.12.cap 42.2. Hoc eſt, fœtidus & putris vel acutus.

¶ Caſtoreum:ſubſtantiuum. Caſtorea, authore Plinio lib. 32.cap 3.1,vocantur teſtes caſtoris. Idem lib.26.cap.11.2, Clauos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo,verbenaca ex vino.

Graue caſtoreum, Lucret.lib.6,160.

Viroſa caſtorea, Virg.1. Georg.12,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi,
At Chalibes nudi ferrum,viroſaq; Pontus
Caſtorea.

CASTRATA.] Siliginis genus eſt apud Plinium, libro 18. capite 9.

CASTRO.] virilia amputo Plinius libro 18. capite 32,Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decreſcente luna caſtrato.Vlpianus in l.Aediles aiunt.§.Iumentorum ff de Aedilitio edicto. Idem in l. Si ſerua. §. Si ſpadoni. ff. de Iure dotium.

Caſtrare

Caſtrare arbores: in imo perforare, Plin.lib.24.cap.8,6.
Caſtrare vites, Cato cap.33,1.
Caſtrare vina ſaccis, Plin.lib.19.cap.4,4.
Caſtrare in ſterilitatem, Plin.lib.18.cap.14,4.
Auaritiam caſtrare: id eſt, auferre, vel coercere. Claud.1.in Eutrop.39.
¶ Caſtratus: Participium. Caſtratus hæres. Claud.2.in Eutrop.110.
Caſtratæ vires. Plin.lib.11.cap.18, id eſt, ademptæ.
¶ Caſtrandus, Claud.in Eutrop.9,
—rapitur caſtrandus ab ipſo Vbere.
¶ Caſtratio: virilium amputatio. Colum.lib.6 cap.26,1.
Caſtratio arborum, Plin.16. cap.40,6, Columella libro 4. cap.32,2.
¶ Caſtratura: idem quod Caſtratio, Plin.lib.18.cap.9,1.
CASTRVM.] locus muris munitus, caſtello maius, & minus oppido. Caliſtratus Iuriſconſultus, in l. Non tantum inquilini ff. de Excuſat. tutorum. Inquilini caſtrorum à tutelis excuſari ſolent; niſi eorum qui & ipſi inquilini ſunt, & in eodem caſtro, eademq; conditione ſunt.
¶ Caſtra, pluraliter tantum: Locus, vbi milites tentoria figunt: à caſtri ſimilitudine.
Caſtrorum obſidium, Tacit.lib.20,384,36.
Caſtris promptus, Tacitus lib.1.
Confuſa fremunt caſtra, Lucan.lib.7,26.
Domeſtica caſtra, Iuuenal. Satyr.10,10.
Fulgentia ſignis, Horat.1.Carm.ode 7,4.
Horrida, Virg.10.eclog 5.
Iniqua, Horat.1. Carm.ode 10,4.
Martia, Tibul.lib.1.eleg.2,14.
Mollia, Ouid.lib.2.de Arte amandi, 48.
Naualia, Cæſar.5.bel. Gal.80.
Profuga, Claud.de bello Get.60.
Proſpera, Iuuenal.Satyr.16,1.
Surda, Silius lib.8,69.
Trepidantia caſtra inuadere, Virg.9 Aen.31.
Turbata caſtra arripere, Virg.9.Aen.3.
Victricia caſtra, Claud.5.Paneg.28.
Vigilata, Stat.10.Thebaid.77.
Caſtris adequitare, Tacit.lib.5.116,17.
Adpugnare caſtra, Tacit.lib.4.93,30.
Adſultare caſtris, Tacit.lib.2.31,36.
In caſtris ſtationem agere, Tacit.lib.17.275,3.
In morem caſtrorum cingere, Virg.7.Aen.32.
Collata caſtra, Silius lib.4.12.
Dedita caſtra, Silius lib.10,75.
Differre caſtra, Tacit lib.21.
Extructa caſtra, Tacit.lib.4 80,3.
Euellere caſtra obſeſſa, Silius lib.7,68.
Exutus caſtris dux dicitur, cuius caſtra direpta ſunt, Silius libro 16.6.
Firmare robore caſtra, Silius lib.8 89.
In caſtris & procinctu habiti, Tacit.lib.19.
Imponere caſtra, Silius lib.5.33.
Inſiſtere caſtris: pro, eſſe & verſari in caſtris, Ouid. 8. Metamorph. 11.
Locare caſtra aliquò, Lucan.lib.4.34.
Mouere caſtra, Virg.3.Aen.104.
Mouere caſtra in hoſtem, Silius lib.7.1.
Pellere, Ouid.Epiſt.6.11.
Campo caſtra præiacere, Tacit.lib.12.
Relinquere caſtra, Silius lib.7.82.
Caſtris reſidere, Silius lib.15.100.
Seducere caſtra, Ouid.13.Metam.134.
Subire caſtra, Stat.4.Thebaid.2.
In vſum caſtrorum tondere ſetas hirci, Virg.3.Georg.62.
Vellere caſtris ſigna, Virg.4.Georg.22.
¶ Caſtellum: Paruum caſtrum, vel paruum oppidum ſignificat.
Caſtellorum ardua, Tacitus lib.11.
Montana caſtella, Virg.5. Aen.87.
Turrita, Lucanus lib.6.8.
Caſtellum adſidere, Tacit.lib.5.119,19.
Diſponere caſtella iugis, Lucan.lib.6.8.
Euertere caſtellum, Horat.2.Epiſt.2.7.
¶ Caſtella, etiam ſunt deriuacula quædam laxiora, certis ſpatijs emodulata, ex quibus aqua per ſiſtulas in varia loca diſtribuitur. Frontinus in lib de Aquæductibus. Paulus Iuriſcriſtonſultus in L. Fiſtulam. ff. de Seruitutibus vrbanorum prædiorum. Fiſtulam iniunctam parieti communi, quæ aut ex caſtello, aut ex cælo aquam capit, non iure habeo: Proculus ait. Et Celſus in L. Si venditor § Firmius ff de Actionibus empti. Firmius à Proculo quæſiuit, ſi de plumbeo caſtello fiſtulæ ſub terram miſſę, aquam ducerent in ſpecum conſtructum: an ædium eſſent. Vitruuius libro 8.cap.7.

¶ Caſtellanus: Qui caſtellum habitat. Liuius 4.bell Maced. 102. Idem lib.8.197, Stipem à tyrannis caſtellanisq; deuijs colligens.
¶ Caſtellatim: quaſi turmatim per caſtella. Liuius 7. ab Vrbe 174.
¶ Caſtellarium ſerere, Plin.lib.19.cap.6.13.
¶ Caſtrametor: Caſtra loco ſiue pono. Liuius 4.bell.Maced. 106, Vbi caſtrametantes Romanos, Quintiumque ipſum cum equitibus atque expeditis, prægreſſum auxiliares tyranni adorti.
¶ Caſtrametator. Vitru.lib.8.cap.5. & lib.10.cap.7.
¶ Caſtrenſis: ad caſtra pertinens. Caſtrenſia ſtipendia, Plin. epiſt.167 b.
Arma caſtrenſia Propert.lib.3.eleg 9.4.
Caſtrenſis corona: qua donabatur is, qui primus hoſtium caſtra pugnando introijſſet: cui inſigne erat ex auro vallum. Feſtus.
Caſtrenſe peculium: Eſt quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum eſt. vel quod ipſe filiusfamiliâs in militia acquiſiuit: quod niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet. Pomponius Iuriſconſ.
Penſa caſtrenſia. Propert.lib. 4. eleg.3.7. Noctibus hybernis caſtrenſia penſa laboro.
Caſtrenſis triumphus, Liu.7.ab Vrbe 173.
Caſtrenſe verbum. Plin.in Præfat. libri primi.
CASTVLA.] Palliolum, quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro: Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula.
CASTVS.] dicitur ſine libidinis & turpiturdinis nota, vt ait Nonius. Virg.2. Georg. Caſta pudicitiam ſeruat domus.
Caſtus à rebus Venerijs ſit, neve temulentus. Columel.lib.9. cap.14.2.
Caſtus moribus: integer pudore, Martial.lib.10.28.
Caſtus à culpa, Plaut.Pœnulo 18.13,
—eo ſumus gnatæ genere, vt deceat à culpa eſſe nos caſtas.
Parùm caſtus, Horat.1.Carm.ode 12.12.
Agmen caſtum, Claud.2.de Raptu Proſerp.65.
Amnis bibendus caſtior, Stat.4.Sylu.7.3.
Amor caſtus, Ouid.epiſt.1.5.
Ardor caſtiſſimus, Stat.5.Sylu.1.9,
—quòd diligis vmbram,
Et colis exequias, hic eſt caſtiſſimus ardor.
Aures caſtæ, Claud.2.Paneg.62.
Coniux caſta, Seneca in Octauia 4.19.
Cruor caſtus, Ouid.12 Metam.6.
Cubile caſtum, Claudian.3.de Raptu Proſerp.56.
Domus caſta ſeruat pudicitiam, Virg.2.Georg.105.
Ferrum caſtum, Claud.1.in Eutrop.90.
Feſta caſta, Ouid.3. Amorum, eleg.12.1.
Fide caſta thorum ſeruare, Senec.in Hercule furente, 5.1.
Fidem caſtam ſeruare, Silius lib.13.57.
Flumen caſtum, Claud.3.Paneg.52.
Fræna caſta iuuentuti dare: Id eſt, ludos illos iuuenibus cōcedere, qui bonis moribus & pudicitię non obſint. Claud. 3.Paneg.25.
Iura caſta thori legitimi, Ouid.epiſt.15,58.
Iuuenis caſtus, Seneca in Hippol.12,8.
Laurus caſta, Tibul.lib.3 eleg.4,5.
Lectulus caſtus, Catul in Argonaut.18.
Luci caſti, Horat.1. Carm.ode 12,12.
Ludus caſtus, Claud.3.de Raptu Proſerp.42.
Manus caſtæ, Ouid.epiſt.19,2.
Maritæ caſtæ, Ouid 2 Faſt.28.
Matres caſtæ, Virg.8. Aen.131.
Minerua caſta, Horat.1. Carm.ode 13,12.
Mores caſti, Claud.in lib Epigram.22,6.
Pectus caſtum, Senec in Hipp.2,10.
Preces caſtæ, Claud.de Nup.Hon.& Mar.5.
Pudor caſtus, Ouid.1. de Arte amandi 20.
Puellæ caſtæ, Ouid.2.Metam.143.
Sacris caſtis accedere, Stat.1.Achil.74.
Signa caſta: Id eſt, ſigna caſtitatis, Ouid.7.Metam.147.
Caſtis tædis adolere altaria, Virg.7.Aen 14.
Tempora caſta ſacerdotum, Ouid.2 Faſt.6.
Thorus caſtus, Claud.1.Paneg.7.
Turtur caſtus. Autor carminis de Philomela 4.
Venus non caſta, Senec.in Hipp.2.31.
Verbenis caſtis vincta ara. Horat.4 Carm.ode 11,2.
Veſtes caſtæ, Ouid.1.de Ponto.eleg.1,2.
Vultus caſtus, Ouid.4. Metam.160.
Caſtum & integellum aliquid expetere, Catull epig.15 1.
¶ Caſtus: *Religioſus, pius.* Virgil.6. Aeneid.133,
Quiq; ſacerdotes caſti, dum vita maneret. Idem Virgilius lib.3 Aeneid.
Hac caſti maneant in religione nepotes. Et lib.6,
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.

Sacer, religioſus, caſtus. Varro: Ergo tum ſacrę, religioſæ, caſtæq; fuerunt res omnes.

¶ Caſtus: *Suauis, iucundus.* Varro Parmenone: Demittis acreis pectore luctus, cantu, caſtaq; poeſi.

¶ Caſtus: Idem quod Caſtitas. Varro: Et religiones, & caſtus, id poſſunt, vt ex periculo eripiant noſtro.

¶ Caſtitudo: Idem. Accius: Ibi fas, ibi cunctam antiquam caſtitudinem.

¶ Caſtè: Pudicè, honeſtè. (cap.10,2.

Radix caſtè pureque collecta, diſcutit ſtrumas. Plin.lib.22.

¶ Caſtitas. Metuens alterius viri certo fœdere caſtitas. Horat.3.Carm.ode 24,5 Liu.9.bell.Macedon.33, Damnatam voti deûm benignitate exſoluere id velle, decem dierum caſtimonia opus eſſe.

Superſtitio caſtimoniarum. Plin lib.31.cap.8,3.

¶ Caſtificus. Senec. in Hippol.2.17, Expelle facinus mente caſtifica horridum. Id eſt, quæ te caſtum faciat.

CATACLYSMVS.] diluuium, ſiue inundatio. Varro de Re ruſt.cap.1.2, Thebæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur.

CATADROMVS] Latinè decurſorium ad verbum transferri poteſt. Sueton. in Nerone: Nobiliſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit. Id eſt, per ſtadium in quo equites decurrere ſolebant imaginatio prælio.

CATAGRAPHA.] quid ſignificent, declarat Plin. lib.35. cap.8.4, his verbis: Hic Cimon Cloneus catagrapha inuenit, hoc eſt, obliquas imagines & variè formare vultus, reſpicientes, ſuſpicientéſve, & deſpicientes. Catullus epigram.22.2,

Remitte pallium mihi meum quod inuolaſti,
Sudariumq; ſetabum, catagraphosq; thynos,
Inepte, quæ palàm ſoles habere tanquam auita.

CATALOGVS] Oratio ſiue ſermo, alicuius rei ordinem ac diſpoſitionem continens. Plaut.Milit.10.7, Si minùs cum cura, aut catalogo loquendi lectum ſiet.

CATAMIDIARE.] Deridere ſignificat. Spartianus, de conſtitutionibus. Hadriani loquens: Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ autoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iuſſit.

CATAMPO.] Genus eſt luſus, authore Feſto.

CATAPETASMA.] Velum quod arcet aſpectum. Ponit & hoc inter ornamenta muliebria, Pollux, lib.7.cap.22.

CATAPHRACTVS.] Circumquaque munitus. Cataphracti equites (autore Seruio) dicuntur, qui ferro circumquaque muniti ſunt, & eques ſimiliter ita munitos habent. Salluſtius: Et ſequebantur milites cataphracti. Liu.5.bell. Maced.182, Equitum innumerabilem vim traijci Helleſponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim ſagittis ex equo vtentes. Propertius libro 3. eleg.12,3,

Neve tua Medæ linientur cæde ſagittæ,
Ferreus aurato neu cataphractus equo.

¶ Cataphracta: lorica, ſiue thorax militaris. Vegetius ſcribit, Romanum exercitum pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum.

¶ Cataphractarii: Cataphracta muniti. Lampridius de Alexandro: Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

CATAPLASMA.] Emplaſtrum, ſiue malagma. Plin.lib.20. cap.17.14. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

CATAPLVS.] Portus, ad quem plurimum appelli ſolet. Vlpian.l.4.§.4.ff. de offic. proconſ.

CATAPOTIA.] Sunt quæ vulgò dicūtur pilulæ: ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod eſt deuorare. Sipontinus. Plin.lib.26.cap.8.20, Eſt & ſemen in vſu cum melle decoctum ad catapotia, ſoluendæ alui gratia.

CATAPVLTA.] Genus bellicæ machinæ, qua iaculum longiùs torquebatur. Hirtius, lib.5.120. Liuius, 4.bel.Punici, 185, Caſtris direptis, Apolloniatæ catapultas, baliſtas, tormentaq; alia, quæ oppugnandæ vrbi comparata erant, ad tuenda mœnia, ſiquando ſimilis fortuna veniſſet, Apolloniam deuexere. Cæſar 2.bell.Ciuil.33.

¶ Catapultarium pilum: ſagitta ſiue iaculum, quod catapulta emittitur. Plaut. Curcul.15.11,

Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

CATARACTA, CATARACTES.] dicuntur fores pendulæ ex ligno ferróve, quæ demitti ac tolli pro voluntate cuſtodum poſſunt. Liu.7.bel.Pun.159, Porta cataracta deiecta clauſa erat. Cataractæ etiam appellantur è terra exeuntes aquæ, & ita ex alto defluentes, vt ruere potiùs, quàm defluere videantur, quales eſſe in Aegypto Nili cataractas legimus, apud Plinium lib.5.cap.9.10. Item loca ipſa, è quibus exeunt, Cataractæ dicuntur. Vnde in maximis imbribus apertas eſſe cęli cataractas dicere ſolemus. Sipontin⁹.

Cataractæ aues, quæ Diomedeæ vocantur. Plinius lib.10. capit.44.

CATASCOPVS.] Hirtius de bello Africano: Literiſq; celeriter in Siciliam ad Allienum & Rabirium Poſthumium conſcriptis, & per cataſcopum miſſis. Hoc eſt, per exploratorem.

CATASTA.] Locus vbi venales ſerui exponebantur. Tibul. lib.2.eleg.3.13,

Nota loquor: regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit,
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Plin.lib.35.cap.18.1,

Talem in cataſta videre Chyſogonum Syllæ.

Rigida cataſta, Perſius, Satyr.6,9.
Auara, Martialis lib.6,29.
Barbarica, Statius 2.Sylu.1,15.
Cappadocæ cataſtæ, Martial.lib.10,76.

CATASTVS.] Martial.lib.12.epigr.75,

Quum tibi Niliacus portet cryſtalla cataſtus,
Accipe de circo pocula Flaminio.

CATAX.] à veteribus dictus eſt, teſte Feſto, qui hodie claudus, Nonius: Catax dicitur, quem caxonem vocant. Lucil. Satyr.3,

Peſtem, perniciemq; catax quam & Manlius nobis.

CATEIA. Genus teli, quo vtebantur Teutones & Galli. Virgil.Aeneid.7,

Teutonico ritu ſoliti torquere cateias. Meminit Gell.lib.10.cap.25.

CATELLA.] Vide CATENA.

CATELLVS.] Vide CATVLVS.

CATENA.] Vinculum ferreum, quo aliquid irretimus, ne effugiat. Virg.6.Aen.112,

—tum ſtridor ferri, tractæq; catenæ.

Arcta ſeruari catena, Silius, lib.7,15.
Auratæ catenæ, Silius lib.17,128.
Ferratæ, Claud.2.Paneg.76.
Graciles ex ære, Ouid.4.Metam.36.
Graues, Ouid.15.Metam.121.
Multiſonæ, Stat.8.Thebaid.5.
Teretes, Lucan.lib.3.112.
Compeſcere catena aliquem. Horat.1.Epiſt.2.13.
Domitus catena Cantaber. Horat.3.Carm.ode 8,5.
Excuſſæ catenæ, Seneca in Thyeſte, 8.10.
Inijcere catenas alicui, Liu.1.ab Vrbe, 226.
Inſertare colla vel manus catenis, Stat.12.Thebaid.92.
Inabrupta iungi catena, Stat.5 Sylu.1.9.
Laxare catenas, Lucan lib.10.12.
Nectere catenas alicui, Horat.1.Carm.ode 29.1.
Nexæ per colla catenæ. Ouid.2.Amorum, eleg.2.9.
Perferre catenas, Silius lib.17 75.
Vaſtas catenas quaſſare, Seneca in Hercule furente, 9.40.
Religari catena, Ouid.epiſt.10,18.
Ruptæ catenæ, Horat.2 Serm.Satyr.7,15.
Valida teneri catena, Tibul.lib 4.eleg.5.3.
Vincire aliquem catenis, Ouid.15.Metam.121.

¶ Catenatus ianitor: Portæ adiacens canis. Colum. in præfat.lib.1.9.

Catenata lagena, Martial.lib.7.60.

Catenati labores, *per tranſlationem.* Martial.lib.1.99,

Expectant curæque, catenatique labores.

Hoc eſt, ſeſe mutuò & viciſſim ſubſequentes, quaſi concatenati eſſent. (9.cap.15.1.

Catenatus hamus: In modum catenæ factus. Plinius libro

Verſus catenati. Quintil lib.1.cap.1.27.

Britannus catenatus, Horat.Epod.7.2.

¶ Catenatio: pro coniunctione & arctatione ſtricta trabium vel aliarum rerum inter ſe. Vitruuius, lib.2. cap.9, Et in commiſſuris, & in coagmentationibus, ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

¶ Catenarius: Canis qui ad fores domus alligatur, cuſtodiæ cauſa. Seneca lib.3.de Ira.

¶ Catella, vel Catellum: diminutiuum. Plaut.Curcul.15.13, Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes Ferreo, Horat.1.Epiſt.18.11,

Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam,
Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis.

CATERVA.] Veget.lib.2.cap.2. Galli atq; Celtiberi, pluresq; barbaricæ nationes, cateruis vtebantur in prælio: in quibus erant ſena millia armatorum.

Quid Cateruæ à Turmis differant, vno verſiculo docet Horatius, 2. Epiſt 1.39, Dum fugiunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ:

Aequales cateruæ, Virg.10.Aeneid.38, Filius æquales comitatus claſſe cateruas.
Armiferæ, Stat.lib.5.Sylu.1.14.
Fulgentes ære, Virg.8.Aeneid.117.
Populatrices, Claudian.3.de Raptu Proſerp.34.

Victrices.

Victrices, Horat.lib.4.Carm.ode,4.5.
Agere cateruas:id eſt, impellere,Senec.in Hipp.4.9.
Infernas ciere cateruas,Tibul.lib.1.eleg.2.10.
Denſare cateruas, Virg.12.Aeneid.53.
Glomerare,Claud.1.de Raptu Proſerp.35.
Magnas implere, Horat.1.Serm.Satyr.10,7.
Infeſtare, Stat.9.Thebaid.163.
Per obſtantes ire, Horat.3. Carm.ode,205.
Proripere in cateruas,Horat.1. Carm.ode,8.4.
¶ Caterua,*pro multitudine,& maximo numero*
Iuuenum caterua,Virg.1.Aeneid.101.
Anguinea caterua,Tibul.lib.3.eleg.4,18.
Comitum caterua,Lucret.lib.2.127.
Magna comitante caterua, Virg.2.Aen.8 & 74.
¶ Cateruatim: Per diuerſas cateruas, Virgil 3. Georg.110, Iamq; cateruatim dat ſtragem, Liu.3.bel Pun.124.
Cateruatim volare dicuntur ſturni, Plin lib.10.cap.24,3.
Confuſæ & miſtæ cateruatim, Columel.lib.3.cap.19.3. Et lib.7.cap.9,7.
¶ Cateruarius. Sueton. in Auguſto: Spectauit ſtudioſiſſimè pugiles,non ordinarios modo & legitimos; ſed cateruarios oppidanos,inter anguſtias vicorum temerè ac ſinè arte pugnantes. Cateruarios appellat, vulgares & non diſpoſitos.
CATHARTICVS.] Purgans. Celſ.lib.20. Medicamenta ſtomachum ferè lædunt: ideoque omnibus catharticis aloë miſcenda eſt.
CATHEDRA.] ſedes. Martial.lib.11.83, De cathedra quoties ſurgis.Horat 1.Serm.Satyr.10.19, Diſcipulorum inter iubeo plorare cathedras.
Strata & longa cathedra, Iuuenal.Satyr.9,6.
Molles,cathedræ,Iuuenal.Satyr.6,10.
¶ Cathedralitius ſeruus, qui cathedra herum defert. Martialis,lib.10.13,

Quum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo puluere ſudet eques.

¶ Cathedrarios Philoſophos, vocat Seneca vmbratiles illos, quibus ſatis eſt de virtute in cathedris garrire: Fabianus,inquit,non ex his cathedrarijs philoſophis, ſed ex veris & antiquis. De Breuitate vitæ.
CATINVS, & CATINVM.] Vas immenſum eſcarium, vbi pultem, aut iurulenti quid ponebant. Varro de Ling Lat. lib.4. Plin.lib.33 cap.4.4, Quæ è catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria.Varro 1.de Re ruſt.ca.63.
Magnus catinus, Horat.2.Serm.Sat.2,10.
Algens,Perſius,Satyr.3,12.
Anguſto piſces vrgere catino,Horat.2. Serm.Sat.4,16.
Niger catinus,Iuuenal.Satyr.6,35.
Ruber,Perſius,Satyr.5,19.
¶ Catillus,ſiue Catillum:Paruum vas eſcarium. Colum.lib. 12.cap.57.1, Hanc miſturam quum in catillo compoſueris,oleum ſuperfundito.Plin.lib.30.cap.6,10.
Catillus, *eſt etiam ſuperior pars molæ molendinariæ*: vt inquit Paulus in L. Quum de lanionis. §. Idem conſultus. ff. de fundo inſtructo & inſtrumento legato. Eſt autem meta, inferior pars molæ;catillus,ſuperior.
¶ Catillones:Guloſos dicebant antiqui, autore Feſto. Macrob.lib.3. Saturnal. cap.16, ad ſinem:Propriè Catillones dicebantur, qui ad pollućtum Herculis vltimi quum venirent,catillos liguribant.
¶ Catillo:Catinos lingo. Plaut.Caſin.12.22,

—operam vxoris polliceor foras,
Quaſi catillatum.

CATOBLEPAS.] Genus eſt modicæ,cuius qui oculos vident,ſtatim exſpirant. Plin.lib.8 cap.21.
CATOCHITES.] Gemma Corſicæ inſulæ, impoſitam manum velut gummi retinens. Plin.lib.37.cap.30.
CATOMVM.] Vinculum & catenam ſignificat,vt legitur in quodam in Iuuenalem ſcholio. Vſurpatur & à Laberio apud Gellium;

Tollet bona fide vos orcus nudas in catomum.

CATOPYRITES.] Gemma,quæ ex Cappadocia venit.Plin. lib.37.cap.10.
CATVLVS.] Propriè ſignificat canis filiolum:dictus (vt ait Varro lib.4.de Lingua Lat,) à ſagaci ſenſu & acuto. Virgil. 1. eclog.5,

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos.

Acer catulus Moloſſus,Virg.3.Georg.81.
Fideles catuli, Horat.1.Carm.ode 1.6.

Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus.

Militat in ſyluis catulus,Horat.1.epiſt.2.14.
Sagax catulus,Ouid.1.de Remedio amoris,41.
Veloces catuli, Virg.3.Georg.81.
Paſcere catulos ſero,Virg.3. Georg.81.
¶ Catuli,*non ſolùm canum fœtus,verùm omnium animalium, appellantur.* Nonius.
Catuli aſpidis,Plin.lib.11.cap.74.
Canum, Plin.lib.29.cap 4.
Murium,Plin.Murium quoq; catuli oſtentum faciunt.
Serpentis,Virg.3. Georg.86.
Delphinorum,Plin lib.9.cap.8,2.
Draconum, Plin.lib.10.cap.72,1.
Lacertarum, Plin.lib 10.cap.45,3.
Leonis, Claud.de Bell.Get.65.
Leæna catulorum oblita,Virg.3.Georg.48.
Catuli ſimiæ, Plin.lib 8.cap.54,1.
Tigridis,Plin.lib.18.cap 18,1.
Viperarum,Plin.lib.10.cap.62,1.
Vulpium, Plin.lib.10 cap.74,3.
¶ Catellus, Martial.lib.1.79,

Os & labra tibi lingit Manuella catellus.

Rimari exta catelli, Iuuenal.Satyr.6. 55.
¶ Catulinus: vt Catulina caro. Plin.lib.29. cap.4.1; Genito manè catulo res diuina fit: & in cœnis deûm etiamnum ponitur catulina.
¶ Catulio.Dicitur de canibus, quando Venerem appetunt. Varro,2.de Re ruſt.cap 9.9.De fœtura,principium admittendi faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catulire, id eſt,oſtendere ſe velle maritari. Plaut. Quum meã vxorem vidi catullentem. Laberius ſcripſit Catulientem lupam,id eſt,coitus appetentem.
¶ Catulitio. Plin. lib.16. cap.25.1, Catulitionem ruſtici vocant, geſtiente natura ſemina accipere, eoq; animam inferente omnibus ſatis.
CATVS.] pro homine cauto Vide CAVEO.
CAVAEDIVM.] Erat intra parietes locus tectus ac patulus, ad communem omnium vſum, maximè ſalutantium, relictus.Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina. Plin.lib.2. epiſt.17,ad Gallum: A' tergo cauædium,porticum,aream. Caua ædium,diſiunctim protulere Vitruuius,& Varro de Lingua Latina.
CAVAMEN.] Solin. cap.14, In latebroſis rupium cauaminibus.
CAVCALIS.] Genus herbę, fœniculo ſimilis, breui caule, flore candido. Plin.lib.22.cap.22,16.
CAVCON.] Herba. Plin.lib.26.cap.7.
CAVDA.] Pendens poſterior pars. Plin.lib.11.cap.50, Caudæ,præter homine ac ſimias, omnibus ferè animalibus,& oua gignentibus, pro deſiderio corporum.
Acumen caudæ ſcorpij,Ouid.4.Faſtor.33.
Acuta cauda,Plin.lib.9 cap.19.
Biſulca, Plin.lib.9.cap.29.
Pauonis,Lucret.lib.2,16.
Serpentis,Ouid 9.Metam.130.
Equina,Horat.2.epiſt.1,9.
Extrema,Virg.3.Georg.84.
Falcata,Ouid.3. Metam.137.
Ima,Virg.3.Georg.11.
Lunata cauda delphini,Seneca in Oedip.5.13.Id eſt,in cornua fiſſa.
Nouiſſima,Ouid.3.Metam.137.
Picta cauda pauonis,Horat.2.Serm.Satyr.2,6.
Salax,Horat.1.Serm.Satyr.2,9.
Torta,Seneca in Hercul.furen.9,35.
Turgens,Horat.2.Serm.Satyr.7,10.
Vnca cauda ſcorpionis,Ouid.15.Metam.75.
Iactare caudam.pro Adulari,quod à canibus tractum videtur.Perſ.Satyr.4,2.
Blandas mouere per aëra caudas.Ouid.14.Metam.52.
Retorquere caudam,Claud.3.Paneg.72.
¶ Cauda,*pro membro virili.* Horat.1.Serm.Satyr.2.9,

—quinetiam illud
Accidit, vt quidam teſtes caudamq; ſalacem
Demeteret ferro.

Caudam trahere: prouerbium inquit eſſe Acron, de illis dici ſolitum, qui pro derediculo habentur.Horat.2.Serm. Satyr.3. 11,

—hoc te Crede modò inſanum,nihilo vt ſapientior ille
Qui te deridet,caudam trahat.

Equinæ caudę pilos vellere:prouerbium de illo dicitur,qui, quod viribus atq; impetu fieri nequit, id tempore atq; aſſiduitate conficit.Horat.2.epiſt.1.9.

Vtor permiſſo,caudæq; pilos equinæ
Paulatim vello,& demo vnum,demo etiam vnum.

Verrunt æquora caudis Delphines.Virg.8.Aeneid.
Verrere veſtigia cauda,Verg.3.Georg.11.
CAVDECAE.] Ciſtellæ appellatæ ſunt,ex iunco ad ſimilitudinem caudæ equæ factæ. Feſtus.
CAVDEX.] Ex quo cortex extrahitur. Virgilius 2. Georgicorum,6.

Quin & caudicibus ſectis(mirabile dictu)
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.

Plin.lib.12.cap. 14.5, Iuba tradit arborem thuris, contorti eſſe caudicis. Gel.lib.5.cap.3.

Caudex, *Stirps arboris.* Plinius libro 16, Quædam arbores ſimplices, quibus à radice caudex vnus; vt oliuæ, fico, viti.

Caudex, *Plurium tabularum contextus.* Vnde tabulæ caudices dicuntur: & naues quibus commeatus ſubuehuntur, caudicariæ ſiuæ codicariæ appellantur. Seneca, de Breuitate vitæ: Claudius is Caudex fuit ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabulatum contextus, caudex apud antiquos vocabatur.

Caudex, *per metaphoram, pro homine ſtulto.* Terentius Heaut. 5. 1. 4. Quæ ſunt dicta in ſtultum; caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

¶ Caudeus: Qui eſt ex caudice. Plaut. Rud. 24.65, Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto vidulo.

¶ Caudicalis: pertinens ad caudicem. Plautus Pſeud. 4. 25, Te cum ſecuri, caudicali præficio prouinciæ.

¶ Candicarum nauium mentio eſt apud Gellium, libro 10.cap.25.

¶ Caudicariæ naues: ex tabulis craſſioribus factæ. Feſtus.

¶ Caudicatus. Seneca de Breuitate vitæ: Nunc quoq; naues, quæ ex antiqua conſuetudine commeatus ſubuehunt, caudicatæ vocantur.

Cavea.] Vide Cavvs.

Caveo.] Vito, & prouideo ne aliquid prȩter ſpem accidat.

Caue, in modo imperandi poſteriorem habet productam. Ouid. Metam. 18, Nate caue, dum reſque ſinit, tua corrige vota, Horatius vero prȩter naturam corripuit, lib.2. Serm. Satyr. 3.8,

—dexter ſtetit, & caue faxis
Te quicquam indignum.

Cauere, *cum datiuo*, Plaut. Bacch. 2.39, Omitte Lyde, at caue malo. L. quid caue malo.

Cauere aliquid. Terent. Eun. 4. 6. 23, Quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere.

Frigora cauere, Ouid. 2. de Arte, 61.

Iurgia caueto, Ouid. 1. de Arte, 119.

Tela, Ouid. 4 de Ponto, eleg. 3.12.

Ventos, Ouid. 2. de Arte, 13.

Acriter cauere aliquid, Horat. 2. Serm. 3.19.

Cura cauere aliquid dicitur, Ouid. 2. Faſt. 12.

Cauere aliquem facere aliquid. Plaut. Epid. 8. 23, Is apud forum manet me, quaſi qui Amare te caueat.

Cauere aliquid alteri. Plaut. Bacch. 1.8,

Id (amabo te) huic caueas. P. quid iſti caueam?

Cato. cap. 5.5, Scabiem pecori & iumentis caueto. Plin. lib, 18. cap. 33.3.

Cauere ſibi ab aliquo, Terent. Heaut. 5, 2. 44, Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo.

Cauere obſidibus de pecunia. Cæſar. 6. bell. Gal. Id eſt, dare obſides, quoad pecuniam diſſoluant.

Cauere ſibi obſidib9 ab aliquo; pro obſides exigere, & Cauere alicui obſidibus; pro, obſides dare. Cæſar 7 bell. Gal 6, Et quoniam in præſentia obſidibus cauere inter ſe non poſſent, ne res efferretur: vt iureiurando ac fide ſanciatur, petunt.

Pecuniam alicui cauere. Scæuola in L. Si ex pluribus. ff. de Solutionibus. Si ex pluribus cauſis & chirographis creditor ita cauis, T. Meuius dico me accepiſſe, & habere, & accepto tuliſſe C. Titio reliquum omne poſt rationem eius pecuniæ, quam mihi Stichus C. Titij ſeruus cauerat.

Summam cauere. Scæuola in L. Quæ neptis. ff. de Acquirenda hæreditate. Condemnatiq; pro portionibus hæreditarijs ſinguli hæredes Sempronio cauerunt ſummam qua quiſque condemnatus erat, cum vſuris.

Cauere capite: Eſt capitis periculo ſe obſtringere, & alium ſibi eodem vinculo obligare. Plin lib 34. cap 7.5, ſumma nulla par videbatur: capite tutelarios cauere, pro ea inſtituti publici fuit.

De euictione cauere. Vlpianus in L. Si duo. §. Siquis iurauerit. ff. de iureiurando. Si quis iurauerit, me ei vendidiſſe rem centum: ex empto agere poterit, vt ei cætera præſtentur, id eſt, vt ei res traditur, & de euictione caueatur.

Defenſum iri aduerſus alium, cauere. Vlpianus in L. Siquis à multis. ff. de Noxalibus actionibus. Si quidem vnus occupauerit, an melior ſit eius conditio, vt ipſi ſoli dedatur, an verò vel omnibus dedi debeat, vel cauere debeat defenſum iri aduerſus cæteros?

Cauere, *pro cautionem exigere.* Vlpianus in L. Quod ad hæredem. ff. de Magiſtratibus conueniendis. Nam magiſtratus ſi tanta fuit negligentia, vt omnem cautionem omitteret, æquum eſt haberi cum loco fideiuſſoris, vt & hæres eius teneatur. Si verò cauit; & tunc idonei fuerunt, & poſtea deſierunt: ſicut ipſe magiſtratus probè recuſaret hanc actionem; ita & hæres multo iuſtius.



Caue faxis, & ſimilia: pro, Caue ne feceris, &c Horat. 2, Ser. Satyr. 3.8, Caue faxis. Terent. Heaut. 5.4.8, Caue poſthac, ſi me amas, vnquam iſtuc verbum ex te audiam.

Cauere ne. Terent. Heaut. 2.2.6, Etiam caues ne videat forte. Horat. 2. Serm. Sat. 1.16,

Sed tamen vt monitus caueas, ne fortè negoti
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.

Cauere vt. Plautus Bacch. 1.10. Quid iſti caueam? B. vt euehat domum.

Nunquam caui quid facerem: vix viuus ſum miſer. Plaut. Merc. 23.14. Virg. 9. eclog. 3,

—& inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret. Horat. de Arte, 34.

Cauetur Pagana lege in pleriſq; Italiæ prædijs, ne &c. Plin. lib, 28. cap. 2.18.

Cautum eſt lege XII. Tabularum. Plin. lib. 16. cap. 5.1.

Cautum eſt illi. Vlpian. de Verb. ſignif. Cautum intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

Cauto eſt opus, vt ſobriè, ſi neque arbitris accuratè hoc agatur. Id eſt, cautè cauendum & prouidendum. Plautus Capt. 5 33.

¶ Cauendus: Participium.

Pœna cauenda, Propert. lib. 3. eleg. 14 5.

Vitare malum cauendo, Ouid. 3. Triſt. eleg. 6.4.

¶ Cautio: prouidentia quædam, qua auertimus & vitamus aliquid ne nobis accidat.

Cautio eſt: id eſt, cautione eſt opus. Terent And. 2. 3. 26, Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt. Plaut Pſeud 4.37.

¶ Cautio, *pro formula teſtamentorum, aut aliarum rerum, & conceptionibus verborum.* Vlpian. in L. Ita autem §. Iulianus ff. de Adminiſtratione tutorum. Nemo enim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus.

Cautio, *pro inſtrumento obligationis.* Senec. de Benef. 7, Video iſtic diplomata & ſyngraphas, & cautiones, vacua habendi ſimulacra.

Proferre cautiones. Senec de Benef. lib. 3. cap. 7.

¶ Cautionalis. vt Cautionales ſtipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum in l. prima, de Prætorijs ſtipulationibus, lib. 46, digeſtorum.

¶ Cautus: Prudes, & qui ſibi probè & negotijs ſuis ſcit cauere. Terent Phorm. 4.5.3, Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt.

Cauti ac diligentes prohibent. Quint. lib 4 cap. 1.48.

Verbis ferendis cautus. Horat. de arte poet. 10.

Intra ſpem veniæ cautus, Horat. in Arte poët. 54.

Ars cauta, Ouid. 2 de Arte amandi, 40.

Bellum cautum, Sil. lib. 8.65.

Parùm cauta dextra, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 61.

Dolus cautus, Senec. in Herc. Oeth. 5.

Formido cauta, Sil. lib. 16, 120.

Manus cautas præferre. Ouid 2. Faſtor. 68.

Nauita cautus, Ouid. 2. de Remed. amoris, 69.

Nummos cautos exponere: id eſt, cautè. Horat. 2. Epiſt. 1.21.

Pectus parùm cautum, Propert. lib. 3. eleg. 5.2.

Timor cautus, Ouid. 3. Triſt. 4. eleg. 13.

Viator cautus, Ouid. 2. Triſt. 54.

Vulpes cauta, Horat. 1. Epiſt. 1. 15.

Iudices cautiores facere, Quintil lib. 6. cap. 1.15.

Cautior labor, Claud. epigram. 42.4.

Ad laqueos cautior, Tibul. lib. 1. eleg. 9.10.

¶ Caute: Prudenter, callidè. Plaut. Curcul. 2. 32, Cautè vt in- (cedas via.

Caute & cogitatè ſuam rem tractare, Plaut. Trinum. 6.45.

Caute & diligenter facere iter. Cæſar 5. bel. Gal. 182.

Cautiſſimè agere. Plin. lib. 15. cap. 3.3.

Amare cautè, Ouid. 2. de Arte, 34.

Pugnare caute, Ouid Epiſt. 13.30.

Tranſire limen cautiùs, Ouid. 1. Amorum, eleg. 12.

¶ Cautim: cautè. Terent. Heaut 4.8 30,

Sed hæc, ita vt ſunt, cautim & paulatim dabis,
Si ſapies. Actius Alpheſibœa;
Sed tibi cautim eſt adeundū ad virū. (Idē Philoctetæ:
Contrà eſt eundum cautim, & captandum mihi.

¶ Catus: Idem quod Cautus. Plaut. DI iſtam perdant; ita cata eſt & callida.

Catus Mercurius, Horat. 1. Carm. ode, 10.1.

Catum conſilium, Plaut. Epid. 5.74.

Iaculari catus, Horat 3. Carm. ode, 12.2.

¶ Catè: cautè. Plaut. Menæch 4.10,

Sic decet dari facete verba, cuſtodi catè.

¶ Cautor: Qui cauet & prouidet. Plaut Capt. 6 6.

Qui cauet ne decipiatur, vix cauet, quum etiam cauet:
Etiam quū cauiſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

¶ Cautela:

¶ Cautela: pro cautione. Paulus in L. Si defunctus. §. Qui ad communi. ff. de Procuratoribus. Qui ad communi diuidundo iudicium datus eſt, ad agendum idem, & defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in L. Quamuis conuenerit. ff. de Pignorat. actione. Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præſtanda.

CAVERNA.] Vide CAVVS.

CAVILLA, & CAVILLVM.] irriſio, ſiue iocus. Plaut. Aulul. 20. 10, Pone hoc ſis: aufer cauillam, non ego nunc nugas ago.

Cauillatio: Iocoſa criminatio, inquit Feſtus.

Per cauillationem perduci. Liu. 8. bel. Maced. 57.

Cauillatio, eſt (inquit Valla lib. 6.) ſubdola ratio, quam cōſcij nobis mendacij, vincendi tamen cauſa proferimus. Vlpianus in L. Natura. ff. de Verborum & rerum ſignif. Natura cauillationis, quam Græci σωρείτην appellauerunt, hæc eſt: vt ab euidēter veris, per breuiſſimas mutationes; diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

Verborum cauillationes. Quint. lib. 2. cap. 17. 5.

Ineptæ cauillationes. Quintil. lib. 1. cap. 7. 16.

Effugere omnem cauillationem. Quintil. lib. 1. cap. 5. 24.

¶ Cauillor: Iocor, ſiue etiam Irrideo. Liuius 2. ab Vrbe, 254. A Centurionibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebeios cauillans, interdum & Volcrones vocare.

Verba patrum cauillari. Tacitus lib. 1. Quint. lib. 1, Qui hanc artem vt ieiunam & tenuem cauillantur.

¶ Cauillatio. Quint. lib. 1, Atque vt omnem effugiam cauillationem, ſit aliquando.

¶ Cauillatus, verbale Apuleius in Aſino: lib. 8. Sed ille cognito cauillatu, ſimilis indignanti. At te, inquit, &c.

CAVLA.] Stabulum in quo pecudes reconduntur. Virg. 9. Aeneid. 12.

Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Quum fremit ad caulas.

Caulæ, pro quocunque receptaculo ſiue conceptaculo à veteribus dictæ. vt apud Lucretium, lib. 3. 52,

Vſque adeò vitæ deſit locus, atque animati
Diffugiunt partes per caulas corporis omnes.

Idem lib. 4. 133, Palati caulas dixit: id eſt, meatus & foramina.

CAVLIAS.] Succus ex caule laſerpitij, qui in vas cōiectus, admiſto furfure, ſubinde concutiendo ad maturitatem perducitur. Plin. lib. 19. cap. 3.

CAVLINVM.] vinum, iuxta Capuam proueniens, ab agro ita nominatum. Plin. lib. 14. cap. 6.

CAVLIS.] In herbis dicitur ipſum robur, ſiue ſtipes. Plin. lib. 18. cap. 7. 8, Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittūt nullis diſtinctum internodijs. & paulò pòſt: Quorundam caules ſparguntur in terram, ſi non habeant adminiculum, vt piſorum.

Teneri caules. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 23.

Caulis palmeus. Col. lib. 16. cap. 10. 2.

Caulis vitis. Virg. lib. 12, Puberibus caulem folijs. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31. 1, Pampinare, eſt ex ſarmento caules, qui nati ſunt, de ijs qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.

¶ Caulis, *pro Braſſica.* Plin. lib. 17. cap. 24. Odit & caulem vitis, & omne olus.

Vngere caules oleo. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 26: Perſ. Sat. 6. 8.

Frangere caules. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 23.

Caulis ſuburbanus Horat. 2. Serm. Saty. 4. 3.

¶ Caules *pennarum auium.* Plin. lib. 11. cap. 39. 3, Pennarum caules omnium auium præciſi non creſcunt, vulſi autem, renaſcuntur.

Caulis *caudæ.* Plin. lib. 11. cap. 50. Boum caudis longiſſimus caulis atque in ima parte hirtus.

¶ Cauliculus. Plin. Ipſorum caulium delicatior tenerioròq; cauliculus. Idem lib. 24. cap. 6. Paruulus cauliculus.

CAVLODES.] Braſſicæ ſpecies eſt, lata habens folia à caule exeuntia. Plin. lib. 20. cap. 9.

CAVO, CAVATVS.] Vide CAVVS.

CAVPO.] tabernarius. Vlpianus in L. prima. §. Caupones autem. ff. Nautę, caupones, ſtabularij, vt recepta reſtituant. Martial. lib. 1. 52, Non potes, vt cuperes, vendere caupo merum.

Perfidus caupo. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 6.

Maligni caupones Horat. 1. Serm. Saty. 5. 1.

¶ Caupona: taberna vinaria. Plin. lib. 16. cap. 36. 2.

Viuere in caupona. Horat. 1. Epiſt. 11. 3.

¶ Cauponius. Plaut. Pœnulo, 19. 19, Quis hic homo eſt cum tunicis longis, quaſi puer cauponius? Iuſtinus lib. 1. Iuſſisq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere. Martianus de Fundo inſtructo, & inſtrumento legato



L. Pictoris, Et inſtrumento cauponio inſtitorem.

CAVRIO.] Verbum pantheribus proprium. Autor Philomelæ, qui vulgo Ouidius putatur. 10, Panther caurit amans. pardus hiando felit.

CAVRVS.] Ventus ab occaſu flans: qui & Corus dicitur, & Euronothus. Virg. 3. Georg. 71,

Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.

CAVSA.] Dicitur id, ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quód aliquid fit.

Cauſa eſt, quò. Plaut. Aulul. 5. 14,

Ne cauſæ quid ſit, quò te quiſquam quæritet.

Ea cauſa. Terentius Hecyra, 3. 2. 13, Iam ea te cauſa maximè huc nunc introire nolo.

In cauſa damnationis fuiſti. Quintilianus lib. 7. cap. 2. 37.

Per cauſam: id eſt, prætextu. Suetonius in Othone, cap. 3. Quare diducto matrimonio, ſepoſitus eſt per cauſam legationis in Luſitaniam.

Pro cauſa. Cæſar: At Cæſar: biduum in ijs locis commoratus, pro cauſa ſupplementi, ab exercitu diſcedit.

Quid cauſæ eſt, quin. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 5,

Quid cauſæ eſt, meritò, quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet.

Ruinæ cauſa nota. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 20.

Contumeliæ cauſa. Terent. in Eunuch. 52. 38.

Decoris cauſa. Quint. lib. 3. cap. 8. 24.

Cauſa mea: quod ad me attinet. Plaut. Rud. 4. 51, Mea quidem hercle cauſa ſaluus ſis licet.

Cauſa mea: quod vulgus dicit, Amore mei. Terent. in prologo Hecyræ, 28, ----mea cauſa æquo animo attendite.

Mei cauſa dare Papinianus in l. Si rem §. Secundum hæc. ff. de Præſcrip. verb.

Sui cauſa accipere. Vlpianus in l. Eum qui. §. Sed & ſi. ff. Commodati.

Cauſa nummorum. Plaut. Moſtel. 6. 10,

— qui trium nummorum cauſa ſubeunt ſub haſta.

Viæ cauſa. Ouid. lib. 2. Metam. 150.

Videndi cauſa. Virg. eclog. 1. 6.

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi? Plin. lib. 11. cap. 37. 50, Cauſa videndi diſſecuere.

Vtendi cauſa Lucret. lib. 4. 170.

Vtilitatis cauſa. Lucret. lib. 5. 174.

Apparentes cauſæ. Ouid. Epiſt. 20. 20.

Conſimili cauſa moueri Lucret. lib. 4. 47.

Dubiæ cauſæ. Ouid. 6. Faſtor. 1.

Fallaces cauſæ. Claud. 1. in Ruff. 48.

Fortuita cauſa. Vlpian. in l. 1. §. Meritò. ff. Depoſiti.

Inualida cauſa. Lucan. lib. 7. 14.

Latens cauſa. Ouid. Epiſt. 20. 39.

Cauſa leuis impulit me. Terent. Hecy. 3. 4. 12.

In ea cauſa res eſt: id eſt, talis & huiuſmodi Vlpianus in l. 2. ff. de except. rei iudicatæ.

Nocens cauſa. Ouid. 7. Metamorph. 107.

Occultæ rerum cauſæ. Stat. lib. 6. Thebaid. 187.

Optima cauſa. Ouid. Epiſt. 20. 5.

Paruula. Lucret. lib. 4. 39.

Pia cauſa coegit. Ouid. 6. Metam. 100.

Pudenda cauſa. Ouid. Epiſt. 5. 20.

Recens accedit cauſa. Ouid. 3. Metam. 15.

Repens cauſa: pro repentina. Tacit. lib. 15. 244. 27.

Teterrima belli cauſa. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 22.

Valentes cauſæ. Ouid. lib. 1. Triſt. eleg. 7. 6.

Victrix, & victa cauſa. Lucan. lib. 1. 26.

Accipere cauſam quæſiti. Ouid. 4. Metam. 159.

Accumulare cauſas. Ouid. 23. Epiſt. 13.

Adijcere cauſam. Ouid. 1. Faſt. 38.

Aperire cauſas. Propert. lib. 4. eleg. 11. 1.

Valetudinis cauſas ſæpe attulerunt tibi. Quintilian. lib. 2. cap. 16. 4.

Augere cauſas lacrymarum. Idem in procem. lib. 6. 6.

Cauſa cadere. Idem lib. 5.

Cognoſcere cauſas. Perſ. Saty. 3. 7.

Cognoſcere cauſas rerum Virgil. 2. Georg. 98.

Dare cauſas ad culpam. Virg. lib. 2. Georg. 91.

Cauſa data, cauſa non ſecuta: id eſt, præpoſita, non effectū ſortita. Vnde titulus eſt. lib. 12. ff. De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta.

Deficiunt cauſæ. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 8.

Dicere cauſas alicuius rei. Lucret. lib. 6. 142.

Luctus cauſam eſſe alicui. Ouid. 3. Metam. 28.

Exigere cauſam rei alicuius. Seneca in Thyeſte, 5. 7.

Hortandi cauſas eximere. Tacit. lib. 3.

Expedire cauſam morbi. Virgil. 4. Georg. 80.

Explorare cauſas, Stat. 12. Thebaid. 109.

Exponere cauſam Horat. 1. Serm. Saty. 7. 5.

Cæcas cauſas exponere: occultas, obſcuráſque. Lucretius, lib. 3. 64.

Expromere veras cauſas. Lucan.lib.1.73.
Fieri cauſam dolendi alicui. Ouid.11. Metam.70.
Fluunt cauſæ. Quint.lib.5.cap.10.17.
Intelligere cauſam. Lucret lib.6.4.
Latet cauſa. Virgil.lib.5. Aeneid.1.
Retrò cauſas legere Quint.lib.5.cap.10.60.
Memorare cauſas alicui. Virgil.lib.1. Aeneid.8.
Patent cauſæ. Ouid.4. Faſtorum,4.
Percipere cauſam. Ouid.1. Faſt.34.& lib.4.189.
Perſtare in cauſam damni. Ouid.lib.2. de Arte amandi,113.
Probare cauſam. Ouid.11. Metam.90.
Reddere cauſas alicui. Horat.lib.1. Serm. Saty.4.24.
Requirere cauſas. Virg.lib.6. Aeneid.142.
Cauſas ſequi. Lucanus, lib.3.61.
Stetere cauſæ, cur. Horat.lib.1. Carm.16. ode 4.
Tegere cauſam alicuius rei. Ouid.lib.13. Metam.161.
Tentare cauſas: hoc eſt, perquirere. Virg lib.3. Aeneid.7.
Ex qualitate cœli cauſas trahere. Quint.lib.5.cap.10.9.
Videre cauſas: id eſt, cognoſcere. Lucret.lib.1.31.

¶ Cauſa, *dicitur omnis actio, quam in Senatu, ſiue in foro, & apud iudices, populúmue habemus.*

Actor cauſæ. Quint.lib.4.cap.2.4.
Cardo cauſæ. Quint.lib.5.cap.12.3.
Conformatio, & inclinatio totius cauſæ. Quint. lib.5.cap. 13.45.
Prima conflictio cauſarum. Quint.lib.3.cap.6.8.
Congreſſus cauſæ. Quint.lib.3.cap.6.3.
Fides cauſarum. Quint.lib.1.cap.8.7.
Frons cauſæ. Quint.lib.4.cap.1.29.
Pars cauſæ. Quint lib.3.cap.5.4.
Status cauſæ. Quint.lib.3.cap.6.7.
Varia ac noua cauſarum ſemper eſt facies. Quint.lib.2.cap. 4.21.
Abſoluta cauſa. Vlpianus abſolutam cauſam vocat, nihil difficultatis habentem, in l. Carbonianum. ff. de Carbon. edicto. Cui opponitur Ambigua cauſa.
Aſſumpta cauſa. Quint lib.7.cap.5.6.
Coniecturales cauſæ. Quintil lib 3. cap.6.12. & lib.2. cap. 4.19.
Faciles cauſæ ad diluendum. Quint.lib.4.cap.2.19.
Forenſes cauſæ. Quint.lib.2.cap.10.5.
Grauis cauſa. Idem lib.1.cap.2.3.
Interuenientes cauſæ intrinſecus. Idem lib.3.cap.8.13.
Inuidioſa cauſa. Ouid. Epiſt.2.29.
Lucratiua cauſa. Triphonius in l. In bello. §. Si natum ex Pamphilia. ff de Captiuis & poſtliminio reuerſis.
Mala cauſa Iuuenal. Saty.13.11.
Naturales cauſæ. Quint.in procem.primi.lib.13.
Obſcuræ cauſæ ac multiplices Idem lib.4.cap.4.3.
Poſitas in affectibus cauſas proprijs perſonis debet inducere declamaturus. Quint.lib 4.cap.1.32.
Simplices, perplexæ, ſuſpectæ, & infames cauſæ. Idem li.4. cap.1.43.
Parùm verecunda cauſa. Idem lib.4.cap.5.14.
Prior cauſa: qui inter duos meliorem cauſam obtinet Horat.2. Serm. Saty.5.6.
Cauſam aliquam accipere. Terent. in prol. Hecy. 55. Mea cauſa cauſam hanc accipite, & date ſilentium.
Acuere linguam cauſis: id eſt, agendis cauſis ſe exercere. Horat 1. Epiſt.3.5.
Probationes cauſæ adhibere. Quint.lib.2.cap.10.6.
Adeſſe cauſæ. Quint.lib.4.cap.13.2.
Agere cauſam. Quint.lib.1.cap.10.2.
Componere cauſam cum cauſa. Quint.lib.7.cap.3.17.
Conflictio cauſarum. Quint.lib.3.cap.6.9.
Contendere cauſam contra aliquem. Lucret.lib.4.96.
Contineri cauſis. Quint. lib.3.cap.5.8.
Credere cauſam alicui. Lucan. lib.7.16.
Damnare cauſam Lucan. lib.5.50.
Defendere cauſas. Horat.2. Serm Saty.5.7.
Deſerere cauſam amici. Ouid.lib 1. Triſt.eleg.8.13.

¶ Cauſam dicere: Eſt defendere, vel per ſe, vel per patronum. Curtius, lib.6, Amyntas vinculis exemptus, vt defenſionem ordineretur, ita inquit: Sine præiudicio cauſam dicimus.

Veneficij cauſam dicere. Quint.lib.5.cap.11.30.
Dicere cauſam apud aliquem. Quint.lib.4.cap.1.13.
Cauſam dicere ex vinculis. Liu. Decad.3.lib.9.98, Papinianus in l.2. de Cuſtodia & exhibitione reorum. & Caius in l. Cornelia ff. de Senatuſc. Sylaniano.
Cauſæ dictio: Apologia Græcè dicitur. Cæſ.1.bel.Gal.16.
Excutere cauſas. Quint.lib.5.cap.10,25.
Exordiri cauſam. Quint.lib.4.cap.1.2.
Expendere cauſam meritis. Ouid.13, Metam.30.
Explicare totam cauſam. Quint. lib.4.
Exponere cauſas. Quint.lib.5.cap.7.16. Idem lib.2. cap.5.5.



Exſudare cauſas: ridiculè dictum ab Horatio, de cauſidicis, qui nimia verborum contentione, & inquieta geſticulatione, ſudorem ſibi prouocant, ita vt cauſas ſuas non orare, ſed ſudare videantur. lib.1. Serm. Saty.10.6,

Qùum Pedius cauſas exſudet Publicola, atq;
Coruinus.

Partium cauſam peiorem facere. Quint.lib.3.cap.8.39.
Peiorem cauſam meliorem facere. Quint lib.2.cap.16.2.
Suſpectam cauſam facere. Quint. lib.5.cap.13.40.
Habere cauſam. Quint.lib.7. cap,3.29.
Cauſa impugnans meritum & fidem: id eſt, ſuſcepta cauſa contra fidem & meritum. Ouid.5. Metam.31.
Inedita cauſa. Ouid.4. de Ponto, eleg.16.8,

Eſſent & iuuenes, quorum quòd inedita cauſa eſt,
Appellandorum nil mihi iuris adeſt.

Iuuat facundia cauſam. Ouid.7. Metam.102.
Cauſa laborare. Quint.lib.4.cap.1.30.
Ex cauſa cauſa naſcitur. Quint. lib.3.cap.11.5.
Orare cauſam. Virg. 6. Aeneid.170. Terent. Phorm.2.1.62, Seruius hominem cauſam orare, leges non ſinunt.
Oſtendere cauſam lucidiſſimè. Quint.lib.4.cap.5.10.
Peragere cauſam rei. Horat.1, Serm. Saty.10.6.
Periclitari cauſa. Quint.lib.7, cap 3.10.
Pertinet ad cauſam. Quint.lib.4.cap.1.8.
Totam cauſam ponere ante oculos. Quint.lib.6.cap.1.2.
Officium cauſæ ponendæ Quint.lib.4.cap.2.62.
Pugnare pro cauſa. Ouid.5. Metam.31.& 15. Epiſt.33.
Remittere cauſam ad Senatum. Tacit.lib.3.56.40.
Ab vltimo cauſas repetere. Quint.lib.5.10.59.
Plurimas lites cauſæ ſubiacere. Quint lib.3.cap.6.20.
Separare cauſas. Vlpian.in l.1.§. Merito. ff. Depoſiti. Meritò has cauſas deponendi ſeparauit Prætor.
In eadem cauſa ſiſtere. Vlpianus in l.1. ff. Si ex noxali cauſa agatur Idem in l. Si quis quenquam. ff. Si quis cautionib. hoc eſt, ita ſiſtere, vt actori proſecutio loco deteriori nô ſit.
Suſcepta cauſa contra aliquem. Quint.lib.6.cap.1.9.
Tenere cauſam: vincere iudicio. Sueton. in Domitiano: Eáque conditione permiſit, vt accuſatori, qui cauſam non teneret, exilium pœna eſſet. Liu, lib.9. Decad.4.
Tradere cauſam aduerſarijs. Terent. Phorm.2.1.7.
Valere cauſa dicitur quæ eſt ſuperior. Ouid.8. Metam.13.
Vincere cauſam. Ouid.15. Epiſt.16.

¶ Cauſa: *negotium, onus, prouincia.* Plaut. Aſin.10.17.

—omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi.

Mandata alicui cauſa: id eſt, commiſſa. Ouid.7. Metam.102.
Publica cauſa. Ouid.12. Metam.6.
Cauſas nectere. Virg.lib.9. Aeneid.
Cauſas fingere. Terent. Eunuch.1.2.58.
Morandi cauſas innectere Virg.4. Aeneid.11.
Cauſa eſt tibi de hac re. Terent. Hecy.4.4.3. id eſt, habes quo te excuſes.
Fugæ cauſas obtendere. Tacit.lib 15.227.2.

¶ Cauſa: *occaſio.* Terent. And.5.1.18. Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent.

Capere cauſam. Terent. And.1.3.8.
Dare cauſas. Ouid.2. Amor.eleg.17.7.
Auaritiæ cauſas dare. Tibul. lib.2.eleg.4.6.
Cauſa fit. Plaut. Merc.20.6.
Inuenire cauſam. Terent. Heaut.5.2.37.
Querere cauſam, Terent. Eunuch.5.6.30.
Struere cauſas: pro inſtruere. Tacit.lib.2.

¶ Cauſa: *ſtatus & conditio.* Paulus in l. in executione. ff. de verb. oblig. In executione obligationis ſciendum eſt, quatuor cauſas eſſe: id eſt, quadrifariam eſſe verborum obligationem. Idem in l. græcè. §. illud commune. ff. de fideiuſſoribus.

In cauſam ſuam recidere. Pomponius in l. Mulier. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis.
In eam cauſam venire. Triphonius in l. in bello. §. ſi deportatum. ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis.

¶ Cauſa, *pro acceſſione.* Vlpianus in l. ſed & partus. ff. quod metus cauſa. Sed & partus ancillarum, & fœtus pecorum, & fructus reſtitui, & omnem cauſam oportet. Idem in l. 1. § hanc actionem. ff. depoſiti.

¶ Cauſarius, vt Cauſarij milites, morbo aut debilitate affecti, ob idq; ceſſare coacti. Liu.6. ab Vrbe,29.

Cauſaria miſſio. Vlpian. in l.2. §. ignominiæ cauſa ff. de ijs, qui infamia notantur. Eſt cauſaria, quæ propter valetudines à laboribus militiæ ſoluit. Martianus in l. milites agrum. §. miſſionem. ff. de re militari. Cauſaria miſſio, quũ quis vitio animi vel corporis minùs idoneus militiæ renuntiatur.

¶ Cauſarij: *pro valetudinarijs.* Plin.lib.25.ca.5.22, Datur ſanguinem exſecrantibus, cauſarijs vel latere, vel faucibus. Seneca, Epiſt.69, Cauſariæ ſunt in animo noſtro partes, quibus adhibenda curatio eſt.

¶ Cauſa-

¶ Cauſariè. Martianus in l. milites agrum. §. is etiam. ff. de re militari.

¶ Cauſula: parua cauſa.

Cauſula paruula. Cæſar, 5. bel. Ciuil. 207, Paruulam modo cauſulam nactus Cæſar.

¶ Cauſor: cauſam dico vel defendo, autore Nonio. Sueton. Cauſatus in vtroque, quòd hic ſe ingreſſum turbatius mare non eſſet ſecutùs. Papinianus: Si hæres cauſabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore: id eſt, ſi impedimenta prætendet. Virg. eclog. 9. 12.

Cauſando noſtros in longum ducis amores.

Vlpian. in l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere palam. ff. de inſtitor. actione, Ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum. Et in l. 2. §. quod diximus. ff. ſiquis cautionibus: Cauſari tempeſtatem & vim fluminum. Martial. libro 4. 7,

Sed iam cauſatis barbamque, annosque, piloſque.

Cauſari: *Accuſationem intendere*. Quint. lib. 11. cap. 1, Nec cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur vnquam, vt non remaneant amoris veſtigia.

¶ Cauſificor: idem quod Cauſor. Plaut. Aulul. 26. 25.

Ergo quia ſum tangere auſus, haud cauſificor, quin eam
Ego habeam potiſſimùm.

¶ Cauſidicus: Qui cauſas agit, vel patronus.

Martial. lib. 4. 8, Raucus cauſidicus. Et lib. 14. 225, Pauper cauſidicus.

Puſillus cauſidicus. Iuuenal. Saty. 10. 13.

CAVSIA.] pileus expaſſos margines habens, ad arcendum æſtum, quo meſſores vtuntur. Plaut. Milit. 16. 40,

Facito vt venias ornatu huc naucleriaco, cauſiam
Habeas ferrugineam. Fuit etiam regum Macedonum inſigne. Valerius Maximus, lib. 5, Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia, qua velatum caput more Macedonum habebat.

CAVSTICVS.] vt Cauſtica medicamenta, quæ cauſticam vim habent, id eſt, vſtiuam. Plin. lib. 20. cap. 9. 11, Stirpium braſſicæ aridorum cinis, inter cauſtica intelligitur. Idem lib. 25. cap. 11. 6, Perungunt & radice eius ſudoris cauſa eliciendi, quoniam cauſtica vis ei eſt. Martialis, libr. 14. 26.

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Curari cauſticis. Plin. lib. 26. cap. 1. 4.

CAVTELA.] Vide CAVEO.

CAVTERIVM.] inſtrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi aliqui inſanabiles inuri ſolent. Plinius, libro 22. capite 23. 7, Tempeſtiuè enim datum, cauterij vim obtinet.

Cauterium, *in pictorum inſtrumentis continetur*: vt colligere eſt ex Martiano Iuriſconſulto, in tractatu de Fundo inſtructo, lib. 33. ff. l. pictoris.

CAVTES, ſiue COTES, aut COS.] propriè ſaxum dicitur aſperum atque abruptum. Plin. lib. 2. cap. 96, Iuxta Harpaſa oppidum Aſiæ, cautes ſtat horrenda, vno digito mobilis. Cæſar. 3. bel. Gal. 403, Nihil ſaxa & cautes timerent. Virgil. 6. Aeneid.

Quàm ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

Abrupta cautes. Seneca in Hercule Oetheo, 7. 25.
Altæ cautes. Virg. 3. Aeneid. 139.
Ardua cautes. Valerius, lib. 4. Argonaut. 34.
Dura Virgil. 4. Aeneid. 74.
Intractabilis. Seneca in Hippol. 4. 45.
Niuoſæ cautes. Silius, lib. 4. 14.
Obiectæ Silius, lib. 7. 85.
Sæua cautes. Seneca in Troade, 12. 5.
Strictæ cautes. Valerius, lib. 2. Argon. 91.
Terribiles cautes. Lucan. lib. 6. 6.

Concurrere cautes dicuntur, quum inter duos eminentes ſcopulos anguſta relinquitur via, quæ nauigantes tranſmittit. Ouid. 2. Amor eleg. 11. 1.

CAVTIO, CAVTIM, CAVTOR, CAVTVS. Vide CAVEO.

CAVVS. propriè vacuum ſignificat, à chao, & eius inanitate dictum, autore Feſto, quod quaſi vorago quædã erat inanis & vacua.

Aedes cauæ. Virg. 2. Aeneid. 98.
Aes cauum: pro tuba. Virg. 3. Aeneid. 48.
Aes cauum: pro æreo lebete. Ouid. 4. Metam. 111.
Ahena caua. Ouid 6. Metam. 129.
Alueus cauus. Ouid. 2. Faſt. 82.
Antrum cauum. Virgil. 3. Aeneid. 126.
Aures cauæ Ouid. 12. Metam. 9.
Buccina caua. Ouid. 1. Metam. 68.
Buſta caua. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 8.
Cauernæ cauæ. Virg. 2. Aeneid. 11.
Ciſtæ cauæ. Catullus in Argonaut. 52.
Colles caui. Virgil. 8. Aeneid. 117.
Concha caua. Virgil. 6. Aeneid. 34.
Conuallis caua. Virgil. 2. Georg. 38.
Cortices caui. Virgil. 2. Georg. 41.
Dalia caua. Tibullus, lib. 1. eleg. 3. 16.
Feneſtræ cauæ: id eſt, patulæ. Virg 9. Aeneid. 110.
Flumina caua. Virg. 1. Georg. 66.
Fornaces cauæ. Lucretius, lib 6. 41.
Ilex caua. Horatius. Epod. 16. 10.
Mella caua manant ex ilice. Virgil. eclog. 9. 3.
Imago caua. Virgilius ſexto Aeneidos, 59, quaſi inanis & corpore vacua.
Lacunæ cauæ. Virg. 1. Georg. 24.
Lacus caui. Ouid. 3. Faſtor. 112.
Latebræ cauæ. Virgil. 2. Aeneid. 8.
Latus cauum. Virgil. 5. Aeneid. 86.
Lintea caua. Valerius. 4. Argonaut. 17.
Lumina caua: id eſt, oculi propter maciem concaui. Ouid. 8. Metamorph. 162.
Luna caua. Plin. lib. 8. cap. 54.
Machina caua. Ouid. 6. Faſtor. 77.
Manibus cauis plaudere. Virgil. 12. Aeneid. 18.
Mare cauum. Ouid. 3. de Arte, 19.
Mons cauus. Ouid. 11. Metamorph. 119. Virgil. 1. Aeneidos 17.
Naris caua. Ouid. 1. de Arte amandi, 105.
Nubes caua. Virgil. 5. Aeneid. 161.
Nubila caua. Ouid. 5. Metamorph. 125.
Orbes caui. Senec. in Oedip. 12. 12.
Palmæ cauæ. Virgil. 8. Aeneid. 14.
Palus caua. Ouid. 6. Metamorph. 75.
Parma caua. Ouid. 12. Metamorph. 18.
Pinus caua. Virgil. 5. Aeneid. 89.
Pinus caua: pro naui. Valerius 1. Argon. 128.
Pumices caui. Virgil. 4. Georg. 9.
Rates cauæ. Ouid. Epiſt. 17. 2.
Receſſus luminum caui. Seneca in Oedipo, 12. 11. Id eſt, concauitates oculorum.
Robur concauum. Ouid. in Ibin, 98.
Rupes cauæ. Virgilius, 3. Georg. 50.
Saxum cauum. Virgil. 3. Aeneid. 90.
Caua ſpecus. Plin. lib. 12. cap. 1. 6.
Rupes. Liuius, 9 ab Vrbe, 7.
Tempora caua equi bellatoris. Virg. 11. Aeneid. 176.
Terra caua aliquẽ cõdere. Virg. 12. Aen. 177. id eſt, ſepulcro.
Teſtudo caua. Virgil. 4. Georg. 93.
Tibia. Lucret. lib. 2. 125.
Trabs. Virgil. 3. Aeneid. 39.
Trunci caui. Horat. 2. Carm. ode 19. 3.
Turres cauæ. Virgil. 9. Aeneid. 10.
Valles. Virgil. 2. Georg. 79.
Vndæ. Catul. Epigram. 90. 1.

¶ Cauus ſubſtantiuè, ſiue Cauum, pro loco cauato. Horat. 1. Epiſt. 7. 7,

Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti.

Plin. lib. 20. cap. 6. 8, Addaturq; ipſum in caua dentium. Colum. lib 12, Deinde, cauum quem feceris, ſurculo obturato.

Inuentus cauis bufo. Virgil. 1. Georg. 37.

Abſcondere cauis aliquid: id eſt, locis concauis. Horat. 2. Serm. Saty. 3. 35.

¶ Cauaticus. Cauaticæ cochleæ. Plin. lib. 30. cap. 6. 2.

¶ Cauo: fodio euacuo. Plinius, libro 36. cap. 22. 3, In Siphno lapis eſt qui cauatur, tornaturq; in vaſa coquendis cibis vtilia. Liu. 1. bel. Pun. 96, Itaq; ingens coacta vis nauium eſt, lintriumq; temere ad vicinalem vſum paratarum, nouaſq; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus.

Ferro acuto cauare. Virg. 2. Georg. 90.
Alni cauatæ. Virgil. 1. Georg. 28.
Cortices cauati. Virgil. 2. Georg. 78.
Lapidem gutta cauat. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 1.
Oculi cauati. Lucret. lib. 6. 240.
Parmam gladio cauare: id eſt transfodere. Ouidius. 12. Metamorph. 26.
Rupes cauata. Virgil. 1. Aeneid. 63.
Saxa cauantur aqua. Ouid 1. de Ar. 96.
Tellurem cauare. Virgil. 3. Georg 17.
Cauare Luna dicitur cornua, quando decreſcit. Plin. lib. 8. cap. 17. 4.

¶ Cauator. vt cauator arborum picus Martius. Plin. lib. 10. cap 18. 1.

¶ Cauea: pro ferarum receptaculo, quod in huiuſmodi locis eſſe conſueuerunt ferarum cubilia. Apul. Beſtiam immittimus caueæ. Sueton. Beſtiarum more, quadrupedes cauea coercuit.

Cauea, ſeptum ex ligno, ſiue ex ebore, aut aliquo metallo factum, in quo auiculas tenemus. Martialis de cauea eburnea, lib. 14. 82.

inclu-

Incluſus cauea Ouid.in Ibin,104.

Emittere caueis. Virg.4.Georg.12, id eſt,alucaribus.

Clatri caueæ. Horat.de Arte poet.96.

¶ Cauea: Area in medio theatri, è qua populus ludos ſpectare ſolebat. Plaut. Amphit.3.68,

Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia
Eant per totam caueam.

Conſeſſum caueæ implere clamoribus. Virg.4. Aeneid.68. Per caueam, plebem ſignificat.

Subire per caueas. Stat.lib.1.Sylu.6.6.

¶ Cauea, pro quocunq; loco interdum accipitur,ab acceſſu vndiq; munito. Statius circum ſic appellauit, & Campum in quo equorum curſu certabatur.lib.1.Thebaid.85,

----at hinc teneros caueæ diſſenſus ephœbos
Concitat, excluſæq; expectant præmia matres.

Caueai legitur,pro Caueæ,apud Lucretium,lib.4.16,

Namque ibi conſeſſum caueai ſubter.

¶ Cauerna, concauitas quædam terræ vacua atq; obſcura.

Cauernæ: pro auribus. Plin. lib. 11. cap. 37. 14, de vitulo marino & delphino: Hæc cauernas tantùm habent, aurium loco.

Aetheriæ cauernæ.Lucret.lib.4.79.

Cæcæ cauernæ.Lucan.lib.5.18.id eſt, obſcuræ.

Cæli cauernæ. Lucret. lib. 4.35.

Curuæ cauernæ. Virgil. 3. Aeneid.134.

Ingentes. Virgil.2. Aeneid.4.

¶ Cauernoſus:multis caueis plenus,aut vacuus.

Cauernoſa radix. Plin.lib.26.cap.8.15.

¶ Cauernula.Plin.lib.17.cap.11.5,Ipſi quà pediculis adhæreant,cauernulas habent & intus ſemen.

CAXO.] Id eſt catax, quod ſignificat claudum. ex Nonio.

CEDO.] Abeo,& locum do. Cæſar 2. bel Ciuil.173,Sabura copias equitum peditumq; inſtruit, atque ijs imperat, vt ſimulatione timoris paulatim cedant,ac pedem referant. Horat 1.Serm.Sat.1.24,

Inde fit,vt rarò, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat,& exacto contentus tempore vitæ
Cedat vti conuiua ſatur, reperire queamus.

Introrſum cedere. Lucret.lib 4.191.

Cedere loco Cæſar 3. bel. Ciuil. 201. Iuuenalis: Cedamus patria.

Campis cedere.Horat.3.Carm.ode 8.5.

Tellure.Horat.2. Carm.ode 1.6. à coniuge. Ouid. 2.de remedio,Amor.12.

Ab ordine. Virgil.3. Aeneid.89.

De ſede.Horatius, in Arte poet.52.

E' corpore ceſſit anima. Lucretius,lib.3.44.

Cedere retro Liuius 5. bel. Pun.185. Sil.lib.4.55, Vt iuſſæ, ceſſere retro,ſpatiumq; dederunt.

Ad locum aliquem. Ouid.1.de ponto,eleg.4.15.

Quóquam. Lucretius, lib.5.169.

Ceſar ab humana ceſſit in aſtra via. Propert lib.3. eleg.18.7.

In auras cedere. Ouid.14. Metam.170.

In nubila ceſſit ſimulacrum. Sil.lib.17.111.Id eſt, euanuit.

Cedere fato:idem quod mori. Liuius, 6. bel.Pun.71,

Cedere alicui:Non repugnare,& ei obedire. Virg.5.Aeneid. 93,Cede deo.Idem 3. Aeneid.38,

Cedamus Phœbo,& moniti meliora ſquamur.

Cedere alicui inferiorem eo,neq; tanti eſſe, Virg.4 eclog.5.

Vltrò alicui cedere. Statius,3. Sylu.4.8.

Cedo tibi in laude. Gel. lib. 20. cap. vlt. Tantum cæteris omnibus in ipſius quoq; ſcriptionis laude cedentes,quantum ceſſimus in cura & elegantia ſcriptionis.

Actionibus cedere alicui. Paulus in l. ſi à bonæ fidei. ff. de reivendicatione. Vt tamen ſi interim vſu ceperit, actionibus ſuis cedat petitori.

Actionibus cedere alicui aduerſus debitorem. Papinianus in l.ſtichum.§.ſi mandato meo. ff.de ſolutionibus & liberationibus.

Actiones cedere. Vlpian. in l. quòd ſi ſeruus. §. idem labeo ait. ff.de in rem verſo.

Hæreditas alicui cedit. Virg.3. Aeneid.67.

Ius cedere. Scæuola in l. mulier. ff. qui potiores in pignore habeantur.

Ius ſuum cedere alteri:id eſt, dare. Virgil. 11.Aeneid.71.

Litem cedere aduerſario. Marcel.in l. ſi de communi. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

Marito vxorem cedere. Virg.3. Aeneid.59.

Aquæductum & viam per locum cedere. Pomponius l.per quem locum. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.

Amori turpi cedere. fœde libidini inſeruire. Valer.lib.7.64.

Authoritati cedere. Plin.lib.15. cap.22.

Conſilijs cedere. Ouid.13.Metam.73.

Non cedere gratiæ alicuius rei. Plin. Iunior:non cedit gratiæ marmoris ramos, inſidenteſq; ramis aues imitata pictura. Id eſt, non minor eſt gratia picturæ.



Non cedere honori Virg.3 Aeneid.97,

Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes,
Et Phrygiam Aſcanio clamydem, nec cedit honori.

Cedere honore & nomine ſuo alteri. Plin. in Paneg.152.

Hoſti cedere. Sil.lib.15.147.

Inſolentiæ alicuius. Horat.Epod.17.17.

Malis cedere:Vinci,frangi rebus aduerſis. Virgil. 6.Aen.19.

Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.

Malis alterius cedere. Seneca in Hercule Oetheo, 14.20.

Cedite his cunctæ malis.

Oneri, vel ponderi cedere:id eſt,ſuccumbere,non perferre. Plin.lib.16.cap.42.1, Robur, olea, incuruantur ceduntq; ponderi. Quint.lib.10.cap.1.

Opere cedere. Quint.lib.2.cap.1.

Periculo cedere. Plin.Epiſt.136.b,

Repugnanti cedere. Ouid.2.de Arte amandi,40.

Spatijs cedere:ſignificat locum alicui dare iuxta ſe. Claud. 1.Paneg.10.

Tempori cedere Silius,lib.8.1.

Timori cedere:Timidum eſſe. Valer.Flac.lib.8.88.

Bonis cedere: quicquid noſtrum erat, tradere creditori. Quint.lib.6.cap.1.15.

Cedere villa creditoribus. Sueton. de Claris grammat.

Cedere foro. Iuuenal.Satyr.11.5.

Cedere namq; foro iam non tibi deterius, quàm
Eſquilias à feruenti migrare Suburra.

Vlpianus in l. ſi hominem.§.quoties.ff.depoſiti. Quoties foro cedunt nũmularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum. Iulianus in l. fin. ff. de curatore bonis dando: Si debitor foro ceſſerit, & creditores priuato conſilio conuenerint.

Poſſeſſione cedere. Liu.4.bel.Pun.100.

Neſcit amor priſcis cedere imaginib. Proper.lib.1. eleg.5.5.

Conſilium ceſſit malis. Ouid.3.de Ponto, eleg.6.10.

Cedere dicitur dies, quando incipit deberi pecunia: Authore Vlpiano.

Curæ cedunt. Stat.lib.1.Sylu.2.6.

Non ceſſit illi fiducia. Virgil.9.Aeneid.27.

Animo fiducia ceſſit. Stat.lib.8. Thebaid.107.

Furor ceſſit & quieuit. Virg.6.Aeneid.21.

Furor non cedat ex animo. Seneca Hercule furente,6.6.

Imperfectus deorum honos ceſſit Sil.lib.15.87.

Lumina cedunt ſomno:id eſt: à ſomno oculi vincuntur. Claud.epigr. 22.19.

Lux candida ceſſit nubibus. Stat.lib.3.Sylu.1.15.

Mens duro nunquam ceſſura labori. Claud. 1.in Ruff.66.

Mores rebus ceſsêre ſecundis. Lucan.lib.1.33.

Natura ceſſit:mutata eſt. Senec. Herc.Oeth.1.10,

Intraq; noſtras ſubſtitit metas dies,
Natura ceſſit, terra defecit gradum.

Poteſtas alicui cedere dicitur, quum eſt ſorte aut hæreditate data. Ouid.4 Metam.7.

Poteſtas cedebat victa: Id eſt, ſuperabantur vires & conatus illorum magnitudine operis. Lucret lib. 5.256.

Præda alicui cedit. Horat.3.Carm.ode 20.1.

Pudor ab ore ceſſit:Id eſt, impudens factus eſt, caret verecundia. Valer.Flac.lib.7 93.

Res alicui cedere dicitur:Id eſt,feliciter procedere. Virg 12. Aeneid.30.

Syluæ cedunt. Ouid.5.Faſt.75.

Tempus cedit. Vlpianus in l. ſi mariqs. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. Si maritus præuenerit,accuſareq; inſtituerit: tempora non cedunt patri.

Vſumfructum cedere alicui. Vlpianus l. ſi mulier. §. ſed ſi habenti.ff.de legatis tertio. Sed ſi habenti tibi proprietatem,vſumfructum mortis cauſa ceſſero, poteſt dici, fideicommittere me poſſe.

Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ. Ouid. Met.16.

Feliciter cedit. Ouid.in Ibin,113.

Malè cedere res dicitur,quæ infelicem exitum ſortitur. Horat 2. Serm.Saty.1.7.

Malè cedere alicui. Ouid.10.Metam.16.

Voto res cedere dicitur, quæ voto reſpondet. Ouid. 2. de Remedio amor.34.

Lucro ei cedit ea res. Pompon.in l. vel inutilium. ff. de vſufructu.

E' pectore cedere, dicitur res aliqua, quando illius obliuiſcimur. Valerius Flaccus,lib.4.18,

Et labor & dulces cedunt è pectore nati.

Senſus ceſſerunt pectore. Lucan.lib.5.152.

Cedere loco,dicitur mutata ſententia. Virg.9. Aeneid.46.

Ceſſit illi victoria. Virg.12. Aeneid.

Vultus ceſsere:id eſt, perierunt, perdita forma eſt. Seneca Hercul. Oeth.4.32.

Ceſſit in prouerbium. Plin.lib.23.cap.1.8.

Cedere ad factum res dicitur. Plaut. Cap.6.102, Quàm citiſſimè

tiſſimè poteſt tam hoc cedere ad factum volo. Id eſt, volo rem ſtatim fieri.
In locum exemplorum cedere. Quint lib. 5. cap. 11. 28.
In partem cedere. Quint. lib. 3. cap. 8. 37.
Pœna cedit in vicem fidei. Liu. 6. ab Vrbe, 135.
In vſum alicui cedere res dicitur, quę conceditur nobis nō tanquam propria, ſed vtenda ſolummodò. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 27.
In vulgus ſpolia cedere. Tacit. lib. 19.
Cedere pro. Colum. lib. 12, Nam pro pulmentario cedit: Id eſt, vice pulmentarij habetur.
Ceſſerit parum gratus. Plin in Paneg. 69, Donauit pater tuus multa, & ipſe donaſti, ceſſerit parùm gratus.
¶ Cedere, *pro incedere*. Plaut. Pſeud. 14. 50, Non prorſus verum ex transuerſo cedit, quaſi cancer ſolet. Horat. 2. Serm. Saty. 1. 13.
Cedere, *pro cenſeri*. Paulus in l. penul ff. de flumi. Secundùm ripam fluminum loca non omnia publica ſunt, quum ripæ cedunt.
Legato cedere: *pro comprehendi*. Paulus in l. nam quod. § ite ſi quis. ff. de penu legata. Quod ſi promiſcuè vti ſolebat, tunc quantum ad annuum vſum ei ſufficeret, familiæq; eius: cæterorumq; qui circa eum ſunt, legato cedet.
Ceditur: Imperſonale.
Cedetur tibi ab omnibus: id eſt, omnes, tibi locum dabunt. Luc. lib. 1. 11.
Cedendum eſt bellis. Lucan. lib. 5. 149.
Malis. Seneca in Troade, 6. 20.
Cedendo victor abibis Ouid. 2. de Arte, 40.
¶ Cedens. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 12,
  Altera lætitia eſt, nec cedens cauſa priori.
Cedentes capelli. Plin. Epiſt. 50. 2. Hoc eſt, abeuntes ac defluentes.
Cedentes in arcem Romani: pro eo quod eſt, ſe recipientes. Liu. 5. bel. Pun.
Vela cedentia: diſcedentia. Lucan. lib. 3. 1.
Arua cedentia retro: id eſt, quæ videntur recedere nobis abeuntibus. Virgil. 3. Aeneid. 99.
¶ Ceſſurus. Ouid ad Piſonem 31,
  Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus & vndis.
¶ Ceſſim: egrediendo, & retrocedēdo. Iuſtinus lib. 2. Commiſſo prælio ite ceſſim, inhibere remos, & à bello diſcedite. Interim ſuperius plauſtrum ceſſim ire cepit.
Redire ceſſim. Alphenus in l. ſi ex plagis. §. quod ſi neque mulæ ff. ad leg. Aquiliam.
¶ Ceſſo: ab opere vaco. Virg. 7. eclog.
  Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub vmbra.
Dies ceſſauit Lucan. lib. 4. 5.
Officium ceſſat. Ouid. Epiſt. 6. 4.
Opus ceſſat: id eſt, labores intermittūtur. Ouid. 6. Faſto. 70.
Pietas. Ouid 4. Triſt. eleg 6. 1.
Voluntas. Horat. 1. Carm. ode 27. 3.
Nunquam ceſſauit hodie dicere. Terent. Phorm. 2. 3. 30.
In pœnas furor ceſſat: id eſt, deſinit pœnas ampliùs inferre. Seneca in Medea, 6. 6.
Ceſſare à prælijs. Liu. ab Vrbe, 116.
Ceſſare, *cum alterius verbi infinitiuo*. Horat. 1. Epiſt. 20. 2.
  —non ceſſauêre poetæ
  Nocturno certare mero, putere diurno.
¶ Ceſſando. Lucretius, lib. 2, 17,
  Si ceſſare putas rerum primordia poſſe,
  Ceſſandoq; nouos rerum progignere motus.
¶ Ceſſare: *conſiſtere in loco*. Plaut. Merc. 19. 2, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida.
¶ Ceſſare: *tardare*. Terent. And. 2. 2. 6. & 5. 2. 4. Ceſſas alloqui? Idem Eunuch. 4. 4. 5,
  —paulùlum ſi ceſſaſſem Pythia, Dominō offendiſſem.
Ceſſare in vota. Virg. 6. Aen. ----ceſſas in vota preceſque, Tros, ait, Aenea?
Nunquid in principio ceſſauit verbum doctè dicere? Plautus Perſa. 16. 85.
¶ Ceſſare: *Diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentiùs agere*, Terent. Adelph. 4. 2. 50, Aeſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur.
Multum ceſſare. Horatius in Arte, 72.
¶ Ceſſare: *otioſum eſſe*. Ouid. 5. Metam. 69,
  Illam non vdis veniens Aurora capillis,
  Ceſſantem vidit, non Heſperus.
Ceſſare & ſtrenuum eſſe, contraria. Horat. 1. Epiſt. 2. 14,
  —quòd ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis,
  Nec tardum operior, nec præcedentibus inſto.
Hoc ceſſat ex reditu Plin. Epiſt 28. 6.
¶ Ceſſatum eſt: *imperſonaliter*. Terent. Adel. 4. 4. 22, Ceſſatum vſq; adhuc eſt, nunc iam Aſchine expergiſcere: id eſt, negligens & otioſus fuiſti. Virg 11. Aeneid.
  Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ,

¶ Ceſſans: immorans. Virg. 3. Aeneid. 86,
  Præſtat Trinacrij metus luſtrare Pachyni
  Ceſſantem longos & circunflectere curſus.
Vento ceſſante: id eſt, non flante. Senec. Herc. Oeth. 4. 45.
Amphora ceſſans: qua nemo vtitur. Hor. 3. Carm. ode 28. 2.
Auſtri ceſſantes: id eſt, non ſpirantes. Lucan. lib. 3. 14.
Ceſſantia fata. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2 6. Id eſt, ceſſans mors.
Morbus ceſſans is dicitur, qui medicis communi vocabulò chronicus vocatur Horat. 1. Epiſt. 15. 2.
Solum ceſſans, dicitur aruum aut ager, qui non exercetur aut colitur. Lucan. lib 3. 91.
Concitare ceſſantes. Horat. 1. Carm. ode 35, 3.
¶ Ceſſaturus. Ouid. 4. Faſt. 162,
  Mutanteſq; domum, tectis agreſtibus ignem,
  Et ceſſaturæ ſuppoſuiſſe caſæ.
¶ Ceſſator: Otioſus qui ceſſat, & nihil agit. Gellius: Amici iſti magnam in parte ceſſatores ſunt. Col. lib. 11. c. 1. 15, In agreſti negotio, vix dici poteſt, quid gnauus operarius ignauo & ceſſatore pręſtet Horat. 2. Serm. Saty. 7. 20,
  Nequam & ceſſator Dauus.
¶ Ceſſatio. Plaut. Pœnulo: 14. 104, Id negotium inſtitutum: non datur ceſſatio.
Fœnus ceſſationis. Col. lib. 2. cap. 1,
¶ Ceſſatus: Adiectiuum. Ceſſata arua, id eſt, neglecta & non culta. Ouid. 4. Faſtor. 124,
  Largaq; prouenit ceſſatis meſſis in aruis.
CEDO.] Verbum defectiuū, in imperatiuo tantùm legitur: dic, vel da. Terent. Eunu. 5. 5. 8, Aut quid factum eſt, cedò.
Cedò aquam manibus. Plaut. Moſt. 4. 150.
Cedò mihi pateram Plaut. Amphit. 8. 144.
Cedò manum, vel dexteram. Plaut. Capt. 13. 90.
Cedò, dic mihi. Terent. And. 4. 4. 24, Cedò, cuium puerum hic appoſuiſti, dic mihi.
Cedò alios, vbi centurio eſt Sanga & manipulus furum? Terent. Eunuch 4. 7. 6.
Cedò quemuis arbitrum. Terent Adel 1. 2. 43, ac ſi diceret, Vincam quocunq; iudice eorum, qui harum rerum conſultiſſimi fuerunt.
Cedò coram ipſo. Terent. Adelph. 3. 4. 38,
  Poſtremò non negabit, coram ipſo cedò.
CEDRELAEON.] Olei factitij ſpecies, ex malis cedri confecta: de qua. Plin. lib 15. cap. 7.
CEDRATVS.] Vide CEDRVS.
CEDRELATE.] genus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. 3.
CEDRIA.] Pix eſt quæ ex cedrelate defluit. Plin. lib. 29. cap. 3. 8.
CEDRIVM.] Pix liquida, & primaria, quæ ex tæda excoquitur. Plin. lib. 16. cap 11.
CEDROSTIS.] Vitis alba. Plin. lib. 23. cap. 1. 11.
CEDRVS.] arbor notiſſima. Vide Plinium, lib. 13. cap. 5, & alijs locis.
Ardua cedrus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14. 3.
Enodes cedri. Claud. de Raptu Proſerp. 3. 72.
Odorata cedrus. Virg. 1 Georg 82.
Cedro digna dicuntur: quę promerentur immortalitatem, & eiuſmodi iudicantur, vt poſteritati conſecrari debeant. Perſius, Saty 1. 9, Et cedro digna locutus.
Carmina cedro linenda. Horat. in Arte, 67.
Liber Flauus cedro Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 3.
Ex antiqua cedro effigies: Quæ cariem non ſentiunt. Virgilius. 7. Aeneid. 37.
¶ Cedratus. Plin. lib 13. cap. 13. 2, Et libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarer tineas non tetigiſſe. Id eſt, cedri ſucco, vel cedrino vnguento illitos.
¶ Cedrinus: qui eſt ex cedro, Plin. lib. 3. cap. 5, Idem lib. 32. cap. 7. 9, Cum oleo cedrino perunctis pilis.
¶ Cedris: Fructus cedri Plin. lib. 24 cap. 5. 6, Cedrides, hoc eſt, fructus cedri, tuſſim ſanant, vrinam ciunt.
CELATIM.] Vide CELO.
CELEBRIS, vel CELEBER.] ſemper paſſiuè poſitum, tam ad rem, quàm ad perſonam relatum. Plin Epiſt. 159. f, Delectus eſt celeberrimus locus, in quo legenda præſentibus, legenda futuris proderentur.
Certamen celebre. Ouid. 1 Metam. 90.
Circus pompa celebris. Ouid. 4. Faſtorum, 79.
Fori celeberrimum. Tacit. lib. 4.
Ludi celebres. Ouid 1. de Arte, 20.
Via celebris. Cato, cap. 1. 2.
Celeberrimus arte grammatica, & in arte grammatica. Plinius libro 24. cap. 17. 11, Et lib. 8. cap. 5. 4.
Nomine, quàm precio celebratior. Ouid. 6 Faſtor. 70.
Deus celebris: id eſt, quem omnes colunt. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 17.
Fide celeberrimus: cuius fides & integritas omnibus in ore eſt. Stat. 2. Achil. 13.
Lux alicui celeberrima. Ouid. 3. Faſt. 143.

Nomina celeberima bello: id eſt, quorum ingens eſt fama ob res in bello præclare geſtas. Sil. lib. 4, 38.
Vox celeberima. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10, 5.
Celeberrimus vir: pro multorum ſermone comprobato. Hermogenianus in l. ſi res pupillaris. ff. de adminiſtratione tutorum.
Ciuitas celebris. Vlpian. in l. ſi in aliquam. ff. de officio Proconſulis & legati.
Frons tumuli celebris dicitur, quæ viam ſpectat. Tibul. lib. 3. eleg 2, 6.
Rumor celebris. Liuius 7. bel. Maced 196.
Celebre nomen laudibus. Liu. 4 ab Vrbe, 232.
Hoc erat celeberrimũ, Menandri poetę comici ætate. Plin.
¶ Celebritas tum hominum cœtum honoratiorum declarat, tum dignationem ipſam atque honorem.
Audientium celebritate inſtinctus. Quint. lib. 1. cap. 2, 20. Plin Epiſt. 67. a, Conuenitur ad eum mira celebritate.
Celebritatem addere ludis. Liu. 10. bel. Pun. 182,
¶ Celebro. Frequento Varro: Cui non tam cura erat vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret.
Fretum celebrant Naiades æquoreæ: id eſt, in æquore viuunt. Ouid. 14. Metam. 112.
Locum aliquem ludis celebrare. Virg. 3 Aeneid. 56.
Miſſile celebratum: id eſt, frequenter coniectum in hoſtes. Silius lib. 3, 65.
Syluas celebrare: In ſyluis verſari. Ouid. 10. Metam 140.
Templa celebrare. Plin. ad Traianum, lib 10. Epiſt. 100.
Celebrare epulas vino. Liu. 5. bell. Pun 128, Et quia alia in obſidione deſint, vino largiùs epulas celebrari. Silius lib. 11, 55.
Certamina celebrare: ludos & ficta prælia ſolenniter obſeruare. Vi g 5. Aeneid. 120.
Connubium celebrare. Claud. epigram 4. 6.
Dapes celebrare canendo. Ouid. 5. Metam. 23.
Celebrare ferias, ludos, &c. Liu. 1 ab Vrbe, 17. Plin. lib. 18. cap. 3, 3.
Diem mero celebrare. Ouid. 3 Faſto. 132.
Religione debita diem celebrare. Plinius ad Traianum, l. b. 10. Epiſt. 223.
Exequias celebrare Liu. 5. bel Pun. 97.
Honorem lætum. Virg. 5. Aeneid 1.
Limina. Propert lib. 1. eleg 16,
Cuius inaurati celebrarunt limina currus.
Ludos. Ouid. 5. Faſtor. 70.
Natalem alicuius. Plin. Epiſt. 234. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 13,
Ille repotia, natales, aliosq; dierum
Feſtos albatus celebret.
Ludis natalem celebrare. Ouid 4. de Ponto, eleg. 9, 24.
Natalis per multos annos celebrandus. Tibul. li. 1. eleg. 7, 13.
Nuptias celebrare: pro, facere. Liu. 6. bel. Maced 46.
Solennia nuptiarum. Tacit. lib. 12.
Sacra. Ouid. 6. Metam. 118.
¶ Celebrare: *Summo honore proſequi, laudare, habere in precio.* Plin lib. 12. cap. 41, Vnam è peculiaribus Indiæ Virgilius celebrauit ebenum. Ibidem, cap. 12. 2, Gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant.
Carminibus aliquem celebrare. Ouid. 1. Amor. eleg. 11, 4.
Fama per orbem celebratus. Ouid. 2. de Arte, 100.
Honoribus celebrari. Ouid. 1. Faſt. 121.
Honore aliquem celebrare, & donis. Virg. 8. Aeneid. 15.
Lyra vel tibia celebrare virum aut heroem aliquem. Horat. 1. Carm. ode 12, 1.
Seipſum celebrare mero. Ouid. 3. Faſt. 132.
Celebrare carmine ripas. Ouid. 2. Metam 25.
Laudibus celebrare. Plin. lib. 14. cap. 6, 2. Idem, lib. 5. cap. 1, 16, Miris laudibus celebrat.
Nomine alterius celebrari. Quint lib. 5. cap. 11, 15.
In prouerbium celebrari. Quint. lib. 1. cap. 10. 18.
Celebrata res ſermonibus. Liu. 4 bel. Maced. 220, Et primò in circulis conuiuijsque, ſermonibus celebrata res eſt. Plinius Epiſt. 153. b, Quæ vox & ſtatim excepta, & poſtea multo ſermone celebrata eſt.
Titulis celebrari. Sil lib. 3, 30.
Famam alicuius celebrare omnibus in locis. Catull. epig. 63, 10.
Gloriam celebrari in longo æuo. Sil lib 3, 30.
Celebrare ſe & Rempub. Salluſt. in Iugurtha.
Studium agriculturæ celebrare. Col lib. 8. cap. 16, 1.
Vatem celebrare. Ouid. lib. 2. de Arte amandi, 148.
¶ Celebratio: laus honor.
Celebrationem habere. Plin. lib. 34. cap. 5, 2.
¶ Celebrandus Claud de bel. Get. 128, O celebranda mihi cunctis Pollentia ſeclis.
CELER.] velox Celeri gradu iri. Plaut. Trinum. 9, 21.
Celerem ſedato opponit. Horat. lib. 1. Epiſt. 19. 19,
Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi.
Celer Hebrus: Hoc eſt, magno impetu fluens & rapidus. Virg. 1. Aeneid. 65.
Multùm celer Horat. 2. Serm. Saty. 3, 30.
Appulſu celerrimum. Tacit. lib. 3. 54. 10.
Iaculo celer: id eſt, optimus iaculator. Virg. 9. Aen. 37.
Metu celer. Ouid. 11. Metam. 155.
Pedibus celeres. Claud. 3. Paneg. 60. Virg. 4. Aeneid. 56.
Agmen remorum celere. Virg. 5. Aen 43.
Alas celeres commouere. Virg 5. Aeneid. 44.
Animus celer. Virg 4. Aeneid. 58.
Auræ celeres. Virg 4. Aeneid. 40.
Canes celeres. Ouid. Epiſt. 4, 8.
Cardo cæli celer. Seneca Hippoly. 9, 1.
Carina celeris. Ouid. 12. Metam. 90.
Conſilium celere. Terent. Phorm. 1. 4. 1.
Copia celeris. Plaut. Merc. 22. 9, Date di quæſo conueniendi mihi eius celerem copiam. Id eſt, vt citò eum conueniã.
Currus celeres dicti, quod celeriter mouentur. Sen. Agam. 11, 1.
Curſus celer. Seneca Hippol. 10, 3.
Deæ celeres, vocantur Horæ, ab Ouid. 2. Metam. 24.
Fata celerrima: Mors quæ celeriùs obitur. Virg. 12. Aen. 102.
Fide celeri probare aliquid. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 23.
Flamma celeris. Lucret. lib. 2. 39.
Flammæ celeres. Tibul lib. 4 eleg. 6, 4.
Fuga celeris. Virg. 3. Aeneid. 49.
Greſſus celeres. Seneca Medea, 10, 22.
Ictu celeri præcidere aliquid. Lucret. lib 3, 128.
Ignis celer. Horat. 3. Carm. ode 4. 16.
Lapſus celer. Valer. lib. 1. Argonaut. 19.
Letho celeri aliquem mittere. Claud. 1 in Ruff. 47.
Lingua celeri vti ad negandum. Plaut Trucul. 2, 6.
Lunæ celeres. Horat 4. Carm. ode 7, 3.
Manu celeri aliquid agere. Ouid. 3. de Arte, 115.
Mente celeri circunſpicere. Ouid. 1. de Remed. Amor. 18.
Mergi celeres. Virg. 1. Georg. 73.
Miniſtri celeres Claud. 1. in Ruff 69.
Mors celeris: Præmatura. Ouid. 4. de Ponto, eleg 16. 3.
Operæ nimium celeris, & curæ carentis verſus: id eſt, carmẽ nulla cura & opera compoſitum. Horat. in Arte, 53.
Penna celer. Ouid. 8 Metam. 138.
Pennę celeres. Horat. 3. Carm. ode 29, 11.
Pes celer. Seneca in Medea, 6. 1.
Pede celeri. Senec Hippol. 8, 66. Vt celeri velox pede labetis. Id eſt, breui momento.
Plantę celeres. Virg 7. Aeneid. 162.
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas. Senec. Hippol. 1, 1.
Puppe celeri auferre aliquem. Ouid. Epiſt. 18, 36.
Facilis & celeris ratio: id eſt, prompta. Lucret. lib. 4. 29.
Ratione celeri res geritur. Lucret lib. 4, 29.
Recurſus celer. Ouid. 6. Metam. 89.
Riui celeres. Horat. 3. Carm. ode 11, 3.
Rotæ celeres. Senec. Hippol. 10, 22.
Sagittæ celeres. Virg. 1. Aeneid. 39.
Sagitta celeri certare. Virg. 5. Aeneid. 96.
Senſu celeri dolis occurrere. Claud. 4. Paneg. 48.
Somnus celer: Leuis, breuis. Senec. Hippol. 4, 33.
Telum celere. Valer. lib. 3. Argon. 37.
Turbo celer. Virg. 12. Aeneid. 170.
Venti celeres. Horat. 1. Carm. ode 12, 2.
Viæ celeres: id eſt, curſus veloces. Senec. Hippol. 6, 12.
Virtus celeris Ouid 4. de Ponto, eleg. 9, 16.
Volumine celeri ſydera torquentur. Ouid. 2. Metam. 15. Id eſt, præcipiti motu circumaguntur.
Facere celer: id eſt, celer ad faciendum. Et, Celer excipere aprum, apud Horatium, 3. Carm. ode 12, 3. Idem 4. Carm. ode 6. 8,
—celeremq; pronos Voluere menſes.
Iraſci celer. Horat. 1. Epiſt. 21, 5.
Tollunt ſe celeres. Virg. 6 Aeneid. 41. De auibus.
Venire celer dicitur aliquis. pro, celeriter. Ouid. 9. Met. 159.
¶ Celeres, Antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere, interfectore Remi, qui initio à Romulo ijs præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curijs deni: ideoq; omnino trecenti fuere. Hæc Feſtus. Plin. lib. 33. cap. 2.
Latini celeres. Virg. 11. Aeneid. 121.
¶ Celero: Celeriter aliquid facio.
Aliquid celerare. Virg. 1. Aeneid. 133,
Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates. Id eſt, celeriter facere cupiens.
Caſum celerare: id eſt, celeriter cadere. Lucret. lib. 2, 47.
Fugam. Virg 9. Aeneid. 73.
Gradum. Sil. lib. 16 16. Et Virg 4. Aeneid. 129.
Iter inceptum. Virg. 8. Aeneid. 18.

Quàm

Quàm maximis itineribus. Tacit.lib. 20.384.38.

Opem:pro,celeriter auxilium ferre. Valer.lib.3.50.

Viam celerans. Virgil.5.Aeneid.121.

¶ Celeritas : Velocitas.

Celeritas in capiendis caſtris,in agendo. Cæſar 7.bell.Gall. 187.

Actionum coniungendarum celeritas. Vlpian.in l. hæc ratio.§. ſed ſi debitorem. ff. de donationibus inter virum & vxorem.

Percipiendi celeritas. Quint.lib.1.cap.10.26.

Deſiderat celeritatem res.Vlpianus in l prima.ff.de damno infecto.

¶ Celeritudo : Idem quod Celeritas. Varro 3. de Re ruſt. cap.12.5, Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes eſſet.

¶ Celeriter:Velociter.Cęſar 5.bell.Gall.76,Illi imperata celeriter fecerunt.

Celeriter & ſine cauſa agere aliquid. Paulus in l.nequis.ff. de cuſtodia & exhibitione reorum.

Celeriùs intelligere.Plin. Epiſt.88.b.lib.6.

¶ Celeranter: Celeriter. Accius: Sed quis hic eſt,qui matutinum curſum huc celeranter rapit?

¶ Celeratim. Siſenna, hiſt.lib.5, Quò magis celeratim poterant,in inſidijs ſuos diſponit.

Celevsma,vel Celevma.] Clamor eſt nautarũ, quum, vno aliquid iubente,omnes vniformiter reſpondent,quaſi ſibi inuicem iubentes.Sipontinus Martialis lib.3.25,

Quorum per vada tarda nauigantes
Lentos figitis ad celeuma remos.

Cella.] dicta à celando,autore Seruio : quòd in ea celentur, quæ eſſe volumus occulta. Terentius Adelph. 4. 2. 14.Nam me in cellam aliquam cum illa concludam.Martialis, lib.5.87,

Vnde tibi togula eſt, & fuſcæ penſio cellæ?

Cella vini & olei Paulus in l.nam quod.§. item ſiquis.ff.de penu legata,ſolebant in hæreditate relicta.

Cella vinaria. Varro 3.de Re ruſt. cap.2.5, Nec vindemiam in cella, neque in granario meſſem.

Cella promptuaria Carcer,ex quo promuntur vincti.Plautus Amphit. 4. 4, Inde cras è promptuaria cella depromat ad flagrum.

Cellæ anguſtæ. Horat.1.Serm.Saty.8.2.

¶ Cella : *Pars templi erat ſacratior , in quam ingredi fas non erat.* Vnde apud Gellium legitur, Scipionem in Capitolium veniſſe : iuſſiſſeq; cellam Iouis aperiri , ibique ſolum demoratum fuiſſe.Liu.5 bel.Maced.161, De multa damnatorum, quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ in cella Iouis, faſtigium ædiculæ.

Cellas , *fauorum cauernas* vocauit. Virgilius lib. 1. Aeneidos 88.

¶ Cellula.Terent. Eunuch.2.3.18, Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cellulæ columbarum cauatæ. Colum.lib. 8.cap.9.2.

¶ Cellaria:Quæ præeſt cellæ. Plaut. Milit. 10.101 , Iampridem,quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria. Plaut.in Mil. Ego eijciar cellaria:id eſt,cella.

¶ Cellarius:Qui præeſt cellæ.Plautus Capt.13. 126, Sume, poſce, prome quiduis : te facio cellarium. Colum lib.11. cap.1.17,Non minor habenda erit ratio. vt cibus & potio ſine fraude à cellarijs præbeatur.Vlpianus in l.quæſitum. §.cellarium. ff. de fundo inſtructo & inſtrumento legato. Cellarium quoque:id eſt, qui ideo præpoſitus eſt, vt rationes ſaluæ ſint.

¶ Cellarium:Idem quod Cella. Plinius,libro 36.cap.15.12, Quorum agri quoq; minorem modum obtinuere , quàm cellaria iſtorum. Sic idem lib.19.cap.12.5.

¶ Cellaris.Colum.lib.8.cap.8.1,Hac eadem ratione palumbos , columboſq; cellares pinguiſſimos facere contingit.

Cello.] quo veteres vtebantur pro Cedo:nunc compoſitis tantùm vtimur,Excello,Præcello.

Celo.] Abſcondo tego. Ouid. 2.de Arte,82.

Quæ bene celaris,ſi qua tamen acta patebant,
Illa licèt pateant,tu tamen vſq; nega.

Secreti calles celant. Virg.lib.6.Aeneid.89.

Celare,*cum accuſatiuo.* Terent.Heaut.4.3.27,

----vt celet Senem.

Celare,*cum duobus accuſatiuis,perſonæ & rei.* Terent. Adelph. 1.1.29,Ea ne me celet,conſueſeci filium. Idem. And. Idq; adeò metuens vos celaui, quod nunc dicam.

Celare aliquid alicui. Terent. Phor. Si hoc celetur patri, in metu ſum. Aemil. Prob. Id Alcibiadi celari diutiùs non potuit.Hirtius de bell.Alex.lib.4.23.

Celare ne Plautus Aulul. 5.35, Nunc quum celo ſedulo,omnes ne ſciant.

Celare ſe tenebris:id eſt, omnino ſe occultare. Virg. 9. Aeneid.89.



Amorem celare.Ouid.12.Epiſt 8

Perfide ſenſiſti: quis enim bene celat amorem.

Autorem celare : Tacere nomen autòris. Horat.2.Serm.2. Sat.4.3.

Culpam celare ſub imagine falſa.Ouid.2.Met 8. Idem 2. de Arte amandi,78,Ludite,ſed furto celetur culpa modeſto.

Damnum.Ouid.9 Metam.20.

Crimina ſuá. Ouid.2. de Arte,86.

Diem celare,Sol dicitur,qum occidit.Horat.in Carmine ſeculari , 2.

Fugitiuum celare.Vlpianus in l.1.ff. de ſeruis fugitiuis.

Fororem.Ouid.15 Epiſt.48.

Granum ſub cortice celant mala punica.Ouid.10 Met.146.

Hamos celare cibis:id eſt,hamum in eſca abſcondere.Ouidius 15.Metam.96.

Ignem celare.Ouid.6. Faſt.60.

Inane.Lucret.lib.1:107.

Ingenium celare,& Nudare,contraria. Horát.2.Serm.Saty. 8.15.

Celare orata alicuius. Terent.Hecy.4.1.61.

Pudorem Ouid. 2. Metam.59.

Vlcera incurata. Horat.1.Epiſt.17.5.

Turpia Horat.1.Serm.Satyr.2.17.

Vultus timorem celans. Lucan. lib.10.3.

Vuluam celare.Ouid.5.Faſt.104.

Vultum celare manibus. Ouid.4.Metam.137.

Vultum prodentem gaudia.Horat.2.Serm.Saty.5.21.

Venditorem celare, accipiemus ( inquit Vlpianus in l. prima. § venditor.ff de actionibus empti & venditi)non ſolùm,ſi non admonuit,ſed etiã ſi negauit,ſeruitutem iſtam deberi,quum eſſet ab eo quæſitum.

¶ Celor: *Paſſiuum*.Terent Eunuch.2.3.3, Vbi vbi eſt,diu celari non poteſt.Cæſar.7.bel.Gal.326,Neque recte aut turpiter factum celari poterat.

Foribus opertis celari. Ouid 2.Faſt.113.

Foſſæ celanter arundine:id eſt, operiuntur. Ouid. 5. Triſt. eleg 7.8.

¶ Celatus. Particip.

Non gratam inuito ſeruat celata ſalutem. Sil.lib.17.118.

Anni celati Propert lib 3.eleg.24.7.

Fores celatæ. Ouid.2.Metam.164.

Ignes celati.Ignoti amores.Ouid.9.Metam.104.

Peccata celata. Lucret lib.5.134.

Virtus celata Horat.4 Carm.9 ode 6.

¶ Celatim:Occulte.Siſenna,lib.6.Hiſtoriarum: Quàm maximè celatim poterat,in inſidijs duo diſponit. Ex Gellio, lib.12.cap.15.

Celox.] Nauigium breue: dictum à celeritate, autore Nonio.Plaut.Capt.13.105, Vidi in publica celoce. Liu.1. bel Pun.59.Naues ducentæ viginti, quinqueremes, celoces viginti deductæ. Varro, in Marco, apud Marcellum: Nautæ remiuagam mouent celocem.

Celsvs.] Altus ſublimis, excellens: à Cello antiquo verbo.Plin. lib. 13. cap. 24. 3, Firmiores , celſioresq; infantes fore.

Celſior armis : Superior & potentior.Valerius,lib.2.110.

Cunctis celſior.Claud.de bel.Get.87.

Celſus corpore.Liu.10. bel.Pun.153.

Celſa criſtis auis Plin.lib.10. cap.21.2.

Honore celſus. Ouid. Epiſt. 10.26.

Vertice celſior.Claud.de bello. Get.16.

Arx celſa.Virg 1 Aeneid.12.

Caput celſum: Altiſſima pars corporis.Sen.Hippol.5.14.

Colles celſi Seneca Agamemnone,2.8.

Collum celſum. Ouid.11.Metam.72.

Corpus celſum:id eſt,magnum.Silius.lib.3.47.

Eques celſus.Statius lib. 1. Sylu.4.9.

Os celſum , dicitur reſpectu totius corporis , quaſi in alto poſitum Claud.de raptu Proſerpinæ, 1.17,

----tum talia celſo Ore tonat. Idem 1.Paneg o.

Puppis celſa.Virg.3.Aeneid.105. Idem,lib.4.80,

----littore celſas Deducunt ſcopulo naues.

Regia celſa. Ouid.Epiſt 1.7.

Sonipes celſus.Seneca Hippol.10 3.

Sylua celſa. Valer lib.6. 16.

Turres celſæ Horat.2.Carm.ode 10.2.

Vrbs celſa. Virg.3. Aeneid.59.

Gradi celſam. Senec. Agamemn.7.26,

Graditurq; celſa. Hoc eſt, incedit erecta.

Celtis.] Genus eſt eximiæ teſtudinis, ſed raræ.Plin.lib. 9.cap.10.

Celtis.] Eſt arbor inſignis,magnitudine pyri.Plin.lib.14. cap 17.

Cemvs.] Herba eſt,apud Plin.li.27.c.8, cuius deſcriptionẽ ſe idcirco prætermittere ait, quòd ſolis in amatorijs vſum habeat.

CENCHRIS.] Genus ſerpentis venenoſi. Plin.lib.20.c.22.16.

¶ Cenchris: Genus accipitris. Plin.lib.29.cap 6.20.

CENCHRITES.] Gemmæ ſpecies, quæ veluti ſparſa milij grana habere videtur. Plin.lib.37.cap.11.3.

CENCHRON.] Adamantis genus eſt, quod fit milij magnitudine. Plin.lib.37.cap.4.3.

CENOTAPHIVM.] Imaginarium ſepulchrum. Vlpian.l. Vel quæ. ff. de religioſis & ſumpt. funerum. Si adhuc monumentum purum eſt, poterit quis hoc & vendere & donare: ſi cenotaphium ſit poſſe hoc venire dicendum eſt.

CENSEO.] Puto ſiue arbitror. Teren. Adel.4.2.4.1, Cenſen' hominem me eſſe? Ibidem 4.5.23, Quid iſtas cenſes.

Cenſere: ſententiam ſuam explicata ratione approbare audientibus. Plinius in epiſtolis: Iam cenſendi tempus, dixit Domitius Conſul deſignatus. Iabolenus, de Verb. ſignif. Cenſere, eſt conſtituere & præcipere. Vnde etiam dicere ſolemus, Cenſeo vt hoc facias: Et Senatum aliquid cenſuiſſe. Modeſtinus in l. cenſere. ff. de verb. & rerum ſignif.

Cenſeo vt. Cæſar, 1. bel. Ciuil. 5, M. Calidius cenſebat, vt Pompeius in ſuas prouincias proficiſceretur.

Cenſere dicitur Senatus, & Populus iubere. Liuius, 7. bel. Macedo. Senatus eam pacem ſeruandam cenſuit: & paucos poſt dies populus iuſſit.

Cenſere, pro Sententiam dicere. In l. vltima. ff. de ſenatorib.

Territorium cenſere, pro, Imperare territorio cenſum. l.1. C. in quib. cauſis pignus vel hypotheca tacite cōtrahitur.

Cenſere: *Dicere*. Plaut. Stich.8.22, Non ædepol. poſſum. G. quid grauare? cenſeas.

¶ Cenſere, *pro non aſſentiri*. Suetonius in Auguſto, cap.35, Vt perinde quiſq; animum intenderet, ac ſi cenſendum magis, quàm aſſentiendum eſſet.

¶ Cenſeri. Plin.lib.8, Animalia igitur quædam bruta, naturali quadam intelligentia, prædita propterea cenſentur.

Laude alicuius cenſeri: id eſt, probari. Claud. epig 22.14.

Aetatem in cenſendo ſignificare neceſſe eſt. Vlpianus in l. ætatem. ff. de cenſibus.

¶ Cenſere: *Iraſci*. Varro: Ne vobis cenſeā, ſi ad me referetis.

¶ Cenſio: Aeſtimatio. Feſtus: Cenſionem facere dicebatur cenſor, quum multam equiti irrogabat. Plaut. Rud. 28.9, Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.

¶ Cenſitor: Idem quod Cenſor. Vlpianus in l. forma. §. illā æquitatem ff. de cenſibus. Pomponius in l. ergo. §. alluuio. ff. de acquir. rer. domi.

¶ Cenſor: à cenſendo dictus. Feſtus: Cenſores dicti, quòd rem ſuam quiſq; tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Varro de Lingua Latina: Cenſor, ad cuius ceſionem, id eſt, arbitrium, cenſeretur populus. Liu. 1. Deca. libr. 4. docet, Cenſores ab agendo populi cenſu nomen fuiſſe ſortitos.

Cenſor & caſtigator. Horat. in Arte, 36.

Minorum cenſor. Horat. in Arte, 36.

Rigidus Cenſor. Iuuenal. Saty.11.10.

Sanctiſſimus. Quint.lib.4. in procœmio, 3.

Animum cenſoris ſumere. Horat.2. Epiſt.2.22.

¶ Cenſorius: ad Cenſorem pertinens. Cenſoria caſtigatio, Plin.lib.18.cap.6.1, Et paulò pòſt, 94.

Nota cenſoria. Quint.lib.5.cap.11.11.

Subſcriptio. Quint.lib.5.cap.13.26.

Virgula. Quint.lib.1.cap.2.

¶ Cenſura: Cenſoris officium, ad quem iura morum ſpectant. Plin.lib.14 cap.4.1.

Annua & ſemeſtris cenſura. Liu.lib.4 ab Vrbe, 102.

Quinquennalis. Liu.lib. 4. ab Vrbe, 101.

Agere cenſuram. Ouid.6. Faſt.130.

Cenſuræ lex. Propert. lib.4. eleg.12.9.

Cenſuram vini facere. Plin lib.14 cap.6.11.

Cenſura: *Reprehenſio correctio*. Plin. Paneg 73, Nam vita principis, cenſura eſt, eaq; perpetua.

Cachinni cenſura. Iuuenal. Saty.10.4.

Vexat cenſura columbas. Iuuenal. Saty.2.7.

¶ Cenſus: æſtimatio rerum ac bonorum facta. Liu.lib.1. ab Vrbe, 185 Cēſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio.

Vitia cenſuum. Vlpianus in l. vitia. ff. de cenſibus.

Cenſus: *Quicquid fortunarum quis habet*. Iuuenalis.

Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet Quæſtio.

Cenſus & fortunæ. Vlpianus in l. cogi. ff. ad Trebellianum.

Breuis cenſus: id eſt, tenuis. Horat.2. Carm. ode 15.3.

Exiguus. Horat.1. Epiſt.1.9.

Exuperans cuncta patrimonia. Iuuenal. Saty.10.2.

Indomitus. Iuuenal. Saty.14.18.

Intactus. Lucan. lib.3.32.

Magnus. Iuuenal. Saty.14.21.

Miſera eſt magni cuſtodia cenſus. Iuuenal. Saty.14.31.

Priuatus cenſus. Horat.2. Carm. ode 15.3.

Tenuis cenſus: &, Homo tenui cenſu. Horat.1. epiſt.7.11.



Diues antiquo cenſu. Horat. 2. Serm. Saty.3.34.

Germanicus agendo Galliarum cenſu intentus. Tacit. li.1.

Nobilitate cenſus non maior. Ouid.9. Metam.135.

Cultus maior cenſu. Horat.2. Serm. Saty.3 65.

Augere cenſus reditu quodam. Ouid.1 Amor. eleg.10.9.

Omni cenſu maiorum carere. Iuuenal. Saty.1.7.

Honores dat cenſus. Ouid.3. Amor. eleg.7.11.

Ianua pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores. Idem 1. Faſt. 44.

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper vbiq; iacet.

In cenſum deferre. Vlpianus in l. forma. § lacus ff. de cenſib.

Demittere cenſum in viſcera: abligurire bona. Ouid.8. Metam. 171.

Eruitur cenſus. Lucan. lib.3.32.

Partus per vulnera cenſus. Ouid.3. Amor eleg.7.2.

¶ Cenſualis. Vlpianus in l. Forma. ff. de cenſibus. Forma cenſuali cauetur, vt agri ſic in cenſum referantur.

Vincula cenſualia. Vlpian. in l. Forma §. ſi quis inquili[illegible] ff de cenſibus.

CENTAVRIA, ſiue CENTAVRIVM.] Genus herbæ. Plin. lib.25 cap.6.3.

Centaurea, legitur apud Virgilium, lib.4. Georg.54.

Cecropiumq; thymum, & graucolentia centaurea.

Lucret.4.25,

Abrotaniq; graues, & triſtia centaurea.

CENTAVRIDES.] Genus ornamenti muliebris, apud Pollucem, lib.5.cap.16.

CENTAVRVS.] [illegible], Fluuius Aetoliæ eſt, qui prius Euenus dicebatur, poſt Neſſi centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus vocitatus.

CENTENARIVS, CENTENVS, CENTESIMVS, CENTIES.] Vide CENTVM.

CENTIFOLIA.] Roſa, de qua Plinius, lib.21.cap.4.3.

CENTIGRANVM.] Genus tritici. Plin. lib 18. cap 10.5.

CENTIMANVS.] Qui centum manus habet. Virg. 6. Aen. Ouid.3. Metam.30,

Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa.

Centimanus Gyges. Horat 3. Carm. ode.4.14

CENTINODIA.] Herba, quæ & genicularis dicta, Plin. libr. 27.cap.12.

CENTIPEDA.] Vermis, de quo. Plin.lib.29.cap.6.27.

CENTIPELLIO.] Plin. lib.28. ca 9.25, de hircis. Teſtes quoque eius inueterati, vel genitale maris ſalutariter dantur in vino: Item ventres, qui centipelliones vocantur.

CENTIPES.] Piſcis eſt, alio nomine Scolopendra di[illegible] Plin.lib.9.cap.43.

CENTO.] Sipontinus: Centones à villorum mu[illegible] quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. Si[illegible] libr. 3. hiſtor. Aceto madefactis centonibus [illegible]guntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia ob[illegible] Cæſar 2. bel. Ciuil.33, Centoneſq; inſuper iniecerunt.

Cento: *genus veſtimenti ruſtici*. Col. lib.1. cap.8.6. Cato, ca 2.2.

Centones. *Veſtes è varijs panniculis, ac diuerſis etiam interdum coloribus conſarcinatæ*. Iuuen. Saty.6.13, Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Centones farcire alicui: Prouerbium in Epid.10.19, Plaut. Quin tu alium quæras, cui centones farcias. Id eſt, quem tu glorioſis mendacijs & conſarcinatis fabulamentis expleas.

¶ Centunculus. Liu.7. ab Vrbe, 62, Mulis ſtrata detrahi iubet, biniſq; tantùm centunculis relictis.

CENTVNCVLVS.] Herba, de qua Plin.lib.24.cap.15.8.

CENTRINES.] genus culicum. Plin.lib.17.cap.27.

CENTRVM.] Punctus in medio circuli, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, ſunt inter ſe æquales.

Centrum ſolis. Plin. lib.18.cap.29.2.

¶ Centra, *in arboribus & in marmore*. Plin.lib.16.cap.39.10. id eſt, duritia clauo ſimilis, inimica ferris.

¶ Centralis. Plin.lib.2.ca.23.3, Quoniam terra centralis interueniat.

¶ Centroſus: vt Centroſa ſcobs, id eſt, limatura admodum dura: veluti centrum, quod in marmore vel iunipero inuenitur. Plin. lib.37.cap.7.6.

CENTVM.] Nomen numerale indeclinabile.

Centum, indefinitè, pro pluribus. Centum greges: apud Horat.2. Carm. ode 16.7. Centum iuuenci: apud eundem, lib. Epod.17.8. & Centum puer artium. 4. Carm. ode 1.3.

¶ Centies. Centies circunſpicere priùs, quàm. Plaut. Rudente, 24.124.

Centies dicere. Plaut. Pſeud.20.117. Terent. Heaut.5.1.8.

Centies vicies prælatus. Plin.lib.7. cap.28.1.

¶ Centenarius: denotat non multiplicationem ſui, ſed numerum aliarum rerum, quę non nominantur. Centenaria pondera, Plin.lib 7.cap.20.2.

Centenarius numerus gregū. Varro de Re ruſt. lib.2.c.5.17.

¶ Cente-

¶ Centenus.Plin.lib.11.cap.37.65, Iecur maximè vetuſtatis patiens centenis durare annis,obſidionum exempla procidere.
Centeni viceni quini homines. Plin.lib.7.cap.49.5.
Centena vicies LXXXIII. M. hominum. Plinius libro 7. cap.26.3.
Decies centena Horat.1.Serm.Saty.3.3.
Decies centena millia.Plin.lib.33. cap.10.1.
Centenos annos excedere.Plin.lib.7.cap.2.19.
Arbore centena fluctus verberare.Virg.10. Aeneid.41.Id eſt centum ingentibus remis.
Aſſes centenos vicenos quinos diuidere. Liuius 6.bel.Macedon.156.
Eques centenus. Stat.6. Thebaid.43.
Iudex centenus. Ouidius ad Piſonem, 9. Id eſt, iudicium centum virorum.
Centenæ manus:pro,centum.Stat.lib.10.Theb.58.
¶ Centeſimus.Plin.lib.5. cap 4, Ita appellatur regio. CCL. M.paſſuum fertilitatis eximiæ,cum centeſima fruge,agricolis fœnus reddente terra.
Centeſima pars.Plaut. Capt.7.64.
Centeſimus dies. Plin.lib.5.cap.9.14.
Centeſimæ vſuræ.Plin. Epiſt.205.
¶ Centiceps:qui centum habet capita.Horat.2.Carm.ode, 13.7.

—illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps Aures.

¶ Centumgeminus:centies duplex. Virg. Aen.58.
¶ Centumuiri.Quum eſſent Romæ XXXV. tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ: terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum,qui Centumuiri appellati ſunt.Feſtus.
¶ Centumuiralis: pertinens ad Centumuiros.
Centumuiralis haſta: dicta,quòd Centumuiri,haſta in foro poſita iudicarent. Sueton. in Auguſto,cap.36.
Centumuiralium partes.Quint.lib 5 cap.2.2.
¶ Centuplex. Plautus Perſa, 16.8, Hæc niſi vnde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis paruu' eſt.
¶ Centuplicatò.Plin.lib.6.cap.23.11, Digna res, nullo anno imperij noſtri minus HS. quingenties exhauriente India,& merces remittente,quæ apud nos centuplicatò veneant.
¶ Centuſſis: Nummi ſpecies, ad centum aſſium valorem. Perſius,Saty.5,

Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

CENTVM CAPITA.] Herba, ex aculeatarum genere.Plin. lib.22.cap.8.1.
CENTVMPONDIVM.]pro immani pondere legitur,etiã ſi centum pondo excedat.Plaut. Aſin.7.37, Ad pedes quãdo alligatus es, æquum centumpondium. Cato, cap.13. Cellas duas, trutinam vnam, centumpondium, incertum.
CENTVNCVLVS.] Vide.CENTO.
CENTVRIO.] A' numero,cui in militia præerat, dicebatur. Cæſar 1.bel.Gal.158, Horum vocibus ac timore paulatim etiam hi qui magnum in caſtris vſum habebant, milites, centurionesque, quique equitatui præerant, perturbabantur.
Hircoſa gens Centurionum.Perſius,Saty 3.8.
Magni Centuriones. Horat.1. Serm.Saty 6.13.
Varicoſi. Perſius,Saty.5.19,pro duris & laborioſis.
In Centuriones inuadere.Tacit.lib.1.
Centuriones,vite milites cædebant.Iuuenal.de Mario.Plinius lib.14.cap.1.9,Centurionum in manu vitis,& opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat.
¶ Centurio.In centurias diſtribuo.Liu.5. bel.Pun.82, Eam iuuentutem ex induſtria centuriauerat, armaueratq; ad tales caſus.Idem 6. ab Vrbe,8.
¶ Centuriatus:In centurias diſtributus. Liu.2.bel.Pun.159, Sua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati,centuriati pedites coniurabant.
Centuriati manipulares. Plaut.Milite,11.3.
¶ Centuriatus: Dignitas & officium centurionis.Liu.2.bel. Pun.159,Vbi ad decuriatũ, aut centuriatũ, conueniſſent.
¶ Centuriatim:Per centurias. Liu.6.ab Vrbe, 73, Cæſar, 1. bel.Ciuil.281. Subſequuntur Tribuni militum, Centurionesq; centuriatim.
¶ Centurionatus:idem quod Centuriatus: Agere centurionatum. Tacit.lib.1.16.17.
CENTVSSIS.] Vide CENTVM.
CEPE.] quod capitis ſimilitudinem habeat:vel quòd in caput creſcat.Plin lib.19.cap.6.3.Ergo omnibus annis ſeparatim cepe ſemen cauſa ſeritur, ſeparatim cepe ſeminis.
Tunicatum cepe.Perſ. Sat.4.37.
¶ Cepa:Idem. Plin. lib.19,cap. 6.8, Cætero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent. Ouid
Cædenda eſt hortis eruta cepa meis. Matt.lib.3.35,
—putri cepas alece natantes. Col.lib.10.13.Atq; oleris pulli radix,lacrimoſaq; cepa Ponitur.
¶ Cepetum.Gellius lib.20.cap.7, Cepetũ reuireſcit,& congerminat decedente Luna.
¶ Cepina: locus cepis conſitus, vel ipſarum ceparum vno in loco conſitarum multitudo.Columella:Sed cepina vel ſæpius, certè non minus debet quàm quater ſarriri.
CEPHALEA.] Morbi quibus totum caput infeſtatur. Plin. lib.20.cap.13.10.
CEPHALVS.]Piſcis quem latini mugilem vocant:eo quòd caput in metu occultet exiſtimans totum ſe abſconditũ.
¶ Cephaleus:vt Cephalea caro. Luci.lib.1.Saty.Ex Gellio, lib.10. cap.20.
CEPHENES.] Imperfectæ apes ſunt, & inutiles operi, niſi quòd multitudine,quæ ad calorem multum confert, fœtus adiuuant.Sipontinus Plinius lib.11.cap.16.& cap.11.
CEPHVS.] Animal,quod apud Aethiopes reperitur. Plin. libro 8. cap.19.
CEPIONIDES.] Gemma cryſtallini nitoris,quæ imagines reddit vt ſpeculum.Plin.lib.37 cap.10.17.
CEPITES.] Gemma candida, venarum nodis coeuntibus condore imaginem referens. Plinius lib.37.cap.10.13.
CERA.] Plin.lib.21 cap 14 4,Cera fit expreſſis fauis:ſed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili.
¶ Ceræ, *etiam vocantur tabellæ pictæ*. Ouid. Perlege diſpoſitas generoſa ꝑ atria ceras. Intelligit cereas imagines,in atrijs nobiliſſimi cuiuſq; per armaria diſpoſitas. Iuuen. Satyr.8.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atque vnica virtus.

Suetonius in Galba,cap.2.Plin.lib,35. cap.2.3.
Ceras, *aliquando pro libellis ſiue epiſtolis capimus.* Iuuenalis:

Nõnne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio?

Plin. Iunior, lib. 1. Epiſt. Erat in proximo, non venabulum aut lancea,ſed ſtylus & pugillares: meditabar aliquid, enotabamque: vt, ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.
Primæ & ſecundæ ceræ teſtamenti: pro primis & ſecundis tabellis ſiue folijs teſtamenti.Suetonius in Nerone: Cautum, vt in teſtamentis, primæ duæ ceræ teſtamentorum, modò nomine inſcripto vacuæ, ſignaturis oſtenderentur. Sueton. in Cæſare, Pedum ex quadrante heredem inſtituit, reliquos in ima cera: Id eſt, in vltima parte tabulæ teſtamentariæ. Horat.2.Serm Saty.5.11.
Parieti quoq; depicto,& armis, cera Punica cũ oleo liquefacta, candens ſetis inducebatur,iterumq; admotis gallæ carbonibus adurebatur ad ſudorem vſque: poſtea candelis ſubigebatur, deinde linteis puris, vt ſicut marmora niteſcerent. Sipontinus, ex Vitruuio, lib. 7. cap. 9. de minij temperatura. Plin.lib. 21.cap.14.7, Nigreſcit cera addito chartarum cinere, ſicut anchuſa admixta rubet.
Cærite cera dignus:Homo nullius precij.Hor.1.Epiſt.6.13.

—Cærite cera
Digni remigium vitioſum Itacenſis Vlyſſei.

Alba cera.Plin,lib.22.cap.24.10.
Flaua.Ouid.8. Metam.40.
Flauens. Ouid.8.Metam.135.
Fragilis. Iuuen.Saty.12.9.
Impatiens caloris. Ouid.2.de Arte,12.
Laboratæ ceræ.Stat.10.Theb.115.
Odoratæ ceræ.Ouid.8.Metam.46.
Puſilla cera.Iuuen.Saty.14.13.
Ceræ ſexangulæ, dicuntur alueoli apium. Ouidius 15.Metamorph. 77.
Solutæ igne ceræ.Ouid.2.de Arte,10.
Tenax cera:quæ mel retinet. Virg.4. Georg.33.
Tenues ceræ. Valer.lib 1. Argon.26.
Calamos cera coniungere plures. Virg.eclog.2.3.
Nomen alicuius cera defigere:id eſt,in cera ſcribere. Ouid. 3.Amor.eleg.6.6.
Illita ceris pocula. Ouid.8.Metam.135.
Liqueſcit cera. Virg.8.eclog.16.
Mollire ceram digitis. Ouid. 8.Metam.40.
Tabeſcere ceræ dicuntur, quum liquefiunt. Ouidius.8.Metam. 46.
¶ Cero: Cerã tego. Columel.lib. 12. cap. 50. 14, Nam ferè ſexta quaque oliuitate dolio cerati oportere antiqui dixerunt.
¶ Ceratus.Plaut.Aſinaria, 13.18, Nec cerata adeò tabula.
Puppes ceratæ. Ouid 2. de Remedio amoris,11.
Rates.Idem. Epiſt.5 9.
Tedæ. Ouid.Epiſt.7.5.
¶ Cerifico: Ceram facio, & de apibus dicitur. Plinius, libro 9. capite 38. 1, Quum cerificauere, fluxos habent ſuccos.

¶ Ceratura: Ipſa ceratio. Col.lib.12.cap.50.15.

¶ Ceratum: dictum à cera, quæ ferè ceratis omnibus adhiberi ſolet. Plin.lib. 13. cap.22.6, Faciemq; inuadunt ignea ſacri, ob id cerato prius illinunt. Martial lib. 11.92,

Labra, pingui delibuta cerato. Celſus, lib.4.cap.4.

Factum ex roſa ceratum. Celſus, lib.4.cap.24.

¶ Cerata, malagmata, emplaſtra, collyria antidota, non fecit parens diuina illa ac artifex rerum. Plinius, libro 22. cap.24.10.

¶ Cerarius: Qui ceras tractat, & ex cera aliquid conficit. Col. lib.12.cap.44.1.

¶ Cereus: ex cera factus.

Caſtra cerea. Claud.2.de Raptu Prof.25. Aluearia intelligit.

Cereus color. Plin.lib.37.cap.2.20.

Effigies cerea. Horat.1.Serm.Saty.8.6.

Imago. Horat.1.Serm.Saty.8.9.

Perſona. Luc lib.4.60.

Cerea pruna. Virgil eclog.2.

Regna cerea: alucolos & cellulas apum vocat. Virgilius 4. Georg.41.

¶ Cereus: *Mollem aliquando ſignificat ac facilem & tanquam ceram tractabilem.* Horat.1. Carm ode.13.1.

Cerea Telephi lauda brachia.

Cereus *dicitur, qui parum animo conſtat, & cui nunc hæc, nunc illa ſententia potior videtur.* Horat.in Arte, 32, Cereus in vitium flecti. Idem Cereum vocat illum, de quo varius eſt rumor, & quem nunc bonum, nunc malum fama fingit. lib.2.Epiſt.1.53.

¶ Cereus: *Pinguis.* Accius: Pinguem turturem, cereamq; ficedulam.

Cereus: *Vnctus.* Martial lib.1.88,

Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna.

¶ Cereus: Subſtantiuum. Feſtus: Cereos Saturnalibus muneri dabāt humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur. Martialis, lib.14.42.

Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes.

¶ Cerinus: ceræ ſimilis. Plinius, Sunt & nigra ac laudatiora, cerina atq; purpurea. Plaut. Epid.5.50, Cumatile aut plumatile, aut cerinum? Sub. veſtimentum.

CERACHATES.] gemma eſt ex Achatæ generibus, ceræ colorem præ ſe ferens. Plin.lib.37.cap.10.

CERAMTES.] Gemma teſtæ colorem habens. Plin.lib.37. cap.10.

CERASTES, vel CERASTIS.] Genus ſerpentis. Plin. lib.8. cap.23. Stat.1. Theb.21,

Centum illi aſtantes vmbrabant ora ceraſtæ.

Idem lib. 11.13.

Crinalem attolit magno ſtridore ceraſten.

CERASVS.] Arbor ſatis nota. Plin.lib.15.cap.25, Cerafi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ouid.de Nuce,7,

Audiat hæc ceraſus, ſtipes inanis eram.

Dulces ceraſi. Propert lib.4.eleg.2.3.

¶ Ceraſum: Fructus ceraſi. Plin.lib.15.cap.25,

Ceraſo peccant caſiæ. Perſius, Saty.6.4.

CEREATIA.] ſtella dicitur, quæ ſpeciem cornu habet. Plin. lib.2.cap.25.2.

CERATIA.] Genus herbæ, de qua Plin lib.26.cap.8.

CERATITIS.] Herba ſylueſtris. Plin.lib.20.cap.19.1.

CERATIVM.] Siliqua eſt Græca. Colum.in libro de Arboribus, cap.25.

CERATVM.] Vide CERA.

CERAVNIA.] Gemma eſt candida. Plin.lib.37.cap.9.14 & cap.10.34.

¶ Ceraunia, etiam ſiliqua eſt. Plin.lib.13.cap.8.1.

CERAVNIVM.] Genus eſt tuberis. Plin lib.19.cap.3.1.

CERCIVS.] Ventus. Gellius, lib.2.cap.22.

CERCOLOPIS.] genus ſimiæ, quæ vltimam partem caudæ villoſam habet. Feſtus.

CERCOPITHECVS.] ſimia caudata. Plin.lib.8.cap 21, Cercopithecos nigris capitibus, pilo aſinino, & diſſimiles cæteris voce. Martial lib.14 207,

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas:
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cercopitheci ſacri effigies. Iuuen Saty.15.1.

CERDO.] Quicunq; lucrum quærit ex re aliqua, & artes illiberales exercet, quæſtus gratia. Martial.lib.3.16,

Ebrius es: nec enim faceres id ſobrius vnquam,
Vt velles corio ludere cerdo tuo.

Cerdoni turpia, Brutos decent. Iuuen. Saty.8.19.

Cerdonibus timendus. Iuuen. Saty 4 19.

CEREBRVM.] Plin lib.11.cap.37.11, Cerebrum omnia habent animalia, quæ ſanguinem: etiam in mari, quæ mollia appellauimus, quamuis careant ſanguine, vt polypi. Sed homo portione maximum & humidiſſimum, omniumq; viſcerum frigidiſſimum, duabus ſupra ſubterq; membranis velatum, quarum alteuutram rumpi mortiferum eſt.

Felix cerebri. Horat.1.Serm.Saty.9.3.

Sanies nigri cerebri. Stat.5. Thebaid.115.

Cerebrum arboris. Plin.lib.13.cap.4.8.

Effractum cerebrum. Stat.6. Thebaid.162.

Putidum cerebrum: pro inſano. Hor.2.Serm.Saty.3.15.

¶ Cerebellum. Plin. lib. 29.cap.5.3, Cerebello gallinaceo occurritur.

¶ Cerebroſus: capitoſus, & qui habet durum & pertinax cerebrum. Plaut. Moſtel. 13. 14, Senex hic cerebroſus eſt certè Horat.1.Serm.Saty.5.6,

----donec cerebroſus proſilit vnus.

Cerebroſus bos. Colum.lib 2.cap.11.9.

CERINTHE.] Genus herbæ. Plin.lib.21.cap.12.1. Virgil.

---& cerinthæ ignobile gramen.

CERINTHVS.] cibus apum eſt, dum operantur, qui ſæpe inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, & amari ſaporis. Plin.lib.11.cap.8.

CERINVS.] Vide CERA.

CERITVS.] Cereris ira & indignatione vexatus. Plautus Rud. 23, 66, Elleboroſus ſum. G. at ego ceritus. Horat.2. Serm.Sat.3.56,

Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis.

CERIVM.] Genus vlceris. Plin.lib.20.cap.2.3.

CERNO.] Video. Virg. Cernimus aſtantes nequicquam lumine toruo. Idem 4.Aeneid.82.

Quid tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus?

Cernere ad Capitolia. Ouid.1. Triſt.eleg.30.6.

E loco aliquo procul cernere. Virg. Aeneid.3.111.

Cerno, *cum infinitiuo.* Virg.5. Aeneid.6,

—fruſtra cerno te tendere contrà.

Cernis & vides. Lucret.lib.2. 108.

Ante oculos cernere. Lucret.lib.2.147.

Acutè cernere. Lucret. lib.4.163.

Acutùm cernere. Horat.1.Serm.Saty.3.6,

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutùm?

Clariſſimè cernere. Plin lib.11 cap.37.18.

Singillatim cernere aliquid. Lucret lib 4.21.

Cernere obliquis oculis. Plin.lib 11.cap.37 27.

Nati coram me cernere lethum Feciſti Virg.2.Aeneid 108.

Cauſa cernendi in imaginibus eſt. Lucret.lib 4 48.

Vltima cernere: Intelligere ſe verſari in extremo periculo. Virg.2. Aeneid.89.

Cerneres: *pro, quiuis poſſet cernere.* Terent. And.1.1.108, Tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres. Virg.4. Aen. Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes. Id eſt, quiuis cernere potuiſſet.

¶ Cernere de varijs rebus: *pro colloqui.* Plaut. Trinum. 8 61,

—verecundari neminem

Apud menſam decet: nam ibi de diuinis atq; humanis cernitur.

Cernere: *Decernere, conſtituere, deliberare.* Lucilius: Poſtquam præſidium caſtris educere creuit.

Cernere: *Pugnare.* Plaut. Amphit.2,3, Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus.

Cernere armis cum altero. Accius Epinauſimache: Primores procerum reuocarint nomina, niſi eſſet qui armis ſecum vellet cernere.

Cernere ferro: Idem. Virg.12. Aeneid.142.

Cernere hæreditatem: *pro adire.* Liu.3.bel.Pun.

Cernere: *Secernere, cribrare.* Plin. lib 15.cap.11.

¶ Cerni: Paſſiuum.

In turba cerni. Ouid.4.de Ponto, eleg.4.9.

Nulli cernendus. Ouid.3.de Ponto, eleg.5.10.

¶ Cretio: Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Theodoſius Imperator, lib.6. Cod. Tit. de iure deliberandi: Cretionum ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege penitus amputare decreuimus.

¶ Cernuus: inclinatus, quaſi quòd terram cernat. Lucilius, Saty.lib.3,

Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas. Virg.10. Aeneid.177, ----eiectoq; incumbit cernuus armo.

¶ Cernuautus: Inclinatus. Solinus, cap.57.

CEROMA.] Dicebatur, quo athletæ vngebantur dum certaturi erant. Mart.lib.14.19, Seu lentum ceroma teris, tepidúmue trigona. Plin. lib. 28.cap.4.17, Nam illa quæ ſunt è ceromate permiſto cœno, articulos tantùm molliunt, calefaciunt.

¶ Ceroma: *Locus vbi palæſtritæ vngebantur.* Plinius: Idem palæſtras athletarum imaginibus & ceromata ſua exornat.

Fœmineum ceroma. Iuuen Saty.6 25, quòd & mulieres eo, ſicut viri, vngerentur paleſtram inituræ.

Collum ceromaticum. Iuuen.Sat.3.7. Id eſt, ceromate perunctum.

CEROSTROTVM.] eſt picturæ genus quum ex cornibus ramenta

ramenta tinguntur varijs coloribus, deinde vermiculatim ligno inſeruntur. Plin.lib.11.cap.37.6.
¶ CEROTES.] Inter ornamenta muliebria numeratur Polluci, lib.7.cap.22.
CERRVS.] Arboris ſpecies, ex glandium genere. Plin. lib. 24 cap.4 5.
¶ Cerrinus. Plin.lib.30.cap.10.10, Quidam pectus eius bibendum cenſent, & in cerrino calice.
¶ Cerreus. Plin.lib. 16. cap.6. 8. de glande fagina loquens: Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram. Col.lib.9.cap 1.5, Nam vt graminibus, ita frugibus roburneis opus habent, maximeq; laudantur qui ſunt feraciſſimi, quernee glandis, & iligneę, nec minus cerreæ.
CERTE.] Vide CERTVS.
CERTO.] Altercor. contendo.
Ambiguè certare. Tacit.lib.21.415.30.
Aequore certare: id eſt, in curſu & ſpatio currentium. Sil. lib.16.78.
Tene Aſtur certante feret quiſquā æquore palmā Erepto?
Certare bello de re aliqua. Liu.3.ab Vrbe, 305.
Certare calcibus, vnguibus, &c. Sil.lib.8.118.
Plus vno Marte certare: Diuerſis prælijs hoſtem aggredi. Sil.lib.8.71.
Animis iniquis certare. Virg.10.Aeneid.2.
Augendæ dominationi certare. Tacit.lib.2.
Benedictis vel maledictis certare. Terent.in prol.Phorm.21. Liu.5. ab Vrbe, 41, Certare minacijs cum aliquo. Plaut. Trucul. 19.54.
Carmine. Horat.in Arte, 45.
Damnis. Plaut.Trucul.19.56.in Perſa, 6.58. Malitia certare tecum, miſeria eſt.
Dolis. Sil.lib.5.20.
Iocis. Horat.2.Carm.ode 12.4.
Manu. Valer lib 6.63.
Mero. Horat.4.Carm.ode.1.7.
Muneribus. Virg.2.eclog.12.
Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.
Obſequijs. Claud.epig.20.3.
Priorem officio certare. Virg.1.Aeneid.111,
----officio nec te certaſſe priorem Pœniteat.
Pietate certare. Claud.4. Paneg.20.
Pignore. Virg.3.eclog.7.
Sagitta celeri. Virg.5.Aeneid.96.
Omni ſcelere. Senec.Thyeſte, 1.5.
Titulis alicuius. Claud.epig.22.7.
Vigilijs ac labore cum altero certare. Liuius, 4. bel. Macedon.72.
Virgiliana virtute. Plin in præfatione.lib.9.
Secum certare. Plin. Epiſt.119.2.
Certat Aegyptus cū feraciſſimis terris. Plin. in Panegy.42.
Imparibus certare: id eſt, contra vel maiores ſe, vel minores. Horat. Epod.11.4.
Forma certare deis: pro cum deis. Sil lib.5.4.
Melioribus certare. Horat.2.Serm.Saty.5.4.
Certare de. Liu 4.ab.Vrbe, 160, Aut ijs, cum quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientia, nec diſciplina rei militaris cedendum eſſe.
In decus & famam lethi cum aliquo certare. Sil. lib. 11.43. Id eſt, quò mors glorioſior ſit.
In omne facinus certare: id eſt, ruere in omnem turpitudinem. Seneca Thebaid.1.60.
Foro certare: id eſt, in foro. Horat.2.Serm.Saty.5.6.
¶ Certare: *Inter ſe ſumma cura deliberare.* Virg.6. Aeneid.36,
Haud mora, feſtinant flentes, aramq; ſepulcri
Congerere arboribus, cæloq; educere certant.
Certare ob. Horat. in Arte, 45,
Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.
Sub lege aliqua certare: id eſt, propoſita cōditione. Claud. epig 22.29.
Certare agere quidpiam: certatim aliquid conari. Virgil.2. Aeneid.13. Certantq; illudere capto.
Non certare cum aliquo quidpiam facere. Virgilius, 2.Georgic.20.
Certo ſuperare: id eſt, ſtudeo & conor. Virg.5.eclog.2.
Certo vincere. Virg.5. Aeneid.39.
Honorem certare. Stat.lib.6.Thebaid.2.
Certare aliquid: id eſt, certando conari. Horat.2. Serm.Satyr. 3.63.
Certare, *cum datiuo vſurpatiuè* Virg.5.Eclog.
Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.
Laudibus alicuius certare. Virg.2. Georg.28.
Donaria alicui certare: id eſt, alicui dona certatim offerre. Valerius, lib.5.129.
¶ Certatur: Imperſonale. Liu.1. ab Vrbe, 69, Inter ordines certabatur. Idem.8.bel.Pun. 135, Certabaturq; ſententijs.
Certatum eſt. Lucan.lib 2.30. Idem lib. 1.1,
----& rupto fœdere regni Certatum.
¶ Certans. Sil.lib.4 41,
Cæſariem, crinemq; tibi Gradiue vouebat
Auro certantem, & rutilum ſub vertice nodum.
Animam ſuam certantem in hoſtis dextra ponere: ab hoſtis forti dextra interfici. Sil. lib.10.61.
Animis certantibus: id eſt, ſumma animorum contentione. Virg.12. Aeneid.116.
Remis certantibus æquora verrere: Vehementer agitatis remis nauem impellere Virg 3. Aeneid.133.
¶ Certamen: res ipſa de qua certatur. Virgilius, 2. Georgic. 106,
Velocis iaculis certamina ponit in vlmo.
Certamen, *etiam ipſa eſt certatio.*
Lex certaminis. Ouid.10.Metam.114.de Atlanta.
Præmia veloci coniux, thalamiq; dabuntur:
Mors precium tardis: ea lex certaminis eſto.
Precium certaminis ferre. Ouid.13.Metam.4.
Ludorum certamina. Ouid.1.Metam 90.
Certamen diſci. Ouid. 10. Metam.36.
Iaculis certamina ponere in vlmo: Eſt, ictus ſagittarum ad ſcopum aut columbam vlmo affixam dirigere. Virgil. 2. Georg.106.
Veneris certamina mutua Ouid.2. Amorum, eleg.10.6.
Vini certamen: Compotatio. Tibul.lib.3. eleg.6 3.
Bijugum certamen: Concurſus celer curruum. Virgilius 5. Aeneid. 29.
Celebre certamen. Ouid 1.Metam.90.
Feſta certamina. Stat. lib 6. Thebad.185.
Impar certamen. Ouid.11.Metam.32.
Ludicrum. Seneca. Agam.12.4.
Perpetua ſacri certaminis materia. Quint.lib.3.cap.7.3.
Quadrijugum certamen. Stat.lib.6. Thebaid.74.
Sacra certamina Plin.lib.21.cap.2.1.
Valida. Stat.lib.6. Thebaid.141.
Celebrare certamina: id eſt, ludos certaminum. Virgilius 5. Aeneid.120.
Inire certamina prima Virg.5. Aeneid 23.
Miſſum certamen: id eſt, peractum & finitum. Virgilius, 5. Aeneid.108.
Præmia certamen mouent. Ouid. Epiſt.15.75.
Certamina referre id eſt, innouare. Virgilius, 5. Aeneid.598.
Tollere dona certamine. Virg.5.Aeneid.77.
¶ Certamen, *pro tumultu ſiue ſtrepitu.* Virg.5. Aeneid.26,
Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Certamen *Contentionem etiam ſignificat.* Salluſt. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vtne corporis, an virtute animi res militaris magis procederet.
Summum certamen: Summus conatus. Virg.5. Aeneid.40.
Contentio & certamen. Cæſar 5. bel.Gal.168.
Diuitiarum certamina: id eſt, labores in cumulandis opibus. Horat.1. Epiſt.5.2.
Aequo certamine bellum geritur. Luc.lib.2.116.
Alacre certamen. Sil lib.1.37.
Grande. Horat.3.Carm. ode 20.2.
Magnum. Virg.7.eclog.4.
Verum fictumq;. Quint.lib.2.cap.4.26.
Certamen inter. Salluſt. Sed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. Plin.lib.15.cap.2. 2, Reliquum certamen inter Iſtriæ terram & Bæticæ par eſt.
¶ Certamen. *prælium.* Virg.11.Aeneid.
Quòd ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt.
Belli certamen. Lucret lib. 1.97,
Clara accendiſſet ſæui certamina belli.
Pugnæ certamen. Sil lib.17.111,
Aeterno certamine prælia edere. Lucret. lib.2.24.
Diſpar certamen inire: cum maiore contendere Ouidius, 2. Amorum, eleg 2.13.
Exacto lætus certamine victor. Claud.5.Paneg 23.
Graue certamen. Sil.lib.16.106.
Lethiferum. Catul.epig.59.79.
Longum. Horat.1.Epiſt.10.7.
Martium. Horat.4 Carm.ode.14.4.
Miſerandum. Sil.lib.5.104.
Nauale. Virg 5. Aeneid.98.
Rabidum. Sil.lib.16.82.
Sæuum. Sil.lib.1.29.
Sublime. Claud.Ruff.1.60.
Trepidum. Horat.1 Epiſt. 20.10.
Vaſtum. Virg.12. Aeneid.111.
Minor in certamine: id eſt, viribus inferior. Horat. 1. Epiſt. 10.7
Studio certaminis in litem ire. Ouid.6 Faſt.18.
Accendere certamina. Luc.lib.1.97. cauſam præbere litium.
Celebrare certamina ſub nomine alicuius. Scæuola, in l.liberto.

berto.§ l.Titius. ff. de annuis legatis.
Conferre manu certamina. Lucret.lib.4.170.
Duro certamine cadere.Claud.4.Paneg.63.
Differre certamina.Ouid.6.Metam.11.
Dirimere certamina.Ouid.5. Metam.63.
Excludere certamina: Remittere prælium, atque interponere quietem bello. Sil.lib.15.162.
Incessit certamen: pro subijt. Tacit. lib.2.
Inire certamen.Ouid.10. Metam.36.
Inire certamina cum aliquo.Sil.lib.13.35.
Inuadere certamina. Sil.lib.17.69.
Moliri certamen. Sil.lib.16.2.
Mouere certamen. Lucan.lib.3.25.
Occumbere certamine. Sil.lib. 1.29.
Ponere certamen: Id eſt, finire. Virg 8.Aeneid.126.
Ponere militibus certamina: Collocare aciem, instruere ordines militum. Virg. 5.Aeneid.14.
Præparandus certamini. Quint.lib.2.cap.8.3.
Victus certamine. Ouid.6 Metam.19
Equus primus certamine: id eſt, victor in certamine curuli. Horat. de Arte Poetica, 17.
¶ Certatio: Ipſe actus contentioq; certantium.
Multæ certatio Liu.5.bel.Pun.19.
¶ Certatim: cum contentione. Plin Epiſt.33.b. Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant. Liu. 6. bel. Pun.231. Itaq; in vulnera ac tela ruunt, neq; illos muri, neq; superſtantes armati arcere queunt, quin certatim aſcendant.
Certatim alter alteri obſtrepere. Liu.1 ab Vrbe,178.
Cantare certatim Horat. 1. Serm.Saty 5 3.
Certatim credere.Liu.1.ab Vrbe,235.
Certatim ad opus currere. Hoc eſt, ſumma cum diligentia. Virgil.3. Aeneid.58,
Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt. Idem 7.Aeneid.30.
Certatim inſtaurant epulas, &c. Et 7.Aeneid 117.
Certatim regis circunſtant tecta Latini. Idem 4 Geor.8,
Nequicquam inrectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt.
Loqui certatim.Ouid.12.Metam 49.
Certatim de his tradunt authores. Plin.lib.32.cap.5.7.
Hoc Cicero atque Aſinius certatim vſi ſunt. Quint.lib.6 cap.1.17.
¶ Certatus: Adiectiuum.Tacitus.lib.11, Et huic contraitum ad amnem Erindem, in cuius tranſgreſſu multum certato, peruicit Bardanes. Certato, id eſt, quum certaſſet.
¶ Certatus: idem quod certamen.Stat.lib 3 Sylu.13.1.
—riderq; benigna
Parthenope Gentile ſacrum, nudosq; virorum
Certatus, & parua ſuæ ſimulacra coronæ
CERTVS] Adiectiuum à Cerno, vt ait Sipontinus, quando ſignificat Video & eſt Clarus, indubitatus
Certus ſum ex hoc metu. Plaut. Merc. 4.19. ----ex hoc vt ſim certus metu. Id eſt, ne quid vltra timeam de hac re.
Incertus & certus, contraria. Terent. Eunuch.1.1. 7.
----incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas. Plau Pſeu.10.19.
Certa amittimus, dum incerta petimus.
Amor certus, id eſt, non ſimulatus. Ouid.2.de Arte,50.
Amor certior.Ouid.3. de Arte,114.
Arboribus certis grauis vmbra tributa eſt. Lucret.lib.6.157.
Author certiſſimus: id eſt, probatiſſimus & veriſſimus. Virgil.1.Georg 87.
Accipere damnum certum.Horat Epiſt.10.6.
Dextera certa: manus, non aberrans. Martial. lib. 13, de ſue quæ ex vulnere peperit:
O quàm certa fuit librato dextera telo!
Dies certa.Liu.ab Vrbe condita: Quum in diem certam, vt ad lucum Ferentinæ conueniant, edicit. Id eſt, ad tempus conſtitutum.
Die certa promittere. Vlpianus, in l. ſtipulatio iſta. § inter certam. ff. de verborum obligationibus. Inter certam incertamq; diem diſcrimen eſſe ex eo quoq; apparet, quòd certa die promiſſum vel ſtatim dari poteſt.
Diebus certis aliquid facere, id eſt, ſtatutis. Virg.2.Geor.56,
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Dolor certus: Conſtans & obdurans. Horat.Epod.15.4.
Domus certa: Propria habitatio Virg 6.Aeneid.135.
Fides animis certa: id eſt, fiducia conſtans minimeque anceps. Valer.lib.4. Argon.149.
Facti certa fides eſt: id eſt, certum eſt hoc ſic contigiſſe. Ouidius,6. Faſt.122.
Fides certa ſegetis.Horat.3.Carm.ode 16.6.
Fidei certæ res.Plin.Epiſt.286.
Finis certa. Lucret lib.2 103
Finem voto petere certum ſubaudi, Habendi. Hor. 1.Epiſt, 2.12.
Fines certi in rebus.Horat.1.Serm.Saty.1.21.
Eſt modus in rebus, ſunt certi deniquefines,
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.
Fluitantia reddere certa.Horat.2. Serm.Saty.3.54.
Fœdere certo. Virg.1. Aeneid.14.
Fructus certos ac deformatos oſtendere. Quintil. lib.6.8. in procem.
Hæres certus: Legitimus. Senec. Hippol.10.25.
Haſtam certam quatere: id eſt, ineuitabilem. Virgilius, 11. Aeneid. 153.
Ictus certus: Rectus, non fallax. Virg.12.Aeneid.99.
Inimicus certus. Quaſi ex pfeſſo inimicus.Plau.Perſ.16.114.
Lege certa aliquid facere.Ouid.5.Metam.107.
Legem certam dicere teſtamento. Paulus in l.qui in domini teſtamento.ff. de teſtamentis.
Loca certa: Diſtincta & determinata. Virg.1.Georg.12.
Manus certa: id eſt, non aberrans. Quint.lib.4.cap.5 11.
Manu certa telum miſſum librare: Manu rectè percutiente mittere. Seneca Hercule furente.12.15.
Mente certa aliquid agere, id eſt, obſtinatè.Ouid.Epiſt.17.8.
Matrimonij certa mulier.Tacit.lib.12.
Nominibus certis cautos expendere nummos: id eſt, certa de cauſa.Horat.2 Epiſt.1.21.
Habere nomen certius. Ouid.3.Triſt.eleg.14.5.
Opes certæ Plaut.Pœnulo, 17.44.
Oratio certa.Plaut Pœnulo,16.7.
Ordo certus. Lucret.lib 2.51.
Paſſibus non certis errare.Ouid.3. Metam.35.
Pectora certa: Fortia & firma. Virg.9. Aeneid 51.
Pede certo ſignare humum, Horat. in Arte,32.
Penates certi: Propria alicui deſtinata domos aut habitatio. Virg 8. Aen.8, Hic tibi certa domus, certi (ne abſiſte) penates
Certæ deſtinatæq; perſonæ. Quint.lib 3.
Progenies certa: id eſt, legitima. Seneca Troad.6.11.
Proles certiſſima Virg 6.Aeneid.65.
Regio certa loci.Lucret. lib.2.59.
Requies certa laborum. Virg.3.Aen.79.
Sagitta certa: Quæ non aberrat à ſcopo. Horat.1. Carm.ode 1 5.
Signis certis aliquid cognoſce. Virg 1. Georg.79.& 88.
Signis certis diſcere. Virg.1. Georg.71.
Spes certa magis. Ouid 3.de Arte,95.
Stipulatio certa.Paulus in l.ſtipalationum quædam ſunt.ff. de verborum obligationibus.Et Vlpianus in l.vbi autem eodem titulo.
Certum anni tempus.Plin.lib.7.cap.15.3.
Certum demenſumq; tempus.Plin.Epiſt.213.
Tempora cœli.Virg.4. Georg.20.
Teſtis certiſſimus. Sil.lib.7.91.
De tramite certo pelli.Horat.2. Saty.3.10.
Certior tranſitus. Plin.lib.3.cap.11.6.
Voluntatem alicuius alteri certam eſſe: Alteri conſentire. Virg.4.Aeneid 25. vbi Iuno Venerem alloquitur:
----adeo, &, tua ſi mihi certa voluntas.
Connubio iungam ſtabili.
Voluptas certa & pura magis.Lucret.lib.4.217.
Certa res eſt: cui opponitur, Opinor. Terent.Andr.2.2.31,
Non opinor Daue. D. opinor, narras? non rectè accipis: Certa res eſt.
Certa res eſt, pro, deliberatum & conſtitutū eſt.Plau. Capt. 13.11, Nunc certa res eſt, eodem pacto. Idem Amph. 8.71.
¶ Certus: *pro veloci: aut fideli.* Virg 6. Aeneid.116,
----equidem per litora certos.
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo. *Aliquando firmo:* vt Salluſt. Apud latera certos locauerat.
Amici certi, Plaut Pſeud.5.155.
Amores certi Propert lib.1. eleg 8.9.
¶ Certus, *cum præpoſitione In, vel Erga, interdum idem eſt quod Proſper, & de quo meliùs confidas* Valer.lib.1.Argon.4.
----neque enim in Tyrias Cynoſura carinas
Certior, aut Graijs Elice ſeruanda magiſtris.
Dubium & Certum contraria.Lucret.lib.4.97,
Notitiam veri quæ res falſiq; crearit:
Et dubium certo quæ res differre probarit.
Statos æſtuis fletibus dies & certa maris operiebatur. Tacitus.lib 20.
¶ Certum eſt: *id eſt, manifeſtum.* Terent.Eunuch.4.4.37, Iam ſatis certum eſt, virginem vitiatam eſſe?
¶ Certum eſt, *non modo accipitur, pro manifeſtum eſt:* vt apud Quintilianum, Nempe legem eſſe certum eſt, *ſed etiam pro deliberatum & conſtitutum eſt.* Virg. 10.eclog.11.
Certum eſt, in ſyluis inter ſpelæa ferarum
Malle pati. Virg 9. Aeneid.32,
Luce palàm certum eſt igni circundare muros.
Certum eſt facere.Plaut.Amph.4.111, Certum eſt hominē eludere-

eludere. Terent. Eunuch.2.3.96, Si certū eſt facere, facias.
Non certum eſt mihi quid agam, Terent. And.1.3.4.
Certum eſt tibi, vt. Terent. Eunuch.3.3,30,

—ſi iſtuc ita certum eſt tibi,
Amabo, vt illuc tranſeas, vbi illa eſt.

Certum atq; obſtinatum, Liu.2.ab Vrbe,68.
Certum eſt iſtuc? Terentius Hecyr.
Audire certum: pro Certò audire, Horat.2.Serm.Saty.5.21,

Et certum vigilans, quartæ ſit partis Vlyſſes
Audieris hæres. Poteſt etiam exponi, Certum vigilans, eadem ratione, pro Certò vigilans.

Clarè & certum loqui id eſt, apertè & diſtinctè vt ab omnibus intelligatur, Horat.2.Serm.Satyr.6.6.
Certum alicui facere, Plaut.Pſeud.9.4,

—nimis velim qui certum mihi
Faciat, Ballion hic leno vbi habitet.

Certius alicui facere, Plaut.Menæh.17.9,

—nec quid
Id ſit, mihi certius facit, quid velit, quid me acceſſit.

Certum facere aliquem, Plaut.Pſeud.3.16, Fac me certum quid tibi ſit, Virg.3.Aeneid.36,

Anchiſen facio certum, remq; ordine promo.

Certum habere aliquid, Colum. in Præf. primi lib.2, Quas ego cauſas, procul à veritate abeſſe, certum habeo.
Certum ſcire, Terent. Phorm.1.2.98. Non certum ſcio. Idē Eunuch.5.3.12.
Certum non ſcimus, Terent.Eunuch.1.2.31.
Certo certius: Pro veriſſimo. Vlpian.in l.ait Prætor.§.ſi quū mulier.ff qnæ in fraudem creditorum. Item in l.ſtipulatio iſta.§.ſicut autem.ff. de verborum obligationibus.
Pro certo creditur, Salluſt.
Pro certóne? Terent. Adelph. 3.4,32, Pro certóne tu iſtæc dicis?
¶ Certior: Peritior. Seneca Hippol.2.22, de Cupidine loquens:

Ipſum Phœbum tela qui neruo regi.
Figit ſagitta certior miſſa puer.

Certiorem facere aliquem. Cæſar 1.bell.Gall.84, Ab exploratoribus certior factus. Terent.Phorm.4.3.69, Quantum potes, me certiorem, inquit, face. Africanus in l.eum qui.§.primo.ff.de acquirenda hæreditate: Filiusfamiliās heres inſtitutus patrem ſuum certiorem fecerat, videri ſibi ſoluendo eſſe hæreditatem.
Certiorem fieri ſcripto alicuius, Ouid.epiſt.6.1.
¶ Certioro: Præmoneo. Vlpianus in l. prima §. ſed vtrum. ff. de eo qui pro tutore vel curatore negotia geſſit. Item in l.ſi fideiuſſor. ff mandati. Potuit enim, atque debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorem ſuum, ne fortè ignarus ſoluat debitum.
¶ Certioror: Certior fio. Vlp.in l.prima.§. venditor.ff. de actionibus empti & venditi. Non videtur eſſe celatus, qui ſcit: nec certiorari debuit, qui non ignorauit.
¶ Certus *cum genitiuo, & in nonnullis ablatiuo.* Certus eundi. Indubitabiliter profecturus. Virg.4.Aen.111,

Aeneas celſa in puppi, iam certus eundi.

Certus deſciſcendi, Tacit.lib.20.
Deſtinationis, Tacit.lib.12.
Diſſidij, Tacit lib.20.
Exitij, Tacit.lib.1.
Futuri, Senec. in Hercule fur.12,4.
Matrimonij certa, Tacit.lib.12.150.25.
Mori certus. Virg 4.Aeneid.113.
Relinquendæ vitæ certus, Tacit.lib.4.
Spei certus, Tacit lib 20.
Iaculis certus: Optimus iaculator, Valer.lib.1.75.
Laudis certus, Sil.lib.16,89.
Necis certus, Sil.lib 4.40.
Sceleris certa mulier, Tacit.lib.12.ad finem. Id eſt, quæ omnino decreuit patrare ſcelus.
Certus, *cum infinitiuo.* Valer.Flac.lib.2.93,

Acriùs hoc inſtare viri, ſuccurrere certi. id eſt, parati.

Certus mori. Stat.3.Thebaid.76. Virg 4.Aen.113.

At Romana ratis ſtabilem præbere carinam Certior. Lucanus, lib. 3.111.

¶ Certè. Terent. Adelph.3.4.42, Num nam illa quæſo parturit? G certè Hegio.
Certè. *Ironicè dictum.* Terent. And.5.6.2, Neſcis quid mihi obtigerit D certè: ſed quid mihi obtigerit ſcio.
Certè captus eſt: *id eſt, ſine dubio.* Terent.And.1.1.55.
Certè eſt Plautus Trinum.14.63.
Certè is eſt, is profectò. Terent. And.5.4.31.
Neſcio certè Horat.1.Serm.9.14.
Regium certè genus, Horat.2.Carm.ode 4.3.
Certè ſi. Terent. And.3.2.14, Saltem accuratè, vt metui videar, certè ſi reſciuerim.



Certè hercle. Terent. And 3.2.15, Certè hercle nunc hic ſe ipſus fallit; haud ego.
Tam hercle certè. Plaut. Merc. 4.72, Certén' vidit? A. tam hercle certè, quàm ego nunc te, ac tu me vides.
Certà quidem pol. Terent.Eunuch 4.5.5, Certè tu quidem pol, multò hilarior.
Certè equidem, Virg eclog.9.2.
Certè ſcio, Terent. Adelph.2.3.3. Satis certè ſcio.
Certè ædepol ſcio, Plaut.Amph.4,117.
Et certè, Terent.Eunuch.5.6.4, Sed éſtne ille noſter Parmeno? & certè ipſus eſt. Idem. Adelph 1.1.53.
¶ Certè: Aduerbium confirmantis. Plaut.Menæh.22.9, Liberum ego te iuſſi abire? ME. certò.
Certò: *pro certo.* Plaut.Amph.4.215, At mentiris etiam; certò pedibus, non tunicis venis.
Certò enim ego vocem hic loquentis modò me audire viſus ſum. Plaut. Aulul.27.4.
Quidem certò, Plaut.Epid.8.43, Me quidem certò ſeruauit conſilijs ſuis.
Quidem hercle certò, Terent. Phorm.1.3.12, Nam tua quidem hercle certò vita hæc expetenda, optandaq; eſt.
Et ea eſt certò. Plaut.Pœnu.19.21.
Certò perij, Plaut.Pœnu.11.42.
Certò comperi, Terent.Eunuch.5.1.9.
Satin' hoc certò? G. certè hiſce oculis egomet vidi. Terent. Adelph.3.2.31.
CERVCHVS.] Latinè dicitur Cornutus: ponitúrq; pro cornibus naualibus, id eſt, extremis antennis, quę in vtrumque veli latus diffunduntur. Valer.Flac.lib.1.Argona.

Temperet vt tremulos Zetes fraterq; ceruchos.

Lucan.lib.8.35,

Surget & inſtabit ſummis minor Vrſa ceruchis.

CERVICAL.] Vide CERVIX.
CERVISIA.] Genus potus. Plin.lib.22.cap.25.42. Quo loco quidam Cereuiſiam legunt. Vlpian.in l.ſi quis.§.1.ff.de tritico, vino, &c.
CERVIX.] poſterior colli pars, vnde origo eſt omnibus neruis. Plin.lib.11.cap.37.48, Ceruix nulli, niſi quibus vtraq; hęc cæteris collum, quibus tantùm gula. Idem, li.14.cap.22.3, Ac pectoroſa ceruicis repandæ oſtentatio.
Ceruices etiam dicimus, pro Ceruice. Cato: Si caput aut ceruices dolent, ea lotio calido lauito.
Altæ ceruices, Virg.2.Aen.44.
Candida ceruix, Horatius 2. Carm. ode 9.1. Iuuenal.Satyr. 10.35.
Captiua: Quæ vinculis coërcetur. Ouidius, 4. Triſt. eleg.2.5.
Dubia ceruice labare: Vacillanti neq; erecta ceruice eſſe. Seneca, Agamemn.8.2.
Eburnea ceruix, Ouid.Epiſt.19.12.
Fortiſſima: id eſt, viri fortiſſimi, Sil.lib.13.75.
Riget horrida ceruix, Ouid.8.Metam.57.
Intacta ceruix: quæ nondum iugum paſſa eſt. Virgilius 4. Georg.110.
Lactea: Alba. Virg.10.Aen.27.
Languida, Stat.10.Thebaid.69.
Mollis: pro Defeſſa & laſſa. Lucret.lib.6.150.
Marmorea: id eſt, pulcra. Virg.4.Georg.105.
Niueæ ceruices, Claud.epigr.22.24.
Plurima ceruix, Virg 3. Georg.10.
Prona, Senec.Herc.fur.11.30.
Rebellis, Claud.de Rapt.Proſerp.lib.1.32.
Roſea, Horat 1. Carm.ode 13.1. Virg.1.Aen.82.
Teres, Lucret.lib.1.7.
Toroſa, Catul.de Berecynthia & Aty.58.17.
Abrupta cruor è ceruice profunditur, Ouidius 8. Metamorph.155.
Sub iuga ceruices adigere, Claud.epigr.22.24.
Applauſæ ceruicis ſonitum amare. De equis propriè dicitur. Silius, lib. 16.72.
Aſtricta ceruix: Sub. ad catenam aut funem. Iuuenal. Satyr. 10. 9.
Auulſa, Lucan.lib.8.3.
Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa. Iuuenal, Satyr.10.12.
Contenta ceruice boues plauſtra trahere dicuntur: id eſt, conſtanti & firma, Virg.3.Georg.106.
Coronant ceruicem plumæ, Lucret.lib.2.161.
Curuata ceruix, Claud. de Nupt. Hono. & Mariæ, 18.59.
Brachia ceruici dare. Horat.2.Carm.ode 9.1.
A' ceruicibus depellere aliquem, Tacit.lib.17.
Detorquere ceruicem ad aliquid. Horatius 2. Carmin. ode 12.5.
Rebelli ceruice onus detrectare. Claudian. de Rapt. Proſ. libro 1.22.
Fluit ceruix, quæ feſſa vacillat & Inclinatur deorſum. Virgil.3. Georg.103.

Ceruici imponere: id eſt, quaſi iugum ſeruitutis iniungere. Curtius, libro 6, Ratus eam vrbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, ſuis impoſitam eſſe ceruicibus. Idem: Defecere Bactriani, in quorum ceruicibus ſtamus.
Inclinare ceruicem ad aliquem, Stat.6.Thebaid.162.
Inclinata ceruix, Quint. lib.1.cap.11,5.
Inflexam ceruicem ponere, Virg.3.Aen.126.
Intenta ceruix, Senec.in Agamem.13.5.Sub.ad ictum.
Iuncta eſt humero ceruix, Ouid.12.Metam 60.
Locata ceruix, Iuuenal.Satyr.9.15.
Terram ceruice petere: In terram ceruicem inclinare. Seneca, Hercule furente, 9.42.
Portant funus ceruices, Iuuenal.Satyr.10,26.
Receſſit caput ceruice: id eſt, auulſum aut abſciſſum eſt. Ouid.epiſt.15,31.
Reflectere ceruicem, Stat.lib.1.Achil.78.
Reflexa ceruix, Virg.10.Aen.107.
Reponere ceruicem, Quint.lib.4.cap.2,29.
Rotare ceruicem: Rotata ceruix. Ouid.ad Piſon.11.
Soluta ceruix: Rupta. Seneca, Herc.fur.12,12.
Subacta ceruice iugum ferre, Horat.2.Carm.ode 5,1.
Seges altis ſepibus cingenda. Ouidius 3, de Arte, 112.
Sinus mucrone cingere. Claud. 2, in Eutrop. 90.
Syluam cingere. Alphenus id l. in lege locationis. ff. locati & Paulus in l cædere. ff. arbor. furtim cæſ. Cingere, inquit, arborem, eſt illam deglabrare.
Cingere ſyluas. Senec. Hippol. 1, 1.
Tempora floribus cingere. Catul. epigr. 56, 2.
Lauro cinguntur tempora. Ouidius 4, Triſt. eleg 2, 11.
Cingere tempora viridanti lauro, Virg. libro 5, Aen. 170.
Myrto. Ouidius 1, Amorum, eleg. 1, 7.
Ramis. Virg 5, 15.
Spicis. Tibul. libro 2, eleg. 1, 1.
Cingit vrbem Alduabis fluuius. Cæſar, 1 bel. Gal. 152.
Cingere vrbem copijs & militibus. Liuius 4, bel. Mace. 149.
Muris. Ouidius 4 Metam. 12.
Obſidione. Virg. 3, Aen. 11.
Pinnis atque aggere. Virg 7, Aen. 32.
Cingere inſignibus fortunæ principalis aliquem. Tacit.
Aonium nemus Marte cingere: Literis & militiæ ſimul operam dare. Tibul libro 3, eleg. 3, 9.
¶ Cingitur: certe expedit ſe. Plaut. Amph. 4, 154.
Armis cingi. Virg. 2, Aen. 144
Enſe latus cinxit. Ouidius 2, Faſt, 157.
Enſe cingi Ouidius 2, Faſt. 3.
Ferrum cingere: Accingere ſe enſe. Virg. 2, Aen. 2, 120.
Latus ferro cingere. Stat. 4, Theb. 9.
Cingere ſe gladio. Liu. 7, ab Vrbe, 38.
Cingi venenis: *Inſtrui, muniri.* Valer. Flac. libro 6, Argon. 95.
Flamma cingere: *Accendere, incendere.* Virg. 1, Aen. 136.
Cingere: *Veſte tegere.* Silius, libro 3, 48,

— veſtigia nuda, ſinusq;
Cingere inaſſuetum & rubræ velamine veſtis.

Cingere: *Circum habitare.* Valer. lib. 6, Argonat. 14.
Quiq; lacum cinxere Bicen.
Cingi cum aliquo: *coniungi.* Claud. 2, Paneg. 22.
¶ Cingens. Catul epigr 59, 37,
Nec patet egreſſus pelagi cingentibus vndis.
¶ Cinctus: Participium.
Alte cinctus puer. Horatius 2, Serm Sat. 8, 2.
Humus æquore cincta eſt Ouidius 2, de Arte, 94.
Agminibus comitum cinctus Ouidius 1, Triſt, eleg. 4, 6.
Caterua matrum cincta virgo. Ouidius 12, Metam 44.
Comis ora cincta Ouidius 4, Triſt eleg. 6, 3.
Cinctus corona hoſtium. Liuius 3, bel. Pun. 125.
Latus enſe cinctum Ouidius 3, Amorum, eleg. 7, 3.
Bella cincta ferro. Senec. Hercul. furente, 9, 16.
Cinctus freto. Senec. in Thyeſte, 1, 18.
Cinctus gladio Hiſpanienſi. Liu. 8, bel. Maced. 94.
Hedera cincta anus. Ouidius 3, Faſt. 154.
Caput honore nauali cinctus. Ouidius, 3 de Arte 79.
Caput luminibus cinctum. Id eſt, oculis. Ouid. 1, Meta. 126.
Montis caput cinctum nubibus. Virg. 4, Aen. 50.
Vitijs cinctus. Claud. de bello Gildon 33.
Locus ab hoſte cinctus. Ouidius 5, Triſt. eleg. 13. 4.
Veſtes ad pectora cinctæ. Ouid. 6, Metam. 12.
In alia militia cinctus. Paulus in l. quod dicitur. ff. de teſtamento militari.
¶ Cinctus: Idem quod Cingulum. Plinius libro 24, cap. 9, 7. Virgam qui in manu habeant, aut cinctu, negantur intertriginem ſentire. Idem, libro 27, cap. 5, 4, Sed ad inguinum medicinam ſiniſtra manu decerpi iubent, & iuxta cinctus alligari.
Cinctus Gabinus. Virg. 7, Aen. Eſt toga ſic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat.
Gemmatus cinctus. Claud. 4, Paneg. 112.
Sonantes cinctus, Stat 6, Theb. 16.
Cinctu cingere, & Cinctu ſoluere. Plinius libro 28, cap. 4, 10.
¶ Cincticulus. Plaut. Bacchid. 8, 28, Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres.
¶ Cinctutus, Cinctutis non exaudita Cethegis, Horatius in Arte, 10. Id eſt, militaribus viris, & quaſi ad militiam accinctis.
¶ Cingulus, & Cingulum: Quo quis cingitur.
Dignitatis cingulum. in l. omnes. Vt dignitatum ordo ſeruetur. libro 12. C.
Sub cingulo delata illuſtris dignitas. l. omnes de metátis & epidemicis, libro 12. C.
Spoliare cingulo. l. 3, de domeſticis & protectoribus. libro 12 C.
¶ Cingula: Plurale. Statius libro 6, Theb. 46,
— ſeu fræna libet, ſeu cingula flammis Mergere.
Aurea bullis cingula. Virg. 9, Aen. 76.



Fulgent bullis cingula, Virg. 12, Aen. 187.
Subnectere cingula. Virg. 1, Aen. 100.
Cingula, *pro Veneris cæſto*, ponit Valerius, libro 6. Argon. 94.
¶ Cingula: Qua cinguntur equi. Ouidius 1. de Remed. amoris. 48, Et noua velocem cingula lædat equum.
CINIS.] Puluis eſt, in quem meteria vſta redigitur. Fœminino genere videtur protuliſſe Catullus, quum inquit:

Troia, virûm & virtutum omnium, acerba cinis.

Cineres & flamma extrema. Virg. 2, Aen. 86.
Cinis ater. Virg. libro 4. Aen.
Aridus. Horatius Epod. 17, 7.
Auſonius. Silius libro 17. 72.
Compoſitus. Ouidius 3, Faſt. 110.
Doloſum cinerem vocat Horatius, qui prunas contegit. 2, Carm. ode 1, 2.

Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.

Feruidus cinis. Senec. Troad. 2, 7.
Frigidus. Ouidius epiſt. 18. 19.
Fulmineus. Statius libro 3, Theb. 37.
Immundus. Virg. 1, Georg. 1, 17.
Patrij cineres. Horatius in Arte, 95.
Supremi. Virg, 10. Aen. 12.
Tepentes. Statius libro 3, Silu. 3, 37.
Tepidus cinis. Ouidius 8, Metam. 129.
Aura aufert cineres. Lucanus libro 8, 153.
Candet in igne cinis. Ouidius 2, de Arte, 88.
Collapſi cineres: Quum ſubſidunt, & ignis eſt extinctus. Virg 6. Aen. 45.
Dimouere cinerem foco. Ouidius 8, Metam 129.
Diripitur cinis ventis. Tibul. lib. 1, eleg. 7. 11.
Euerberare cineres. Ouidius 14, Metam. 115.
Excitare ruinas vrbis in cinerem datas. Seneca, Troad. 8, 1.
Miſcere cineri vrbem aliquam. Statius libro 12. Theb. 17.
Obrutus cinere latet ignis Lucretius libro 4, 187.
Spargere cinerem Ouidius 4, de Ponto, eleg. 16, 10.
Vertere omnia in fumum & cinerem. Horat. Epiſt. 16. 2,
Ars in cineres verſa. Ouidius 5, Triſt. eleg 13, 15.
¶ Cinis, *pro manibus, & reliquijs funerum, vel memoria.* Perſius Satyr. 1, 4.

— tunc non cinis ille poetæ Felix?

Manes & cinis. Virg 10. Aen. 164, — teq; parentum Manibus & cineri (ſi qua eſt ea cura) remitto.
Cineres & oſſa. Virg. Aen. 5, 11,
Nunc vltrò ad cineres ipſius & oſſa parentis Adſumus.
Cinis extinctus. Ouidius libro 5, Faſt.
Ingratus: Id eſt triſtis. Seruius Virg. 6, Aen. 43.
Maternus. Ouidius 13. Metam. 151.
Operti cineres. Horat 2, Carm. ode 8, 2.
Sepultus cinis. Ouidius 13, Metam. 135.
Triſtes cineres Seneca, Troad. 5. 1.
Suprema ferre cineri: Exequias & funus celebrare. Virg. 6. Aen. 43.
Haurire cinerem, & Hauſtus cinis, pro accepto cinere, apud Ouidium lib. 13, Metam. 87. & 8, Metam 108.
Inſidere cineres alicui loco: Id eſt condi ipſos & ſepeliri. Virg. 10, Aen. 12.
Libare cineri. Virg. 3, Aen. 6.
Munera cineri alicuius mittere: Honore proſequi funus illius. Virg. 4. Aen. 4, 125.
Rigare cineres. Senec. Troad. 4, 18.
Suſcitare cinerem & ſopitos ignes. Virg. 5, Aen. 148,
¶ Cineres, *pro morte:* quia veteribus, mortuorum corpora cremare, & in cinerem redigere, mos fuit. Martial, lib. 1, 31,
Rari pòſt cineres habent poetæ.
Cinis, *pro homine mortuo.* Virg. 5, Aen. 17.

— ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animæque, vmbræq; paternæ.

Fidem ſeruare cineri: Mortuo vota perſoluere, quæ viuo exhibita fuerunt. Virg 4, Aen. 111.
Cinis, *pro Cremato corpore defunctorum.* Seneca, Hercu. Oeth. 14, 15.

Haud cinerem quæritant iſti ſermones. Id eſt, debet eorum eſſe perpetua memoria. Plaut. Milit. 14, 10.

¶ Cineraceus: Cineris colorem referens. Plinius libro 33, Terra eſt alia rufa, alia cineracea.
¶ Cinereus: Qui cineris eſt. Cinereus color. Plin. de Vite, lib. 14. cap. 3, 7, Contra damnantur etiam viſu cinerea & rabuſcula, & aſiniſca, minus tamen caudam vulpium imitata alopecis. Colum. lib 2, cap. 2. 12.
¶ Cinerarius: pro Ciniflone. Catul. epigr. 56, 28,
Nunc tuum cinerarius Tondet os
¶ Cinefacio: in cinerem redigo Lucretius libro 3, 186.

At nos honorifico cinefactum te propè buſto
Inſatiabiliter deflebimus.

¶ Ciniflones: dicti ſunt paraſiti, ab officio calamiſtrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos criſpabant. Plaut. Aul. 15.36, Ciniflones, paragiarij. Horatius 1, Serm. Sat. 2.20.
Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ.

CINNABARIS.] Color quidam minio accedens. Plinius libro 33, cap. 7.9.

CINNAMOMVM.] Frutectum eſt in Aethiopia, quod ſitu breui naſcitur, fiſtulæ duplo duorum cubitorum altitudine. Plinius libro 12, cap. 19.

¶ Cinnamum: arbuſcula eadem. Mart. libro 4, 15,
Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo. Plin. libro 10, cap. 22, 4, Adipem eorum in vaſe æreo cum cinnamo niue multa obrutum.

Panchæa cinnama. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 19.
Quaſſa cinnama. Ouid. 15, Metam. 80.

CINNARA.] Nomen herbæ, qua reſiſtit venenatis pabulis ceruus. Plinius libro 8, cap. 27, 5.

CINNVS.] pro capillo. Plautus Trucul. 6, 32. Compoſitos, criſpos cinnos tuos vnguentatos.

CIO.] Vide CIEO.

CIPPVS.] Cæſar, 7, bel. Gal. 291, Quini erant ordines coniuncti inter ſe atque implicati, quò qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant: hos Cippos appellant.

¶ Cippus: *Terra in tumulum congregata.* Horat. 1, Ser. Sat. 8, 3.
Mille pedes in fronte trecentos cippos in agrum.
Hic dabat.

Leuior cippus. Perſius, Sat. 1, 4.

CIRCA.] Præpoſitio: id eſt, iuxta & propè. Locum & tempus ſignificat. Quint. l. 6, c. 14, Tabernæ aût erant circa forum. Apuleius de Aſino: Aliquantiſper vigilo, dein circa tertiam vigiliam conniueo. Plinius lib. 9, ca. 18, Nec amplius quàm circa eum menſem viſuntur.

Sæuit amor circa iecur. Horatius 1, Carm. Ode 15, 3.
Circa latus ſalire. Horatius 2, Serm. Sat. 6, 7.
Lucos circa. Virg. 3, Georg. 29.
Vir circa decem luſtra: Id eſt, annorum quinquaginta. Horat. 4. Carm. Ode 1, 2.
Circa patrem. Quint. libro 7, cap. 2.
Circa regem. Virg. 4, Georg. 15.
Circa occultandam eloquentiam. Quint. libro 4, & lib. 6.
Circa res aliquas ſperare gratiam ingenij. Quint. in Procœ. li. 1, 4. Et lib. 1, Similis circa authoritatem ratio.

¶ Circa: *Circiter.* Suet. in Claudio Cæſ. ca. 6, Qui tamen moriens, & in tertijs hæredibus cum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertia vicies proſequutus.

Circa ſingulas heminas. Celſus, libro 7, cap. 15.

¶ Circa: *Aduersùs.* Plinius epiſt. 9, libro 3, Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris.

¶ Circa: *Apud.* Curtius, libro 3.
Circa regem erat & Phrygum tuba & Macedonum.

¶ Circa: *pro De.* Plin. lib 8, cap. 16, Varia circa hæc opinio.

¶ Circa: *Iuxta.* Plinius libro 8. cap. 33, Circa caprificos ferus innoxius alioqui.

¶ Circa: *pro In.* Liuius 9, ab Vrbe, 120, Nam & circa omnia defecerunt. Quint. in Procœmio, lib. 8, Præcipue circa partis huius præcepta elaborauit.

Animus eſt circa campos. Horat. 2, Carm. Ode 5, 1.
Circa ima ſubſiſtere. Quint. in Procœm. lib. 1, 16.
Circa Demetrium: pro circa Demetrij tempora. Quintil. libro 1, cap. 4.

CIRCAEA.] Herba eſt ſtrichno ſatiuo ſimilis. Plinius libro 25, cap. 13.

CIRCERVS.] Nauis Aſiana prægrandis, inquit Nonius. Plaut. in Stich. Quum percunctor portitores, ecquæ nauis venerit ex Aſia, negant veniſſe. Conſpicatus ſum interim Circerum, quo ego meliorem non vidiſſe cenſeo.

CIRCINVS.] Inſtrumentum quo circuli vertendo deſignantur. Plinius libro 2, cap. 15, 6, Omnia autem hęc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

¶ Circino: circulum vel rotundum facio. Plinius libro 16, cap. 23, 1. Ibidem, capite 38, 4, Cætera menſarum genera fiſſis arboribus circinantur in pulpam.

Circinare in orbem ramos. Plinius libro 17, cap. 12, 1.
Circinare, *Circumire etiam ſignificat.* Ouidius 2, Metam. 145.
Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras. De Cyllenio.

CIRCITER.] Præpoſitio: ad tempus numerumque refertur: interdum ad locum.

*Ad tempus.* Cæſar, 1. bel. Gal, 215, Circiter meridiem. Horat. 1, Epiſt. 7, 10.

*Ad numerum.* Cæſar, 1, bel. Gal. Ita dies circiter XV. iter fecerunt. Plautus, Milit. 6, 76, Nam illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium.

*Ad locum.* Plaut. Ciſtel. 10, 8, Loca hæc circiter excidit mihi.

CIRCITES.] Genus oleæ. Colum lib. 5, cap. 8.

CIRCITOR.] Vide CIRCVITOR, in CIRCVMEO.

CIRCOS.] Accipitris quoddam genus, claudum altero pede. Plinius libro 10, cap. 8, 1.

¶ Circos, Gemma pyris ſimilis. Plinius libro 37, cap. 10, 14.

CIRCVLATOR, CIRCVLO, CIRCVLVS.] Vide CIRCVS.

CIRCVM.] Præpoſitio. Terent. Heaut. 2, 3, 49,
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus.

Pugnare circùm aliquem. Virg 6, Aen. 33. Id eſt alicui pugnæ ſocium eſſe.
Purpura circùm chlamydem: Id eſt in parte extrema. Virg. 5, Aen. 50.
Circùm clauſtra. Virg. 1, Aen. 12.
Errare circùm littora. Virg. 3, Aen. 15.
Errare maria omnia circùm. Virg. 1. Aen. 8.
Circum oras & limina. Virg. 4, Georg. 38.
Turba ſtans circum te. Horatius 1. Serm. Sat. 3, 27. Virg. 8, eclog. 3,
— atque hanc ſine tempora circùm
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

¶ Circum: Aduerb. Virg. Anna vides toto properari littore circùm.

Collo dare brachia circum. Virg. 2, Aen. 157.
Nubes circùm caligat & hebetat viſus tuenti. Virgil. 2, Aeneid. 121.
Circùm late. Virg. 7, Aen. 21.
Circumque, infraque. Stat. libro 1. Achil. 11,
Tyrrhenique greges circumque infraq; rotantur.
Circùm ſub. Virg. 4, Georg. 39.
Sed circùm tutæ ſub mœnibus vrbis aquantur.
Circum ſupraq;, Stat. libro 9, Theb. 23.
Agere circum. Virg. 1, Aen 25.
Amplecti circum. Virg. 3, eclog. 9.
Claudi circùm. Virg. 3, Aen. 46.

¶ Circum, *pro Circa, aduerbialiter.* Tacitus libro 4, Itaq; quanquam diuerſis ſuper rebus conſulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigieſq; circùm Cæſaris, ac Seiani cenſuere. Apud Liuium tamen motum ſignificat, libro 2, Decad. 5, Inde legatio ſub idem tempus in Aſiam circùm inſulas miſſa. Virg. 9, eclog. 8,
— varios hic flumina circùm
Fundit humus flores.

CIRCVMAGGERO.] Plinius libro 19, ca. 5, 4, Terra minuta, fimoque circumaggeratas reſiſtere frigori radices.

CIRCVMAGO.] Circumduco. Liuius 1. ab Vrbe, 61, Priùs pene quàm Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga vertunt. Plinius libro 14, ca. 3, 4, Mirum vbiq; cum Sole circumagi vuam. Idem, lib. 2. c. 3, 31, Circumagitur orbis XXIIII. horarum ſpatio.

Circumagere ſe. Liuius 4. ab Vrbe, 120.
Circumagit ſe annus. Liu. 9, ab Vrbe, 98.

¶ Circumagere: *Inſequi.* Curtius: Nec vulneratum & ferè ſeminecem circumagere deſtiterunt.

Circumagere, *aliquando eſt Liberare, manumittere.* Seneca. Qui ſe illi ſubiecit, ſtatim circumagitur: nam philoſophiæ ſeruire libertas eſt. Circumagebantur autem olim ſerui, id eſt, vertebantur à lictore, quum vindicta apud prætorem manumitterentur. Perſius, Sat. 5, 8.

Circumactus in vulnus. Plin lib. 28, cap. 4, 14.

¶ Circumactus: ſubſtantiuum. Plin. lib. 28, cap. 9, 28, Ad faciliorem circumactum rotarum. Idem, libro 8, cap. 30, 1, Flectique, niſi circumactu totius corporis nequit.

CIRCVMAMBVLO.] In circuitu ambulo. Paulus in l. poſſideri, in principio. ff. de acquirenda poſſeſſione.

CIRCVMARO.] Plin. lib. 18, cap. 3, Quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet.

CIRCVMASPICIO.] Plin. lib. 8, c. 33, Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione circumaſpicit.

CIRCVNCAESVRA.] Summus cortex, & circumſcriptio. Lucretius libro 3.
Extima membrorum circuncæſura tamen ſe
Incolumem præſtat.

CIRCVNCIDO.] per circuitum incido & amputo. Colum. libro 3, Eiuſdem ſpatij corticem circuncidito. Varro, de Re ruſt. li. 1, cap. 54, Quum deſijt vinum fluere, quidam circunciduntextrema. Cæſar, 5. bel. Gal. 155, Gladijs cæſpites circuncidere.

Circuncidere aciem oculi. Lucretius libro 3, 84.
Arbores. Plin. lib. 16, cap. 40.
Cogitationem. Celſus, libro 4, cap. vlt.
Vinum: pro, Abſtinere à vino. Celſus, libro 4, cap. 20.
Circuncidere vinum ex toto. Celſus, libro 6, cap. 9. Id eſt, vinum non omnino bibere.

¶ Circunciſus Plin. lib. 14, cap. 19, 1, Quod circunciſis vinaceis profluxerit.

Circunciſæ & breues orationes. Plin. epiſt. 20. 2.
Circunciſum & breue. Plin. epiſt. 51. c.

Circun-

¶ Circuncidaneus. Cato,cap.23,2. Tortiuum muſtum circuncidaneum ſuo cuiq; dolio diuidito,additoq; pariter.

¶ Circunciſitius vt Circunciſitium vinum. Idem. Varro 1, de Re ruſt.cap.54, Quum deſijt ſub prælo fluere, quidam circunciduntextrema,& rurſus premunt: & rurſus, quum expreſſum,circumciſitium appellant.

¶ Circunciſè. Sueton.de Claris Rhet.5, Tum ne vſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circunciſè ac ſordide & tantummodo triuialibus verbis egit, verùm rarius.

¶ Circunciſura: Inciſio circùm facta. Plinius libro 16,cap. 40,16, Stantesque à circunciſura ſiccatæ fideliores.

CIRCVNCINGO.] Circundo.Silius lib.10,1.

Ceu fera quæ telis circuncingentibus vltrò
Aſſilit in ferrum,& per vulnera colligit hoſtem.

CIRCVNCLAVDO.] Cæſar,3, bell. Ciuil.120, Cuius aduentu cognito, Pompeius, ne duobus circuncluderetur exercitibus,ex eo loco deceſſit.

CIRCVNCLVDO.] Vndique claudo. Plinius libro 18,cap. 35,4, Si nubes Solem circuncludent.

Circuncludere vas argento ab labris.Cæſar,bell.Gal.100.

CIRCVNCOLO.] Liu.1.bel. Maced.161, Is timor omnes, qui circuncolunt Bœben,paludem,relictis vrbibus,montes coëgit petere.

¶ Circuncolens. Vlpianus in l.1, ff.de fluminibus. Flumen à ſuo magnitudine diſcernendum eſt,aut æſtimatione circuncolentium.

CIRCVNCVLCO.] Colum.lib.5, cap.6,18, Si minùs terra ſubacta, operiamus,& circunculcemus ipſum ſeminis codicem.Ibidem,7, Diligenter circunculcari.

CIRCVNCVRRO.] Vnde Circuncurrens, Participium. Quintil. lib.2,cap.22,5, Eamque artem circuncurrentem vocauerunt, quòd in omni materia diceret.

CIRCVNCVRSO.] Plaut.Rud.6,4.

Omnia tam circuncurſaui,atq; in latebris omnibus
Perreptaui quærere conſeruam Terent.Heaut.3,2,1,
Hac illac circuncurſa, inueniendum eſt tamen
Argentum. Lucret.libro 4,81,
Atria verſari.& circuncurſare columnæ
Vſqueadeò fit vti pueris videantur.

CIRCVNDO.] Cæſar,3,bel. Ciuil.31, Octauius quinis caſtris oppidum circundedit. Colum lib. 5,cap.6,19. Ipſosq; colles in modum coronæ contortos arbori circundari.

Fraude inſidiarum circundare. Iuſtinus.

Nube circundari.Virg.4,Georg.99.

Obſidione arcta circundatus.Lucanus libro 6,22.

Ingenti turba circundatum eſſe Propert lib.3, eleg.14,6.

Vlnis circundare aliquem: Amplexari.Stat.Syl.3,54.

Agmen foſſa circundare.Lucretius libro 4,6.

Roma arces ſeptem muro circundat.Virg.6,Aen.157.

Argentum auro circundare: Cælare. Virg 1,Aen.120.

Arma circundare nequicquam humeris, dicitur, qui non aptè ſibi cohærere facit, ſed potiùs oneri ſumit. Virgil. 2, Aeneid.102.

Comitem lateri circundare.Ouidius ad Piſon.25.

Exercitum circundare caſtris. Liuius libro 3,ab Vrbe,118.

Igni muros circundare.Virg.9,Aen.32.

Ignibus circundare.Ouidius in Ibin,127.

Saltus canibus circundare.Virg.1,Georg.28.

Circundare vallum.Curtius,libro 1.

Vincula collo circundare.Ouidius 1,Metam.63.

Vincula & neceſſitates circundare aliquibus. Liuius.

Infula vitta circundatur.Virg 3,Georg. 96.

Flammis vrbem circundare.Virg.10,Aen.14.

¶ Circundare, *pro Ambire.* Curtius: Lecto circundederat aulæa purpura auroq; fulgentia.

Lana ſulfurata latus circundare. Celſus,lib.4,cap.6.

Racemiferis frontem circundatus vuis. Ouidius 3,Metam. 134.de Baccho.

Circundare,*Implicare.* Virg.8,eclog.14,

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo.

¶ Circundatus: Participium.

Circundata palla.Horat.1,Serm.Sat.2,20.

Virtus circundata. Silius lib.15,72, pro hominibus virtute præditis.

Armis circundatus: Armatus.Virg.96.

¶ Circundandus.Celſus,libro 8,ca.10, Quinto die idem faciendum: ferulæq; circundandæ.

CIRCVNDOLO.] Plinius libro 16,cap.32,2, Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus reſtibilis ſponte facta.

CIRCVNDVCO.] Plaut.Milit 5,66, Aliquos mitte,circunduce exercitum. Plinius lib.22, cap.25,14, Si furunculum quis circunducat Liuius 8,ab Vrbe,69.

Telis circunducere aliquem.Curtius,lib.4.

Circunducere,*cum duobus accuſatiuis.* Plaut.Moſtel.10,44.



Eho iſtum puer circunduce haſce ædes.

¶ Circunducere, *per translationem, pro Abolere, delere, & abrogare.* Paulus de re iudicata,in l. acta. Acta apud ſe habita,ſi partes conſentiant,poteſt iubere iudex ea die circunduci, niſi vel negotium, vel lis terminata eſt. Vlpianus de iudicijs,in l.& poſt editum, Quòd ſi is qui edictū peremptorium impetrauit,abſit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptorium. Iulianus in l. tribunus. ff. de teſtamento militari. Amplius & ſi aliquid interleuerit,circumduxerit,perduxerit, adiecerit,emendauerit.

Cognitionem circunducere. Vlpianus in l.diui fratres.ff.de liberali cauſa.

Circunducere aliquem per dolos.Plaut Pſeud.7,115.

Circunducere aliquem argento. Plaut. Pſeud.7,16,

Te velle amantem argento circunducere. Idē, Pœnul.19,8.

¶ Circunductus. Plaut. Pœnul.16,15,

Numnam it à balneis, circunductus pallio?

¶ Circunductio: Deceptio Plaut.Capt.20,3,

Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circunductio.

CIRCVMEO, vel *Circueo*, vel *Circuo*.] Cæſar,7, bel. Gal. Equitum ſe partem ſequi, partem circuiri. Liuius 1, ab Vrbe, Sed ipſe Romulus circumibat.

Orbe ſpatioſo circumire aliquid. Ouidius 3. Amorum, eleg,2,14.

Rota.Ouidius 2.de Arte.80.

Hederæ circumire caput De eo dici ſolet,qui eſt poeta doctus. Propertius,lib.2,eleg.5,6.

Sonus circuit aures.Stat.lib 4,Sylu.4,6.

Circumeunda meta.Ouidius 3,de Arte,80.

Circumire per.Plaut.Aſin.12,152, Illac per hortum circumit clàm

¶ Circuitus: Circunductus.Seneca,Med.2,9,

Orbem circuitis cornibus alligat.

¶ Circuitus: Verbale.Plin.libro 2,cap.5,2.

Febrium circuitus. Celſus,lib.3,cap.5.

Longiore circuitu redeunt febres. Celſus,lib.3,cap.2.

Circuitu claudi. Quint.lib.1,cap.10.33.

Pererrare circuitum.Virg.11.Aen.153.

Circuitu ad aliquid peruenire. Quint.libro 5,cap.7.

¶ Circumitio,vel Circuitio. Liu. 3, ab Vrbe.27, Circuitio ac cura Aedilium plebis erat,ad eos ſumma rerum ac maieſtas conſularis imperij venerat.

Circuitio verborum. Terent.And.1,2,31, Ita apertè ipſam rem modo locutus,nihil circuitione vſus es.

¶ Circuitor. Circuitores (vt ait Vlpianus de inſtit.act l.quicunque. §. ſed & eos) vulgò appellati, quibus veſtiarij, vel lintearij veſtem dant circumferendam, & diſtrahendam. Circitores erant,qui à Triumuiris,aut à præfecto vigilum conſtituti vrbem noctu circumibant,ad extinguenda incendia,& arcendos fures. Sunt & Circitores, de quibus lib.3.Vegetius, Idoneus, inquit,& probatiſſimos Tribuni eligunt, qui vigilias circumeant, vt renuncient ſi emerſerit culpa, quos circuitores appellant. nunc militiæ factus eſt gradus,& circitores vocantur.

CIRCVMEQVITO.] Liuius 10,ab Vrbe,164. Ne quam occultam in fraude incautus rueret, duas turmas ſociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atque explorare omnia iubet. Idem,9.bel.Pun.37, Cum equitibus Numidis circumequitabat vrbem.

CIRCVNFERO.] Circumporto Plin.libro 34, cap.8,1, Si quis quæ vocant Corinthia, pleriq; in tantum capiuntur, vt ſecum circunferant.

Acies oculorum hucatq; huc circunferre, Virg.12,Aen.113.

Ars circunfertur. Quint. libro 1,cap.15,3.

Lumina alicubi circunferre. Silius libro 17,105.

Circunferre oculos. Liu.1,bel.Pun.162. Ouid.6.Metam.34,

Oculos circuntulit alta ſuperbos.

Oculos circunferre rebus aliquibus ſpectandis. Sil.l.11,53.

Oſcula circunferre alicui. Valer.libro 7,Argon 25.

Pauimenta circunferre Sueton.in Cæſare,cap.46.

Querelas circunferre. Liuius: Hæ querelę domos primùm nobilium circunlatæ,celebratæq; ſermonibus.

Circunferre ſe. Plaut. Merced.17,16.

Circunferre vultus. Ouidius 3,Metam.24.

Circunferre: *pro Purgare.* Virg.6,Aen. Idem ter ſocios pura circuntulit vnda. Plaut. Pro laruato te circumferam. Id eſt, purgabo.

Circunferre prædicatione. Plin.iun.lib.3,epiſt.11.

Circunfert fama Plin.lib.3,epiſt.16.

Ad nutum aliquorum circunferri. Curtius,lib.5.

Circunferri cum auorum memoria. Colum.lib.8,cap.16.

¶ Circunlatus. Plin.lib.29,cap.4.23, Quòd ſi ter fit circunlatus domui viuus.

Circunlata & deducta oratio. Quint.lib.4,cap.1.42.

CIRCVMFIRMO.] Colum.libro 4, ca.17.6, Vbi frequentibus aquis vitis labefactatur, vbi præcipitibus cliuis veluti pen-

ſuſpendens plurima præſidia deſiderat, ibi quaſi quadrato circunfirmanda eſt agmine.

CIRCVNFLECTO.] Virg. lib. 5, Aen. 26.
Conſtituit ſignum nautis pater, vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circumflectere curſus.

¶ Circunflexus: Adiectiuum. vt, Secula circunflexa. Claud. 4, Paneg. 79.

¶ Circunflexus: Subſtantiuè. Plinius libro 8, cap. 11, 1, Vt & ipſos circunflexu facili ambiant. Idem, lib. 2, cap. 1, 1.

CIRCVNFLO.] Vndique flo.

Circunflantibus Auſtris. Statius libro 11, Theb. 9.

CIRCVNFLVO.] Circum aliquid decurro. Plin. Id oppidum circumfluit amnis.

Agrum circunfluit amnis. Pomponius in l. ergo. ff. de acquirendo rerum dominio.

Ignis frontem circunfluit: Id eſt, rubor frontem occupat. Claud. 2, Paneg. 67.

Robora circunfluunt dracones. Lucretius libro 3, 85. Id eſt, circunreptant.

¶ Circunfluere, *per tranſlationem, pro Accurrere vndique.* Plin. poſtquam variæ vndique gentes circunfluxêre.

Circunfluere: *Circundare.* Varro 2, de Re ruſt. cap. 9. 2. Idem, lib. 3, cap. 13, 2, Vbi tanta circunfluxit nos ceruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo.

Mare circunfluere dicitur. Valer. lib. 2, Argon. 150.

Circunfluere: *Abundare.* Curt. lib. 10. Secundis rebus, quæ circunfluunt, vos inſanire cœpiſtis, obliti ſtatus eius, quem beneficio exſuiſtis meo.

Circunfluere, *per metaphoram, transfertur ad animum.* Curtius, lib. 8 Inſatiabilis autem auaritiæ eſt, adhuc implere velle, quod iam circunfluit.

¶ Circunfluus. Plin. libro 2, cap. 66, Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari.

Amnis circunfluus. Ouidius 15, Metam. 148.

Humor. Ouidius 1, Metam. 6.

Circunflua inſula: paſſiuè, id eſt, quam aqua circunfluit. Ouidius 15, Metam. 125.

Mens circunflua luxu Claud. 5, Paneg. 8.

Vrbs circunflua ponto. Valer. lib. 5, 89.

CIRCVNFODIO.] Plin. lib. 17 cap. 18, 6, Circunfodi autem omnibus annis à ſolſtitio duûm cubitorum, ſcrobe bipedali altitudine.

¶ Circunfoſſor. Plin. lib. 17, cap. 24. 11,
Aut circunfoſſor iniurioſo ictu verberauit.

¶ Circunfoſſura. Plin. lib. 17, cap. 26, 2, Cupreſſus aſpernatur circunfoſſuram.

¶ CIRCVNFORANEVS.] Sueton. Circunforaneus laniſta: id eſt, qui in foris verſatur & diſcurrit.

¶ CIRCVNFORO.] Indè Circunforatus. Plin. lib. 17. cap. 27, 2. Stipite ab ima parte circunforato.

CIRCVNFRICO.] Cato, cap. 26. Priuas ſcopulas in dolia facitò, habeas illi rei, queis labia doliorum circunfrices.

CIRCVNFVLGEO.] Plinius libro 2, cap. 37, 2, Hominum quoque capita, veſpertinis horis magno præſagio circunfulgent.

CIRCVNFVNDO.] Circumcirca aſpergo. Ouid. 5, Faſt. 116,
Genus fuit & campis, & equis, & tuta ſagittis,
Et circumfuſis inuia fluminibus.

Imber circunfuſus. Claud. de Nilo, 6.

Nubes circunfuſa. Virg. 1, Aen. 119.

Pruinis, aut niuibus circunfuſa corpora. Virg. 3, Georg. 74.

Tempeſtas circunfundit terram. Silius lib. 7, 145.

Et apud Liuium, 8, bell. Punici, 169. Circunfuſa Oceano inſula.

Super circunfuſa. Lucretius libro 1. 8.
Hunc tu diua tuo recubantem corpore ſancto.
Circunfuſa ſuper.

Circunfundi dicitur lac. Plin. lib. 28. cap 9, 4.

Circunfundere ad aliquid. Cato, cap. 93. Plin. libro 5, cap. 27, 12, Circunfunditur ad matre vtroque latere ambiens.

Circunfundit aër terram. Ouidius 1, Metam. 3.
Nec circunfuſo pendebat in aere tellus.

Amictu nebulæ circunfundere. Virg. 1, Aen. 84.

Corona circunfundi: Circundari hominum multitudine. Silius libro 7, 62.

Circunfunditur exercitus. Cæſar, 1, bel. Ciuil. 248.

Circunfundere hoſtes: pro Sternere & ad terram ruere. Liu 4, ab Vrbe, 199, Poſtero die circunfuſis iam magna ex parte hoſtibus.

Armis denſis circunfundi. Virg. 2, Aen 77.

Circunfuſi corona chori. Claud. in procem. libro 3, de Raptu. Proſ.

Flore alicuius ordinis vndique circunfuſus. Plinius in Paneg. 37.

Circunfuſi omnis generis hominum frequentia, Liuius 7, bel. Pun. 273.

Tenebris circunfuſus. Stat. lib. 10. Theb. 111.

Circunfuſa arma. Quint. libro 2, cap. 20, 7.

Circunfuſi pauores. Liu. 4 bel. Maced. 150.

Multitudo circunfuſa. Virg. 2, Aen 13.

Multitudo alicui circunfunditur. Liu. 2. bel. Pun. 67.

Satelles circunfuſus, Ouidius 14, Metam. 71.

Turba circunfuſa Duci. Lucanus, libro 5, 136.

Incluſus & Circunfuſus, videtur tanquam contraria poſuiſſe Liu. 3, belli Pun. 197, Non tantùm eo iniquam, quòd incluſi aduersùs circunfuſos, ſed etiam quòd feſſi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

Circunfundere aliquem. Ouidius 3, Metam. 72,
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.

CIRCVNGELATVS.] Participium. Plin. lib. 13. cap. 22, 2, Sed qui circungelatus videri poſſit.

CIRCVNGEMO.] Horat. Epod. 16, 11,
Nec veſpertinus circungemit vrſus ouile.

CIRCVNGLOBO.] Plin. lib. 9 cap. 47, Circunglobata eſcæ ſæpe extrahuntur. Id eſt, collecta circum eſcam.

CIRCVNGREDIOR.] Tacitus libro 12, Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cheruſci, cum queis æternum diſcordant, circumgrederentur, legatos in vrbem & obſides miſere.

CIRCVNIACEO.] Liu. 7. bell. Maced. 229, quæq; circuniacent Europæ, in veſtra ſunt poteſtate.

CIRCVNIICIO, & *Circuniacio.*] Liu. 3. bel. Maced. Poſtquam læuo latere nudato circuniacere haſtas inuenientem ex tranſuerſo hoſtem conati ſunt.

Circunijcere, *pro circunædificare.* Liu. 5, bel Maced. 12, Totius agminis ſarcinas in medium conijci iuſſit, & triarios vallum circunijcere.

¶ Circuniectus: Participium. Circumpoſitus. Plin. lib. 13, cap. 1, 23, Hoc quoq; diſtat orbis medius, & mitior plaga à circuniectis.

Circuniecta muris ædificia. Liu. 9, ab Vrbe, 148, Et circuniecta vrbi loca Liu. 4. bel. Maced. 110.

Campi circuniecti: pro Circuniacentes. Curtius in principio libri 3.

¶ Circuniectus: Verbale. Plin. lib. 11, cap 51, 6, In theatrorum orcheſtris ſcobe aut arena ſuperiecta deuoratur, & in rudi parietum circuniectu, dolijs etiam indicibus.

CIRCVNLAMBO.] Plin lib. 11, cap. 37. 44, Sed ſupradictis capillamenti tenuitate: Cæteris ad circunlambenda ora.

CIRCVNLATVS.] Vide CIRCVNFERO.

CIRCVNLIGO.] Plin lib. 17, cap. 11, 10, Proderit totas cæſpite circunligari. Liu. 2, bel. Pun. 31, Id ſicut in pilo quadratum ſtupa circunligabant.

Circunligare aliquem. Stat. 8, Theb. 132.

Vlnis circunligare aliquam. Stat. 1, Achil. 35.

CIRCVNLINIO.] Circùm vngo, vel frico. Per tranſlationem vtitur. Quint. libro 12, Inſtitutionum, ca. 9. 6, At quidam etiam ſi forte ſuſceperint negotia paululùm ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circunliniunt. Et lib. 1, Simplicem vocis naturam pleniore quodam ſono circunlinire. Idem, lib. 8, Nec pictura, in qua nihil circunlinitum eſt, eminet.

CIRCVNLINO.] Circumcirca leuiter induco. Colum. lib. 12, cap. 43, 1, Circunlini alucos fimo bubulo, vtiliſſimum.

Circunlinire oculum. Plin lib. 6, epiſt. 88, 6.

¶ Circunlitus. Plin. lib. 29, cap. 4, 29, Sed & alios ad hunc ſeruant vſum in oleo aut luto circunlitos.

Auro circunlitus. Ouidius 11, Metam. 28.

Corpora nullo circunlita fuco Lucretius libro 2, 149.

Saxa muſco circunlita. Horat. 1, epiſt. 10, 2.

¶ Circunlitio. Plin. lib. 35, cap 11, 11. Tantum circunlitioni eius tribuebat. Idem libro 24, cap 7. 4, Ad aurium dolores, claritatem oculorum, oris circunlitiones.

CIRCVNLVO.] Liu. 5, bel Pun. 52, Quo in peninſulæ modum pars maior circunluitur.

CIRCVMMITTO.] Liuius 4, ab Vrbe. 80, Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit. Sic 9, bel. Pun. 129. Ex lib. 6, 222.

¶ Circummiſſus. Cæſar, 1. bel. Ciuil. 49, Quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumq; toto Piceno circummiſſis Senatoribus habebat.

CIRCVMMVLCEO.] Plin. lib. 28, cap. 3, 2, Circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

CIRCVMMVNIO.] Colum de Arboribus, cap. 19, Prius quàm pomarium conſtituas, quàm magnum habere voles, circummuniro materia aut foſſa. Plaut. Capt. 6. 4, Ita vinclis cuſtodijsq; circummuniti ſumus.

¶ Circummunitus. Cæſar, lib. 1, belli Ciuili. 320, Nunc verò, penè vt fœminas, circummunitos prohiberi aqua prohiberi ingreſſu.

¶ Circummunitio Cæſar: Id ne fieri poſſet, obſidione, oppidiq; circummunitione fiebat.

CIRCVM-

CIRCVMNASCOR.] Plin.l.b.2,cap.103, Lacus Sinnatus in Aſia, circumnaſcente abſynthio inficitur.

CIRCVMNAVIGO] Paterc.lib.2, Claſſis quæ Oceani circumnauigauerat ſinus.

CIRCVMOBRVO] Plin.lib.19. cap,5,17, Confert alterna folia circumobruere.

CIRCVMPADANVS.] Qui habitat in circuitu Padi. Liu.1, bel Pun.131, Conſiſtere iuſſis militibus Italiam oſtentat, ſubiectoſq; Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin lib. 4,cap.20,3,Liguriæ maximè, circumpadaniſq; muſtis vtilitas.

CIRCVMPANGO.] Plin.lib.17, cap,13,4, Ramis terra circumpactis.

CIRCVMPAVIO.] Plin.lib.12,cap.14,6, Aliubi area circumpauita.

CIRCVMPLECTOR.] Plin lib.13,cap.10,1,Tam vaſtis arboribus, vt terni nequirent circumplecti.

Opes circumplexus Stat.1. Sylu.5,9.

¶ Circumplexus: Verbale. Plin.lib.10,cap.63,4,Lacertæ, vt ea quæ ſine pedibus ſunt, circumplexu Venerem nouère

CIRCVMPONO] Plin.lib.17, cap. 28,3, Stramentis antea circumpoſitis.

Piper circumponere catillis Horatius 2,Serm Sat.4.15.

CIRCVNRADO.] Plin.lib.17,ca,26,1,Veluti detractio ſanguinis circunraſi corticis. Colum.lib. 4,cap.29,11, Huius traducis ſi non eſt facultas,tum detractum viti quàm recentiſſimum eligitur ſarmentum,& leuiter circunraſum.

CIRCVNRETIO.] Impedio & implico. Lucretius libro
Circunretit enim ius,atq; iniuria quenq;. (5,232.

CIRCVNRODO.] Plin.libro 32,cap 2,2, Polypum hamos appetere, brachijsq; complecti, non morſu,nec priùs dimittere,quàm eſcam circunroſerit. Idem,lib.22,ca.22,23, Condrillon, folia habet intubi circunroſis ſimilia.

Dente circunrodi Horat.1.Epiſt.19,18,
Dente Theonino quum circunroditur.

CIRCVNSCALPO] Plin lib.20,cap.5,3, Radice eius circunſcalpti dentes dolore liberantur.

CIRCVNSCARIFICO.] Plin.lib. 22,cap.23,6, Pedum clauos circunſcarificatos ferro,miſtum ceræ extrahit. Idem, lib.30,cap.3,3,Caninus dens ſiniſter maximus, circunſcarificato eo qui doleat.

CIRCVNSCINDO.] Liu.2, ab Vrbe, 240, Quò ferociùs clamitabat,eò infeſtiùs circunſcindere,& ſpoliare lictor.

CIRCVNSCRIBO.] Circunſcribere terram ſurculo,gladio, &c. Plin lib.22,cap.21,9, Et ſi terram ſurculo heliotropij circunſcribat aliquis negant ſcorpionem egredi. Idem,lib. 25,cap.5,11,Primùm enim gladio circunſcribitur:dein qui ſucciſurus eſt,ortum ſpectat.

Circunſcribere luxuriam vtilitate. Plin.lib.22,cap.2,2.

¶ Circunſcribere: *Decipere*, *Circunuenire*. Plin, lib.7, cap. 40, Vana mortalitas, & ad circunſcribendum ſeipſam ingenioſa.

¶ Circunſcriptus: Breuis. Plin. in epiſt Nihil circunſcriptius. Alibi: Crebri ſyllogiſmi,circunſcripti, & effecti.

¶ Circunſcriptor: Qui fraude priuat aliquem bonis. Iuuen. Saty.15. —pupillum ad iura vocantem
Circunſcriptorem.

¶ Circunſcriptio: pro deceptione & fraude. Paulus in l.hæc actio. ff.ſi menſor falſum modum dixerit Hæc actio perpetua eſt: quia initium rei, non à circunſcriptione, ſed à ſuſcepto negotio originem accipit.

CIRCVNSECO.] Circuncido. Colum.libro 8, cap.5,11, Tuberculum,cui ſubeſt vermiculus, ferro quàm cautiſſimè circuſecari oportet.

CIRCVNSECVS.] Apul.lib 5.Quiq; circunſecus venātur.

CIRCVNSEDEO, *Circunſideo*.] Contrà ſedeo,circundo. Liu. 9,ab Vrbe, 5,Luceriam omnibus copijs circunſidere, nec procul abeſſe quin ui capiant.

Oppidum circunſedere. Liu.1,bel.Pun.55.

Dies paucos circunſeſſum oppidum. Liuius 1,ab Vrbe,276. Idem alibi: Decem æſtates hyemes continuas circunſeſſa, plus aliquanto intulit cladium,quàm accepit.

CIRCVNSEPIO] Liuius 1, ab Vrbe, 214. Conſcius deinde, malè,querendi regni ab ſe ipſo aduerſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circunſepſit.

Syluæ circūſeptæ. Paulus in l.poſſideri.§.item feras beſtias. ff. de acquirenda poſſeſſ.

GIRCVNSERO.] Plin lib.21,cap.12,2,At geniſtas circunſeri aluearijs gratiſſimum.

CIRCVNSIDO. Idem quod Circunſedeo. Liu.9, ab Vrbe, 112,Pliſtiam ipſi,ſocios Romanorum,in parem dolorem hoſti redderent,circunſidunt.

CIRCVNSIGNARE.] Colum. libro de Arboribus,cap. 26 7,Eam duobus digitis quadratis circunſignato, vt medio gemma ſit.

CIRCVNSISTO.] Inuado, irruo. Cæſar, 5,bell. Gal. 166, Impeditumque hoſtes circunſiſtunt. Cæſar,1,bel.Ciui.78, Itaque vno omnes conſilio Domitium productum in publicum circunſiſtunt & cuſtodiunt.

CIRCVNSONO.] Liu.7,bel.Punici,110,Indè primò turbata eſt acies,dum ad circunſonātem vndiq; clamorem flectere cornua,& obuertere ordines volunt.

Vlulatibus cantuq; ſymphoniæ circunſonat locus. Liu 9, belli Maced.37.

Circunſonat hoſtes clamor. Liuius 3, ab Vrbe,119.

Orbem circunſonat Nereus. Ouidius 1,Metam.38.

Armis circunſonari. Ouid.4,Triſt.eleg.9,23.

Ore. Ouid.3,Triſt.eleg.14.10.

CIRCVNSPECTO.] Vide CIRCVNSPICIO.

CIRCVNSPERGO] Colum.lib. 11,cap.2,66, Et ſi ſunt parùm fructuoſæ,vel cacuminibus retorridæ frondis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere.

CIRCVNSPICIO.] Huc atque illuc oculos verto,& circunfero. Terent. And. 2,2,20. Circunſpicio: nuſquam.

Fragorem circunſpicere. Stat.8,Theb.3.

Omnes circunſpicere. Ouid.5,Triſt.4.11,

Auxilia externa circunſpicere. Liu.1,ab Vrbe,132.

Caſus alicuius circunſpicere. Ouid.1.Triſt.eleg.1,10.

Circunſpicere animo. Cæſar,6.bel.Gal.15.

Circunſpicere & proſpicere. Terent. Adelph.4,5,55.

¶ Circunſpectus: qui circunſpicit, & in omnem partē ſpectat,hoc eſt,prudens & ſagax. Colum. lib.1,cap.8,Nam illa ſolennia ſunt omnibus circunſpectis.

Circunſpecti canes. Colum lib.7,cap.12,5.

Circunſpectum iudicium. Quint. libro 10 cap.1.

Circunſpectiſſimus & prudentiſſimus princeps. Suetonius, in Tiberio,cap.21.

¶ Circunſpecto. Liu.4,bel. Maced.153, Quánam ipſe euaderet circunſpectabat. Teren.Eunuch.3,554,Et ſimul alia circunſpecto.

Alius alium circunſpectat. Liu.2,ab Vrbe,45.

Vultus circunſpectare aliquorum. Liu.3,ab Vrbe,151.

¶ Circunſpectus: Qui circunſpicitur. Ouid.5.Faſt.108,
Verba mouent iras non circunſpecta deorum. id eſt, non conſiderata & perpenſa.

Vires non circunſpectæ. Ouidius 5, Metam.35.

¶ Circunſpectus: ſubſtantiuum.

Mali circunſpectus: Conſideratio malorum & intuitus. Ouid.4,Triſt. eleg. 5,16.

Ad circunſpectum. Plin.lib.11.cap.37.49, Ceruix flexilis ad circunſpectum, articulorum nodis iungitur.

¶ Circunſpicientia: Idem. Gellius,lib.14,ca.2, Multa & anxia cura, & circunſpicientia indigens.

¶ Circunſpectè. Quint libro 9,cap.2. Hoc parciùs & circunſpectiùs faciendum. Id eſt, conſideratiùs & diligentiùs.

¶ Circunſpectatrix: Quæ huc & illuc aſpicit, & ſingula conſiderat. Plaut. Aulul.4,2:
Exi inquam,age exi,exeundum hercle tibi hinc eſt foras,
Circunſpectatrix,cum oculis emiſſitijs.

CIRCVNSTIPOR.] Amores nurum circunſtipantur. Clau, 2.Paneg.71.

CIRCVNSTO.] Vnde circunſtās, Particip. Liu. Tamē in tot circunſtantibus malis manſit aliquandiu immota acies.

Homines circunſtantes. Quint. libro lib.4.

Syluæ. Ouidius 3,Metam.89.

¶ Circunſtantia. Gel lib.3,cap.7,
De loci importunitate,& loci circunſtantia.

Ex circunſtantia ducere argumentum. Quint,lib. 5,c.10,72.

¶ Circunſtatio. Gel,lib 7,cap.4,Ea circunſtatio militum, corona appellata ſit.

CIRCVNSTREPO.] In circuitu ſtrepitum facio. Seneca,lib. de Vita beata ad Gallionem, cap. 11, Ab hac occupatus, quomodo reſiſtet labori ac periculo, egeſtati, & tot humanam vitam circunſtrepentibus minis? Tacitus: Tum certatim cæteri circunſtrepunt.

CIRCVNSTRVO.] Plin.lib.11.cap.6.3, His deinde fores quoque latiores circunſtruunt.

Circunſtruere vndique lapidibus. Plin.lib.19.cap.8,31.

CIRCVNSVDO.] Plin.lib.14, cap.1,7, Stipatæ vinaceis circunſudantibus.

CIRCVNSVO. Plin.libro 34,cap.16,1, Vitilibusq; nauigijs circunſutis corio aduehi. Sic idem,lib.4,cap.16.4.

CIRCVNTEGO] Circumcirca operio. Plaut.Mil.5,80,
Meus herus elephanti corio circuntectus, non ſuo eſt.

Cœlum circuntegit omnia. Lucretius libro 1,217.

CIRCVNTEXO.] Virg.1,Aen.144,
Et circuntextum crocco velamen acbanto.

CIRCVNTVNDEO.] Suet.in Auguſto,c.45,Nam hiſtrionū licentiā adeō cōpeſcuit,vt Stephanionem togatariū, cùm in puerilem habitum circuntonſam matronā miniſtraſſe compererat,per trina theatra virgis cæſum relegauerit.

CIRCVNTONO.] Horat.2,Serm.Sat.3,45.

— quem cepit vitrea fama,
Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis.

Strepitu circuntonare aliquem locum Silius libro 6,44.

CIRCVNTREMO Lucretius libro 1,216.

Atque ideo totum circuntremere æthera ſignis.

CIRCVNVADO.] Inuadendo circundo. Liuius 9, ab Vrbe, 212, Is nouus additus terror quum ex vtraque parte circunuaſiſſet aciem. Plinius libro 9, cap. 30,

Hi redeuntem circunuaſere noctu.

Circunuaſit vrbem terror. Liu.4.bel.Macc.150.

CIRCVNVAGVS.] Oceanus circunuagus Hor.Epod.16,4.

Aethereæ moles circunuaga flammæ. Ouid.ad Piſ.4, Periphraſis eſt Solis.

CIRCVNVALLARE.] Cæſar,7,bel,Gal 36, Oppidum oppugnare inſtituit,idq; biduo circunuallauit. Liuius 10, ab Vrbe, 171, Nec dubium eſſe, quin caſtra circunuallaturi ſint.

Aciem denſo orbe circunuallare. Silius libro 7,118.

Circunuallant me res. Terent. Adel. 3.2,4. Tot res repente circunuallant. vnde emergi non poteſt.

¶ Circunuallatus. Liuius 3, ab Vrbe, 120, Luce prima iam circunuallati ab Dictatore erant.

Bellona circunuallata Senatu. Claud.7, Paneg 3.

¶ CIRCVNVEHO.] Circunporto. Liu.3, ab Vrbe, 118, Ibi Dictator, quantum nocte proſpici poterat, equo circunuectus, contemplatusque qui tractus caſtrorum, quæque forma eſſet.

Circunuehi claſſe Liu.8 ab Vrbe, 132.

¶ Circunuectare. Plaut.Rud. 22,25, Oppida circunuectabor. Subaudi, Per. Sic apud Virg.3, Georg.

Singula dum capti circunuectamur amore.

CIRCVNVENIO.] Circundo, ſepio. Salluſt. Vallo, foſſaque mœnia circunuenit.

Circunuenire hoſtem Sall. Pro loco & tempore paratis rebus cuncta mœnia exercitu circunuenit. Idem de Coniurat. Catil in Oratione Catilinæ ad milites: Nã multitudo hoſtium ne nos circunuenire queat prohibent anguſtiæ.

Incommoda multa circumueniunt ſenem. Hor.in Arte,36.

¶ Circunuenire: *Opprimere, decipere.* Terent. Phorm.4.3,9,

— tunc dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic cirunueniri.

Ignorantiam circumuenire. Vlpianus in l.ſi fideiuſſor.§. ſi quum debitor.ff. mandati.

Circunuentus & ſpoliatus à latronibus. Salluſt. in Iugurt.

Circunueniri in colloquio. Cæſar,1,bel.Gal.201.

Circunueniri per inſidias. Cæſar,1,bel Gal.178.

His difficultatibus circunuentus. Salluſt.

¶ Circunuenire, *pro circunfluere.* Virg.6 Aen.27,

Cocytusque ſinu labens circunuenit atro.

Circunuenio: *Circunuoluo.* Valer. libro 1,81.

— vacua nam lapſus ab arbore paruum
Ter quater ardenti tergo circunuenit anguis.

¶ Circunuentus: Particip. Cerua lupis circunuenta. Stat.6, Theb 34.

Circunuentus neceſſitudinibus. Salluſt in Catil.

CIRCVNVERTO.] Plaut. Perſa, 12,36, Iam à foro argentarij abeunt, quàm in curſu rotula circunuertitur.

Circunuertere aliquem argento. Plaut. Pſeud.7.126.

Rota circunuertitur axem Ouidius 15. Metam.105,

Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum,
Ni rota, perpetuum quæ circunuertitur axem,
Stipitis occurſu fracta & diſiecta fuiſſet.

CIRCVNVERSOR.] Lucretius libro 6,41,

Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt,
Quærentesque viam, circunuerſantur. De ventis.

CIRCVNVESTIO.] Plin.lib17,.c.23,10, Vernacula putatio deiectis per ramos vitiũ crinibus circũueſtit arborem.

CIRCVNVINCIO.] Plaut.Rud.18,25, Quaſi murteta iuncis, item ego vos virgis circunuinciam.

CIRCVNVISO.] Frequentatiuum à Circunuideo. Plaut. Sed angues oculis omnibus circunuiſere.

CIRCVNVOLO.] Iaculo circunuolat alite campum. Silius libro 17,84.

Iocus circunuolat Venerem. Horat.1, Carm. Ode 2,7.

Mors atris circunuolat alis Horat.2, Serm. Satyr.1,12.

Nox atra caua circunuolat vmbra. Virg.2, Aen.72.

¶ Circunuolatus: Participium paſſiuum. Plin.lib.10, cap. 32,1, Halcyonem videre rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliarum occaſu & circa ſolſtitia brumamve, naue aliquando circunuolata, ſtatim in latebras abeuntem.

¶ Circunuolito. Virg.1, Georg.

Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.

Circumuolitare limina potentiorum. Colum. in præfat. totius operis.

CIRCVNVOLVERE.] Plinius libro 10, cap. 62,1, Serpentes coeunt complexu, adeò circunuolutæ ſibi, vt vna exiſtimari biceps poſſit. (cap. 44.9.

Circunuoluere ſeſe ſpinis, arboribus & herba. Plin. libro 16,

Magnum ſol circunuoluitur annum: Annus labitur, incidit in hyemem. Virg.3, Aen.57.

CIRCVNVOLVTOR.] Plinius libro 8, cap.17,1, Feram verò circunuolitari non dubiè blandientem, ſeſe conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi poſſet.

CIRCVO.] Vide CIRCVMEO. (gyrus.

CIRCVS.] Dicitur (inquit Nonius) omnis ambitus vel Circus: Locus erat muris ſeptus, in quo equi pugileſque exercebantur. Plin lib.16, cap.40,2, Obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum. Virg.5, Aen.57.

— mediaque in valle theatri Circus erat.

Id eſt, ſpatium ſpectaculi.

Campus circi patens. Virg 5, Aen.110,

— ipſe omnem longo decedere circo
Infuſum populum, & campos iubet eſſe patentes.

Ludi ſolennes circi Ouidius 5, Faſt.119.

Apertus circus id eſt, ſpatioſus. Ouidius 12, Metam.21.

Capax populi. Ouidius 1, de Arte, 28.

Fallax. Horat 1, Serm. Satyr.6,23,

Fallacem circum, veſpertinumq; pererro. Sæpe forum.

Longo decedit circo infuſus populus. Virg.5, Aen.110.

Rapidus circus. Stat.3, Sylu.5.3.

¶ Circulus: Diminut.

Circulis vaſa cingere. Plinius libro 14. cap.21,1.

Flexilis circulus auri. Virg.5, Aen.111.

Subnectere circulum alicui rei. Virg 3, Georg.33.

¶ Circulus, *per translationem.* Quint.l.2, c.13, Mirè ad circulũ pullatũ facit. Id eſt, coronã & multitudine pullatorum circunfuſam. Idem li 6, c.4, In ſermonibus, circulis, conuiuijs. Liu.l 4 Dec.1, In omnibus circulis, atq; etiã (ſi dijs placet) in conuiuijs ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.

¶ Circlus, per ſyncopen, pro Circulo. Virg.3, Georg.35,

At primũ laxos tenui de vimine circlos Ceruici ſubnecte.

¶ Circulo: Circundo. Colum.lib. 12, Iſq; debebit ante circulari foſſula, quæ repleatur lapidibus & calce.

Circulante, pro Circulatore, vtitur Senec.

Circulator: inquit Paulus Iuriſc. qui ſerpentes circumfert ac proponit. Celſus, lib.5, cap.27, Ideoque colubra ipſa tutò eſtur, ictus eius occidit: & ſi ſtupente ea (quod per quædã medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neq; percuſſus eſt, nulla in ea ſaliua noxa eſt.

Equeſtris circulator. Apuleius, de Aſino aureo, libro 1. in principio: Circulatorem aſpexi equeſtrem, ſpatam præacutam mucrone infeſto deuoraſſe.

¶ Circulatrix. Mart.lib.10.3,

Et fœda linguæ probra circulatricis.

¶ Circulatorius: ad circulatorem ſpectans. Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem ſpectantibus. Hoc eſt, ijs qui garrula quadam circulatorum feſtiuitate gaudent.

Circulatoria iactatio. Quint.lib.2, cap,4.

¶ Circulatim. Sueton. in ſummo publico luctu externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæque more lamentata eſt.

CIRNEA.] Vas vinarium, patens ac rotundum, quo vinum è cado hauritur, vt feratur ad menſam. Plaut. Amph.4, 276, Cadus erat vini, inde impleui cirneam.

CIRRVS. Capitis crinis. Cato, de Liberis educandis: Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.

Cirri, *oſtreorum, ſiue polyporum capillamenta.* Plinius: Græci plantagini ſimilem eſſe dixerunt, caule quadrato, folliculis cum ſemine inter ſe implexis, veluti in polyporum cirris. Mart. lib.7. Et oſtreorum rapere liuidos cirros.

Cirri, *in capite quorundam animalium appellantur capilli contorti ac perinde criſpati.* Plin.lib.11, cap.37, 2, Et fulicarum generi dedit cirros: pico quoque Martio. & grui Balearicæ.

¶ Cirratus: Capillatus. Mart.lib.9,31,

Nec matutini cirrata caterua magiſtri. Perſius, Sat.1,3,

CIRSION.] Cauliculus eſt tener duûm cubitorũ, triangulo ſimilis, folijs ſpinoſis virundatus. Plin.lib.27. cap.48.

CIS.] Præpoſitio, idem quod Citra ſignificans. Liu.4, ab Vrbe, 76, Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium ſecundo prælio conflixit.

Cis paucos dies. Plaut. Trucul.7,18, Id eſt, intra. Idem Moſtel.2,17,

Cis hercle paucas tempeſtates Tranio
Augebis ruri numerum.

Cis, *pro Vltra* Salluſt. Cis Rhenum, atq; intra mare noſtrum & Oceanũ, niſi qua in paludibus via fuit perdomita. Varro, lib 20. Rhetor. Eo die cis Tyberim redeundum eſt.

Cis vndiq;. Plaut. Merc.3.73. Atq; ea ſeſe cis vectatũ vndiq;.

CISIBILITES.] Muſti genus, in Galatia naſcens: vt refert Plin.lib.9, cap.14.

CISIVM.]

CISIVM ] Genus vehiculi biroti, inquit Nonius.

Ciſiarius: Qui Ciſium agit. Vlpianus l. item quæritur. in prin. ff locati. Si ciſiarius, id eſt, carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit, vel occidit, puta ex locato in eum eſſe actionem.

CISPELLO.] Citrà pello. Plaut. Amph. 12,17, Inde optime ciſpellam virum.

CISRHENANVS ] qui citra Rhenum habitat. Cæſar, Bell. Gal. libro 6 Neruios, Aduaticos, ac Menapios, adiectis ciſrhenanis omnibus Germanis, eſſe in armis.

CISSA.] Inſula in regione Mœſiæ, de qua ſic Plinius libro 3, cap. vlt Claræ ante oſtia Timaui calidorum fontium cum æſtu maris creſcentium, iuxta Iſtrorum agrum, Ciſſa, Pullaciæ, &c.

CISSVS.] Hederæ genus. Plinius libro 16, cap. 34.

CISSANTHEMOS.] Herba, quæ & cyclaminos dicitur. Plinius libro 25, cap. 9,12.

CISSITES.] Gemma candore inſignis. Plinius libro 37. cap. 10,14. & cap. 11,3.

CISTA.] Colum. libro 12, cap. 54,2. Plinius libro 5, cap. 17, 2, Singula mala conuolui, ciſtis vitilibus condi.

Ciſta texta de vimine Ouidius libro 2, Metam. 111.

Effracta Horatius 1 Epiſt. 18. 11.

Caua. Catul epigr. 59. 52.

¶ Ciſta, etiam ex aſſeribus conſtruitur, in qua pecuniæ, libri, & alia reponuntur: eſtq; ceu capſa quædam. Iuuen. Satyr. 3,21,

Namque vetus Græcos ſeruabat ciſta libellos.

Ciſtæ ſuffragiorum in comitijs erant. Plinius libro 33. ca. 2.

¶ Ciſtula. Mart lib. 1, 1‹2,

Parcæ ciſtula non capax oliuæ.

¶ Ciſtella. Terent. Eunuch. 4,6,15, Ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis.

¶ Ciſtellatrix Plaut. Trinummo, 5. 23,

— nox datur, ducitur familia tota, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.

¶ Ciſtellula. Plaut Rud. 10,59, Vbinam ea fuit ciſtellula?

¶ Ciſtifer: Qui fert ciſtam. Mart. libro 5, 17,

Nupſiſt Gellia ciſtifero.

CISTERNA.] Locus in quo colligitur aqua pluuia Feſtus: Ciſterna dicta eſt, quod eſt cis, id eſt, infra terram. Vlpianus in l. 1 ff. de riuis. Ciſternæ autem imbribus concipiuntur. Plinius libro 15. cap. 17,6. Columella autor, in puteos ciſternaſve in fictilibus vaſis pice diligēti cura illitis mergi.

Vini ciſterna Vlpianus in l vulgaris. §. ſed & ſi de naui. ff. de furtis.

Ciſterninus Colum. libro 12, cap. 43,6, Tota deinde vaſa in aqua fontana vel ciſternina ponderibus impoſitis mergi.

CISTHVM ] Genus fruticis. Plinius libro 24, cap 10. 7.

CISTOPHORVS.] Nummi ſpecies, à Canephoris Palladis Atticæ virginibus miniſtris dicti. Liu. 7, bell. Maced. 190, Ciſtophori ducenti quadraginta octo.

CISTVLA.] Vide CISTA.

CITATVS.] Vide CITO.

Climacis.] Vitruuius in deſcriptione balliſtæ: Climacidos ſcapi longitudo foraminum tredecim. Climacis ea eſt, quæ in catapulta vocatur [illegible], id eſt canalis: nam in balliſtis nomen mutat, propter amplitudinem & latitudinem, & κλιμακίς, id eſt ſcalula vocatur.
Climacvlae.] Telorum quoddam genus ſunt, antiquis vſitatum & frequens: teſte Gell. lib. 10. cap. 25.
Climacteras.] Chaldæi vocant pericula vitæ, fortunarumq; hominum: quæ Marcus Varro grauiſſima fieri

affirmat ſeptenarij; teſte Gellio, lib. 10. Alij autem LXIII. anno. Idem Gell. lib. 15. cap. 7.

Climactêras appellat Plinius Legem ſcanſilem, lib. 7. cap. 49. 2. Rara autem eſſe dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum inſignibus lunæ dierumve ſeptem atq; IX. (quæ nocte ac die obſeruantur) ingens turba naſcatur, ſcanſili annorum lege occidua, quam climactêras appellant, non ferè ita genitis LXIIII. annum excedentibus.

¶ Climactericus annus. Gell. lib. 15. cap.

Climactericum tempus: pro arduo, difficili, contrario. Plin. epiſt. 44. 2, Habes climactericum tempus: ſed euades.

CLINAMEN.] Vide CLINO.

CLINICE.] Medicina, quæ victu & pharmacis corporibus medetur Plin lib 29. cap. 1. 4, iam templo cremato inſtituiſſe medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

¶ Clinicus: Medicus: ab inuiſendis ægrotorum lectis, quaſi lecticularius. Martialis: Sote filia clinici.

Clinicus, etiam dicitur, qui ita affectus eſt, vt ſurgere è lecto non poſſit, & de cuius ſalute nulla ampliùs ſpes eſt. Plin. lib. 25. cap 5. 21.

CLINO.] Verbum Græcum, cuius tantùm compoſita in vſu. Vnde,

Clinamen, Lucret lib. 2. 59, de inclinatione elementorum & primorum corporum:

Id facit exiguum clinamen principiorum.

CLINOPODIVM] Herba quæ ſpeciem lecti pedum habet. Plin. lib. 24 cap 15. 7.

CLITELLAE.] clitellarum (ἐπίσαγμα) Dicuntur Feſto, quibus ſarcinæ colligatæ mulis portantur. Plaut. Moſtel. 9. 82, Vehit clitellas, Horat. 1 Serm. Satyr. 5, 10,

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Perferre clitellas aliquò. Horat. 1. Epiſt. 13, 2.

Impingere clitellas: pro Impingendo illidere. Horat. lib. 1. epiſt. 13. 2.

¶ Clitellarius: Qui clitellatus fert onera. Colum. lib. 2 cap. 22. 3, Collo vel mulo clitellario afferre. Cato cap. 10. 1, Aſinos inſtratos, clitellarios, qui ſtercus vectent, tres. Plaut. Moſtel. 9. 84,

Ego homines habeo clitellarios.

Magni ſunt oneris, quicquid imponas vehunt.

CLIVINA] Auis in auguſtrijs dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria, & Clamatoria: à cliuij auſpicijs dicta, quæ, teſte Feſto, dicebantur aduerſa, quibusq; aliquid fieri prohibebatur. Plin lib 10. cap. 14.

CLIVVS, & CLIVVM] Eſt procliuitas illa & pronitas à vertice collis. Cato in Tribunis militum: Loca ardua, & cliua depreſſa.

Aquæ cliuus, Ouid. epiſt. 17, 25.

Menſæ cliuum ſuſtollere, Ouid 8. Metam. 133.

Tabulæ cliuus, Ouid. de Nuce, 16.

Aequatus cliuus, Ouid 8. Metam. 133.

Arduus cliuus in valles, Ouid. 1. Faſt. 53.

Mollis cliuus, Virgil 9. eclog. 2. Id eſt, facili itinere & deſcenſione.

Deſcendere per cliuum, Ouid 1. Faſt. 53.

Facere cliuos, Paulus in l. ſeruitutes. §. ſi domo mea. ff. de ſeruit. vrban. prædior.

Sudamus in vno cliuo: pro In vno negocio laboramus. Ouid epiſt. 19 9,

Mille modi reſtant cliuo ſudamus in vno.

¶ Cliuulus. Columel lib 6. cap. 37, Duos parietes aduerſo cliuulo inædificatos habet.

¶ Cliuoſus. Colum de Arboribus, cap. 4. 3. Curandum autem eſt, vt locis aridis & cliuoſis altiùs vites deponantur, quam ſi humidis & planis, Virg 2. Georg. 43.

Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris.

Trames cliuoſus. Virg 1. Georg. 12.

Cliuoſa Ida, Ouid 1. Amorum, eleg. 14, 3.

Olympum cliuoſum ſcandit Phœbus, Ouid. 3. Faſt. 83.

¶ CLOACA.] Locus cauus, per quem colluuies quædam fluit. Tranſlatiue, pro ventre anus edacis & bibacis, dixit Plaut. in Curcul. 3. 27,

Propere proluе cloacam.

Cloacale flumê, dixit pro Cato: pro cloacarum omnium colluuie. Feſtus.

CLODO.] pro Claudo. Plin. lib. 18. cap. 33. 4, Clodunt ita lippiuntq;.

CLOSTRVM] Idem quod Clauſtrum. Cato cap. 13, Trullas ligneas duas, claues cum cloſtris.

Cloſtrum, eſt contignatio trabium in ligneis ædificijs, qua nonnunquam in parietibus domorum vtimur; nonnunquam alias, dum locum aliquem ſepimus. Seneca, de ſutoria taberna loquens libro de Beneficijs 7, Deinde per cloſtrum, inquit, quà ſe commiſſura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inſeruit. Plin. lib. 10. cap. 33.

CLVDO.] pro Claudo. Martial lib. 11, 85,

Sed mors vocis iter properauit cludere blandè.

Varr. 3. de Re ruſt. cap. 3. 4, Quæ maceriæ ad villam venationis cauſa cluduntur. Valer. Flac lib. 7. Argonaut. 47.

Vias alicui cludere, Senec. 1. Thebaid. 30.

Cludere arborem teſtibus, Colum lib. 12. cap 44. 2.

Axem cludere nox dicitur. Senec. Hercul Oeth. 11. 5.

Cludere auro. Plinius lib. 33. cap. 1. 17, Idem eodem loco, Cludere venena in annulis, ſub gemmis, ab antiquis ſolere, dixi.

Cludi minaci caſſide, Stat. lib. 4. Thebaid. 41.

Libellos cludere Iuuenal. Satyr. 7. 3.

¶ Cluſus: Circumdatus. Valer. Flac lib. 1. Argonaut. 7.

Cleonæo iam tempora cluſus hiatu  Alciades.

¶ Cluſilis. Qui facile clauditur. Plin. lib. 9. cap. 37. 2, Ineſt ijs eſca, cluſiles mordacesq; conchæ.

CLVEO.] Nominor, perhibeor, putor. Pla. ut Trinum. 8. 73, Ita ſis vt nomen cluet. Epid. 5. 6, Senati qui columen cluent. Idem Pœnulo, 180. 20, Vt volupe eſt homini mea ſoror, ſi, quod agit, cluet victoria. Id eſt victoriæ tribuatur.

Cluere: *Purgare.* Plin. lib. 15. cap. 29. 2.

Cluere: *Apparere etiam ſignificat.* Lucret lib. 1. 91,

Nam quæcunq; cluent, aut his coniuncta duabus

Rebus ea inuenies, aut horum euenta videbis. Idem lib. 2. 106. & 159.

CLVNIS, & ſæpius in plurali, Clunes] Nates, ſiue natium tumor. Iuuenal. Satyr. 11. 17,

Ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ.  Plaut.

Quaſi lupus ab armis valeo: clunes infractos fero.

Horat 1. Serm. Satyr. 2 18,

Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.

In clunes extremas deſiliunt. Plin. lib. 8 cap 8. 2.

¶ Cluniculus. Gellius: Cæterarum auium atq; altilium, niſi tantum apponatur, vt à cluniculis inferiore parte ſaturi fiant, conuiuium putant inopia ſordere.

CLVPEA.] Piſciculus, qui venam quandam thynni in faucibus mira cupidine appetens, ipſum thynnum exanimat. Plin. lib. 9 cap. 15 1.

CLVSIVM] Κλούσιον, Oppidum eſt mediterraneum in Tuſcia, ſub quo ſepultus eſt Porſena. Plin. lib 36. cap. 13.

Cluſinus, Adiectiuum (Κλουσῖνος) vt, Cluſinum vulgus. Silius lib. 8. 95.

Fontes Cluſini, Horat. 1. Epiſt. 15. 3.

Cluſinum far, Adorei, ſiue farris genus eſt candidius, ita dictum à Cluſio Hetruriæ vrbe, Colum. lib 2. cap. 6, Adorei autem vidimus in vſu plerunq; genera quatuor: far, quod appellatur Cluſinum, candoris nitidi: far, quod vocatur Vermiculum, rutilum: atq; alterum candidum: ſed vtrunq; maioris ponderis, quàm Cluſinum. Semen ſemeſtre, quod dicitur Alicaſtrum.

CLVSINVS.] dictus eſt Ianus, quòd pace templi eius portæ clauderentur. Virg. 1. Aen.

Claudentur belli portæ, furor impius intus

Sæua ſedens ſuper arma, & centum  Vinctus ahenis.

CLVSTVMINA TRIBVS.] Vide TRIBVS.

CLVSVRIAE, vel CLVSVRAE] appellantur ab Impp Cuſtodiæ limitum l. 2. §. in Sardiniæ. C. de off præf præt. Afr. lib. 4 C. de offic mag. off & l. vlt. C. de off mag milit.

CLYMENOS, ſiue CLYMENVM.] Herba eſt, fabæ caulem ferens. Plin lib 25. cap 7.

CLYPEVS, vel CLYPEVM.] id quo milites tegunt corpus aduerſus ictus Virg 7. Aeneid.

Nec clypei curruſve ſonant.

Liu. 6. ab Vrbe, Clypeis ante Romani vſi ſunt: deinde poſtquam ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecêre. Virg. 2 Aeneid. 146,

Ardentes clypeos atq; ora micantia cerno.

Idem 9. Aeneid 1. 4,

Et clypeum ſuperintonat ingens.

Clypeum, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc eſt ſculpendo cælandoque, deducit. Plin. lib. 35. cap 3 2. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines: vnde & nomen habuere clypeorum. Liu. Duo clypea inaurata.

Aeratus clypeus, Silius lib. 15, 148.

Aereus, Virg. 12 Aeneid. 109.

Aere cauo: Id eſt, æris caui. Virg. 3. Aeneid. 5.

Ardentes clypei. Micantes, fulgentes. Virg. 2. Aen. 146.

Argolicus clypeus: Ingens, quales ſunt Argiuorum. Virgil. 3 Aeneid. 127

Detritus, Silius lib. 10, 80.

Fulgens ære, Ouid 8. Metam. 6.

Paſſus prælia, Ouid. 13. Metam. 24.

Septemplex: ſeptem corijs boum tectus. Virgilius 12. Aeneid. 184.

Curuamen clypei, Ouid. 12. Metam. 19.

Inſigne clypei decorum, Virg. 2. Aeneid. 79.

Vmbo

Vmbo clypei ſummus: Media clypei pars exſtans. Virgil.2. Aeneid.109.

Auro clypeum accendere: Id eſt, tegere auro ſplendidiſſimo inſtar ignis ardentis, Silius lib.15,134.

Cauare clypeum alicuius: id eſt, perforare, Statius 5. Thebaid.29.

Efferre clypeum ſiniſtra, Virg.10.Aeneid.52.

Excipere ictus clypeo, Ouid.12.Metam.75.

Ferendo clypeo manus apta, Ouid.1.de Arte,139.

Flagrare ſydereo clypeo: Fulgentem clypeum geſtare. Virg. 12.Aen.34.

Fixos ſubmittere clypeos, Sil.lib.5.44. Id eſt, humeros & caput clypeis regere.

Inſertare ſiniſtram clypeo, Virg.2.Aen.134.

Obijcere clypeos ad tela, Virg 2.Aen.89.

Opponere clypeum, Ouid.13 Metam.15.

Reſoluere clypeum, Ouid.epiſt.13,30.

Subligare clypeum ſiniſtræ, Virg.11.Aeneid.2.

Sumere clypeum, Ouid.8.Metam.6.

Veſtire clypeos cæſis iuuencis: id eſt, corijs iuuencorum contegere, Stat.lib.1.Achil 84.

¶ Clypeatus: Clypeo munitus. Plaut. Curcul.8.53. Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Agmina clypeata, Silius lib.8,87. & Virg.7.Aen.159.

Clypeatum incedere, Claud.7.Paneg.105.

CLYSTER.] Medicamentum, quod per inferiorem partem, purgandi gratia, in ventrem immittitur. Plin.lib 20. cap.2. 3, Vrinam mouet in vino dulci, & in renum dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur.

Purgare clyſtere & vomitu. Suet.in Nerone, cap 20.

Oricularius clyſter. Celſ.lib.5.cap.5. 28, de fiſtulis.& lib.7. cap.27

COA veſtis; ſiue ſubſtantiuè, COA, in plurali.] ſubtiliſſimũ erat Veſtis genus, ex bombyce; adeò tenue, vt corpus pelluceret. Dictum à Co inſula. Plin,lib.11.cap.23. Ouid. de Arte amandi.

> Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus;
> Siue erit in cois, Coa decere puta.

Horatius in Satyra:

> Altera nil obſtat Cois tibi, penè videre eſt
> Vt nudam.

COACCEDO.] Simul accedo, addor. Plaut.Curcul.7.65,

> —quia de illo emi virginem

Triginta mnis; veſtem, aurum, & decem pro his coaccedũt minę Id eſt, ſimul dedi.

COACERVO.] Cumulo, congero, addo. Cæſ 2.bel.Gal.328, His deiectis & coaceruatis cadaueribus. Liu. 2. bel. Pun. 32, Segregata ex hoſtiũ coaceruatorum cumulis corpora.

Summas maiores & minores coaceruare. Iabolenus in l. ita vt.ff mandati.

¶ Coaceruatio. Actionum omnium coaceruatio. Caius in l.ſi idem cum eodem ff. de iuriſdictione omnium iudic.

COACESCO.] Acidus fio. Celſus lib.4.cap.5, Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit.

COACTILIA.] Egnatius in Iulium Capitolinum: dici videntur pelles, ſeu lora, quibus inuoluuntur alligantúrve veſtimenta; quæ omnia inſtrumenti viatorij ſint. Horum Vlpian. D. de auro & argento legato.l. argumento. in hæc verba meminit. Ariſto etiam coactilia veſti cedere ait: & tegimenta ſubſelliorum huic legato cedere.

COACTO, COACTVRA, COACTOR, COACTVS.] Vide Cogo.

COADDERE.] Simul addere. Cato cap. 40. 2, Sumito tibi ſurculum durum; eum peracuito; Salicem Græcam diſcindito; argillam vel cretam coaddito.

COADIICIO.] Simul adijcio, ſeu addo. Colum.lib.12. capite 21, Quum id muſtum pariter cum defruto deferbuit, purgatur, & ita coadicitur in binas vrnas ligula cumulata.

COADVNARE.] In vnum cogere. Plin. de Viris illuſtribus, 1, Ipſi coadunatis paſtoribus ciuitatem condiderunt.

Brachium ſtatuæ coadunare. Iulianus in l.tigni appellatione.§ idem eſt ff.ad exhibendum.

COAEQVVS.] pro Aequus. Plin lib 6.cap.28 20, mirum dictu, ex innumeris populis pars coæqua in commercijs & latrocinijs degit.

¶ Coæquare: Aequare. Colum lib 2 cap.13.2, Duabusque gemmis ſupra terram eminere paſſit, repoſita humo cætera coæquant.

Coæquare gratiam, omnium difficile eſt Salluſt.

Coæquare leges: Id eſt, ius æquabile omnibus ſtatuere. Liu. 3.ab Vrbe,238.

¶ Coæqualis æqualis. Colum.lib.8 cap 14.8, Atque vbi ſe paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur, & hordeo alitur.

COAESTIMO.] Simul æſtimo. Celſ.lib.67.§.1, D. de furt.



COAETANEVS.] Eiuſdem ætatis. Portius Latro in declamatione in Catilinam: Marco ſiquidem Catoni, aut Scipioni Coætaneo ſuo.

COAGGERO.] Columel. lib.8.cap. de ouis diu ſeruandis. Nonnulli ſolida, multi etiam freſa faba coaggerant.

COAGMENTO.] Coniungo. Vnde coagmentatus. Quintil. lib. 8. cap.6, Non enim recidere ea nec polire poſſumus, quæ coagmentata ſe magis iungant.

¶ Coagmentum: coniunctio. Plaut. Moſtel.10.58, Vidén' coagmenta in foribus?

Coagmentum ſyllabarum, Gell lib.17.cap.9.

COAGVLVM.] Ea pars viſcerum.qua ad denſandum lac vtimur. Plinius libro 8. capite 32. 8, Contra morſus verò, præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in vtero occiſi.

Miſcere coagula nouo lacte, Tibul lib 2.eleg.3.4.

Liquefacta coagula, Ouid.13 Metam.178.

Coagulum, *etiam metaphoricè vocatur, quicquid coniungit.* Gellius libro 12 cap 1, Vinculum illud, coagulumq; animi atque amoris.

¶ Coagulo: Conſtringo denſo. Plin.lib.12 cap.25.9, Summa probatio eſt, vt lac coagulet.

Coagulare aquam, Plin.lib 20. cap.23.7,

¶ Coagulatio. Plin lib.28.cap. 10.7, Nam id quoq; venenũ eſt in prima lactis coagulatione. Idem libro 23 cap. 118.

COALEO.] Cohæreo, concreſco Plin lib.14.cap.3.5, Vt niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Liu.3.bel Pun.168, Concordia coaluerant omnium animi, Id eſt, aucti erant

¶ Coalitus Gellius lib 12 cap. , Cuius in corpore, cuiusque ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit.

Irreuerentia coalita. Tacitus lib. 15. Idem: Vetuſtate imperij coalita audacia.

Libertas coalita. Tacit.lib.20.

¶ Coaleſco Colum. de Arboribus, cap.27.3. Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus oliuæ.

Coaleſcere diuerſi populi in vnum corpus dicuntur. Liu. 1. ab Vrbe. Idem lib 4 25, Si coaleſcere, ſi iungi, miſceriq; vobis priuatis neceſſitudinibus poſſunt.

In vnũ ſonũ coaleſcere & confundi dicũtur vocales. Quintil.lib.1.cap 7.13.

Coaleſcit vulnus, Plin.lib 9.cap.51.ad finem.

Autoritas coaleſcit. Tacit lib 17.

COALLVO.] per alluuionem aliquid augeo. Pomp.de acquir.rer domin.l.ergo. Paulatim coalluendo locum eminentem ſupra alueum fecit, & eum alluendo auxit.

COANGVSTO.] Varro 3 de Re ruſtica, cap 16 12, de alueis apum: Sed ita vti quum parum ſit, qua compleant, eas coanguſtent, ne in vaſto loco & inani deſpondeant animum.

Aditum ædium coanguſtare. Vlpianus in l. ſed addes. § ſi inquilinus ff locati.

¶ Coanguſtor. Celſus, libro 7.cap.27 ad finem: Quòd ſi fiſtulæ metus ex his cauſis, quas propoſui, ſubeſſe videbitur: quò faciliùs claudatur ea, vel certe coanguſtetur, in anum quoq; danda plumbea fiſtula eſt.

COARCO.] Aſtringo, coniungo Scribitur & Coartor.

Coarctare iter, Liu 8 bel Pun 22.

Nox coarctat iter, Ouid 5.Faſtor.109.

¶ Coarctatio. Liu.7. bel. Pun.244, Coarctatio plurium in anguſto tendentium facilior futura erat.

COARGVO.] Redarguo, reprehendo. Liu.2.ab Vrbe,17, Sed eam occaſionem, vt literæ legatis darentur, quæ deprehenſæ rem coarguere poſſent, exſpectabat.

Coarguere ſceleris. Plin.li.11.cap.37,517.

COASPERNOR.] Tacit.lib.17, Laudata olim & militari fama celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam.

COASSO.] Contabulo. Vnde Coaſſatio. Plin. lib. 36. cap. 25.3, Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni.

COAXO.] Idem quod Coaſſo.

COBIO.] Piſcis quidam ex genere chombrorum. Plin.lib. 32.cap.8.

COBION.] Septima tythimali ſpecies. Plinius libro 26. capite 8.

COCCVM.] Eſt veluti granum quod ex frutice, qui Coccus dicitur, ilici ſimili, vel ex rubenti gramine naſcitur. Plin. lib.21.cap.8.1, & lib.9.cap.41.2. Coccum Galatiæ rubens granum.

Coccus, *pro Panno coccineo.* Plinius libro 9. capite 38. 2, de purpuris. Pelagio admodum alligatur, nimiæque eius nigritiæ dat auſteritatem illam nitoremque, qui quæritur cocci.

Ardenti cocco radiare: Splendida veſte indutum eſſe. Silius libro 17.8.

¶ Coccineus. Coccinei acini. Plin. lib. 21. cap. 31. 1.

¶ Coccinum: pro Coccina veſte. Martialis, libro 2.16, Si fuerit ſanus, coccina quid facient? Idem:

Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ.

¶ Coccinatus: Coccina veſte indutus. Martial. li. 5.36, Clamat coccinatus Euclides.

Coccyx.] Auis, quam Latini cuculum vocant, Plin. li. 10. cap. 9.

Cochlea.] Propriè teſta limacis: licet quandoque pro ipſo limace, qui teſtam habet, accipiatur. Plaut. Pœn. 7.29, Viciſtis cochleam tarditudine. Vide Plinium.

De cochleis quomodo ali debeant in villa, vide Varr. lib. 3. de Re ruſt. cap. 14.

Serpere in cochlea, Celſ. lib. 8 cap. 10.

Curuarum domus cochlearum, Stat. 4. Sylu. 9.7.

¶ Cochlea, *Hauſtorium organum*. Vitruuius, decimo libro, cap. 11. Eſt etiam cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ: ſed tam altè tollit quam rota. Ibidem, paulò à fine cap. Et ita cochlea hominibus calcantibus facit verſiones. Vide & lib. 5. cap. vltimo.

Cochlea, *etiam eſt genus oſtij*. Varr. 2. de Re ruſt. cap. 5, Oſtiū habere humile, & anguſtum, & potiſſimum eius generis quod cochleam appellant, vt ſolet eſſe in cauea, in qua tauri pugnare ſolent.

¶ Cochlearium: Locus quo reponuntur cochleæ. Varro tertio de Re ruſtica capite 14. 1, Nam & idoneus ſub dio ſumendus locus cochlearijs, quem circùm totum aqua claudas.

¶ Cochleare, vel Cochlear. Mart. lib. 14.126.

Sum cochleis habilis; ſed nec minus vtilis ouis:
Nunquid ſcis potiùs cur cochleare vocer?

Colum. lib. 12. cap. 21.3, Idque quum eſt aridum factum, molitur, & ex eo molito poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum.

¶ Cochlearis. Plin. lib. 21. cap. 27. 1, Tuſa hydropicis datur in aqua, cochleari menſura.

¶ Cochlearium: Menſura quædam, qua medici in potionibus ægrorum vtuntur. Plinius libro 20. capite 22. 7, ſi cochlearij menſura in die ſorbeatur in aquæ cyatho. Plinius libro 28. cap. 17. 2, Duorum cochleariorum menſura.

Cocles.] Luſcus ab antiquis dicebatur, hoc eſt, qui vnum tantum oculum habebat. Plaut. Curcul. 8.23, Vnocule ſalue. C. quæſo derideſne me?

LY. De coclitum proſapia te eſſe arbitror,
Nam hi ſunt vnoculi.

Varro de Ling. Lat. lib 6, Ab oculo cocles, vt ocles dictus, qui vnum haberet oculum.

Coclides.] Gemmæ ſunt, quæ in Arabia ingentibus glebis naſcuntur, & ſeptem diebus cum melle coquuntur, donec terrenum vitioſumq; puluerem amittant. Plin. lib. 37. cap. 12.

Coda.] pro Cauda. Varro: Sed vt canis ſine coda.

Codex.] Id eſt, caudex ex quo cortex extrahitur. Colum. lib. 4. cap 8. 4, Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enaſcuntur. Ouid. 12. Metam. 87.

Codice qui miſſo, quem vix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonolenidem à ſummo vertice fregit.

Codex robuſtus, pro Supplicij genere, apud Plaut. in Pœn. 17.33 Locus dicitur Feſto Pompeio, quo præcipitabatur malefactorum genus.

¶ Codex, *etiam dicitur liber*. Seneca de Breuitate vitæ: Caudex, apud antiquos, plurium tabularum contextus vocatur: vnde & tabulæ. Codices appellantur.

¶ Codicillus: Paruus codex. Codicilli verò, numero plurali, propriè epiſtolas ſignificant.

Perferre codicillos ad aliquem, Suetonius in Caligula, capite 55.

Codicilli, *ſunt etiam diplomata, id eſt, chartulæ complicatæ, & lino traiectæ, obſignatæque*. Sueton. in Claud. cap 29, Suppoſitos, aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. Hermogenianus in l. adminiſtrantes. ff. de excuſationibus tutorum. Adminiſtrantes res principum, ex indulgentia eorum, licèt citra codicillos, à tutela, itemque à cura tempore adminiſtrationis, delata, excuſantur.

Inſignia codicillorum auferre: pro, Munere publico, honore, & dignitate priuare. Conſtantinus & Iulianus Imperator in l. iudices. de dignitatibus, lib. 12. C.

Codicilli, *ſunt libelli, in quibus, quum quis impeditur neceſſitate aliqua, ne faciat teſtamentum, de rebus ſuis diſponit in vltima voluntate*.

Legare codicillis. Marcellus in l. diui. 6 ſi poſt teſtamentum. tum ff. de iure codicillorum.

¶ Codicillaris. Poteſtas codicillaris, Lampridio: id eſt, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur, vel quo mandatur munus publicum in l. iudices. de dignitatibus, lib. 12. C.

Codiaminon.] Plin. li. 21. cap. 11, Herba eſt bis quotannis florens, Vere & Autumno, æſtates atq; hyemes fugiens.

Codicariæ.] Naues dictæ ſunt, quæ & Caudicariæ, quòd è caudicibus, id eſt, lignis craſſioribus factæ ſint. Varro de Vita Populi Romani: Quòd antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant; à quo in Tyberi naues codicarias appellamus. Salluſt. Hiſtor. libro quarto, Et quanquam ad id naues codicariæ occultò per hyemem fabricatæ aderant.

Cœliacus.] Morbus inteſtinorum, vel portæ inferioris, & extremi ventriculi ſtomachi. Celſ. lib. 4 cap. 12.

Cœliacus, etiam dicitur is, qui cœliaco morbo laborat. Plin. lib. 23. cap. 1. 5, Decoctum eorum veteres dyſentericos & cœliacos iuuat. De nucleis acinorum.

Coemo.] Emo vel ſimul emo. Terent. Adelph. 2.2.17, Coemiſſe, hinc quæ illuc veheres multa.

Merces coemptas ſupprimere. Vlpian. in l. annonam. ff. de extraordinarijs criminibus.

Rerum coeemptarum precijs fraudare aliquem. Sueton. in Nerone, cap. 5.

Cœna.] Feſtus: Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium. Veſperna, quam nunc cœnam dicimus. Plaut. Caſina. 16.17. Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum.

Deûm cœnæ: pro dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambroſia victitare crediti ſint. Horat. 2. Serm. Satyr. 6.13.

Pontificum cœnæ: Sumptuoſæ & opiparæ, Horat. 2. Carm. ode 14 6.

Fundus & fundamentum cœnę. Id eſt, totus apparatus. Gell. lib. 17. cap. 8.

Impenſis cœnarum ſuffragia plebis venari, Horat. 1. Epiſt. 20. 8.

Pater cœnæ: Conuiuator, hoſpes, Horat. 2. Serm. Satyr. 8.2.

Cœnarum magiſter, Martial lib. 12.44.

Tempus cœnandi, Gel. lib. 17. cap. 8.

Abundatiſſima cœna, Sueton. in Nerone, cap. 42.

Aſpera cœna, Vide Asper.

Breuis, Horat. 1. Epiſt. 14 7.

Magna, Horat. 2. Serm. Satyr. 6.21.

Mundæ cœnæ paruo ſub lare pauperum, Horat. 3. Carm. ode 29 3.

Cœna nitida & frugi, Plin. epiſt. 45. c.

Prior cœna me detinet: id eſt, Apud illum cœno, qui prior me vocauit, Horat. 1. Epiſt. 56.

Subita cœna, Senec. Thyeſte 9. 3.

Inter cœnam ludere, Sueton. in Auguſto, cap. 71.

Super cœnam cantare, Suet. in Nerone, cap. 22.

Super cœnam ſumere cibum, Sueto. in Domitiano, cap. 21.

Super cœnā tranſigere multa, Sueto. in Veſpaſiano, cap. 22.

Accipere aliquem cœna. Gell lib. 17. cap. 8.

Adhibere cœnæ aliquem, Suet. in Claud. cap. 32.

Capere cœnam è rogo. Catul. de Rufa. 55. 1.

Cœnam dare, Plaut. Capt. 8.34.

Comitatis exquiſitiſſimæ cœnam dare alicui. Sueton in Othone, cap. 3.

Ducere cœnā. Id eſt, perficere, tranſigere, Horat. in Arte, 76.

Miniſtratur cœna pueris. Horat. 1. Serm. Satyr. 6.24.

Præbere cœnam aliquot ferculis. Suetonius in Auguſto cap. 74

Producere cœnam iucundè, Horat. 1. Serm. Satyr 5.14.

¶ Cœna, *pro loco in quo cœnatur*. Plin. lib. 12. cap. 1. 8, quindecim cōuiuarum ac miniſterij capace triclinio, quam Cœnam appellauit ille nidum.

Recta cœna, ſportulæ oppoſita erat. Suetonius in Domit. cap. 7, Multa etiam in communi rerum vſu nouauit: ſportulas publicas ſuſtulit, reuocata cœnarum rectarum conſuetudine.

¶ Cœnula. Parua cœnula Martial lib. 5.129.

Ad cœnulam inuitare aliquem, Suet. in Claud cap. 21.

¶ Cœno. Bene cœnare, Hor. 1. Epiſt. 6. 12. & Catul. epig 13. 1.

Cœnare cum aliquo, Horat. 1. Epiſt. 7. 14.

Cœnare in odorem culinæ. Pſeud. 13. 53.

Cœnare alienum, Plaut. Perſa. 15. 4.

Aprum, Horat 2. Serm. Satyr 3. 37. Sic apud Senecam, de Prouidentia: Cœnare herbas.

Olus, Horat. 2. Epiſt. 2. 34.

Patinas cœnabat omaſi Vilis, & agnini, Horat. 1. Epiſt. 16. 2.

Pulmenta cœnare, Horat. 1. Epiſt. 19. 10.

Cœnare malum, *per metaphoram*. Plaut. Aſin 16 86, Ecaſtor cœnare hodie, vt dignum eſt, magnum malum.

¶ Cœnatum eſt apud Vitellios. Liu. 2. ab Vrbe, 17.

¶ Cœnaturire. Martial lib. 11 in Vacerram:

Cœnaturit Vacerra; non cacaturit.

¶ Cœnito. In publico cœnitare. Suet. In Nerone, cap. 27.

Eodem argento, Plin. lib. 33. cap. 11. 4.

Cœnacu-

¶ Cœnaculum, Varro: Vbi cœnabant, cœnaculum vocitabant. Poſtquam in ſuperiore parte cœnitare cœperunt, ſuperioris domus vniuerſa, cœnacula dicta: poſtquam vbi cœnabant, plura facere cœperunt. Vitruuius lib. 2, Quũ enim aucto mirum in modum Pop. Rom. neceſſe fuiſſet in cœnaculis habitare (nam antea quum per vrbis laxitatem licebat, vnius tantùm contignationis erant ædificia) ad ædificiorum altitudines deuentum, & ædium frequentiam. Iuuenalis Satyra decima.

----lateranorum obſidet ædes
Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles. Id eſt, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant.

Medianum cœnaculum. Vlpianus in l. ſi verò. §. ſed & ſi quis cœnaculariam exercens. ff. de his qui deiecer. vel effuder.

In aliena cœnacula ſe dirigere. Vlpianus in l. ſaccularij. ff. de extraordinariis criminibus.

Per cœnacula domum diuidere. Vlpianus in l. æquiſſimũ. § item ſi domus ff. de Vſufructu.

Diuiſo cœnaculo habitare. Vlp in l. ſi verò. ff. de his qui deiecer. vel effuder.

Mutare cœnacula. Horat. 1. Epiſt. 1. 19.

¶ Cœnatio: Locus ad cœnandum, Iuuenalis, Et algentem rapiat cœnatio ſolem. Colum. lib. 1. cap. 6, Vrbana rurſus in hyberna & æſtiua ſic dirigatur, vt ſpectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem, cœnationes, æquinoctialem occidentem. Rurſus æſtiua cubicula ſpectent meridiem æquinoctialem, ſed cœnationes eiuſdem temporis proſpectent hybernum orietem. Sueton. in Nerone, cap. 31, Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. Martialis. lib. 2 56, Quid ſim cernis? cœnatio parua.

Laqueatæ cœnationes. Sueton. in Nerone, cap. 31.

¶ Cœnatiuncula. Plin. Epiſt 95. a, Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta.

¶ Cœnacularius. Vlpian. de pignorat. act. in l. ſolutum §. planè. Videtur autem tacitè & cum domino ædium hoc conueniſſe, vt non pactio cœnacularij proficiat domino, ſed ſua propria.

¶ Cœnacularia. Vnde Cœnaculariam facere ſiue exercere dicebatur, qui domus totas conductas per ſingula cœnacula inquilinis locabant, vt inde quæſtum facerent pluris in ſummam locando. Vlpianus in l. ſi verò. § ſed & ſi quis. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.

¶ Cœnatorium: pro Veſte cœnatoria, cum qua diſcumbere in conuiuijs ſolebant. Mart. lib. 10. 87,

----ebriæq; noctis
Cœnatoria mittat aduocato.

¶ Cœnaticus: Ad cœnam pertinens. Plaut. Cap. 8. 37, Nunc ibo ad portum hinc, eſt illic mihi vna ſpes cœnatica.

Coenvm.] Lutum. Horat. 2. Serm. Saty 7. 6,

----& hæres
Nequicquam cœnò cupiens euellere plantam.

Odor cœni grauis. Virg. 4. Georg 10.

Inelectabile cœnum. Statius 9. Thebaid. 101.

Tenax. Claud. 2. in Eutrop. 89.

In tenebris & cœno volui: pro Vitam degere humilem & ſordidam Lucretius lib. 3. 16,

Ipſi ſe in tenebris volui, cœnoq; quæruntur.

¶ Cœnoſus: Plenus cœno. Colum. lib. 7. cap. 105, Nec vlla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoſo lacu volutari.

Coeo.] Simul eo, conuenio. Terent. Eunuch. 3. 4. 1, Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo.

Coire & diſſultare Lucr. lib. 2. 81.

In diem coire. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 29.

Coire in vnum. Virg 10. Aeneid.

Non aliter ſociûm virtus coit omnis in vnum. Liu. 6. ab Vrbe, 14, Neque ſe conglobandi, coëundiq; in vnum, aut arma capiendi datur ſpacium.

Gratia non coit. Horat. 1. Epiſt. 3. 7.

Millia crabronum coeunt. Ouid. 3. Faſt. 151.

Par pari coeat, iungaturq;. Horat. 1. Epiſt. 5. 5.

Coit pus. Celſus lib. 2 cap, 8.

Regna bina cum populis coiſſe: Id eſt, ex regnis duobus vnum eſſe factum. Ouid. 6. Faſt. 19.

Coit gelidus formidine ſanguis. Virg. 3. Aeneid. 6.

Terra coit frigore. Lucret. lib 6. 170.

Vndæ coëunt. Stat. 6. Thebaid 9. 101.

Coëunt verba: Mutuis verbis inter aliquos cõuenitur. Proper. lib. 3. eleg. 15 2.

Coëunt inter ſe. Cæſar 1. bel. Ciuil. 278.

Curnu curuata capita inter ſe coëunt: Arcus tenditur. Virgilius 11. Aeneid. 172.

Cornua Lunæ coëunt: Plenilunium fit. Ouid. 7 Metam. 36.

Coire ad. Plin. li. 11. c. 28 2, Cornua prelonga biſulcis dentata forcipib. in cacumine quũ libuit ad morſum coeuntib.



Coire in porticum. Plin. Epiſt. 5. d.

¶ Coire, *pro glutinari*. Celſus lib. 2. cap. 10, At arteria inciſa, neque coit, neque ſaneſcit.

Cicatrix coit. Plaut Amphit. 16. 64.

Vulnera coëunt. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 18.

Vulnera coeuntia rumpere. Ouid. 4. Triſt. eleg. 4. 9.

Coire in denſitatem Plin. lib. 35, cap. 15. 5.

Coire in membra. Propert. lib 3. eleg. 2. 2.

Facies in monſtrum coit: In monſtri ſpeciem componitur, Seneca Hippol. 10. 12.

Ius coeundi lege permiſſum. Calliſtratus in l. ſemper. §. diuus. quoque pius. ff. de iure immunitatis.

Coire in fœdera. Virg. 11. Aeneid.

Societatem ad emendum coire. Papinianus in l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſocio.

Coire ſocietatem ad obligationem innocentium. Martianus, in principio legis Corneliæ.

Coire ſocietatem de. Vlpianus in l. actione. §. item ſi alicuius. ff. pro ſocio.

Ex partibus ſocietatem coire. Celſus in l. ſi ita. ff. pro ſocio.

In rem certam emendam, aut conducendam, coire ſocietatem. Vlpianus in l. actione. §. ſi in rem. ff. pro ſocio.

In tempus ſocietatem coire. Vlpianus in l. actione. §. item qui ſocietatem. ff pro ſocio.

Ea conditione coire ſocietatem. Pomponius in l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio.

Societatem alicuius rei coire. Vlpianus in l. actione. §. item ſi alicuius. ff. pro ſocio.

Societatem omnium bonorum coire. Paulus in l. ea verò. ff. pro ſocio.

Lucri quæſtus, & compendij ſocietatem coire. Paulus in l. duo ſocietatem. § duo colliberti ff pro ſocio.

Vniuerſarum fortunarum ſocietatem coire. Vlpianus l. ſi ſocietatem. ff pro ſocio.

Re, verbis, & per nuntium, coitur ſocietas. Modeſtinus in l. ſocietatem. ff. pro ſocio.

Res coëuntium ſocietatem communicantur. Paulus in l. prima. ff. pro ſocio.

Sinè more, & arte coire. Stat. 11. Thebaid. 105.

Agmina coëunt. Valer. lib. 8. Argonaut. 86.

Immicia placidis coeunt. Horat. in Arte poet. 3.

Rates coeunt. Valer lib. 1. Argon. 137.

Coeunt in prælia. Valer. lib. 5. Argon. 127.

¶ Coitur. Lucanus in 2,

----multumq; coitur
Humani generis maiore in prælia damno,

Societas coita. Vlp. in l. vt in conductionibus. ff. pro ſocio.

Societas maleficij coita. Vlpianus in l. nec prætermittendum. ff pro ſocio.

Contractu habito coita ſocietas. Vlpianus in l. nam quum. ff. pro ſocio.

¶ Coire: *de re Venerea*. Plin lib. 10. cap. 51. 1, Quædam omni tempore coeunt, vt gallinæ.

Aues coeunt. Ouid 9. Metam 147.

Cum pare ſuo coire. Ouid. 3 Faſt. 39.

Toro coire. Ouid 1. de Arte, 114.

Furtim coire. Ouid. 1. de Remed. 7.

¶ Coire in lites Plin. Epiſt. 109. b,

In coeundo. Lucret. lib 6. 170.

¶ Coiens. Ripe vadi coeuntes: id eſt, vadum anguſtum. Silius lib. 1. 11.

Specum coeunte terra iungere. Senec. Troad. 3. 8.

¶ Coibilis. Gel lib. 17. cap. 19, Celeri admodum & coibili oratione.

¶ Coitio. Liuius 3 ab Vrbe, 277, Quum & per coitiones potentiorum iniuria fieret.

Societatis coitio Paulus in l. nulla. ff. pro ſocio.

Coitio militum & congreſſio, *pro ipſa pugna*. Terent. Phorm. 2. 2. 32, Senex adeſt, vide quid agas: prima coitio eſt acerrima.

¶ Coitus. Plin. lib. 10. cap. 52. 1, Coitus auibus duobus modis.

Monſtrifer coitus. Stat. lib. 10. Thebaid. 158.

Nefandi coitus. Senec. Hippol. 2. 16.

Venerius coitus. Gel. lib. 19. cap. 2.

Coitus humoris. Celſus lib. 5. cap. 18.

Coitus Lunæ: *pro eclipſi*. Plin. lib. 2. cap. 13. 1.

¶ Coiturus. Ouid. Epiſt. 4. 26,

Nec quia priuigno videar coitura nouerca.

Coepio.] pro Incipio. Plaut. Menæch. Neque pugnas, neque lites cœpio. Cato: Cœpiam ſeditioſa verba loqui. Plaut. Trucul. 5, 23.

----vbi nihil habeat,
Alium quæſtum cœpiat.

Terent. Adelph. 33. 43, Prius. olfeciſſem, quàm ille quie-

quam cœperit.Salluſt.in Catil.Sed ea tempeſtate cœpere ſe quiſque magis extollere.

Melius cœpiſti, quàm deſinis. Ouid.Epiſt.9 5.

Cœpit eſſe primus dies mœnibus. Propert.lib 4.eleg 4 15.

Lingua cœpit eſſe in quæſtu. Quint. in Procem,lib.1.10.

Morbus cœpit crudeſcere, Virg.3. Georg 99.

Cœpit odium glandis. Lucret.lib.5.284.

Obſidium cœpit. Tacit.lib.4.

Cœpere vrbem nouam mapalibus Tyrij. Sil lib.15 83.

Sentire cœpit me nocentem eſſe. Ouid 1. Amor.eleg.7.12.

¶ Cœpi,cum verbo inchoatiuo. Virg 3. Georg.47,
Fluctus vt in medio cœpit quum albeſcere ponto.

¶ Cœpit,pro,*Incepit loqui*.Virg 1.Aeneid.105.
Maximus Ilioneus placidus ſic pectore cœpit.

Cœptus:Participium. Virg.2.Aeneid 33,
----cœpti fiducia belli Palladis auxilijs ſemper ſtetit.

Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat.4 Sylu.6.19.

Cœpta carmina tuis iuſſis. Virg eclog.8.3.

Expugnatio cœpta patrataq;. Tacit.lib.12.

Iter cœptum peragere.Ouid.1.Faſt.38.

Libertas cœpta. Tacit.lib.20.

Limite cœpto tendere. Stat.5.Sylu.1.58.

Opus cœptum perficere. Ouid 4 Faſt.4.

Opus cœptum reuocare:id eſt iterare.Ouid.Epiſt.21.11.

Ora cœptis tranſitum verbis negant.Sen.Hippol.5.3.

Cœptus: Actiuè ſonans.Virg.6. Aeneid.51,
Sub pedibus mugire ſolum, & iuga cœpta moueri Syluarum.

¶ His cœptis: quum hæc incepta erunt. Virg. 8. Aeneid.3.
Quid ſtruat his cœptis.

¶ Cœpturus. Quintil.lib.10. cap.1, Nos ritè cœpturi ab Homero videmur.

¶ Cœptum:pro Principio.Ouid.1.Metam.1,
---Di cœptis (nam vos mutaſtis & illas) Aſpirate meis.

Audax cœptum.Virgil.1. Georg.8.

Ferox.Sil.lib.11 41.

Immanibus cœptis efferus Virg 4.Aeneid.129.

Ingentia cœpta.Virg 9.Aeneid.62.

Inuida nox cœptis Ouid.9 Metam 98.

Fremitus van q; inſania cœpti. Valer.lib.2 Argon.105.

Adeſſe cœptis alicuius dicitur Deus.Ouid.6.Faſt.131.

Annuere.Virg.1. Georg.8.

Aſpirare.Ouid.1.Metam.1.

Tædia cœpti capere. Ouid 9. Metam.124.

Deeſſe cœptis dicitur, qui inceptum non perficit. Statius, 10. Thebaid.45.

Manus vltima cœpto defuit. Ouid 2. Triſt.111.

Deficere cœptis. Valer.lib.2.Argon.120.

Deſiſtere cœpto.Senec. Theb.1.21.

Differre cœpta.Ouid 3.de Ponto,eleg.1.27.

Exſequi cœpta.Senec.Hippol.5.2.

Expugnare cœpta:id eſt perficere. Ouid.9.Metam.124.

Fauere cœptis. Seneca Hippoly.4.11.

Manus vltima cœpto impoſita eſt.Ouid.8.Metam.40.

Haud ſegnem cœptis ire: Diligenter cœpta peragere.Silius libro 7.70.

Mentem cœptis inſumere: diligenter ad id reſpicere, quod præ manibus habes.Stat.12.Thebaid.129.

Occulere cœpta.Seneca Thyeſt.3.32.

Exitum cœptorum operiri.Sueton.in Nerone,34.

Peragere cœptum facinus. Seneca.Medea 12.28.

Pertexere dictis cœptum Lucret.lib.1.85.

Proh bere cœpta. Silius.lib.16.127.

Referre cœpta Differre. Valer.lib.3.Argon.101.

Tenere cœpta:ab incepto non deſiſtere.Ouidius 2.de Ponto eleg 7.17.

¶ Cœptus,ſubſtantiuum:Idem.Gel.lib.2.cap.vlt.Nos verò, vt cœptus noſter eſt.

¶ Cœpto:incipio.Terent Eunu 5.8.1,Quid cœptas Thraſo?

Arma cœptare Tacitus lib.12.

Rebellionem Tacit lib.3.

Cœptare ſub. Plin 36.cap.25 5, Lithoſtrota cœptauere iã ſub Sylla paruulis certe cruſtis.

¶ Cœptans. Silius lib.15.137,
Haſdrubal & cœptantem Atabum raptare perempto.

Coeqvitare ] Simul equitare. Liu. 7. bel. Macedo.76, Coëquitauerant autem ſex millia equitum.

Coerceo.] Obſto,impedio ne quid fiat.

Aquam coërcere. Vlpian.in l.vnica § deinde. ff. de fonte.

Carnem ſupercreſcentem. Celſus.lib.5.cap.19.

Inflammationem Celſus lib 7.cap.7.

Nauſeam Horat.Epod 9.7.

Coërcere: *Refrenare,reprimere*. Liu.2.ab Vrbe,100,Iam propè erat,vt ne Conſulum quidem maieſtas coerceret iras hominum.

Animos coërcere.Sen. Hippol.2.3.5.



Animus coërcens vitæ clauſtra Lucret.lib.3.81.

Iram promptam coercere.Stat 11.Thebaid.134.

Ora coercere frænis Ouid 5.Metam.129.

Terras coerceat omnes. Cæſar Ouid.3.de Ponto,eleg.3.13.

Edicto coërcere aliquem. Sueton.in Nerone,cap 4.

Animaduertere ſeueriè,& coercere multa, Sueton. in Nero. cap 16.

Dextra coercet fures.Horat.1 Serm Saty 8 1.

Hoſtem coercere armis.Ouid.1 Faſt.143.

Delicta coërcere ſupplicijs. Horat.1. Serm.Saty 3.16.

Fuſte Coercere aliquem. Horat.1.Serm.Saty.3.27.

Terga equorum verbere torto coërcere, Seneca Hippoly. 10.18 Virg l 9 Aeneid 6.

Coercere,*cum verbo addito*. vt, Coërcere aliquem finiri iras. Ouid 14.Metam. 16.

¶ Coërcere,*pro imperium agere* Pomponius in l.2.§.exactis deinde regibus.ff de origine iuris.

Litura coërcuit carmen. Horat in Arte,60.

¶ Coërcere: *Colligare,ſtringere*. Ouid.1.Metam.47,
Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos. Liuius 1. ab Vrbe, 178.

Spatio arcto coërcere aliquem. Ouid.2.Triſt.106.

Vitta coercuit capillos.Ouid 2.Metam.83.

Bella numeris coërcere: Id eſt, belli hiſtoriam carmine cõponere. Ouid.4.de Pont.eleg.8.15,
Nam modò bella geris,numeris modò bella coërces.

Crines coërcere nodo Horat 2. Carm ode 19.4

Modice ſe coërcere:Modica re contentum eſſe.Senec.Hip. 2 26.

¶ Coercere,*pro Conſeruare, cuſtodire*. Plin.lib 10.cap. 50.3, Ex eo cœpimus carcere coercere animalia, quibus natura cælum aſſignauerat.

¶ Coercitus.Plinius lib.12.cap 1, Produnt Alpibus coercitas,& tum inexſuperabili munimento Gallias.

Vinclis coercita.Ouid 14.Epiſt 1.

¶ Coërctio, & Coertio : Imperium & authoritas, qua quis in ſubditos vtitur.Paulus in l.fin. ff.de officio eius cui mãdata eſt iuriſdictio. Iuriſdictio ſine modica coërctione, nulla eſt.

Interpellantis coërtio. Quint.lib.9 cap.2.2.

Onerare coërtionibus aſperioribus. Celſus lib.3.cap.18.

¶ Coercitio.Liuius 4.ab Vrbe,229, Pronuntiaueruntq; ex collegij ſententia, C Valerio Coſ.ſe damnum, aliamque coercionem, aduerſus interceſſionem collegæ, delectus cauſa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros eſſe.

Coerro.] Oberro.Paul in l.3 § 3. ff de offic. præfect. vigil. Sciendum eſt, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis & dolabris.

Coetariae.] loca iuxta mare, ſtagnante lacu, in quibus thynni, & alij huiuſmodi piſces, capiuntur & ſaliuntur. Plin.lib.37.cap.5.

Coetvs ] Id eſt couentus & congregatio.

Cœtus ſcholarum. Quint lib.2.cap 9 2.

Dulces comitum cœtus. Catul epig.43.2.

Deorum cœtus.Stat.11.Thebaid.92.

Vitiorum cœtus. Cic.in Salluſt.11.

Fœmineis cœtibus exſtat : Id eſt, inter fœminas eminet. Claudia 5.Paneg.40.

Cœtus functi.Stat.lib.8.Thebaid.3. Hoc eſt, multitudo,& mortuorum hominum numerus.

Læto cœtu complere aliquem locum. Virg.5.Aeneid.22.

Monſtrifer cœtus. Claud.in Gigant.1.

Sanctus.Claud 2.Paneg 61.

Supplex.Stat.19 Thebaid.117.

Virginei cœtus. Stat 1.Achilei.42.

Viriles. Ouid 3. Metam.81.

Vulgares. Horat 3. Carm.ode 2.5.

Aues cœtu cingunt polum.Virg.1.Aeneid.81.

Colere cœtus ciuium.Senec Hippol.4.25.

Soluto cœtu diſcedunt Ouid,13.Metam.190.

¶ Cœtum,vocat Lucretius, *connexionem & copulam membrorum*,cum humoribus, & ſpiritibus, omnibusq; ex quibus humanum corpus compactum & conſtitutum eſt. lib. 2. 199.
Nec ſic interimit mors, vt materiai
Corpora conficiat: ſed cœtum diſſipat ollis. Et lib.1. 208,elementorum quoq; coniunctionem, cœtum vocat
Omne genus motus. & cœtus experiundo.

Coexercitatvs ] Quint lib 2 cap.17, Artem conſtare ex præceptionibus conſentientibus & coexercitatis, ad finem vtilem vitæ.

Cogito ] mente agito, & veluti in mora ſum conſilij explicandi.

Animus cogitat. Lucret.lib.4.

Mens,

Mens. Lucret.lib.4.157.
Cogites hęc tecum. Terent. Adelph.5.3.22.
Cogitare in animo. Terent. Adelph.1.1.5.
Cogites hoc tu mecum animo. Terent. Adelph.3.4.55.
Cogitare ad verbum. Plin. Epiſt.213.2.
Inſtituere animum ad cogitandum. Terent. phorm.2.1.18.
Nec æquum, ánne iniquum imperet, cogitabit. Plautus Amph t.4 21.
Cogita etiam atque etiam. Terent Eunuch.1.1.11.
Quanto magis, magiſq; cogito. Terent. Eunuch.1.3.1.
Cogitare aliam rem ex alia. Terent Eunuch.4.2.3.
Cogitare de aliquo: Eum in memoria habere. Terent. Eunuch.1.2 114, Me exſpectes, de me cogites.
De conſciſcenda morte cogitare. Suet. in Claud.cap.31.
Quid cogitet humidus Auſter Sol tibi ſigna dabit. Id eſt, in quam partem ſe flectat, vtrum ad pluuiam, an ad ſerenitatem. Virg 1 Georg 92.
Fraudem cogitare alicui. Horat.2.Epiſt.1.25.
Cogitare ſuſpendium. Martial.lib.1.186.
Cogitare male. Plin.lib.18.cap.51.
Cogitare curas. Plautus Milite, 5.46.
In cogitando mœrore angor. Plaut. Sticho, 2.39.
Cogitatum eſt mihi quid loquar. Plaut Merc.7 8.
Cogito pugnare. Terent. Eunuch 4 7.7. Horat. in Arte, 30,
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem Cogitat.
¶ Cogitans. Cogitanti aſſiſtere. Quint.lib.1.cap.2.9.
¶ Cogitatus: Participium.
Parricidium cogitatum, non perfectum. Suet. in Caligula, cap.12.
Bene cogitata reſpiciat Deus, meditata atque deliberata ſecundet. Seneca. Thyeſte 5.18.
¶ Cogitatio. Feſtus: Cogitatio dicta, velut coagitatio, id eſt, longa eiuſdem rei agitatio in eadem mora conſilij explicandi. Plin lib.11.cap.37.22, Sic magna cogitatio obcæcat.
Tranſuolans ſubitò animum cogitatio. Plin.lib.7.cap.12.
Cogitationes tacitæ iudicum. Quint.lib.6.cap.1.33.
Manifeſtus cogitationis magnæ. Tacit.lib.15.
Accipere cogitationes alicuius: Participem fieri cogitationum aut conſiliorum ipſius. Catul. Epig.33.2.
Cogitatio afficit ſenſus. Quint lib.2 cap.12 9.
Tacitis cogitationibus volutare animum. Liu.9. ab Vrbe, 86.
Exigere cogitationem. Quint.lib.5.cap.10 88.
Cogitatio exſpectata. Quint lib. 2.cap.4.12.
Cogitatione ſuſcepti muneris fatigari. Quint. in proœm. lib. 4.6.
Cogitationem luctibus inſerere. Quint. in procemio, libro 6.12.
Morari cogitationem. Quint.lib.1.cap.1.21.
Cogitationis pœnam nemo patitur. Vlpianus in l. cogitationis. ff de pœnis.
¶ Cogitabilis, Seneca Epiſt.59, Cogitabile eſt, quod eſt generale.
¶ Cogitatè: præmeditatè. Plaut. Pœnul. 18.49, Vt pudicè verba fecit, cogitatè & commodè.
Cogitatè rem ſuam tractare. Plaut. Trinum.6 45.
COGNATVS.] quaſi vnà natus. Plin lib. 11. cap.37.24. Ea cauſa eſt, vt pleræq; alituum è manibus hominum oculos potiſſimum appetant, quòd effigiem ſuam in ijs cernentes, velut ad cognata ſua deſideria tendunt. Hoc eſt, ſibi proxima, & ſuæ naturæ quodam modo ſimilia.
Cognatum cælum telluri. Ouid.1. Metam.17.
Acies cognatas, vocat Lucanus, à Principio lib. 1, acies Cęſaris & Pompeij: quaſi cognatorum acies.
Caput cognatum. Ouid 3 Faſt 86.
Cineres cognati. Catul. Epig.63.20. Id eſt, cognatorum.
Freta cognata. Stat.1. Achil.59.
Mœnia Ouid.15. Metam.91.
Pectora Ouid 2. Metam.133.
Cognata calci res: gypſum Plin.lib 36.cap.24.2.
Sanguis cognatus. Virg 12 Aeneid 6.
Terræ cognatæ Claud. 1. de Rapt Proſerp.30.
Vires cognatæ. Claud 4 Paneg.45.
Vocabula cognata rebus Horat.2.Serm.Saty.3.56.
Vrbes cognatæ: Quæ incoluntur à ciuibus eiuſdem nationis. Virg 3. Aeneid 100.
¶ Cognati. *appellantur, quaſi vna communiterue nati, vel ab eodem orti progenitore* Terent. Eunuch.2.3. 35. Patris cognatum atque æqualem Archidemidem.
Vxoris cognati ſunt: Affines mariti. Terent And.5.4 23.
Gradatim admittuntur cognati ad bonorum poſſeſſionem Vlpianus in l §. Gradatim ff vnde cognati.
¶ Cognatus: *Qui eiuſdem eſt generis, etiam ſi diuerſæ ſint ætates inter ſectæ.* Sil.lib.11.36, ----ille
Dardanius, cui ſacra pater, cui nomina liquit
A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo.
¶ Cognatio. Officium cognationis. Quint.lib.4.cap.1.5.
Propinqua cognatione coniunctus. Sueton in Nerone, c.3.
Cognationem facit etiam adoptio. Vlpianus in l. 1. §. cognationem. ff vnde cognati.
Capitis diminutione perimuntur cognationes, quæ per adoptionem acquiſitæ ſunt. Iulianus in l. capitis. ff. vnde cognati.
Habere cognationem cum. Quint.lib 1.cap.10 28.
Iura cognationis retinere. Vlpianus in l.1.§.cognationem, ff. vnde cognati.
Literarum cognatio. Quint.lib.1.cap 10.
COGNITOR.] Vide COGNOSCO.
COGNOMEN.] Dicitur quod ab euentu aliquo imponitur.
Gradus cognominis. Ouid 1. Faſt.221.
Hæres cognominis. Ouid.1.Faſt.123.
Paternum cognomen. Horat.1.Epiſt.13.2.
Optimum cognomen: pro adoptiuo, dixit. Horat.lib.2.Epiſt.2.21.
Priſcum cognomen. Claud.2.in Eutrop.49.
Priſca cognomina locorum. Propert lib 4.eleg.1.14.
Clari cognominis vrbs. Virg 8. Aeneid. 10.
Accipere cognomen. Plin lib.33.cap.10.1.
Cognomen addere alicui. Liu.1.ab Vrbe, 44.
Aſciſcere cognomen alicuius rei. Sil. lib.1.31.
Dare cognomen. Plin.lib. 12.cap.13.4.
Tardo cognomen pingui damus. Horat.1.Serm.ſaty.3.11.
Dicere cognomine. Virg.3. Aeneid 33.
Dicere cognomine à. Virg.3. Aeneid 67,
----Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.
Alicuius cognomine dici. Virg 3. Aeneid. 140.
Imponere cognomen alicui. Horatius 2.Serm.Saty.3.6.
¶ Cognomen: *Pro epitheto.* Suetonius in Caligula, cap.22, Compluribus cognominibus aſſumptis.
Cognomen etiam herbæ additum. Plin.lib.25.cap 9.12.
¶ Cognominis. Feſtus: Cognomines, qui eiuſdem ſunt cognominis. Plautus Bacc. 1.5, Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Plin. lib.6. cap.2. 1, Quo loco Henetos adijcit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat. Suet. in Vitellio, cap.2. Virg.6. Aeneid.77.
¶ Cognomentum. Plautus Milite, 14 46. Pulcher ſalue. pr. meum cognomentum commemorauit.
Accipere cognomentum alicuius. Tacit. lib.15.
Augeri cognomento. Tacit. lib.12.
¶ Cognomino. Plin.lib 21 cap.3.4, Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris. Idem lib. 29. cap 1.5, Alia factio, ab experimentis ſe cognominans, empiricen cœpit in Sicilia.
¶ Cognominatus Diuites cognominati. Plin.lib.33 ca.10.1.
¶ COGNOSCO.] diligenter & attentè conſidero. Terent. And.3 4.7, Tandem cognoſti, qui ſiem. Cæſar. 5. bel. Gal. 27, Nihilo tamen ſecius omnia eius conſilia cognoſceret.
Promptum eſt cognoſcere. Ouid.3. Metam.20,
Vox ſubitò audita, neq; erat cognoſcere promptum
Vnde: ſed audita eſt.
Facile cognoſcere. Lucret.lib.2.93.
Corde cognoſcere. Lucret.lib.4.11.
Animus cognoſcit hæc. Lucret.lib.2.168.
¶ Cognoſcere: *pro Iuriſdictionem exercere.* Sueto in Claudio, Cognoſcens in Auguſti foro, tactus nidore prandij, quod in maxima Martis æde Salijs apparabatur.
Cognoſcere de actis alicuius. Cæſar 7 bel Gal 1, Italiam ad conuentus agendos proficiſcitur: Ibi cognoſcit de Clodij cæde.
Cognoſcere cauſas. Virg 3. Georg.98.
Tenues curas. Diſcere res minutas & leues. Virg.1.Geor 36.
Ritum ſacri. Ouid.6. Faſt. 103. Sen. Medea, 4.4, Si iudicas, cognoſce: ſi regnas, iube.
Cognoſcere inſtrumenta: *relegere & recognoſcere.* Vlpian. in l. cognoſcere ff de verborum & rerum ſignificatione.
De cauſa cognoſcere. Vlpian. in l. & poſt edictum. ff. de iudicijs.
Non vtiq; iudex qui de iudicato cognoſcit, debet de prætoris ſententia cognoſcere. Iulian. in l. ſi Prætor. ff. de iudicijs.
De vi & proprietate rei cognoſcere. Calliſtratus in l. ſi de vi ff. de iudicijs.
Cognoſcere & pronuntiare. Vlpian. in l. in peremptorio ff de iudicijs.
Cognoſcere qualis natura ſit montis. Cęſar 1. bel. Gal. 84.
Cognoſcere caſus. Virg. 2. Aeneid. 2.
Clamor aliquid cognoſcere. Tacit. lib. 21,
¶ Cognoſcere: *pro Agnoſcere.* Terent. Eunuch, 5.2.8,
—ita miſerrimus

Fui fui-

Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Amores ſuos cognoſcere. Ouid 4. Metam.28.
Vice ſermonis cognoſcere aliquē. Ouid.4. Triſt.eleg.4.16.
Tellus cognoſcat alumnos. Stat 4. Thebaid.30.
Os non cognoſcendum. Ouid. 12. Metam.51.
Virum cognouiſſe dicitur illa, quæ cum viro rem habuit. Ouid. Epiſt.27.
Diuos præſentes cognoſcere: Auxilium diuorum ſentire. Virg 1.eclog.9.
¶ Cognitus, alicui. Plin.lib.12.cap.4.2.
Cognitus nomine tantùm. Plin.lib. 12.cap.21.1.
Armis cognitus: Bello exploratus. Valer.lib.5.71.
In promptu cognita. Lucret.lib.2.174.
Acta coniugis cognita Vulcano. Ouid.2. de Arte,115.
Vſu non longo cognitus. Ouid.3.Triſt eleg.5.2,
Idq; recens præſtas, nec longo cognitus vſu.
Cauſa liquidò cognita. Ouid. 5. Faſt.1.
Cauſa cognita excuſationem accipere. Vlpian. in l.licet.ff. de arbitris.
Cauſa cognita iudicium dare. Paulus in l. ſed & ſi.§. ſed & ſi dies. ff. de iudicijs.
Cauſa cognita æſtimare. Scæuola in l.tutor. ff. de minorib.
Cauſa cognita probare. Marc.in l. de ætate. ff. de minorib.
Cauſa cognita ſtatuere. Vlpian.in l.1.§.ſed & ſi agant.ff.de iudicijs.
Bene cognitus enſis. Syl.lib.17.80.
Fœmina vni viro bene cognita: cui cum ſolo viro firmum coniugium fuit. Cat epig 56.38.
Puer puero mihi cognitus. Ouid.4. de Ponto, eleg.12.4.
Indicio alicuius cognita res. Ouid.2.de Arte,115.
Virtus cognita. Tibul lib 4.eleg.1.1.
Cognitus: *Auditione perceptus*. Virg.2. Aen.126,
Tempore iam ex illo caſus mihi cognitus vrbis.
Error cognitus. Propert.lib.3. eleg.15.7.
¶ Cognitior. Ouid.4. Triſt eleg.5.13,
Nec tam nota mihi, quàm ſunt, mala noſtra fuerunt:
Sed magis hæc, quò ſunt cognitiora, grauant.
¶ Cognitiſſimus. Cat. Epiſt 4.3,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima Ait Phaſellus.
¶ Cognitio. In cauſæ cognitione verſari. Vlpian.l.hæredib. ff.de dolo. Idem in l.in cauſæ.1.& 2.ff.de minoribus.
Gratior cognitio poetarum. Quint lib.1.cap.1.26.
Multa cognitio rerum inde venit. Quint. lib.2. cap.4.16.
Imago cognitionis. Tacit.lib.3.
Prætoria cognitio. Quint lib.3.cap.6.51.
Inſerere cauſæ cognitionem. Vlpian. in l. ſi oleum.§.marito. ff.de dolo.
Dies cognitionis, quo iudex aliquos in ius vocat. Vlpian. in l.& poſt edictum. ff.de iudicijs.
¶ Cognitor. Horat.2. Serm.Saty.5.8,
----ſis cognitor ipſe.
¶ Cognitura: Procuratio, ſiue munus, quo quis fungitur, quum in foro eſt cognitor & procurator. Suetonius in Vitellio, cap 2, Cuius filius ſectionibus & cognituris vberius compendium nactus.
¶ Cognobilis: Qui cognoſcitur. Gel.lib.20.cap.4,
His ſolis cognobiles fuerunt.
¶ Cognobilior. Cat.6.lib. Originum: Itaque ego, cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.
COGO.] in vnum colligo. Terent. Heaut.1.1.94, Quaſi talenta ad quindecim Coëgi.
In vnum aliquid cogere. Quint lib.1.cap.5.15.
Nodo comas coëgit. Senec Hippol.4.9.
Diductos cogere. Horat.3.Carm.ode.9.4. Id eſt, diſcordes reducere in gratiam.
Nubes coguntur ad montes Lucret.lib.6.148.
Cogere oues intro. Plaut. Bacch. 23. 11. Virgil.3. eclog.4. Cogite oues pueri.
Pecus cogere. Virg.3.eclog.4.
Pecudes cogere ſtabulis. Virg.6.eclog.17.
Voces in nodum cogere: Orationem ſyllogiſmo includere. Ouid.ad Piſonem, 12. Plaut.Mil.3.77,
Vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem.
Acies in prælia cogere. Virg.9 Aen.95.
Vndiq; auxilia cogere. Virg.8.Aen.2.
Coegerat viginti cohortes ex finitimis regionibus. Cæſar 1.bel.Ciuil. 62.
Cogere copias in vnum locum. Cæſar 2.bel.Gal.251.
Conſilium cogi de aliquo Quin lib. 7. cap.3.15.
Milites cogere. Cæſar.5 bel Gal.173.
Socios ad locum aliquem cogere. Virg.4.Aen.58.
Cogere ad verba: Conuocare ad colloquium. Propert.lib. 4. eleg.1.5.
Aurum cogere in vſus humanos. Horat.3.Carm.ode 3.11.
Cogere aliquid ad. Seneca lib.1. de Ira, quod exundat, ad ſalutarem modum cogere.
Tumultus cogere. Ouid.24.Epiſt.15.
Vites cogendæ in ſulcum: id eſt, in ordinem componendæ, aut certè arandæ. Virg. 2.Georg.13.
Cogere in ordinem. Plin. ad Falconem: Epiſt.23.a, Plurimum refert quid eſſe tribunum putes. Inanem vmbram, & ſine honore nomen? an poteſtatem ſacroſanctam, & quam in ordinem cogi à nullo, ita ne à ſe quidem deceat? idem lib. 2. Epiſt. Illa ergo reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas. Liuius 3. ab Vrbe, 144, Nimium in ordinem ſeipſum cogere. Idem Deca. 5.lib.3.60.
¶ Cogere: *Compellere*. Terent. Adelph.3.4.44,
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Mori me deniq; cogis. Virg.2.eclog.2,
Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames? Virg.3. Aeneid.12.
Audaces cogimur eſſe metu. Ouid.3 Triſt.eleg.3.22.
Prece cogere aliquem. Horat.1.Epiſt.9.1.
Cogere arua vt pareant colono. Virg.1.Aeneid.17.
Ad arma cogere aliquem. Ouid.3.Amor.eleg.13.2.
Ad munera cogi. Ouid.1.de Arte,84.
Ad prælia cogi Virg.12.Aeneid.117.
Cogere ad lacrymas. Plaut. Bacch.20.56.
Cogere in cruciatum. Plaut. Perſa,13.10.
In lacrymas cogi. Ouid.in Ibin.42.
Cogitur mulier in thalamos alicuius, cui inuita nubit. Valer.lib.7. Argonaut.48.
Cogi aliquò. Horat.2. Carm.ode 3.5,
Omnes eòdem cogimur.
In tenues cogi lares: Anguſtam habere domum. Propert. lib 4.eleg.1.26.
Cogere in mollitiem lanæ. Plin.lib. 19. in Proœm.5,
Apes bis graui ſos cogunt fœtus. Virg.4 Georg.47.
Verba cogere in pedes: Componere verſus. Ouid. 3. Triſt. eleg.6.4.
Cogitur in curſum verberibus. Plin.lib 8. cap.43.2.
Coguntur carnes: *Conglutinantur, cohæreſcunt*. Plin.lib. 27. cap.10.8.
¶ Cogere: *Spiſſum facere*. Virg.4.Georg.
---nam frigore mella.
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
In nubem cogitur aer. Virg.5.Aeneid.4. Celſ.lib.5.cap.18, Quibus adijcitur vnguenti irini, quantum ſatis eſt, ad ea mollienda atque cogenda.
Cogere lac in duritiam. Plin. lib.23.cap.7.12.
Cogere cuneos: *Impellere*. Virg.7.Aeneid.112.
Equum cogere verbere. Claud 4.Paneg.45.
Coguntur violenter aſſiduo verbere fumantes equi. Sil.lib. 16.77.
Vnda plurima cogitur vento in aliquem locum. Virgil.4. Georg.9.
¶ Cogere, pro Concludere & conuincere.
Cogi in anguſtum. Terent. Heaut 4.2.2.
Cogi in magnitudinem milij. Plin.lib.11.cap.32.
¶ Cogens. Arbores aliæ, nullis hominum cogentibus ſponte ſua veniunt Virgil.2. Georg.2.
Re cogente profectus eſt. Ouid. Epiſt.16.31.
¶ Coactus: Partic. vt, Coactæ naues, apud Ceſarem, 1.bel. Ciuil.113.
Coactus, & ſpontè, contraria. Senec. Troad.6.33,
Coacta dices, ſpontè quod fari abnuis.
Lacrymis oculi maduere coactis. Ouid.6.Metam.126.
Lacrymæ coactæ: Vi expreſſæ. Virg. 2. Aen.40.
Diſcunt oculi lacrymare coacti. Ouid.1.Amor.eleg.8.17.
Scelus coactum: Impulſu alterius commiſſum. Sen. Troa. 10.3.
Thalamus coactus: id eſt, Venus violenta. Stat.5.Theb.93.
Coacto vertice humum attingere: id eſt, inflexo. Senec. Hippol.12.14.
Multa arte coactum ebur. Valer.lib.2. Argonaut.93.
Gladij coacti. Lucan.lib.3.65.
Coacta aluus. Celſus lib.2. cap. 8. Aluus in hac valetudine ea tuta eſt, quæ quotidie coacta, eaque conuenientia his quæ aſſumuntur, reddit.
Lactis maſſa coacti Ouid.8.Metam. 134. periphraſis caſei.
Ferro coactus. Propert.lib.3.eleg.24.3.
Ira, Seneca Octau. 2.3.
Legibus. Terent And.4.5.41.
Neceſſitate. Ceſar 8.bel.Gal.153.
Pudore. Cæſar 8.bel.Gal.51.
Terrore. Lucret.lib. 3.14.
Vi. Terent Phorm.1.4.38. Cæſ.1.bel.Gal.124.
Vi morbi coactus incidit Lucret.lib.3.99.
Regio ſub arma coacta. Virg 7.Aen.9.
¶ Coactura. Col.lib. 12.cap.50.3, Vt ſeparetur, & ſeorſum reponatur vniuſcuiuſq; diei coactura. Hoc eſt, quantū oliuarum

uarum vnoquoque die collegeris, ſiue congregaueris.

¶ Coactio: actus ipſe cogendi. Sueto. in Veſp. Auguſt. cap. 1, Vbi deinde venia & miſſione impetrata, coactiones argentarias factitauit.

¶ Coactor. Coactor aliter. Catil. cap. 150, Menſes x. ab coactore releget porcos ſectarios.

Agminis coactor. Tacit. lib. 18.

Coactor: *pro Impulſore*. Senec. Epiſt. 35, Quibus non duce tantum opus eſt, ſed adiutore, & (vt ita dicam) coactore.

¶ Coacto. Singultus membra coactans. Lucret. lib. 6. 233.

Cohaereo.] Adhæreo.

Cohærens res aliqua dicitur, quando negotio conuenit & concordat. Terent. And. 2. 2. 24. ----hem,

Paululum obſoni! ipſus triſtis. de improuiſo nuptiæ. Non cohærent.

Cohærere dicuntur aliqui Plin. Epiſt. 127. a, lib. 7. qui ſunt coniuncti & confœderati inuicem.

¶ Cohærentia. Cohærentia mortis & vitæ. Gel. lib. 6. cap. 13. Et lib. 15. cap. 3.

Cohærentia vocis. Gel. lib. 15. cap. 3.

¶ Coheres. Qui ſimul hęres inſtitutus eſt. Plin. Epiſt. 116 b, Libertos eius, eoſdemq; cohæredes ſuos falſi, vt veneficij reos detulerat ad principem.

Multis cohæres. Horat. 2. Serm. Saty. 5. 11.

Cohibeo.] Quaſi ſecũ habere ſignificat, & retinere apud ſe.

Auro cohibere lacertos. Ouid. Epiſt. 9. 12, id eſt, armillis aureis.

Sydera in ſe cohibent nitorem. Lucret. lib. 2. 207.

Cohibere latebris aliquid. Virg. 3. Aen. 85.

Ventos carcere cohibens Aeolus. Ouid. 14. Metam. 45.

Venti cohibentur in antris. Ouid. 15. Metam 70.

Cohibere ſe intra locum aliquem: pro Secedere. Plaut. Mil. 10. 1.

Cohibere ſe: pro Reprimere, & refrænare animum. Terent. Heaut. 5. 1. 46, Non te cohibes? non te reſpicis?

Crinem cohibere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14. 5.

Fugam. Sil. lib. 15. 147.

Gaudia. Propert. lib. 2. eleg. 26. 6.

Iras. Virgil. 12. Aeneid. 63.

Manum alicui. Stat. 6. Thebaid. 163.

Cohibere pari ſeueritate fiſcum atque ærarium. Plinius in Panegyr. 57. Id eſt, Cauere ne præter ius & rationem creſcat, priuatorum diſpendio.

Cruentas epiſtolas armis cohibere. Tacit. lib. 3.

Cohibere filium. Plaut. Merc. 3. 64.

—neque deſidiæ in otio
Operam dediſſe, neque poteſtatem ſibi
Fuiſſe, adeò arctè cohibitum ſe eſſe à patre.

Ceruos cohibens arcu. Horat. 4. Carm. ode 6. 7.

Clauſtra cohibentia cuſtodem pacis. Horat. 2. Epiſt. 1. 52.

Cohibere aliquem in vinculis. Curtius lib. 6.

Cohonesto.] Idem quod Honeſto. Plin. lib. 22. cap. 13. 4, De fluuia capitis ſemine illito cohoneſtari.

Cohoneſtare victoriam. Liu. 8. bel. Maced. 204.

Cohorreo, vel Cohoresco.] Magno horrore afficior. Sueton. in Tiberio, cap. 21, Dij me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum.

Cohors.] Idem quod Chors. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 3. 5, Primus enim ille gradus antiquus maiorum noſtrorum erat, in quo eſſent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors, in qua paſcebantur gallinæ. Idem Verro de Ling. Lat. Cohors, quòd, vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors: quæ in villa dicta, quòd circa eum locum coercetur pecus.

Acies cohortium. Tacitus lib. 21.

Caſtra cohortium, alarumq; inuadere. Tacit. lib. 21.

Pręſidia cohortiũ, alarum, legionum inuadere. Tacit. lib. 21.

Robora claſſium, alarum, cohortium. Tacit. lib. 18.

Armigera cohors. Sil. lib. 10. 20.

Bellatrix. Stat. 6. Thebaid. 53.

Denſæ cohortes. Claud. 7. Paneg. 18.

Impia Gigantum cohors. Horat. 2. Carm. ode. 19. 5.

Inhonora cohors. Stat. 10. Thebaid. 2.

Innumeræ cohortes. Stat. 5. Thebaid. 5.

Montana cohors Cappadocum. Lucan. lib. 7. 45.

Sociæ cohortes. Tacit. lib. 21.

Cæſa cohors. Tacit. lib. 19.

Expedire cohortes. Tacit. lib. 1.

Educere. Cæſar 2. bel. Gal. 451.

Exarmare. Tacit. lib. 18.

Explicare. Virg 2. Georg. 56.

Firmare. Tacit. lib. 11.

¶ Cohors: *Congregatio quorumcunq; hominum*. Sueton. in Nerone: Quòd, quantum potare iubebatur, recuſaret, dimiſſus è cohorte amicorum nihilo modeſtius vixit. Horat. 1. Epiſt. 3. 2,

Quid ſtudioſa cohors opertum ſtruit?

Famula cohors. Stat. 11. Thebaid. 59.

Innuptæ cohortes, id eſt virginum. Stat. 12. Thebaid 37.

¶ Cohors: *pro Comitatu & ſatellitio, & familia magiſtratus qui ibat in prouinciam*. Horat. Laudat Brutum, laudatq; cohortem. Catullus: Piſonis comites cohors inanis.

Prætoriæ cohortes. Tacit. lib. 11. & lib. 3.

Laborioſa cohors Vlyſſei. Horat. Epod. 16. 13.

Cohors vaga Catullus de Berecynthia.

Dare cohortem in præſidium. Tacit. lib. 15.

Vallatum cohortibus ire. Stat. 12. Thebaid. 37.

Cohors, *ad res inanimatas etiam transfertur*: vt, Febrium cohors. Horat. 1. Carm. ode 3. 7.

¶ Cohortalis. Col. lib. 1. in procem. 22, Et vt à pecoribus recedam, quorum in parte, auium cohortalium, & apium cura poſita eſt.

Cohortor.] Simul aut vehementer hortor.

Cohortari inuicem. Sueton. in Sergio Galba, cap. 10.

Cohorto, veteres etiam dixerunt. Quadrig. lib. 5. Annal. Atque hos cohortarent.

Coibilis.] Vide Coeo.

Coinquino.] Idem quod ſimplex inquino. Colum. lib. 8, Totam progeniem coinquinat. Martialis.

----merdiſq; coinquiner albis.

Coitus.] Vide Coeo.

Colaphus.] Alapa. Terent. Adelph. 2. 2. 37, Colaphis tuber eſt totum caput.

Ducere colaphum alicui. Quint. lib. 6. cap. 3. 57.

Infringere colaphos. Terent. Adelph.

Coles, vel Colis.] penis, ſiue membri virilis quaſi haſta vſq; ad glandem. Celſus lib. 7. cap. 25, Ab his ad ea tranſeundum, quæ in cole ipſo fiunt.

Colias.] Piſcis. Plin. lib. 32. cap. vlt.

Coliculus.] Vide Colis.

Colicus.] Vide Colon.

Coliphium.] Panis quo vtebantur athletæ. Iuuen. Sat. 2. Lactantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. Plaut. Perſ. 4. 12,

----coliphia mihi  Ne incocta detis.

Colis.] Pampinus. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 31. 1, Pampinare eſt, ex ſarmento coles, qui nati ſunt, de ijs qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere: ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum.

¶ Coliculus. Varr. lib. 1 de Re ruſt. cap. 31. 4, Is eſt coliculus viteus, intortus vt cincinnus. Colum. lib. 11. cap. 2. 7.

Collabasco.] à verbo Labo. Ruinam minitor. Plaut. Stich. 9,

—ſi labant  Res laſſæ, itidem amici collabaſcunt.

Per tranſlationem.

¶ Collabeſco: à verbo Labor. Lucr. lib. 3,

Conquaſſatur enim tum mens, animæq; poteſtas
Omnis: & hæc ipſa cum corpore collabeſcunt.

Hoc eſt, collabuntur & decidunt.

¶ Collabefio. Cæſar 2. bel Ciuil Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt. vt vehementiſſime vtræque ex concurſu laborarent, altera verò perfracto roſtro tota collabefieret.

¶ Collabefacto: Idem quod Labefacto. Ouid. 11. Faſtorũ. Et vaſtum motu collabefactat onus. Hoc eſt, Vehementer concutit.

Collabor.] Labor, vel ſimul cum aliquo labor. Ouid. 6. Metam. 59,

Hæc fruſtrà fugiens collabitur.

Faſtigium domus collabi. Suet. Cæſare, cap. 81.

Collabi ruina. Liu. 9 bel. Pun. 95.

¶ Collapſus. Celſus lib. 7. cap. 26. 1, Res verò interdum cogit emollire manu vrinam, quum illa non redditur, aut quia ſenectute iter eius collapſum eſt.

Collapſus, *cui præ dolore concidit animus*. Virgil. 8. Aen. 15,

—famuli collapſum in tecta ferebant.

Dolore ſubito collapſa. Ouid. 7. Metam. 158.

Ferro collapſus. Virg. 4. Aen. 133.

Saxo collabitur ingens Centaurus. Stat. 1. Achil. 40.

Aedes vetuſtate collapſæ Sueton. in Auguſto, cap. 30.

Collapſos excipit artus. Ouid. 10. Metam. 38.

Ceruix collapſa. Virg. 9. Aen 91.

Cineres collapſi dicuntur, quum eſt omnino extinctus ignis. Virg. 6. Aen. 45.

Membra collapſa. Virgilius 4. Aeneidos 79. Virgilius 3. Georg. 95.

Rurſus abundabat fluidus liquor: omniaq; in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.

Ruina collapſa. Sil. lib. 7. 146.

Collacteus.] Qui eiſdem mammis eſt nutritus. Iuuen. Satyr. 6.

—quid dicat notæ collectea mammæ.

Martian. Sed quòd ſororis eius amica indiſcreto fœdere collactea videretur.

Collare.] Vinculi genus, quo collum aſtringitur. Lucilius, lib.9,

Cum manicis, catulo, collariq; vt fugitiuum
Deportem.

Vel cingulum ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro 2. de Re ruſt. cap.9. 12, Ne vulnerentur à beſtijs, imponuntur his collaria.

Collaria.] Ferrum rotundum, quo conſtringuntur colla malefactorũ. Plaut. Cap.6.107, Hoc quidem haud moleſtu'ſt iam, quòd collus collaria caret.

Collatio, Collatitius, Collator.] Vide Confero.

*Collatinum* ventrem, magnum & turgidum dicit Plautus, Curcul. 5.16. quia in eũ omnia edulia congeruntur. Feſtus.

Collaudare.] Eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici. Terent. Eunu. 5.9.60, Et collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas. Ouid. 10. Metam.73,

Non intellectam vocem collaudat.

¶ Collaudatus. Stat.6. Theb.98,

—victorq; & collaudatus abiſſet.

Collecta, Collectanea.] Vide Colligo.

Collectarius.] Argentarius, pro Argento monetam viciſſim tribuens. Impp. l. 16. C. ſi certum petatur. ſi quis Collectarius, honoris precium dederit ambieti, exilij pœna vnà cum ipſo iudice plectetur.

Collega.] Collegæ (inquit Varro de Lingua Latina) dicuntur, qui vnà lecti ſunt. Vlpianus: Collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis. Plin. lib. 19. cap.8. 26, Inuenio muſtum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Cõſulatu collega Quint. Flaminini.

Cenſoris mores etiam collega timeret Iuuen. Sat.11.10.

¶ Collegium: Proprie ſignificat ſocietatem ipſam collegarum. Tres numero collegium facere exiſtimauit Horatius Priſcus: quod magis ſequẽdum affirmat Marcellus, quàm quod pleriq; ſcripſerunt, maiorem ad id numerum neceſſarium eſſe. Gellius lib. 11. cap. 3.1, Aliter enim dici videbam, Pontifices pro collegio decreuiſſe.

Collegium: *Congregatio & ſocietas quorumcunq; hominum.* Plinius Epiſt.250, Tu domine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabrorum duntaxat hominum CL.

Ambubaiarum collegia. Horat.1. Serm. Satyr.2.1.

Collegium naturæ. Plin. lib.10. cap.17, Auxiliatur accipiter, collegio quodam naturæ, bellumq; partitur.

Sodales eiuſdem collegij Caius in l. vlt ff. de collegijs & illicitis corporibus.

Illicita collegia coërcentur Senatuſconſulto. Martianus in l.1. ff. de collegijs & illicitis corporibus.

Sodalitia collegia.

Celebrare collegium Martianus in l. collegia. ff de collegijs & illicitis corporibus.

Coire collegium. ibidem.

Diſſoluere collegia. Suetonius in Auguſto, cap.32. Martial. in l. collegia. ff. de collegijs & illicitis corporibus.

Vſurpare collegium. Vlpian. in l. qui in illicitum. ff. de collegijs & illicitis corporibus.

¶ Collegium: *pro conſortio officij, ſiue ſocietatis.* Tacit. lib.3, Cõſulatus patris, atque filij collegio inſignis.

Collegium de conſulibus dixit Liu. lib.10. ab Vrbe. Scire ſe nihil concordi collegio firmius ad Remp. tuendam eſſe. Idem tria collegia, vocat tres Conſulum duorum vices.

Collevo.] Plin. lib.23. cap. 1.17, Prodeſt renibus, iecinori, & interaneis veſicæ: colleuat enim ea. De Muſto loquitur.

Collibertus.] Qui ab eodem patrono libertate donatus eſt. Plaut. Pœnu.14.89, Quin. herclè collibertus meus faxo eris, ſi di volent.

Inter colibertos matrem & filium, pietatis ratio ſecundùm naturam eſſe ſalua debet. Vlpian. in l. ff. de obſequijs à liberis & libertis parentibus & patronis præſtandis. Paulus in l. duo. §. duo. ff. pro ſocio. Duo colliberti ſocietatem coierunt.

Collibet, vel Collubet.] Idem quod Libet, & placet. Terent. Eunuch.5.9.26,

—ſi quid collibuit, noui te.

Salluſtius in Cice.1, An non ita à pueritia vixiſti, vt nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet?

Colliciae.] Maiores ſulci, in quibus aqua ſi redundat, excolatur. Colum. lib.2. Colliquias vocat Feſtus: Collicię, tegulæ, per quas aqua in vas defluere poteſt. Plin. lib.18. cap.19, ad finem: In vſu eſt & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam deducant.

Colliculus.] Vide Collis.

Collido.] Simul percutio, contero.

Aurum colliditur, vt fiat annulus. Ouid.3. de Arte,45.

Confligunt & colliduntur leges. Quin. lib.7. cap.3.9. Id eſt, contrariæ ſunt.

Acer concurſus viros colliſerat. Sil. lib.7.114.

Gloria collidit fratres. Stat. lib.6.87.

Collidere manus pro Complodere. Quint. lib.2. cap.13.

¶ Colliſus. Adiect. Sil. lib.3.141,

—alta ſonoro colliſis trabibus voluũtur murmura luco.

Græcia colliſa bello. Horat.1. Epiſt.2.2.

¶ Colliſus: Idem quod Colliſio. Plin. lib.9. cap.35, Ceu ſono quoque & colliſu ipſo margaritarum.

Colligo.] colligas. Simul ligo. Teren. Eun.5.5.13, Colligauit primum cum miſeris modis.

Colligare in faſciculos manuales. Plin. lib.19. cap.1.8.

Colligare vulnera. Plin. lib.35. cap.15.9,

Colligo.] colligis: In vnum redigo. Virgilius: Collige virgo roſas.

Colligere in vas. Varro 3. de Re ruſt. cap.16. 29. Plin. lib.12. cap. 25.4, Tenui gutta, ploratu lanis parua colligitur in cornua.

Arma nauis colligere id eſt, Vela contrahere. Virgil.5. Aeneid.3.

Capillos colligere in nodum. Ouid.3. Metam.34.

Equos colligere. Ouid.2. Metam.80.

Fontes colliguntur anguſtis fiſtulis. Quintilian. lib.5 cap. 14.14.

Fructus colligere. Horat.1. Epiſt.12.1.

Gradum. Silius lib.7.140.

Hoſtem colligere: In anguſtum cogere. Sil. lib.10.1.

Librum aut aliud aliquid colligere: pro Subleuare. Plinius Epiſt.25.b.

Miles in mœnia colligit ſeſe. Silius lib.10.78.

Stipem colligere à tyrannis. Liu.8. bel. Maced.197.

Colligere, pallium, &c. Plaut. Capt.13.20, Collecto quidem eſt pallio: quid'nam acturus eſt? Mart. lib.7.32,

Collige Cinna togam, calceus ecce perit.

Ouidius 1. de Arte, 31.

Colligere annos. Plin. lib.13. cap.13.1, Ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.

Dolor rabiem collegerat omnem. Ouid 9. Metam.43.

Colligere rationes. Plaut. Amph.15.26.

Neſcio quid ſecum ſolus: puto
Rationes colligit quid memoret, hinc excipiam.

Quid ſingula conſector & colligo? Plin. in Paneg 125.

Colligere cauſas. Plaut. Trinum.11.45.

Colligere LX. pedes orbe: *pro Complecti.* Plin. lib.12. cap.5.2. Idem lib.36. cap. 12.3, Capitis monſtri ambitus per frontem centum duos pedes colligit.

¶ Colligere: *tanquam ſubducta ratione aliquid ita eſſe aſſerere & comprobare.* Plin. lib 11. cap.37.49, Eandem eſſe & naturam, quam cerebro, colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò inciſa ſtatim exſpiretur. De ceruice.

Colligere exemplo. Plin. lib.11. cap.39.4.

Ex animo ſuo colligere. Ouid Epiſt.11.18.

Gaudia colligere. Propert. lib.2. eleg.15.2.

Ignes blandos colligere: Amore incaleſcere. Valer. Flacco, lib.2,17.

Luna reuertentes ignes colligit, renaſcitur ac fit noua. Virgil.1. Georg.86.

Iram colligere, & ponere: contraria. Horat. in Arte,33.

Iras colligere. Valer. lib.7. Argonaut.67.

Nox pluuiam colligit. Virg.9. eclog.13.

Os rabiem colligit. Ouid.1. Metamor.48.

Colligere ſitim. Virgil.3. Georg.65.

Colligere vires ad aliquid agendum. Liu.9. bel. Pun 149.

Vires ſibi colligere vſu. Ouid.2. de Arte,8, Id eſt, acquirere.

Vſum colligere patiendi. Ouid.1. Amorum, eleg.8.15.

Colligere animos. Liu.3. ab Vrbe,256, Retulere primò pedem hoſtes: deinde qum animos collegiſſent, & vndique duces victis, ne ſecuri eſſent, increparet, reſtituitur pugna.

Colligere animum & cogitationem. Plin. Epiſt.35.c.

Mentem colligere cum vultu: id eſt, mentem & vultum ad hilaritatem componere. Ouid.1, Amorum, eleg.14.11.

Mentem colligere ab æſtu. Ouid.14. Metam,70.

¶ Colligere ſe & confirmare. Cæſar 1. bel. Ciuil.55.

Colligere ſe ad aciem. Hirtius. lib.5.276.

Ex ſomno ſe colligere. Lucret. lib.3.189.

Colligere ſe ex timore. Cæſar 3 bel. Ciuil.274.

Colligere ſe: *Contrahere.* Virg. 2. Georg. 31.

----neq; tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Colligere ſe in arma. Virg.12. Aeneid.99.

Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma,
Poplite ſubſidens, id eſt, ita ſe texit, vt nulla parte poſſet feriri.

Se colligere in tenues vmbras: Tenui ſua fortuna contentum eſſe. Propert. lib.3. eleg. 9.6.

¶ Colligor: Iudicor & habeor. Ouid. 2. Amor. eleg. 6,13.
Collig r ex ipſo dominæ placuiſſe ſepulcro.
¶ Col ectus: participium.
Agmina militum collecta in alitis paruæ figuram. Virgil. 12. Aeneid. 171.
Aquis collectis multiplicantur flumina. Ouid. 1. de Remed. Amor. 20.
Flamma collecta. Ouid. 3. Amor. eleg. 5,9.
Flores collecti. Ouid. 5. Metam. 80.
Ignes collecti. Sil. lib. 17. 19.
Equus collectum premens voluit ſub naribus ignem. Virg. 3. Aen. 17, Id eſt, flatu indicat magnanimitatem ſuam.
Imbres collecti. Horat. 1. Epiſt. 15,4.
Miles collectus. Sil. lib. 7,62.
Nubes ex alto collectæ. Virg. 1. Georg. 65.
Obliuia collecta damnis: id eſt, coniuncta. Ouid. 5. Faſt. 63.
Pecunia collecta. Horat. 1. Epiſt. 10. 10.
Collecta exilio pubes miſerabile vulgus. Virg. 2. Aen. 158.
Puluis collectus turbine. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 7.
Collecta fatigat edendi Ex longo rabies Virgilius 9. Aeneid. 13.
Robur collectum. Virg. 3. Georg. 47.
Sanguis collectus. Stat. 6. Thebaid. 136.
Collecta nodo ſinus fluentes. Virg. 1. Aeneid. 65.
Sorde collecta dolentes auriculæ. Horat. 1. Epiſt. 2. 11.
Viatica collecta multis ærumnis. Horat. 2. Epiſt. 2,6.
Vires collectæ. Claud. 7. Paneg. 16.
¶ COLLECTVM.] vt, viuere collecto. Plin. lib. 11. cap. 37. 33, Cornea & acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viuentibus adunca: collecto, recta.
¶ Collectiones videntur eſſe humores in membris ex pituita collecta: quas catarrhos dicere ſolent. Plin. lib. 20. cap. 8. 4, In cibo ſumptum, & illitum, collectiones, ſuccuſque decocti ventrem ſoluit. Idem lib. 27. cap 8. 2, Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; vis, & collectiones omnes inflammationesq; cohibendi. Et lib. 22. cap. 22. 2, Illinitur & ſedis collectionibus, id eſt, apoſtematibus.
Collectio, *pro Congerie noxiæ materiæ*. Sen. Epiſt. 69, In pectore tuo collectio & vomica eſt.
Collectio, detractioni oppoſita. Sen. Epiſt. 75. Non facit collectio amici ſapientiorem, nec detractio ſtultiorem.
Collectio, *pro illatione in argumentis*. Sen. Epiſt 86, Huic collectioni Peripateticorum quidam reſpondent Idem epiſt. 48.
¶ Collecta: Quæ ex pluribus locis in vnum lecta eſt, inquit Varro de Lingua Latina.
¶ Collectaneus. Plin lib. 34. cap. 9. 1, Maſſa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, hoc eſt, ex vſu coëmpti.
¶ Collectiuus: Qui colligit. Quint. lib. 7. cap. 2, Ratiocinatiua atq; collectiua quæſtio orietur.
COLLIMITOR.] Solinus cap. 25, Gelonis Agathyrſi collimitantur.
¶ Collimitatus. Solinus cap. 53, Ipſa Phrygia Troadi ſuperiecta eſt, Aquilonia parte Galatiæ collimitata.
¶ Colliminium: Coitio limitum. Solinus cap. 62, Hoc eſt colliminium, in quo limes Perſicus Scythis iungitur.
COLLIMO.] A` limis oculis deductum eſt.
Collimare manum & oculos, ad aliquid percutiendum. Gel. lib. 9. cap. 1.
¶ COLLINERE.] Coinquinare. Plaut. Moſtel. 4. 233, Pulcrum ornatum turpes mores cœno collinunt.
Crines puluere collinere. Horat. 1. Carm. ode. 15. 4.
COLLIQVESCO.] Idem quod Liqueſco. Colum. libro 12. cap. 22. 2, Vſque eo, dum ea, quæ addideris, in pice colliqueſcant.
COLLIQVIAE.] ſunt ſulci maiores ampliores que, & quaſi loculamenta, quibus humor agrorum noxius ex minoribus ſulcis deriuatur extra ſegetes. Col. lib. 2. cap. 8. 3, & omnem Humorem in colliquias, atq; inde extra ſegetes, deriuemus.
COLLIS.] Eſt exiguus & leuiter aſſurgens monticulus. Plin. lib. 12. cap. 14 2, Attolluntur colles alti.
Collis anguſtus. Claud. in Epiſt. ad Hadrian. 8.
Aperti colles. Virg 2. Georg. 23.
Aprici Virg. 9 eclog. 10.
Arduus. Tacit lib. 2.
Cani niue. Seneca Hippol. 1. 2.
Caui Virg 8 Aeneid. 117.
Celſus. Virg. 8. Aen. 119. & Seneca Agamem. 8.
Curui. Virg. 6. Aen. 58.
Deruptus. Tacit lib 2.
Fœcundi. Ouid 14. Metam. 69.
Frondoſus. Sil. lib. 15. 93.
Herbiferi. Ouid. 4 Metam. 2.
Incurui. Stat. 6. Thebaid. 51.
Latebroſi. Sil. lib. 5,39.
Maligni: Infœcundi. Virg. 2 Georg 36.
Obſcuri. Virg. 3. Aeneid 104.
Pulſati. Virgil. 5. Aeneid 20.
Rupti. Seneca Hippol. 10. 14.
Scopuloſi. Sil. lib. 7. 55.
Spatioſi. Lucan. lib. 6. 22.
Supini. Virg 3 Georg. 110. & 2. 56.
Viridis. Lucret. lib. 2. 65.
Vmbroſus. Ouid. 2. de Arte. 84.
Heliconij collis cultor, à Catullo dicitur Hymen, Vraniæ Heliconis deæ filius, epig 56,1.
Montani colles. Plin. lib. 6. cap. 20,4.
Aſcendere collem. Virg. 1. Aen. 85
Aer diſſepit colles, id eſt, Cingit & circundat. Lucret. lib. 1. 203.
Exercere vomere colles: Arare. Virg. 7. Aeneid. 160.
Ingredi colles. Ouid 14. Metam. 170.
Summa collium inſidere. Tacit. lib 21.
Collibus prohiberi. Quint. lib. 2 cap. 13. 3.
Scandere colles. Senec. Hippol. 1. 2.
Subducunt ſe colles: Ex alto in campos diſſoluuntur. Virgil. 9. eclog. 2.
¶ Collinus. Col. lib. 12. cap. 21. 1, Eius defruti ſextarius in duas vrnas muſti adijcitur, ſi muſtum ex vineis collinis eſt. 6. quæ in collibus plantatę ſunt.
Collina vina Col. lib 12. cap. 21. 4. & lib. 3. cap. 2. 3.
Collina aqua. col. lib. 1. cap 5,2.
Herbæ colinæ. Propert lib. 4 eleg. 5. 3.
COLLISIO.] Vide COLLIDO.
COLLOCO.] Pono.
Chlamydemque, vt pendeat aptè, Collocat. Ouid. 2. Metam. 14.
Collocare in collo: pro, Applicare humeris ad portandum. Catullus de baiulis lecticæ, epig 10,5.
Collocare aliquem in lecto Terent. Eunuch. 3. 5 45.
Collocare multa in pectore: pro Varia cogitare. Plaut. Perſ. 2, 8.
Collocaui me in arborem Plaut. Aulul. 24 6.
Collocare in mediam aciem auxilia. Cæſar 3. bell. Gall. 445.
Collocare aliquem in ſoporem. ioco dixit. Plaut. Amph. 4. 140. pro Occidere.
Collocauit in tabernam vaſa. Plaut. Menæch. 21,21.
In thalamo collocare. Ouid. 2. Metam. 52.
Male collocare horas. Mart. lib. 1. 184.
Collocare inſidias Cæſ. 3. bel. Ciuil. 147.
Præſidium collocare. Cæſar. 1. bel. Gal. 154.
Spem in aliquo collocare. Hirtius, lib. 4. 120.
Collocare ſe in otium. Plaut. Merc. 10, 10.
Collocare nuptum: pro Dare nuptui. Cæſar 1. Bel Gal. 72.
Collocare filiam nuptui in parte agri. Col lib 4 cap. 3. 5.
In conſpectu aliquid collocare. Quint. lib. 7. cap. 2. 3.
Collocare in ſedili Celſus lib. 7. cap. 7.
Collocata bene eſt res noſtra iſthoc matrimonio. Plautus Moſtel. 11,12.
Subſellio ſecundo ſuper ſe collocare aliquem. Sueton. in Auguſto 43.
Collocare ſextantes in capita. Liuius 2 ab Vrbe, 144.
Collocare vſuris. Suet. in Auguſto, cap. 39, Quòd pecuniã leuioribus vſuris, grauiore mutuati fœnore, collocaſſent.
COLLOCVPLETO.] Idem quod ſimplex Locupleto. Terentius Heaut 2. 3 17.
Dum ego propter te errans patria careo demẽs, tu interea loci Collocupletaſti te, Antiphila.
COLLOQVOR.] Simul loquor. Terent. Eun. 2. 3. 75, Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædib.
Colloqui alicui. Plaut. Merc. 19. 30.
Colloqui aliquem. Plaut. Milite, 14. 17, Quid ergo hanc dubitas colloqui?
Colloqui ſimul. Plaut Amph. 4. 70.
Colloquuntur inter ſe. Cæſar 4. bell. Gal. 573.
¶ Colloquium, Liu 1. ab Vrbe, 93, Priuſquam dimicent, opus eſſe colloquio. Varro de Lingua Latina: Colloquiũ, quum conueniunt in vnum locum loquendi gratia.
Colloquium auium. Plin lib 10 cap. 49,3.
Perſonarum colloquia habeat narratio. Quintilian. lib. 4. cap. 2. 77.
Tempus colloquij. Ouid. 1. de Arte.
Vices colloquij Ouid. Epiſt. 204.
Solantia colloquia. Stat. 5. Theb. 17.
Abigere aliquem colloquio alicuius. Ouid. 3. Faſt. 69.
En quibus adſum colloquijs? Valer. lib. 3. Argon. 59.
Amputare longa colloquia. Seneca Medea, 7. 20.
Contrahere ad colloquium linguas diſcordes & feras. Plin. lib. 3. cap. 5. 2.

Fugere colloquium. Ouid. 2. de Remed. Amor. 39.
Frui colloquio aliquorum. Virg. 7. Aen. 18.
Sperato colloquio frui. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 11.
Petere colloquium Ouid. 13. Metam. 112.
Colluceo.] Simul luceo. Plin lib. 10. cap. 47. 2, Quarum plumæ ign um modo colluceant noctibus.
Faces collucent. Virg. 4. Aeneid. 114.
Collucet flammis tota acies. Liu. 8. bel. Maced. 22.
Agri collucent floribus. Ouid. 5. Faſt. 73.
Ignes collucent. Virg. 9. Aeneid. 34.
Polus collucet ignibus. Stat. 1. Syl. 6. 18.
Lampades vndiq; collucent. Ouid. Epiſt. 14. 5.
Collucent omnia luminibus. Liu. 4. bel. Pun. 96.
Vrbs collucere flammis alicuius dicitur, quæ longo ordine flammarum in funere alicuius magni viri lucet vndiq;. Virg. 5. Aeneid. 1,

Mœnia reſpiciens, quæ iam infelicis Eliſæ
Collucent flammis.

Faces collucentes. Tacit. lib. 3.
Collvco.] Ramos lumini officientes amputo. Columel. lib. 2. cap. 22. 3, Neq; arborem collucare. Cato de Re ruſt. cap. 139, 1. Lucum collucare Romano more ſic oportet.
Colluctor.] ſimul luctor. Plin. lib. 27. cap. 2. 2, Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus inuento.
¶ Colluctatio. Colum. lib 6. cap. 2. 3, Ne in colluctatione alter alteri noceat.
In colluctatione occidere aliquem. Vlpianus in l. qua actione ff ad legem Aquiliam.
Colludo.] Simul ludo, & veluti colluctari. Virgilius, 1. Georg. 74.

Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas,
Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas.

Colludere, apud iuriſconſultos, dicuntur, inter ſe litigatores, quum actor & reus litem ſimulant, & ab altero cauſa proditur Vlpianus in l. & eleganter §. ſi dolo malo procurator. ff. de dolo malo Idem in l ſi libertinus. ff. de colluſione detegenda Et Hermogeni nus eod. tit. l vlt.
¶ Colludium. Solinus. cap. 22, Apud Iaſſum vrbem Babyloniæ puerum delphinus adamauit, quem dum poſt aſſueta colludia recedentem impatientiùs ſequitur, arenis inuectus hæſit Idem cap. 41, Nam quum nuptias ageret, acciti tibicines carmen Cyclopeum, quaſi de colludio, concinuiſſe traduntur.
¶ Colluſio, Detegere colluſionem. Vlpian. in l. adoptiuum. §. patronum ff. de in ius vocando. Caius in l. 1. ff. de colluſione detegenda.
Per colluſionem quicquam facere. Caius in l. 1. ff. de colluſione detegenda.
Retractare colluſionem alicuius. Vlpianus in l. colluſione. ff. de colluſione detegenda.
Prætextu colluſionis ſententiam retractare permittitur. Hermogenianus in l. ſententiam. ff. de colluſione detegenda.
¶ Colluſor. Plin Epiſt. 210, Delphinum geſtatorem colluſoremq; puerorum in terram quoq; extrahi ſolitum.
Si rapinam fecerint inter ſe colluſores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio. Vlpianus in l. §. ſi rapinam. ff de aleæ luſu & aleatoribus.
¶ Colluſorie. Vlpianus in l. ſi ſeruus plurium. ff. de legatis. 1. Si hæreditatis iudex contra hæredem pronunciauerit, non agentem cauſam, vel colluſoriè agentem, nihil hoc nocebit legatarijs.
Litigare colluſoriè. Vlpianus l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis. ff de legatis 1.
Collvm.] Plin. lib. 11 cap. 37. 49, Cæteris collum, quibus tantum gula.
Colum gallinaceorum. Col. lib. 8. cap 2. 8.
Collus: apud Plaut. Capt. 6. 107.

Collus collaria caret. Ibidem 14. 2,
Vt ego collos detruncabo tergoribus.

Spatium colli. Ouid. 2. Metam. 135.
Cærula ſerpentis colla. Virg. 2. Aeneid. 76.
Cærulea tauri colla. Senec. Hipp. 10, 10.
Candida Ouid. 2 de Arte, 92. Virg. 4. Georg 8.
Crinita. Stat 6 Theb. 84.
Eburnea. Ouid. 3. Metam. 85.
Ferocia colla ſerpentis reſecare. Senec. Herc. fur. 7. 2.
Inſignia colla frænis. Ouid. 4 Metam. 5.
Iucundum collum. Catul. epig 9. 2.
Lactea colla. Sil. lib. 16. 104.
Lactea colla auro innectuntur. Virg 8. Aeneid. 130.
Languido collo trahere vomerem, dicuntur defatigati boues Horat. Epod. 2 13.
Laſſo papauera collo Demittunt capri. Virg. 9. Aeneid. 90.
Libera colla iuga. Claud. epig. 10, 2.
Libera colla ſeruitio aſueſcere. Virg. 3. Georg. 33.
Liuida colla. Ouid. 1. Amor. eleg. 8 20.
Lubrica colla draconis. Ouid. 4. Metam. 120.
Molli colla eſſeda ferre dicitur equus domitus. Virglius 3. Georg. 40.
Iugum famulare ſubit nobili collo: dicitur de viro nobili redacto in ſeruitutem. Senec. Troad. 8, 3.
Pendulum ab arbore collum. Horat. 3. Carm. ode 27, 12.
Sibila ſerpentis colla. Virg. 3. Georg. 83.
Splendida colla. Senec. Hippol. 6. 13.
Superba colla excuſſis iubis Claud epig 18. 2.
Teres collum. Ouid. 10. Metam. 23.
Tetra monſtri colla. Senec. Herc. fur. 1. 13.
Trepidum collum. Senec. Herc. Oetheo, 11, 8.
Trigemina colla Cerberi. Senec. Agamem. 1. 3.
Acclinare collum, id eſt admouere. Ouid. 10. Metamor. 54,

----acclinataq; colla
Mollibus in plumis, tanquam ſenſura, reponit.

Adducere colla lacertis: id eſt, attrahere ad ſe. Ouid. 6. Metamorph. 125.
Amplecti colla alicuius Sil. lib. 15, 71.
Angere colla alicuius, id eſt, ita conſtringere, vt ſpiritus intercludatur. Stat. lib. 4. Thebaid. 186.
Aptare vincula collo. Ouid 10. Metam. 77.
Captare colla lacertis. Ouid. Epiſt. 8. 19.
Cingere colla lacertis. Ouid. 2. de Arte, 92.
Circundare brachia collo. Virg. 6. Aen. 140.
Comere colla genasque. Stat. lib. 1. Sylu. 2, 25.
Complecti colla lacertis. Ouid. 1. Metam. 148.
Conecta vincula collo. Ouid. 4. Triſt. 17. 3
Pluma collum coronat. Lucret. lib. 2. 161.
Dare colla lacertis. Stat. lib. 2. Achil. 54.
Dare colla triumpho alicuius imperatoris: bello victum eſſe. Prop. lib. 2. eleg. 11. 3.
Demergere colla humeris. Stat. lib. 6. 170.
Ducere iuga collo Ouid. 3. de Arte, 161.
Ducta per vias colla regum. Horat. 2. Carm ode 12, 3.
Eripere colla iugo prouerbialiter, ſignificat libertati ſe vẽdicare. Horat. 2. Serm. Saty. 7, 19.
Per colla mœſta fluunt capilli. Sene. Troad. 2. 4, Id eſt, mœſtæ mulieres paſſis capillis incedunt.
Fouere colla. Virg. 12. Aeneid. 166, ----ipſe æger anhelans

Colla fouet, fuſus propexam in pectore barbam.

Frænata colla. Ouid 7. Metam. 44.
Fumantia colla equorum ſoluere. Virg. 1. Georg. 109.
Gerere colla vincta catenis. Senec. Herc. fur. 12, 11.
Horrent Cerbero colla colubris. Virg. 6 Aeneid. 84.
Iactare colla. Ouid. 3. Metam. 146.
Implicare colla laqueis. Ouid. Epiſt 2, 29.
Infixa collo mariti. Id eſt, tenaciſſime inhærens. Ouid. 11. Metam. 78.
Inflata colla tumeſcunt. Ouid 6. Metam. 76.
Injicere collo brachia Ouid. 3. Metam. 78.
Innectæ collo iacent comæ. Ouid 2. Faſt. 155.
Innectere colla lacertis. Ouid. 11. Metam. 49.
Inſerere colla laqueis: Strangulare. Senec. Thebaid 1. 30.
Intendere vincula ſtupea collo: Alligare collo funem. Virg. 2. Aeneid 48.
Labans collum. Senec Hipp. 4. 3.
Lædere collum. Horat. 3. Carm. ode 27 12.
Languentia colla leuare. Lucan. lib. 3. 147.
Liuentia colla catenis Ouid. ad Liuiam, 55.
Luctantia colla equi. Ouid. Epiſt. 4. 16.
Marcentia colla Stat. 2. Thebaid. 127.
Mœſta colla. Senec. Troad. 2 4.
Mulcenda colla præbere. Ouid. 10. Metam. 23.
Nodatus collum laqueo. Ouid. 3. de Remed Amor. 4.
Collum obſtrinere. nam in ius collo obſtricto rei trahebantur. Plaut. Curcul. Collum obſtringe: abduce iſtum in malam crucem.
Pendere collo complexuq; alicuius. Virg. 1. Aeneid. 144.
Pendentia colla dicuntur quaſi ebriorum. Virg. 9. Aen. 70.
Percutere colla ſecuri. Ouid. 15. Metam. 26.
Perfundunt colla iactæ comæ. Senec. Hipp. 4. 8.
Permulcere manu collum. Senec. Herc fur 9. 39.
Amplexu collum petere. Quint. lib. 4. ca. 2. 88 Sil. lib. 13. 131.
Plauſa colla: id eſt, palma leuiter percuſſa. Ouidius, 1. de Arte, 27.
Porrigere collum longè à pectore. Ouid. 2. Metam 37.
Præbere colla iugo. Stat. 1. Achil 56.
Præbere colla nectenda lacertis. Ouid Epiſt 2, 29.
Reflectere mollia colla: id eſt, domita Virg. 11. Aeneidos, 124.
Reſoluta colla, id eſt, languida. Stat. 10. Thebaid 29.
Retorquere colla equi: Id eſt, fræno reflectere. Ouid. Epiſt. 4. 16.
Rumpere colla ſecuri. Ouid. 12. Metam. 50.

Medius

Medius collo Herculeo polus ſedit. Senec. Herc. furen. 1. 15. Id eſt, ceruix Herculis tulit cælum.

Nullo iugo ſignatum iuuencę collum Senec. Agamem. 5. 9.

Stridentia colla dicuntur ſerpentis. Claud. 2. de Raptu. Proſer. 5.

Subdere colla iugo. Stat. 1. Thebaid. 35.

Subdere colla vinculis Veneris: Libidini ſeruire. Tibul. lib. 1 eleg 2 10.

Subiecta colla tophæis ferre Senec. Troad. 3. 17. Id eſt, catenatum in triumphum ducere.

Subiecta colla nobilium: id eſt, in ſeruitutē redacta. Claud. 1. in Eutrop. 35.

Summittere colla: Permittere ferienti. Senec. Hipp. 4. 29.

Summittere colla iugis. Claud. 1. in Eutrop 9.

Supponere colla iugis. Ouid. 3. Amor. eleg. 9 3.

Suſpendere alipuid collo. Virg 11. Aeneid 3.

Tenere colla lacertis. Ouid. 2 Metam. 20.

Timent boues aratrum collo. Virg 6. eclog. 10.

Tritum collum: quod circundatur aſpera copula. Seneca Hipp. 1. 7.

Turgentia colla alicuius diripere enſe. Sil. lib. 15. 143.

Tubæ velant colla. Ouid. 19 Metam. 139.

¶ Colla, abuſiuè de montibus, dicuntur partes illæ, quæ infra ſummum verticem, & ſupra medium montis apparet. Stat. lib 9 Thebaid. 129,

> Iamq; fere medium Parnaſſi frondea præter.
> Colla tenebat iter.

COLLVMINO] Apuleius de deo Socratis: Seruius Tullius flama colluminetur à capite. Paulò pòſt ſe expoens: Seruio inflammare verticem, nec cecinere.

COLLVO.] Lauo. Plin. lib. 20. cap. 6. 8, Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit, vel ſi decocta aqua colluantur, addaturque ipſum in caua dentium. Ibidem, cap. 13. 11, Sic & collutis dentibus prodeſt.

Colluere amphoram. Cato, cap. 88.

COLLVSTRARE.] Circunſpicere. Virg. 3. Aeneid. 130,

> Omnia colluſtrans, hanc primùm in littore claſſem
> Conſpexi venientem.

Vias colluſtrare. Ouid. 5. Faſt. 21.

COLLVTVLO.] Dedecoro. Plaut. Trinum. 10. 66, Hæc famigeratio te honeſtet, me collutulet.

COLLVVIES.] Labes aut immunditia, quæ ex concurſu alicuius rei contrahitur. Plinius libro 24. cap. 19. 6, Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluuiem poturis, vel ex lacte & vino.

Colluuies turbida nigro limo. Lucan. lib. 4. 64.

Ab omni colluuie peregrini ac ſeruilis ſanguinis incorruptum ſeruare populum. Suet. in Auguſto. cap. 40.

¶ Colluuio: Idem.

Colluuio rerum.

COLLYRA.] Genus panis, Polluci. Plaut. Perſa, 4 12, Collyræ facite vt madeant,

COLLYRIVM.] Medicamentum oculorum. Celſus lib. 5, Nec ignoro multis placuiſſe linamentum in modum collyrij compoſitum, tractum melle demitti.

Nigra collyria. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 6.

¶ Collyrium, *Medicamentum etiam, quod aluo ſubijcitur in cura equorum & boum.* Colum. lib. 7, ſalis ſextans, cum decem cepis conteritur, & admiſto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atq; ita citatus bos agitur. Plin. lib. 20. cap. 18. 5.

COLO.] colas: Pauxillatim in liquorem aliquem, ſtillatimq; per aliquod vas vel linteolum exprimo. Plin. lib. 13. cap. 2. 1, Regale vnguentum colato melle conſtat. Col. lib. 12. cap. 11. 1, Expreſſa deinde aqua coletur, & in vas plumbeum defuſa decoquatur. Apuleius libro Florid. de Gymnoſophiſtis Non illi norunt aruum colere, vel aurum colare, vel equum domare.

COLO] Colis: Veneror, adoro. Terent. Adel. 3. 2. 54, Et nos coluit maxime Idem Heaut. 2. 4. 9, Forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Cæſar 6. bel. Gal. 65, Deum maximè Mercurium colunt

Officijs & ꝓbitate colere aliquē. Ouid. 3. de Pont. eleg. 1. 15.

Deos colere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 8

Templis coli. Ouid. 15. Metam. 164.

Ritè coli dicuntur diui. Ouid. 13. Metam. 138.

Per aras coli. Ouid. 6. Metam. 35.

Colebantur dij aris, puluinaribus, flumine. Plin. in Paneg. 20.

Colere principem donis. Liu 10 bel. Maced 220.

Lyra coli. Stat. 1. Syl. 4 8, Sperne coli tenuiore lyra.

Secubitu coli dicitur deus ille vel dea, in cuius honorem vir ab vxore, vel amans ab amica, noctibus aliquot ſibi temperat Ouid. 3. Amor. eleg. 9 4.

Templis & effigie numinum aliquem colere. Tacit lib. 1.

Tholo coli dicuntur diui, quorum imagines tholis inſculptæ pro ipſis diuis venerantur. Stat. 3. Sylu 1. 1.



Feſta colere. Ouid 6. Faſt. 36.

Sanctos focos virginitate colunt. Ouid 4. Faſt. 60.

Numina colere. Virg. 1. Georg 6.

Numina colere pietate. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15, 5.

Sacra Muſarum colere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 10.

Templa colere. Ouid. 11. Metam. 110.

Templum miro honore colere Virg. 5. Aeneid. 9. 2.

In æde ſacra coli. Ouid. 14. Metam. 63.

¶ Colere: *Ornare.* Tibu. lib. 1 eleg. 8. 2,

> Quid tibi nunc molles prodeſt colluiſſe capillos?

Corpus colere. Ouid. 3. de Arte, 22.

Terram. Col. lib. 2. cap. 2. 4, Neque enim aliud eſt colere, quàm reſoluere & fermentare terram.

Arua. Ouid. 1. Amor. eleg. 13 3.

Fruges. Ouid. 15. Metam. 27.

Fundum colendum in plures annos locare. Iulianus in l. qui fundum. ff. locati.

Glebam colere. Ouid 1. de Ponto, eleg 9. 10.

Hortos. Virg 4. Georg. 24.

Rura. Valer. lib. 5. Argonaut. 81.

Colendo. Virg 2 Georg 8.

Colere artes. Virgilius in Buccolicis,

> ---- Pallas, quas condidit artes,
> Ipſa colat. domum, Plaut. Aulul. 3. 4. regiones Acheronticas. Plaut. Bacchid. 4. 21.

Arua colere: *pro Inhabitare.* Ouid. 2. Metam. 136.

Elyſium. Virg. 5 Aeneid 146.

Helicona: Verſari in poeticæ ſtudio. Proper. lib. 3. eleg. 5. 5.

Hortos. Ouid. 14 Metam. 124.

Dulces ſuorum reliquias colere: Habitare in patria, in qua maiores occubuerunt. Virg. 4. Aeneid. 69.

Colere rus. Virg. 2 Georg. 83.

Syluas & rura. Ouid 11. Metam. 30.

Studium colendi rura Ouid. 1. de Remed. 34.

Colere Athenas: pro, Attica eloquentia vti. Plautus in Sticho. 12. 17, Peregrina omnia relinque; Athenas nunc colamus.

Colere æquum & bonum Plaut. Menęh. 147.

Aeuum colere: id eſt, ætatem agere. Lucret. lib. 5. 231.

Colendus amor. Tibul lib 2. eleg. 4. 11.

Aurum colere: Pecuniæ ſtudioſum eſſe. Proper. lib. 3. de eleg. 13. 10.

¶ Colere: *tueri.*

Fidem, rectumq; colere. Ouid 1. Metam. 19.

Iura. Tibul. lib. 2 eleg. 1. 16.

Ius & fas. Liuius 7. bel. Pun. 102.

Martem: Studio belli deditum eſſe. Sil. lib. 8. 92.

Militiam. Ouid. 2. Faſt. 02.

Morem colere & vſurpare Plin. in Paneg.

Mores populi alicuius. Plaut Caſin. 25. 1.

Officium ſuum. Plaut. Sticho, 2, 23.

Pectus per artes. Ouid 2. de Arte, 25.

Pietatem. Plaut. Aſin. 10 7, Hoccine eſt pietatem colere, imperium matris minuere? Terent. Hecy. 3. 4. 33,

> Quod potero faciam: tamen vt pietatem colam:
> Nam me parenti potiùs, quàm amori, obſequi Oportet.

Quæſtum ſuum. Plaut. Pœnulo, 16 133.

Seditiones. Plinius de Viris illuſtribus, 19, Vt hac iniuria plebs agros, non ſeditiones coleret.

Seruitutem apud aliquem. Plaut. Pœnulo. 14. 7.

Vitam colere *Viuere* Plaut. Rud. 7. 17, Vix colo vitam.

Colere vitam vino & victu. Plaut. Moſtel. 9. 35.

¶ Cultus: Participium.

Cultus veſte candida ſacerdos: id eſt, ornatus. Plin. lib. 16. cap. 44. 15.

¶ Cultus: Nomen adiectiuum. Colum. lib. 8. cap 8. 5, Nam quantò eſt cultior, tantò lætior auis conſpicitur. Idem lib. 1 cap. 1. 1, Nam is demum cultiſſimum rus habebit, qui & colere ſciet, & poterit, & volet.

Dea culta virginibus miniſtris. Ouid. 6. Faſt. 57.

Culta fides. Valer. lib 1. Argon. 169.

Prædia culta. Claud. 1. in Ruff. 38.

Segetes cultæ. Claud 4. Paneg. 60.

Veſtes cultæ. Claud. 2 de Raptu. Proſerp. 65.

¶ Cultus: Subſtantiuum.

Cultus agrorum. Plin. lib. 15. cap. 1.

Agreſtis cultus. Stat. lib. 6. Thebaid 12.

Crinalis, id eſt, cultus circa crines & capillos. Claud. 5. Paneg. 17.

Cultus gemmati. Claud. 6. Paneg. 41.

Læto cultu conuiuia: Laute apparata. Valer. lib. 5. Argonaut. 114.

Preſſus & velut applicitus rei cultus. Quintilian. lib. 4. cap. 2. 83.

Purpurei cultus, Stat. lib. 6. Thebaid. 17.

Regales. Claud. 1 epig. 21. 2.
Simplex. cultus. Claud. 1. in Ruffi. 44.
Affectare cultum effuſiorem in verbis. Quint. lib. 3. cap. 8. 40.
Eniteſcet clarius hic noſter cultus. Quint. lib. 2. cap. 5. 15.
Cultu humili aliquem educare. Liu. 1 ab Vrbe, 173.
Hominum cultus: *alia ſignificatione.* Tacit. lib. 2, Mileſq; nullo illic hominum cultu, fame abſumptus. Significat autem inſulas illas cultoribus habitatoribusq; vacuas fuiſſe. Idem. lib. 3.
Cultus patrius. Virg. 1. Georg 12.
¶ Cultum: Subſtantiuum. vt, Pinguia culta. Claud. in laude Serenæ, 14.
¶ Cultor. vt, Cultor agrorum & terræ. Liuius 4. ab Vrbe, 105.
Cultor Mineruæ. Martial. lib. 5. 5,
Sexte Palatinæ cultor facunde Mineruæ.
¶ Cultura: Idem quod Cultus ſubſtantiuum.
Fundi cultura. Paulus in l. ſi in lege §. ſi domus. ff. locati.
Intempeſtiua cultura. Caius in l. ſi merces. §. conductor. ff. locati.
¶ Colonus: Agrorum cultor.
Colonum catenarum, ioco dixit Plautus in Aſin. 7. 32, pro eo qui vinctus detinetur carceribus.
Colonus & Inquilinus. Paulus in l. ſi in lege. §. ſi domus. ff. locati. Poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationem, vel fundi culturam colonus, vel inquilinus, cum eis ſtatim agere.
Auidus colonus. Virg. 1. Aeneid. 1.
Errantes coloni. Senec. Hipp 3. 4.
Fortes. Virg. 3. Georg. 57.
Inopes. Horat. 2. Carm. ode 14. 3.
Lacertoſi. Ouid. 11. Metam. 7.
Operoſus colonus. Ouid. de Nuce, 12.
Pauper ruris. Horat. 1. Carm ode 35. 2.
Veteres coloni. Virg. 9. eclog. 1.
Dare colono remiſſionem ob ſterilitatem. Papinianus in l. ſi vno anno. ff. locati.
Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. Caius in l. ſi merces. §. vis maior ff. locati.
¶ Colona. Ouid. 4 Faſt. 139, ----habebat
Rus breue cum duro parca colona viro.
¶ Colonia: Dicebantur Coloniæ, minores vrbes, ad quas habitandas, ex minoribus vrbibus, quaſi quædam examina populorum mittebantur.
Immunes coloniæ. Plin 3. cap. 1. 11.
In aliam coloniam ſe conferre. Paulus in l. ſi in lege. §. colonus ſi ei. ff. locati.
Primores coloniarum. Suet in Claudio. cap 1.
Colonia, *interdum agricolationis locum, aratorumq; officinam & domicilium ſignificat.* Paulus in l. quæro §. Paulus reſpondit. ff. locati, Seruus, qui æſtimatus coloniæ aſcriptus eſt, ad periculō coloni pertinebit. Idem in l. ſi in lege. §. colonus. ff. locati. Nam & qui expulſus à conductione, in aliam ſe coloniam contulit, non ſuffecturus duabus.
Colonia, *per metaphoram, pro loco vbi quis habitat.* Plaut. Epid. 8. 7, Sed ego hinc migrare ceſſo, vt importem in coloniam hunc auſpicio meo commeatum?
¶ Colonicus: Varro 1. de Re ruſt. cap. 2 5, Atq; etiam leges colonicas tollis, in quibus ſcribimus: Colonus in agro ſurculario ne capra natum paſcat.
Cohortes colonicæ. Cæſar 2. bel. Ciuil. 78.
Decuriones colonici. Qui coloniarum ſunt. Sueton. in Auguſto, cap. 40.
Colonica ouis. Plin. lib 26 cap. 10. 3, Vide etiam lib. 8. cap. 47. 3.
¶ Colonarum: vectigal, quod pro re penditur ruſtica. Cæſar lib. 3. de bel. Ciuil. In capita ſingula ſeruorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, oſtiaria, frumētum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur.
Colocasia.] Genus herbæ, quæ fabæ Aegyptiæ nomen habet. Plin. lib. 21. cap. 15. 2.
¶ Collocaſium, radix fabę Aegyptię. Vergilius in Pollione.
Miſtaq; ridenti colocaſia fundet acantho. Mart. lib. 8. Epiſt. 33, in Paulum. de Phiala:
Lenta minùs gracili creſcunt colocaſia filo.
Clocynthis.] Genus cucurbitæ. Plin. lib. 20. cap. 3. 1.
Colomestrvm.] Romani appellauerunt ſecundā aconiti ſpeciam, teſte Dioſcoride, quam idem & Cynoctonon & lycoctonon, à canibus & lupis necandis cognominat.
Colon, vel Colvm.] Eſt craſſius inteſtinum tabulatum. Gel. lib. 17. cap. 11. Celſus lib. 1. cap. 8.
Colivitium efficaciſſimè ſanatur aue galerita aſſa, in cibo ſumpta. Plin. lib. 20. cap. 7. 7.
¶ Colicus. Colicus dolor, qui in colo flatibus oppleto, generari ſolet. Indè etiam Colicum hominem dicimus. Plinius libro 20. cap. 4. 5.
Colicon medicamentum, ad dolorem inteſtini plenioris. Celſus lib. 4. cap. 14.
Colonvs, Colonia.] Vide Colo.
Color.] A'Colo, Colis, inquit Sipontinus, deductum: quia coloribus faciem, veſtes, domos, ac reliqua omnia ornamus. Terent. Eunuch. 2. 3. 26, Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum.
Colos, ab antiquis dicebatur. Plin. lib. 12. cap. 19 9, Colos triplex. Lucret. lib. 6. 42.
Flammeus eſt plerunq; colos & ſpendidus ollis. De nubibus.
Aureus color barbæ. Ouid. 2 2 Metam. 79.
Aureus color ignis. Lucret. lib. 6 42.
Color croci. Lucret. lib. 6. 239.
Lucis: Splendor. Seneca Agamemn 9. 11.
Operum colores. Horat. in Arte, 18.
Ater. Ouid. 4. Metam. 22.
Corneus. Plin. lib. 37. cap 2. 14.
Decens. Horat. 4 Carm. ode 13. 4.
Deterrimus color alicui rei dicitur eſſe, quæ non ita bonum colorem habet. Virg. 3. Georg. 17.
Dilutus color. Plin. lib. 37 cap. 5. 6.
Diuerſi mille nitent colores. Ouid. 6. Metam. 13. de Iride.
Elegantioris coloris gratia. Plin lib. 15. cap. 8. 2.
Exſanguis Ouid 3. Triſt. eleg. 1. 11.
Flammeus color. Plin lib. 35. 6. 10.
Floridi colores. Plin. lib. 35. cap. 6. 1.
Fucatus. Horat. Epod. 12. 3.
Fuſcus. Ouid. 2. Amor. eleg 4. 8.
Hyalis. Virg 4 Georg 67.
Melleus. Plin lib. 36 cap. 8. 2.
Liquidus. Horat. 4 Carm. ode 8. 2.
Marmoreus. Lucret lib. 2 155.
Memnonius: Niger intelligitur apud Ouidium lib. 3. de Ponto, elegia 3. 20.
Miſti colores. Celſus lib. 2. cap. 8.
Niueus Horat. 2. Carm. ode 4. 1.
Phœniceus. Lucret. lib 2. 166.
Pulcher. Lucret. lib 4 202.
Puniceus. Lucret. lib 5. 188.
Purpureus quondam color ora reliquit. Virg. 11. Aen. 164.
Sanguinolentus. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 3.
Satur: Abundans, largus. Virg. 4. Georg 67.
Morti ſimilis Senec. Hipp. 4 46.
Spumeus. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.
Surdus. Plin. lib. 37. cap. 5. 6. Paulò pòſt 14.
Tetri colores fœda ſpecie. Lucret. lib 2. 85.
Theſſalicus color. Lucret. lib. 2. 101.
Turpes colores. Lucret. lib 2. 85.
Tyrius color: id eſt, purpureus. Horat. 1. Epiſt. 6. 4.
Validus. Plin. lib. 20. cap. 5. 11.
Varians. Plin. lib. 14. cap. 2. 8.
Verecundus Horat. Epod. 17. 5.
Verni colores. Valer. lib. 6. Argonaut. 99.
Viridis color Ouid. 10 Metam 28.
Colores qui aciem compungunt: id eſt, qui oculos offendunt L[illegible]cret. lib. 2. 84.
Qui lacrymare cogunt. Lucret. lib. 2. 8.
Qui oculos paſcunt. Lucret. lib. 2. 84.
Mille coloribus arcus: Iris, quæ eſt multorum colorum. Virg 5. Aen. 121.
Nitidus ſuo colore. Quint. lib. 2. cap. 5. 8.
Amittere colorem. Ouid. 6. Metam 65.
Accommodare cuiq; colori actum ſuum Quint. lib. 2. cap. 12. 7.
Rebus nos aufert colorem. Virg 6. Aeneid 55.
Contactus colore aliquo: id eſt, tinctus & depictus. Luc. lib. 6. 239.
Non credendum colori. Virg. 2 eclog. 4.
Dare colorem rei Quint. lib. 6. cap. 2. 3.
Deformibus dandus color. Quint lib. 3. cap. 8, 30.
Diſtincti colores. Catul. Argonaut. 18.
Colorem ducere. Quint. lib. 10 Virg. 9. eclog. 10,
Auſtrum quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Eluere colores. Quint. lib. 1. cap 1, 4.
Errant varij colores in vultu. Virg. de ſole dicit 1. Georgic. 90.
Euaneſcit color. Lucret lib. 2, 166.
Excidit alicui. Ouid 2 Metam. 59.
Fuſcare colorem. Ouid. 2. Triſt. 97.
Imbutus colorem aliquem. Lucret. lib. 2, 147.

Menti-

Mentiri colorem. Virg. 4. eclog 9,

Nec varios diſcet mentiri lana colores.

Migrare in alium colorem. Lucret. lib. 2, 155.

Nectere colores: Id eſt, res coloratas. Virg. 8. eclog. 15.

Percoctum colorem, in homine colore nigrum vocamus, & à ſole aduſtum. Lucret. lib. 6, 1 . .

Inter nigra virum percocto ſe

Perdere colorem Ouid. 3 Metam . . . ., expallere.

Recipere. Quint. lib. 4. cap. 2, 70.

Rubent prata nouis coloribus. Virg 4. Georg. 61.

Spargere coloribus aliquid: Varie tingere. Virg. 7. Aeneidos, 29.

Claro ſplendere colore. Lucret. lib. 5, 253.

Sumere colorem. Ouid. 13. Metam. 133.

¶ Color, *per translationem, pro Prætextu & obtentu*. Quint. lib. 11. cap. 1, Quòd ſi nulla contingit excuſatio, ſola colore habet pœnitentia. Marcellus de donationibus inter virũ & vxorem. l. Sulpitius. Si color vel titulus, vt ſic dixerim, donationi quæſitus eſt. Vlpianus in l. ſed Iulianus, ff. ad Senatuſconſul. Macedonianum.

Color: *Species*. Virg, 2. Georg. 36,

Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuique,
Quis color, & quæ ſit rebus natura ferendis.

Color imperij. Lucanus lib. 9,

----non iam regnare pudebit:
Nec color imperij, nec frons erit vlla Senatus.

Dicendi color. Quint. lib. 6. cap. 3, 74.

Somniorum, & ſuperſtitionum colores ipſa iam facilitate authoritatem perdiderunt. Quint. lib. 4. cap. 2, 67.

Vitæ color. Horat. 2. Serm. Saty. 1, 12.

Tragicus color. Horat in Arte, 48.

Dicere aliquid luco coloris. Quint. lib. 7 cap. 2, 37.

Colores: media defenſionum vocantur à forẽſibus. Quint. lib. 12, de litigatoribus, qui libellos patronis ſuis conſcribunt: conſilium & colores adijciunt, & omnia peiora veris.

¶ Coloro: Colorem induco.

Colorare magis eſt, quàm inficere. Seneca Epiſt. 72, Animũ non colorauit, ſed infecit.

Colorare, *pro Inducere prætextum*. Valer. Max. lib. 8. cap. 2, Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando.

¶ Coloratus. Indi colorati. Virg. 4. Georg. 59.

Seres colorati. Ouid. 1. Amor eleg. 14, 2.

Coloratæ & perlucidæ vuæ. Col. lib. 11. cap. 2, 50.

Coloratus, *pro Fucato*. Seneca Epiſt. 16, Quæ ſcribis, vnde veniant, ſcio: non ſunt ficta, nec colorata.

Coloratus, *pro Fuſcato*. Seneca de Vita beata: Virtutem reperies, puluerulentam, coloratam, calloſas habentem manus, quaſi ſole deformatam.

¶ coloratior. Plin. lib. 16 cap. 12, 3, Quidam arbitrantur in montoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem.

COLOSSVS.] Plinius libro 34. cap. 76, Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos vocant, turribus pares. Martialis. lib. 8. 38, Aedemq; Martis & colloſſon Auguſti. Quintianus: Clara Rhodos proprium non omiſſura coloſſon.

Enormes coloſſi. Stat. lib. 1. Sylu. 3, 11.

¶ Coloſſeus: in modum ſiue formam coloſſi. Plin. lib. 34. cap. 8. 28, Virtutem & Græciam, vtraſq; coloſſeas.

Coloſſeum ſe pingui iuſſit. Plin. lib. 35. cap. 7, 3.

¶ Coloſſicus: Idem. Plin. lib. 34. cap. 8. 7, Item duo ſigna, quę Catulus in eadem æde poſuit, palliata: & alterum coloſſicon nudum.

Coloſſica onera: magnæ molis, quales ſunt coloſſorum. Vitruuius lib. 10. cap. 4. Sin autem coloſſicotera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit ſucculæ committendum.

COLOSTRVM, vel COLOSTRA] Dicitur lac primum, poſt partum, in omnibus animalibus. Martialis lib. 13. 38,

De primo matrum lacte coloſtra damus. Plin. lib. 28. cap. 9. 1, Eſt autem coloſtra, prima à partu ſpongioſa denſitas lactis. Plaut. Pœnulo, 4 145, Meũ cor, mea coloſtra, meus molliculus caſeus.

¶ Coloſtratus. vt, Coloſtrati infantes, qui coloſtrum biberunt. Plin. lib. 28 cap. 9, 1.

¶ Coloſtratio: Malum illud, quod infantibus, atque adeò animalibus ex nimia coloſtri potatione euenire ſolet. Plinius lib. 11. cap. 41. 2, Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio.

COLOTOS, vel COLOTES.] lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem vocant. Plin. lib. 29. cap. 4.

COLVBER.] Serpens qui vmbras nemorum incolit. Plin. lib. 32. cap. 5. 9, Coluber eſt in aqua viuens.

Tecto aſſuetus ſuccedere coluber. Virgilius 3. Georgic. 83.



Breues colubri. Ouid. Epiſt. 2, 24.

Longi. virg. 2. Georg. 64.

Niuei. Ouid. 15. Metam. 143.

Venenati. Lucret. lib. 5, 6.

Virides. Horat. 1. Carm. ode 17, 2.

Paſtus mala gramina coluber. Virg. 2. Aeneid. 94.

Crinita colubris Meduſa. Ouid. 6. Metam. 24.

Torquata colubris Alecto. Ouid. Epiſt. 2, 24.

Vallata colubris hydra, Lucret. lib. 5, 6.

Villoſa colubris guttura. Ouid. 10. Metam. 5.

¶ Colubram, in fœminino, probat Nonius ex Lucilio, lib. 20. Satyr.

----vt Marſus colubras Diſrumpit cantu. Ouid in Ibin,
Pectoraq; vnxerunt Erebeæ felle colubræ.

Mutilaq; cauda colubræ. Ouid. 6. Metam. 112.

¶ Colubrifer vt, Colubriferum monſtrum. Ouid. 5. Metamorph. 49.

COLVM.] Vas ad colandum aptum. Virgilius, 2. Georgic. 49,

Colaq; prælorum fumoſis deripe tectis. De colo epigramma eſt apud Martialem, lib. 14. 108.

Colum niuatium: Vas quo aqua ex niuibus colari ſolebat. Martial. lib. 14, 104. Pomponius in l. argento. ff. de auro & argento legato.

¶ Colum, eſt etiam genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quum antea eſſet ignotus. Plin lib. 26. cap. 1. 8, Id ipſum mirabile, alios deſinere in nobis, alios durare, ſicuti colum.

COLVMBVS, & COLVMBA.] Virg. 2. Aeneid. 104,

Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Martialis:
Nec violas teneras præduro dente columbas. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 7.

Par columbarum. Ouid. 13. Metam. 178.

Blanda columba. Ouid. 2. Amor eleg 6. 12.

Cellares columbi. Colum. lib. 8. cap. 8.

Citheriades columbæ. Ouid. 15. Metam. 78.

Dionææ columbæ Stat. lib. 3. Syl. 5, 16.

Imbellis columba. Horat. 4. Carm. ode. 4. 7.

Molles columbæ Horat. 1. Carm. ode. 37, 4.

Pauidæ. Valer. lib 8. Argon. 7

Placida columba. Ouid. 7. Metam. 74.

Plaudens alis. Virg. 5. Aeneid. 103.

Præcipites columbæ. Virg. 8. Aeneid. 103.

Sine labe columbæ. Ouid. 2. Metam. 108.

Sublimis in nube columba. Virg. 11. Aeneid. 145.

Volucris. Virg. 5. Aeneid 97.

Farcire columbos. Col lib. 8. cap. 8, 1.

¶ Columbarius: Qui columbas curat. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 5, Quos columbarij interficere ſolent duabus virgis viſcatis, defixis in terram inter ſe curuatis.

¶ Columbarium, Columbaria: Locus eſt pr . . . ., vbi habitant columbæ agreſtes. Colum. lib. ., Qualia columbariæ tectis ſuperponuntur. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 7, In ædibus quum habere vellem, emi fictilia columbaria. Ibidem 3, Ne mus, aut lacerta, quà adrepere ad columbaria poſſit.

Columbarum, *eſt etiam loculamentum, in periſterotrophio ſingulis columbarum paribus præparatum*. Varro 3. de Re ruſtic. cap. 7. 4, Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra.

¶ Columbaris: Colum. lib. 8, Cæterum cibos iuxta parietẽ conuenit ſpargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent ſtercore.

¶ Columbar, apud Plautum in Rudente, 20. 50, Genus vinculi eſt.

Illic in columbam, credo, leno vortitur:
Nam in columbari collum haud multo pòſt erit.

¶ Columbinus. Varro lib. 3. de Re ruſt. cap 7. 8, Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quo pluris vendant, ſecludunt eos, quum iam pluma ſunt tecti. Plinius libro 17, cap. 7. 1.

Ouum columbinum Horat. 2. Serm. Saty. 4, 12.

Stercus columbinum maxime probatur. Columel. libro 2. cap. 15, 1.

Columbina terra. Plin lib. 17. cap. 7, 1.

¶ Columbatim: ad ſimilitudinem columb. Catul.

¶ Columbulus. Plinius Epiſt. 202, Tu paſſerculis & columbulis noſtris inter aquilas veſtras dabis pennas. Catul. epig. 26, 2,

Vt albulus columbulus Dionæus.

COLVMBVS.] piſcina & natatio. Lampridius in Heliogabalo: Marinæ aquæ columbos exhibuit.

COLVMELLA.] Vide COLVMNA.

COLVMELLARES.] Dentes vocantur, qui caninis proximi ſunt. Plinius libro 11. cap 27, 41. Varro 2. de Re ruſtic. cap. 7, 2.

Colvmen.] culmen vel columna, idq; quo aliquid fulcitur in ædificijs. Varr 3. de Re ruſt. cap. 7.1, Quod habetur in turribus ac columinibus villæ. Catul de Berecynthia:

Ego vitam agam ſub altis Phrygiæ columinibus.

Columen, in ſummo faſtigio culminis ponitur. Vitruuius lib.4.cap.2, Ea eſt trabs quæ tecti faſtigium ſuſtinet.

Alta columina: Vertices montium. Catul epig.58,15.

Columen familiæ. Terent. Phorm.2.1.57, Bone cuſtos ſalue, columen noſtræ familiæ.

Columen. Aſiæ, Troia. Senec. Troad.1,2.

Columen Theſſaliæ, Peleum vocat Catullus, epig. 59, 6. & 65.

Columen nauis. Valer.lib.1.Argonaut.24.

Rerum mearum columen. Horatius :. Carm.ode 17,1.

Columen impenſarum. Col.lib.3.cap.4,3.

Partium columen, gaza, Tacit lib. 5.

Columen Senati Plaut. Caſina: Sed eccum egreditur Senati columen, præſidium populi.

Colvmis.] Sanus. Plaut. Trinum. Neq, ita vt ſit data, columen te ſiſtere illi, & detraxiſſe autument.

Colvmna.] Columnæ vno ſcapo conſtant, id eſt, lapide oblongo perpetuo: Budæus.

Albanæ columnæ. Quint.lib.5.cap.13,33.

Immanes columnas rupibus excidere. Virgilius 1. Aeneidos 87.

Nobiles varijs maculis columnæ. Seneca Thyeſt.8,5.

Purpureæ. Claud.2.in Ruff.27.

Rigidæ. Ouid,3.Faſt.106.

Iouis ſimulacra truncę columnę. Valer.Flac lib.6.Argo.29.

Vaſtis innixa columnis templa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2, 10.

Columnis tectum ſublime. Virg.7. Aeneid.35.

Effulta columnis atria. Claud.in Ruff.2,27.

Reciſæ columnæ. Horat.2. Carm.ode.18,1.

Sublimes. Ouid.2.Metam.1.

¶ Columella. Cæſar 2.bel Ciuil.39, Duæ primùm trabes in ſolo æquè longæ, diſtantes inter ſe pedes quatuor collocantur, inq; eis columnellæ pedum in altitudinem quinque defiguntur. Plin. Epiſt.101.

¶ Columella. Cato cap. 20, Trapeti Columellam ferream.

Columella, *etiam ſignificat maiorem ſeruum in familia.* Martial. lib.11,84,

Lucili columella hic ſitus Metrophanes.

¶ Columnatus: Columna ſuſtentatus. Varro 3. de Re ruſt. cap.5.10, Inter eas piſcinas, tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt vltra rotundas columnatus, vt eſt in æde Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas.

¶ Columnaria. Cæſar lib. 3. de bello Ciuil. 169, In capita ſingula ſeruorum ac liberorum tributum imponebatur, columnaria, oſtiaria.

¶ Columnarium. Vitru. lib. 8. cap. vlt. de aquarum ductibus: Etiam in ventre columnaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. Id eſt æſturia, ſiue Spiramenta.

¶ Columnatio. Columnarum extructio. Apul.lib.3.Florid. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem pauimenti marmoratio? proſcenij contabulatio? ſcenæ columnatio?

Colvrnvs.] Feſtus, Colurna haſtilia, ex Corno arbore facta, potiùs quàm ex corylo. Seruius autem à Corylo deducere videtur, in locum Virgilij 2, Geor. 80, Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis. Nam vt etiam caper vitibus eſt inimicus, ita eis nocet & corylus.

Colvs.] Inſtrumentum muliebre, quod penſa continet. Ouidius 4. Metamorpho. Et colus & fuſus digitis cecidere remiſſis.

Colus, *maſculino genere legitur* apud Catullum in Argon.52, Læua collum molli lana retinebat amictum. Idem apud Propertium lib. 4.eleg.10, 10.

Idem ego Sidonia feci ſeruilia palla
Officia & Lydo penſa diurna colo.

Decreta colus Parcarum. Senec. Oedip.13,2.

Parcarum coli irreuocabiles. Senec. Herc.ſur.7,8.

Seuera colus Parcarum. Claud.epig.5,18.

Ambitioſa colus. Claud.7.Paneg.119.

Rumpit Atropos ſupremas colus: Vitam ſoluit. Valer. lib. 6. Argon.129.

Plenas exornare colos. Ouid.3.Faſt.164.

Extendere colum. Stat.3.Syl.1.3.5. Colum pro lana poſuit.

Colvtea.] Arbor ſylueſtris, fructum ferens in ſiliqua magnitudine lentis. Vnde Coluteum, fructus coluteæ. Plaut. Perſa,4.7, Commiſce mulſum, ſtruthea, coluteaq; appara.

Colycae.] Specus quædam, in quibus aphronitrum inuenitur. Plin. lib.31.cap.18,7.

Colymbades.] Dicebantur oliuæ qua frangebantur, & herbarum viridium condiebantur ſapore. Plin.lib.23.cap. 3, Eſt igitur Colymbas oliua, quæ conditanea innatat in muria. Col.lib.11. cap.47, Quidam vnam partem muriæ & duas aceti miſcent, eoq; iure oliuas poſeas colymbadas faciunt.

Coma.] Cæſaries eſt. Feſtus: Comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compoſiti.

Eumenidum comæ: ſerpentes. Valer.lib.7.Argon.11.

Ambroſię comę diuinum odorem ſpirant. Virg.1. Aen.82.

Anguineæ comæ. Ouid.4.Triſt.eleg 6,3.

Auræ. Catul.epig.56,20.

Breuior coma. Seneca Hipp. 6,14.

Cana coma Neptunij iuuenis: id eſt, Cygni filij Neptuni, cuius coma verſa eſt in plumas. Seneca Troad.3,5.

Criſpa coma. Sil.lib. 16,25.

Diuidua, id eſt, diſcreta, & ab vtraq; parte dependens, Ouid.1.Amor.eleg.5,2.

Fera coma Orionis. Senec. Herc.fur.1 3.

Flaua coma. Hor.1.Carm.ode 5,1. Valer.lib.8.Argon.48.

Flauentes comæ. Ouid.Epiſt.5,25. Virg.4.Aen.118.

Flexilis coma. Valer.lib 6.Argon.118.

Formoſæ pereunt comæ. Ouid.1.Amor.eleg.14,7.

Hirſutæ. Ouid.1.de Arte,22.

Hirtæ. Seneca in Herc fur.9,35.

Horrentes. Seneca in Herc.fur.6,27.

Nulla lege iacens coma, id eſt, incompta. Senec. Hipp.6,14.

Crinis tractus & lacerę, comæ. Seneca Hippol.5,29.

Læuis coma pectine. Ouid.12.Metam.82.

Lanea coma. Stat.5.Sylu.3,27.

Libera nodo coma: Reſoluta. Seneca Troad.2,7.

Longæ comæ. Ouid.1.Amor.eleg.1,5.

Mœſtæ ſqualore comæ. Claud. de bel.Gild.82.

Mollis coma. Seneca Agamemn.7,25.

Natiua. Id eſt, non ſucata, aut non aliunde comparata. Ouidius 1.Amor.eleg.14,12.

Odoratæ comæ. Ouid.2.de Arte, 145.

Populeæ. Ouid.1. Amor.eleg.7,11.

Promiſſæ, & rutilatæ. Liuius lib.8.Decad.4.De Gallis.

Recta coma. Seneca Hipp.6,20.

Reſupinæ comæ. Stat.1.Thebaid.109.

Rigidæ. Seneca Hipp.6,5.

Sibila coma: ſpirans, agitata vento. Valer.lib.3. Argon.11.

Sparſa. Sil.lib 8,28.

Spiſſa nitidus coma. Horat.3.Carm ode.19,5.

Splendidæ comæ ſenectæ: id eſt, candentes. Seneca Hippol. 2,13.

Squalens coma. Stat.lib.3.Thebaid.27.

Squalida. Seneca Troad 6,9.

Abſciſſæ comæ. Virg 4.Aeneid.118.

Arrectæ horrere. Virg 12.Aeneid.172.

Aſtrictæ. Ouid.3.de Arte,20.

Attollere comas. Senec. Herc.fur.9,35.

Cinctum eſſe comis. Ouid.4.Triſt.eleg.6,3.

Cogere nodo comas. Seneca Hippol.4,9.

Compoſitæ comæ. Ouid.12,32.

Comas comere Ouid, Epiſt.20,18.

Comptæ comæ. Virg.6. Aeneid.10.

Culta coma. Valer.lib.5. Argonaut.119.

Decidunt comæ Horat.4.Carm.ode 10,1.

Defluxere comæ tactæ medicamine. Ouid.6.Metam.29.

Deprimere comas hortentes: Incultos crines pectere. Seneca Troad.10,5.

Diffundere comas. Virg.1 Aeneid.65.

Inornatas comas dilaniata. Ouid.3.Amor.eleg.8,11.

Dirriguêre comæ Ouid.Epiſt.5, 25.

Diſiecta comas fœmina. Ouid.Epiſt.12,13.

Effuſæ comæ. Ouid.1.Amorum, eleg 9,8.

Horror comas erexit. Ouid.Epiſt.15,14.

Expedire comas. Stat.lib. Sylu.4,18.

Exornare. Senec. Herc.fur.11,4.

Exuere comam vittis. Stat.lib. 11. Thebaid.92.

Frangere comam in gradus Quint.lib 1.cap.6,29.

Iactæ temere comæ colla perfundunt: id eſt, ſine ordine ſparſæ. Seneca Hippol.4,8.

Implicare comam manu. Virg.2 Aeneid.111.

Implicare comas ſertis: Circundare. Tibul. lib.4 eleg.7.7.

Intonſa perpetuum coma iuuenis Bacchus. Seneca Hipp. 6,4.

Inuolitant humeris comæ. Horat.4. Carm ode.10,1.

Inuoluere comam Sil. lib.15,25.

Honor comæ nunquam labentis. Stat.lib.3. Syl.4,2.

Lacerare comas. Seneca Octau.6,11.

Flamma innoxia lambit comas. Virg.2.Aeneid.136.

Laniare comas. Lucan lib.2,8.

Laniata comas. Ouid.4.Metam.28.

In patulas luxuriare comas. Ouid.de Nuce.4.

Nectere comam myrto. Ouidius primo Amor.eleg.2,5.

Nexæ comæ. Ouid, Epiſt.18,27.

Neglecta

Neglecta coma, Ouid. 3. de Arte. 31.
Nigrantes comæ, Senec. Herc. fur. 9. 15.
Nodare comas, Claud. 1. in Ruff. 24.
Nutrire, Valer. lib. 6. Argonaut. 142.
Ornare fuco, Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.
Obnubere: id eſt, velare. Virg. 11. Aen. 16.
Pectere, Ouid. epiſt. 13, 8.
Permulcere, Ouid. 2. Metam. 147.
Ponere in ſtatione. Id eſt, componere & adornare. Ouid. 1. Amor. eleg. 7, 14.
Ephebi nondum poſitis comis, Senec. Herc. fur. 10, 5.
Premunt vittæ comam, Senec. Hippol. 5, 13, 1.
Preſſare comas, Stat. lib. 3. Thebaid. 26.
Prominet coma in vultus, Ouid. 13. Metam. 180.
Radiante coma ſurgit Titan. Senec. Octau. 1, 1.
Raptari comis, Ouid. 12. Metam. 45.
Recidere comam, Reuocare comam; contraria. Senec. Herc. Oeth. 12, 12.
Recompoſitæ comæ, Ouid. 1. Amor. eleg. 7, 14.
Reddita comis ſua cura, Valer. lib. 8. Argonaut. 48.
Religare comam, Horat. 1. Carm. ode 5, 1.
Renodare: Id eſt, in nodum colligere, Horat. Epod. 11, 6.
Rigent comæ terrore, Ouid. 3. Metam. 10.
Ruptæ comæ, Ouid. epiſt. 21, 23.
Sciſſa coma; ſignificat habitum fœminæ mœrentis, Virg. 9. Aen 99.
Soluere comas; Fingere comas, id eſt, componere; contraria. Seneca Hippol. 4, 3.
Sparguntur comæ per caput, Ouid. 3. de Arte, 16.
Steterunt comæ, Virg. 2. Aen. 154.
Stringere comas vittis, Virg. 2. Georg. 74.
Ligatas comas auro ſubſtringere, Lucan. li. 5, 57. id eſt, aureo nodo colligare.
Succincta comas, hirſutaque vertice pinus, Ouid. 10. Metamorph. 21.
Tonſa coma, Virg. 5. Aeneid. 111. Id eſt, compoſita. Idem 4. Georg. 28.
Trahere alicui comam, Virg. 1. Aen. 97.
Variare comas poſitu, Ouid. 1. Metam. 83.
Velare comas, Virg. 3. Aen. 81.
Velatæ comæ, Virg. 3. Aen. 35.
Vincti comas fronde, Harat. 2. Epiſt. 1, 22.
¶ Coma, *per Metaphoram, etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atq; herbis dicitur.* Plin. li. 12. cap. 75. 2, Folium balſami proximum rutæ perpetua coma. Virg. 4. Georg. 28,
Ille comam mollis iam tum tondebat achanti.
Arborum comæ, Horat. 4. Carm. ode 7, 1.
Arboreæ comæ, Ouid. 2. Amor. eleg. 16, 8.
Nemorum comæ. Horat. 1. Carm. ode 21, 1.
Papauereæ comæ, Ouid. 4. Faſt. 88.
Sacra lauri coma, Virg. 7. Aen. 12.
Damnare comam cupreſſo, Stat. lib. 5. Sylu. 1, 28.
Decutere comas, Senec. Herc. Oeth. 4, 30.
Poſuit arbor comas: Nudata eſt folijs. Virg. 12. Aen. 42.
Tonſa comas arbos, Ouid. 11. Metam. 10.
Tremefacta coma arboris concuſſæ, Virg. 2. Aen. 126.
¶ Comans; Participium ſine verbo: Qui longiorem comam habet. Plin. libro 10. cap. 63. 9, Equæ comantes gloria ſuperbiunt. Gellius: Equum fuiſſe dicunt flaua & comanti iuba.
Equorum colla comantia Id eſt, iubæ. Virg. 12. Aen. 18.
Crines comantes, Sil. lib. 16, 12.
Criſtæ galeæ comantes, Virg. 3. Aeneid. 34.
Comans galea, Virg. 2. Aen. Statius:
Non ego in terga comantes Abantiadas,
Comans humus: id eſt graminea, ſiue herboſa, Stat. 5. Thebaid. 101.
Iugum ſyluæ comans: Frondes & folia arborum dicuntur. Valer. lib. 3. Argonaut. 81.
Narciſſus ſera comans: Id eſt, ſerò flores habens, Virgil. 4. Georg. 25. Seruius.
Ore comanti ruere ſupra quidpiam. Valer. lib. 3. Argon. 28.
Pectora comantia: Piloſa. Valer. lib. 5. Argon. 119.
Pellis villis comans, Valer. lib 8. Argon. 25.
Setæ hircorum comantes, Virg. 3. Georg. 63.
Comans ſtella, Ouid. 15 Metam. 150.
Syluæ comantes, Valer. lib. 1. Argon. 87.
Tori ceruicis leonis comantes, Virg. 12. Aen. 2.
Aſtro comantes, dicti ſunt Caſtor & pollux, ex quorum fronte plurimus manat fulgor. Valerius libro quinto, Argonaut. 74.
¶ Comatus; Participium ſine verbo: Qui longiorem comam habet. Vnde Comata Gallia, Plinio lib. 4. cap. 14 & Idem lib. 11. cap. 47. 9, Martial. lib. 1. 68, Caluus quum fueris, eris comatus.
Sylua comata, Catul. epigr. 4, 1.
¶ Comoſus. Plin. lib. 16. cap. 6. 5, Hemeris vocatur, breuior & in orbem comoſa. Idem lib. 26. cap. 8. 26, Comoſiſſimũ ex omnibus maxime cauliculis.
¶ Como: Compono, orno. Terent. Heaut. 2. 2. 11, Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Ouid. 2. Amorum, eleg. 8. 1.
Pectine aurato comere aliquem, Sil. lib. 13. 25.
Capillos comere, Sil. lib, 7. 90.
Capillis comendis perfecta, Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 1.
Caput comere, Tibul. 1. eleg. 8. 4.
Comptum caput, Plaut. Milite, 10. 195.
Colla genasq; comere, Stat. 1. Sylu. 2. 23.
Comas, Ouid. 2. Faſt. 112.
Comas inuſtas acu comere, Quint. lib. 2. cap. 5. 8.
Criſtas, Stat. 3. Thebaid. 85.
Equos comit auriga, Stat. 4. Thebaid. 9.
Opus comptum, Tibul. lib. 3. eleg. 1. 3.
Viri compti. Ouid de Medicamine faciei, 5.
Vultum comere, Stat. 6. Thebaid. 47.
Comere ſe, Tibul. lib. 4. eleg. 6. 1.
¶ Comptus: Particip. Virg. 10. Aen. 165,
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Dolorem ſimulatum compta Cleopatra. Id eſt, comptum habens dolorem, ſiue dolorem ſimulans. Lucan. li. 10. 17.
¶ Comptus: Nomen: vt, Virginei comptus. Lucret. lib. 1. 18.
COMAGENE.] herba, cuius meminit Plin. lib. 29. cap. 3.
COMARVS.] Pomi genus, quod Latinè Vnedo dicitur, & Arbutum. Plin. lib. 15. cap. 24. 3.
COMASSOR.] Laſciuio, iocor, voluptariè viuo. Horat. 4. Carm. ode 1,
Tempeſtiuiùs in domo
Pauli, purpureis ales odoris
Comaſſabere maximi.
COMATVS.] Vide COMA.
COMBIBO.] Simul bibo, compoto, vel totum bibo. Plin. lib. 17. cap. 11. 4. Vt Solem pluuiasq; combibãt. Colum. lib. 12. cap. 10. 2, Quæ quum ius combiberit, ſimili miſtura vas ſuppleatur. Sic Cato cap. 91.
Ara cruorem combiberat, Ouid. 13. Metam. 83.
Lacrymas combibere, Ouid. epiſt. 11. 11.
Luxus, Sil. lib. 11. 81.
Venenum, Horat. 1 Carm. ode 37. 6.
Os combibit maculas, Ouid 5. Metam. 91.
¶ Combibor, Ouid. 15. Metam. 55.
Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapſus.
¶ Combibo: Compotor. Lucil. lib. 26, Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copijs.
COMBRETVM.] Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 6. 3.
COMBVRO.] Idem quod Vro.
Impetu magno comburere aliquid, Lucret. lib. 6. 31
Comburere, *per translationem.* Plaut. Milite, 11. 22,
—nam mihi nimius calor
Comburebat gutturem.
Id eſt, vehementer exſiccabat.
COMBVSTIO.] Firmicus lib. 4. cap. 12, Vitia verò faciet ex igni & ferro; id eſt, præciſiones & combuſtiones.
COME.] Herba eſt, quam Barbam hircinam vocant, à comæ ſimilitudine. Plinius libro 21. capite 15. 4. & lib. 27. cap. 13. 9.
COMEDO.] Eiuſdem cum ſuo ſimplici ſignificationis. Plautus Moſt. 8. 21, Tam facilè vinces quàm pyrum vulpes comeſt. Martial. Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te.
Comedere aliquem: pro Conſumere. Terent. Eunuch. 5. 9. 57, Hunc comedendum & deridendum vobis propino.
Comeſſem: pro Comediſſem. Catul. epigr. 27. 3.
Comeſt: pro Comedit. Varro Margopoli: Piſces vt ſæpe minutos magnus comeſt.
¶ Comedendus. Horat. 1. Epiſt 7. 4. Vt libet, hæc porcis hodie comedenda relinques.
¶ Comeſtura. Cato cap. 157. 1. Hæc ſeptẽ habet bona in comeſtura. De braſſica loquitur.
¶ Comedo: Qui bona ſua cõſumit. Varro Modio: Putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit vſu, quibus nota voluntate comedunt, duntaxat gula gaudet.
¶ Comeſſor: Poſt cœnam epulor. Suet. in Domitiano: Cõuiuabatur frequenter & largè; ſed penè raptim: certè non vltra Solis occaſum, nec vt poſtea comeſſaretur. Liu. 10. bel. Maced. 23, refert Demetrium poſt cœnam qua ſodales acceperat, dixiſſe, Quin comeſſatum ad fratrem imus.
Intromittere comeſſatum. Eunuch. Terentij, 3. 1. 52.
¶ Comeſſatio: Cibus qui poſt cœnam ſumitur. Suetonius in Vitellio: Epulas triſariam ſemper, interdum quadriſariam diſpertiebat: in ientacula, prandia, cœnas, & comeſſationes.

¶ Comeſſator: Qui nocturnis atque intempeſtiuis conuiuijs indulget. Terent. Adelph. 5.2.8. Caius in l. ſiquid. ff. de ædilitio edicto.

¶ Comeſſabundus. Liu. 9 ab Vrbe. 92. Temulento agmine comeſſabundus inceſſit. Plin. lib. 22. Athenis comeſſabundi iuuenes ante meridiem conuentus ſapientum frequentabant. Curtius lib. 9. ad finem: Ibat vehiculis pro copia cuiuſq; adornatis, comeſſabundus exercitus.

¶ Comeſſans: Idem quod comeſſator. Curtius libro 9. ad finem: Siquid victis ſaltem aduerſus comeſſantes animi fuiſſet, mille hercle viri modo & ſobrij, ſeptem dierum crapula graues in ſuo triumpho capere potuerunt.

Modo comeſſantium aliquid agere, Liu. 3. ab Vrbe, 124.

Comes.] Qui cum aliquo it, & tanquam ducem ſequitur. Vlpianus in l. Item apud Labeonem. §. ſiquis virginis. ff. de iniurijs & famoſis libellis. Comitem accipere debemus eum qui comitetur eam, & ſequatur. Terent. Eunuch. 2.3.54. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem? Idem Heaut. 3.1.46. Nam ei vnam cœnam, atque eius comitibus Dedi. Lucan.

Scite Senatus auet, miles te, Magne, ſequatur,
An comes.

Plin. epiſt. 176. Quem legatum Tribunus ita dilexit & excepit, vt ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non vt commilito, ſed vt comes aſſectatorq; ſequeretur.

Belli comes, Stat. lib. 6. Thebaid. 163.
Fatorum comites, Virg. 2. Aen. 59.
Frigida aura comes formidinis, Lucret. lib. 3. 59.
Fortunæ comes, Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10. 3.
Comes fugæ paternæ, Liu. 1. ab Vrbe. 10.
Vſquequaque fugæ parentum comes Tiberius. Suet. in Tiberio, cap. 6.
Fugæ comitem aliquem habere, Senec. Medea, 7. 23.
Heliconiadum comites dicuntur poëtæ, Lucretius libro 3. 211.
Imperij alicuius comes, Senec. Hipp. 10, 24.
Comes itineris, Plaut. Epid. 13, 26.
Comes largitionis, Plin. Epiſt.
Laborum comites, Ouid. lib. 8. Metam. 114.
Patriæ laudis comites, Senec. Herc. fur. 12, 14.
Mortis comites & funeris atri, Lucret. lib. 2. 117. Sic vocat ploratus & fletus, Virg. 4 Aen. 136.
Operis comites, Ouid. 3. Metam. 26.
Veris comites, animæ Thraciæ: id eſt, Eteſij venti. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.
Viæ comes, Senec. Oedip. 11. 6.
Virginitatis comites: Qui caſtitatem cuſtodiunt, Ouid. 6. Faſtor. 59.
Angor aſſiduè comes malis, Lucret. lib. 6. 233.
Diſcordia comes regnis ſocijs, Stat. 1. Thebaid. 6.
Genius comes, Horat. 2. Epiſt. 2. 38.
Scit Genus, natale comes qui temperat aſtrum.
Dira fortunæ comes, libido. Senec. Hippol. 2. 25.
Pœna comes premit culpam, Horat. 4. Carm. ode 5. 5.
Cateruę comitum, Lucret. lib. 2. 127.
Manus comitum. Id eſt cohors. Stat. 5. Sylu. 3. 54.
Pars vna comitum, Ouid. 2. Metam. 86.
Princeps comitum, Ouid. 2. Metam. 32.
Strepitus, Virg. 6. Aen. 173.
Turba, Seneca Herc. Oeth. 5. 1.
Aſſiduus comes, Senec. Hippol. 10. 18.
Atra comes cura, Horat. 2. Serm. Satyr. 7. 23.
Exterior comes, Horat. 2. Serm. Satyr. 5. 4.
Fidus, Tib. lib. 1. eleg. 5. 13. Sen. Theb. 1. 21.
Impiger, Stat. 3. Sylu. 2. 19.
Gratiſſimus comitum, Ouid. 14. Metam. 45.
Noui comites, Virg. 2. Aen. 158.
Officioſa comes, Ouid. epiſt. 17. 12.
Abnegare aliquem comitem, Horat. 1. Carm. ode 35. 5.
Addere ſeſe comitem alicui, Virg. 6. Aen. 156.
Circundare lateri comitem, Ouid. ad Piſon. 25.
Complecti aliquem comitem in caſus omnes, Virgilius 9. Aeneid 58.
Deſtituere comitem, Ouid. 8. Metam. 35.
Ducere comitem, Horat. 3. Carm. ode 11 3.
Educere aliquò, Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 3.
Ire comitem alicui, Virg. 6. Aen. 90.
Mittere aliquò quempiam comitem alij, Virgilius 2. Aeneid. 18.
Negare comitem: id eſt, nolle comitatum ire, Ouid. 1. de Arte. 26.
Terga ſequentes comites, Ouid. 3. Metam. 5.
Spernere aliquem comitum, Virg. 4. Aen. 136.
Venire alicui comitem, Ouid. epiſt. 13. 32.

¶ Comes, *vſurpatum ironicè*. Catul. in Camerum, epigr. 51. 4.

Tanto te in faſtu negas amice?
Dic nobis vbi ſis futurus: ede
Audacter, committe licenter ede.

Comitem Platonis ſe profitetur: Id eſt, ſectatorem. Plinius Præf. 9.

Comes, *cum genitiuis Mei, tui, ſui*. Senec. Thebaid. 1. 11.

Nemo me comitem tui Eripiet vnquam.

Comes conſilijs alicuius, Plaut. Pſeud. 3. 15.

—tu me ante hac
Supremum habuiſti comitem conſilijs tuis.

Dulcis ſecretorum comes. Quint. lib. 1. cap. 4. 5.

¶ Comitor: ſequor. Propriè eſt minorū erga maiores. Suet. de Claris gram. 23. Rhemmius Palæmon Vicetinus, mulieris verna, primò, vt ferunt, textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in ſcholas, literas didicit.

Fuga aliquem comitari, Virg. 4. Aen. 109.
Ferre greſſus cum aliquo, & eum comitari, Sil. lib. 3. 37.
Comitari currum, Suet. in Tiberio, cap. 6.
Exequias, Plin. lib. 11. cap. 18. 4.
Mortuum honore comitari: Facere ei Funus. Virgilius 11. Aeneid. 11.
Superbia comitatur honores, Claud. 8. Paneg. 49.
Iter alicuius comitari, Virg. 6. Aen. 23.
Oues comitantur paſtorem, Virg. 3. Aen. 132.

¶ Comito, actiuum: vnde Comitor, paſſiuum. Ouid. de Ponto lib. 2.

Quem pia nobiſcum proles comitauit euntem.

Plin. lib. 9. cap. 35 7. de margaritis & earum conchis: Sed in alto quoque comitantur marinis canibus. Propert. lib. 2 eleg. 8. 1.

Quod ſi vera meæ comitarem caſtra puellæ.

Gradus alicuius comitare, Ouid. 8 Metam. 139.
Veſtigia alicuius, Ouid. 14. Metam 52.
Comitare aliquem ad locum, Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3. 9.
Non æquo ordine comitantes, Sil. lib. 4 7.
Turba comitantum, Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 8.
Nimbi comitantes, Ouid. 3. Faſt. 173.
Armis comitantibus: id eſt, auxilio belli, Virg. 4. Aen. 10.

¶ Comitans. vt, Nullo latus comitante. Senec. Hippol. 4. 14.

¶ Comitatus: Participium. Martial. lib. 5. 9. Comitatus centum diſcipulis.

Dolore, Tibul. lib. 3 eleg. 2. 5.
Bellum comitata fœmina, Stat. 8. Thebaid. 118.
Pecudes fœtæ comitatæ paruis gregibus. Senec. Hipp. 1. 4.
Lacrymis comitata ſororum, Stat. 2. Achil. 62. De Thetide.
Militibus & armis comitatus, Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 7.

¶ Comitatus: Nomen. vnde Comitatior. Plinius lib. 10. cap. 37. 2. Eſt enim ars illis, inter ſe blandiri, & corrumpere alias, furtoque comitatiores reuerti. De Columbis loquitur.

¶ Comitatus; Subſtantiuum: dicitur Clientela ſequens dominum. Plin. Vidit hoc Licinius Syllanus Proconſul, cum comitatu ſuo.

Aſſiduus comitatus, Quint. lib. 1. cap. 2. 5.
Hecates comitatus: Proſerpinę famuli Val. lib. 6. Argon. 23.
Semiuir comitatus. id eſt, virorum effœminatorum. Virg. 4. Aeneid. 43.
Comitatus, *ad alia tranſlatum*. Plin. lib. 17. cap. 23. 12. de traducibus loquens: Inter ſe obuij miſcentur, alliganturque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati, qua deficiant.

Comeſſor, Comeſſatio, Comeſſator.] Vide Comedo.

Cometes, vel Cometa.] Eſt ſtella crinita, quæ æſtate nō ſine magno portento apparere ſolet. Lucan. lib. 1. 105.

Et terris mutantem regna cometen.

Plin. libro 2. cap. 25. 1. Cometas Græci vocant, noſtri crinitas, horrentes, crine ſanguineo, & comarum modo in vertice hiſpidas. Virg. 1. Georg.

—nec diri toties arſere cometæ.

Belli mala ſigna cometes. Tibul. lib. 2. eleg. 6. 7.
Diri cometæ, Virg. 1. Georg. 97.
Fatales cometæ, Valer. Argonaut. 122.
Mutans regna cometes, Lucan. lib. 1. 105.
Rubeſcentes cometæ, Claud. epigr. 4. 1.
Triſtis cometa, Claud. 8. Paneg. 23.

Comicvs.] Vide Comoedia.

Cominia.] Genus oliuæ, apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Cominvs.] è propinquo loco. Cæſar 1. bel. Ciuil. 218. Itaque dum locus cominus pugnandi daretur.

Cominus iudicari, Plin. lib. 11. cap. 42. 1.
Tendere cominus, Suet. in Cæſare, cap. 67.
Recipere cominus pecuniam, Pomponius in l. ſi quaſi. ff. de pignoratitia actione.

¶ Cominus: *Statim, ſine intermiſſione*. Virg. 1. Georg. 21.

Quid dicam iacto qui ſemine cominus arua
Inſequitur?

Aet

Aer cominus æſtuat. Stat. 12. Thebaid. 50.
Cominus, & Eminus. Ouid. 3. Metam. 12.

—rigido de fratribus vnum
Cominus enſe ferit; iaculo cadit eminus ipſe.

Liuius: Cominus, eminusq; rem gerere.
Lateq; & cominus Catul epig 59.22.

COMIS.] Benignus & facilis, qui alij non grauatè inſeruit.
Amica comis & blanda. Ouid. 2. de Arte, 36.
Comis, vrbanus, & liber. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. 19.
Anus comis Ouid. 3. Faſt 137.
Ingenium come. Tacit. lib. 5.
Oculi comes. Ouid. 3. de Arte, 101.
Sermo & congreſſus comis. Tacit. lib. 15.
Comis: *pro Indulgenti.* Liuius: Nunc patres comes, & ſenes facile de alieno imperio ſpreto gratiam facere.
In vxorem comis. Horat 2. Epiſt. 2. 27.
¶ Comitas: benignitas, facilitas.
Exquiſitiſſimæ comitatis cœnam dare. Sueton. in Othone, capite 3.
Summa comitate cœnā præbere. Suet. in Auguſto, cap. 74.
Comitate inuitandi conciliare ſibi aliquem. Liu. 1 ab Vrbe.
Diſſoluta comitas, Quint lib 2. cap. 2. 3.
¶ Comiter: Hilarè ac libenter.
Comiter ac benignè appellare aliquē, Liu. 2 ab Vrbe, 189.
Comiter accipere aliquem, Plaut. Amph. 16, 18.
Factum à vobis comiter, Plaut Pœnul. 12, 9.
Comiter adiuuare, Terent Phorm. 3. 3 4.
Adminiſtrata comiter prouincia, Tacit. lib. 17.
Excipi comiter, Ouid. 2. Faſt. 158.
Comiter habitare, Plin lib 17. cap. 1.

COMITIA.] Erant conuentus Populi Romæ, à ſimul itando ita appellata, vbi creabantur magiſtratus, & eligebantur per ſuffragia: vbi etiam leges approbabantur. Plautus Aul. 23. 19, Ibo intrò, vbi de capite meo ſunt comitia. Id eſt, vbi de capite meo agitur.
Centuriata comitia. Liu. 3. ab Vrbe, 152.
Edicere comitia, Liu 3. ab Vrbe, 152.
Comitia indicere. Gell lib. 15 cap 27, Is qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non comitia, ſed concilium indicere iubet.
Comitia etiam de reis habebantur. Liu 3. ab Vrbe, In mora Tribuni erant. qui comitia Quæſtores de reo habere, niſi priùs de lege habita eſſent, paſſuros ſe negabant.
¶ Comitium: Locus vbi coitur ad litium & ſuffragiorum cauſas. Liuius: Perfugæ virgis in comitijs cæſi omnes, ac de ſaxo deiecti. Gellius libro 4. capite 5, Statua Romæ in comitio poſita Horatij Coclitis, fortiſſimi viri, de cælo tacta eſt.
¶ Comitialis: ad comitium pertinens. Dies comitiales, qui comitijs habendis dicati erant. Liu. 3 ab Vrbe, 48.
Comitiales homines: Litigioſi, Plaut. Pœn. 8. 7.
Comitialis morbus: dictus, quòd comitia vitiare diceretur. interrumpebantur enim comitia quo die aliquis concidiſſet. Plin. lib. 10. cap. 23, Coturnicibus veratri ſemen gratiſſimus cibus: quàm ob cauſam eas damnauère menſæ, ſimulq; comitialem propter morbum deſpui ſuetum, quē ſolæ animalium ſentiunt, præter hominem.
Comitialis homo: Qui eo morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 5. 2. Plaut. Bacch. 20. 51.
¶ Comitiarius. Liu. 3. bell. Pun 71, In hac comitiaria iam duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nunciant Marcello nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.
¶ Comitialiter. Plinius lib. 22. cap. 21. 8, Item contractionibus, etiamſi id comitialiter accidat: id eſt, etiamſi contractiones fiant ex morbo comitiali.
COMITO, & COMITOR] Vide COMES.
COMMACVLO.] Idem quod Maculo.
Manus commaculare ſanguine alicuius, Virgil. de Medea, 8. eclog. 10.
COMMADEO.] Idem quod ſimplex Madeo. Cato cap. 156. 4, Coquito vſq, dum ea commadebit bene.
COMMAGENAM] Pomponius in lib. 21. §. 1. ff. de aur. & arg. numerat inter ea vnguenta, quæ valetudinis cauſa parata ſunt. Plin. lib. 10. cap 22. & lib. 29. cap. 4.
COMMALAXO.] Exerceo, ac matureſacio. Varro: Nec dolorem adiaphoron eſſe, quod philoſophia commalaxare eam partem.
COMMANDVCO] dentibus molo, & in ore teneo. Plin libro 19. ca. 8. 4, Cùm priores ob religionē eam minimè cōmanducarent. Valer. Protinusque dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam in eum exſpuit.
Commanducatur, *Deponens*, apud Lucilium libro quarto, pro Comedit vel Deuorat: Aſſequitur (inquit) nec opinantem, in caput inſilit; ipſum commanducatur totum complexum. Idem libro 25,

Villicum Aſilocratem mediaſtium, atq; bubulcum
Commanducatur, corrupit, ad incita adegit.

¶ Commanducatus: Participium. Plin. lib. 22. cap. 22, Sonchо oris graueolentia commanducato corrigitur.
¶ Commanducatus: Nomen. Plin. lib 24. cap. 4. 5, Vlcera cōmanducatu impoſituq; efficaciſſimè ſanari.
COMMANEO.] Simul maneo. Macrob. lib. 6 Saturn. cap 8, Referunt enim non ad eos qui adueniunt, ſed ad illos qui in domo commanent.
COMMANIPVLO.] Miles eiuſdem manipuli, apud Spartianum.
COMMARITVS.] Vicemariti Plaut. Caſin. 18. 18, Meus ſocer, compar, commaritus, villicus.
COMMASCVLO.] Macrobius libro 7. Saturn. cap. 11, Commaſcula frontem. Hoc eſt, aude virilem oſtendere frontem.
COMMEATVS] Vide COMMEO.
COMMEDITOR.] Lucret lib. 6. 23. de Carbaſo:

Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur.

Hoc eſt, exercet, facit, reddit.
COMMEMINI] Simul memini, vel idē quod Memini ſimplex. Idem Quint. Seruium Galbam, quem hominem probè noſſe & commeminiſſe ſe aiebat, pergrauiter reprehēdere ſolebat.
COMMEMORO] Commonefacio, in memoriam reduco. Terentius Phorm. 4 5. 3, Et quamobrem dem, commemorabo.
Commemorare, *pro Admonere.* Pomponius in l. in medendo. ff. de contrahenda emptione & venditione. Si quum ſeruitus venditis prædijs deberetur; nec commemorauerit venditor, ſed ſciens reticuerit.
Damna cōmemorare, Stat. 9. Thebaid. 39.
Pericula exhauſta, Ouid. 12. Metam. 33.
Prælia ſua, Ouid. 9. Metam. 1.
Repetam cōmemorare: Id eſt, denuo commemorabo. Lucret. lib. 6. 188.
Sed quid ego plura cōmemorem? Catul. epig. 59, 24.
¶ Commemorando, Lucret. lib. 1. 81,

Multasq; præterea tibi poſſum commemorando
Argumenta fidem dictis contradere noſtris.

¶ Commemoratio. Terent. And. 1. 1. 16,

—nam iſthæc commemoratio,
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.

Popularis cōmemoratio, Quint lib 4 cap. 3 9.
¶ Commemorabilis: Dignus qui commemoretur. Plaut. Pſeu. 7. 111, Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.
COMMENDO] Compoſitum à Mando. Vlpian de verb. ſignifi. Cōmendare nihil aliud eſt quam deponere. Terent. Eun 5. 2. 46, Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Commendo tibi me ac meos amores, Catul. epigr. 15. 1.
Habenas rerum cōmendare alicui, Claud. 6. Paneg. 17.
Commendare alteri ſuam iuſtitiam humanitate. Plinius epiſt. 182.
Curæ alicuius cōmendare aliquem, Ouid. 3. Faſt. 156.
Cōmendare ſe alicui in clientelam, Terent. Eun. 5. 9. 9.
Commendare ſe fugæ. Hirtius de bello Africano, libro 5. 122, Paruulum nauigium nactus conſcendit, ac ſe fugæ commendat.
¶ Commendare: *pro Laudare.*
Commendare halitum ſuum re aliqua, Plinius libro 12. capite 3. 3.
Commendat res illa virum, Ouid. de Triſtibus.
Commendat hæc res vina ſuo ſucco, Plin. lib. 13. cap. 19. 1.
Cura commendat faciem, Ouid. de Medicamine faciei, 1.
Iuuenem commendare amicæ dicitur vinum, Horatius epiſt. 15. 5.
Nitorem commendare oleum amygdalinum dicitur. Plin. lib. 23 cap. 4. 8.
¶ Commendatus: Participium.
Ex vtilitate ſua commendatæ nobis res, Lucretius libro 5. 172.
Fauore alicuius commendatum eſſe, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 15.
Commendatus literarum honore, Plin lib. 35. cap. 18. 1.
¶ Commendatus: Nomen.
Commendatioris eſſe famæ, Plin. lib 25. cap. 109.
¶ Commendatrix regio. Plin. epiſt. 173 a.
¶ Commendabilis. Dignus qui laudetur. Plin libro 13. cap. 9. 2, Commendabilis ſucco ex auſtero dulci. Col lib. 5. cap. 6. 30, Sed vt denſum arbuſtum commendabile fructu & decore eſt.
COMMENSVS.] Vide COMMETIOR.
COMMENTITIVS, COMMENTVM.] Vide COMMINISCOR.

COMMEO.] animo redeundi abeo. Col. lib. 1. cap. 3. 3, qui libentiùs commeaturus ſit, ſi vexationem viæ non reformidet. Plaut. Rud. 9. 17, Eum ad carnificẽ eſt æquius, quàm ad Venerem, cõmeare. Terent. Hecyr. 1. 2. 100, Rus abdidit ſe: huc rarò in vrbem commeat.

Commeare dicuntur aues, anniuerſario aduentu diſceſſuq; notæ. Plin. lib. 10. cap. 23, 5.

Aliquò cõmeare, Tacit. lib. 1.

Commeare ab aliquo, Cæſar 7. bel. Gall. 147.

In via cõmeare. Vlpian. in l. 1. §. ſumma. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.

Per itinera commeari. Ibid.

Commeare præter effigiem. Plin. epiſt. 31.

Commeare viam ſcrupuloſam. Plaut. Cap. 4. 82, Nam meus ſcrupuloſam victus cõmeat viam. Id eſt, aſperrimus eſt victus meus.

Commeare vltrò citroq;. Liu. 5. bel. Pun. 170. Varr. 3. de Re ruſt. cap. 2. 14.

Sermones commeant, Tacit. lib. 2.

Commeare, *abſolutè*. Scæuola in l. Sciæ. § item quæſijt. ff. de fundo inſtru. & inſtru. legato: Reſpondi, non legatos eos fore, qui veluti commeantes tranſiſſent.

¶ Commeatus: Eſt (inquit Donatus) ex aliqua cõmoratione temporalis abſceſſus. Liu. lib. 33. Magna pars ſine cõmeatibus dilabebatur. Feſtus, Commeatus dari dicitur: id eſt, tempus qua ire & redire quis poſſit.

Commeatum liberum impetrare, Vlpian. in l. filum. ff. ad Municipal. Idem in l. 2. ff. nequid in loco publico.

Commeatum petere, Traianus Plin. 226.

Commeatus, *pro ipſo commeandi actu*. Cæſ. bel. Gal. lib. 5, duobus commeatibus exercitum deportare conſtituit.

Commeatus, *pro Cibarijs ad alimoniam*. Cæſ. 1. bell. Ciuil. 143, Reliquas merces commeatusq; ad obſidionem vrbis, ſi accidat, reſeruant.

¶ Commeatalis, miles dicitur, qui in ſtipendij partẽ accipit alimenta ex cõmeatu, id eſt ex publico alimento. Iuſt. de præf. præt. Aphric. l. quas Deo. Nullum audeant duces, vel tribuni commeatalem de ipſis dimittere. Et infrà: Non de commeatalibus militum, aut eorum ſtipendijs lucrum facere.

COMMERCOR.] Idem quod Mercari, vel multas res ſimul mercor. Plaut. Capt. 1. 3, Pater captiuos cõmercatur alios, tantum ſtudens, vt natum recuperet.

COMMERCIVM.] Quaſi contrectatio quædã mercium, inquit Sipontinus. Plin. in Paneg. 47, Diuerſasq; gentes ita cõmercio miſcuit. Plin. lib. 12. cap. 14. 2, commercium thuris primi Minæi fecerit.

Honorum cõmercia, Claud. Paneg. 2. 23.

Cõmercia belli, Virg. 10. Aen. 10. Id eſt, viciſſitudines, Tacitus: Sabini cæde, dirempta belli commercia.

Cõmercio ſermonis feras linguas cõtrahere ad colloquia. Plin. lib. 3. cap. 5. 2.

Terræ geminæ cõmercia: Id eſt, cõcertatio duarum inter ſe regionum. Stat. Achil. 8. 1.

Facere commercia, Claud. 1. de Raptu Proſerp. 18. Hoc eſt, mutuam conſuetudinem.

Commercium rei habere. Vlpianus in l. multum intereſt. ff. de verborum obligationibus. Res in commercio hominum dicuntur, & homines rerum habere commercium, quum vulgò emi vendique poſſunt: cuiuſmodi ſunt res profanæ: nam ſacræ non ſunt in commercio hominum.

Exercere cõmercia linguæ, Ouid. 5. Triſt. eleg. 11. 7.

Perdere lingua commercia: id eſt, vſum, Ouidius 5. Triſt. eleg. 8. 13.

COMMEREO, vel COMMEREOR.] Idem quod Mereor.

Cõmerui vt. Terent. Hecyr. 4. 2. 4. Vt nunquã ſciens commerui, meritò vt caperet illa odium mei.

Cõmereri & peccare, Terent. And. 1. 1. 112, Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?

Cõmereri aliquid erga aliquem, Terent. Hecyr. 3. 5. 36.

Cõmereri culpam aut noxiam, Terent. Phorm. 1. 4. 30,

—arbitrabitur Commeruiſſe culpam.

Plaut. Aul. 26. 8, Fateor me peccauiſſe, & me culpam commeritum ſcio.

Cõmerere culpam in ſe, Plaut. Merc. 20. 12.

Cõmerere culpam de aliqua re, Terent. Hecyr. 4. 4. 9.

Pœnam cõmeruiſſe, Ouid. 2. Triſt. 1.

COMMETIOR.] Idem quod Metior. Plaut. Moſtel. 11. 7.

—omnes porticus
Commenſi ſumus.

Col. lib. 5. cap. 1. 3, Quum de cõmetiendis agris rationem M. Trebellius noſter à me requireret.

¶ Commenſus: Symmetriam ſignificat Vitruuio, libro 3. cap. 1, Reliqua quoq; membra ſuos habent commenſus proportionis.

COMMETARE.] pro Commeare. Nonius Bubulco cerdone Quum ad lupam noſtram tam multi crebro commetant lupi Afranius Virgine: Quò tu commetas? vbi confixus deſides?

COMMICTILIS.] cõpoſitus. Pomponius Prȩcone poſteriore: Si ſciam quid velis, quaſi ſerui comici commictilis.

COMMIGRO.] Idem quod, Migro. Terent. Adelph. 4. 5. 15, Neq; enim diu huc commigrarunt. Idem And. 1. 1. 43, Ex Andro cõmigrauit huc viciniæ. Plin. lib. 35. cap. 11. 12, Captoq; rege Perſeo Athenas commigrauit.

Commigrauit habitũ. Plaut. Trinum. 14. 74.

COMMILES.] Cæſar bel. Ciuil. lib. 2, Commilitesque nonnulli grauiores ſermones militum vulgò duriùs accipiebant. Plin. lib. 37. cap. 2. 4, Commilitibus ſingulis quinquaginta.

COMMILITO.] ſocius in bello. Sueton. in Cæſare, cap. 67, Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine cõmilitones appellabat: tanquã & ipſe vnus eſſet ex numero militũ. Liu. 3. ab Vrbe, 206, Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat.

¶ Cõmilitium: Ipſa belli ſocietas. Plin. epiſt. 243, ſpero tibi & integritatẽ eius, & probitatẽ & induſtriam, non ſolùm ex eius honoribus, quos in vrbe ſub oculis tuis geſſit, verumetiam ex cõmilitio eſſe notiſſimam. Id eſt, ex militia eius, vel ex tempore diuturno quo militauit. Corn. Tacit. lib. 1, Chanci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt.

Vti cõmillitio alicuius; Quint. lib. 5. cap. 10. 77.

COMMINISCOR.] dictum à Con & Mente, quum finguntur in mente quæ non ſunt: inquit Varro de lingua Latina. Terent. Heut. 4. 6. 8, Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere.

Comminiſci: *Excogitare*. Liuius 7. Macedon. 21, Nihil aduerſus tale machinationis genus parare aut cõminiſci oppidani conabantur. Colum. lib. 8. cap. 17. 6. *Inuenire*. Plaut. Aulul. 4. 30,

—quid hero ego dicam meo
Malæ rei eueniſſe, quamve inſaniam
Queo comminiſci.

Cõminiſci aliquid de ſua ſententia, Plaut. Capt. 2, 48.

¶ Commentus: Particip. paſſiuæ ſignificationis.

Sacra cõmenta, Ouid. 1. de Arte, 64. Id eſt, ficta.

Funera cõmenta, Ouid. 6. Metam. 113.

¶ Commentum: Fictio. Terent. And. 1. 3. 20,

—atq; ipſis commentum placet.

Retegere cõmenta alicuius, Ouid. 13. Metam. 8.

¶ Commentitium, ſignificat nouum & recens excogitatũ: hoc eſt, nõ translatitium, non aliunde ſumptũ. Sueton. in Claud. cap. 21, Spectacula quoq; cõplura magnificaq; edidit, non vſitata modò, ac ſolitis locis; ſed etiam cõmentitia, & ex antiquitate repetita.

Ius cõmentitium. Paulus in l. ſi pœna. ff. de pœnis. Si pœna alicui irrogatur, receptum eſt cõmentitio iure, ne ad hæredem tranſeat.

¶ Commentor: Verbale.

Vuæ cõmentor, dicitur Bacchus ab Ouidio, 3. Faſt. 157. Id eſt, inuentor.

¶ Cõmentor: Frequẽtatiuum à Cõminiſcor; ſignificat cõfingere fallaciam. Plaut. Caſin. 5. 27, Vt citò commentatus eſt: ecquid te pudet?

Commentari aliquem. Plaut. Pœn. 2. 1, Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet.

Commentari: *Quicquam ſcribendo componere*. Plin. lib. 18. cap. 25. 3, Id eo ipſo anno quum cõmentaremur hæc, notatum eſt. Idem in præfatione totius operis 12.

¶ Commentatio: meditatio atq; contemplatio. Plin. lib. 18. cap. 25. 4, Et Soſigenes ipſe trinis commentationibus non ceſſauit addubitare ipſe ſemet corrigendo.

Commentatio, *pro deſcriptione*. Plin. lib. 6. cap. 17. 12, Seneca etiam apud nos, tentata Indiæ commentatione, ſexaginta amnes eius prodidit.

¶ Commentarius, vel Commentarium: Liber eſt, quem ſibi quiſq; noſtrum priuatim facere conſueuit, quaſi quoddã memoriæ promptuarium eorum quȩ agimus. Sueton. in Tiberio cap. 61. Commentario, quem de vita ſua ſummatim breuiterq; compoſuit, auſus eſt ſcribere; Seianum ſe puniſſe. Plin. epiſt. 108, Corrupto enim ſcribȩ ſeruo, interceperat commentarios, interciderat que, ac per ſummum nefas vtebatur aduerſus amicum crimine ſuo.

Commentarij authorum, Plin. lib. 37. cap. 12. 5.

Diurni, Suet. in Auguſto, cap. 64.

Grammaticorum, Quint. lib. 1. cap. 8. 13.

Puerorum, Quint. lib. 2. cap. 11. 5.

In Rhetorum commentarijs conſeneſcere, Quintil. libro 3. cap. 9. 46.

Summatim breuiterq; de vita alicuius commentarium cõponere. Suet. in Tiberio, cap. 61. Quint. lib. 1. cap. 8. 13.

Breuiores cõmentarios facere. Quint lib 3. cap. 8. 40.

Referre in commentarios. Traianus ad Plinium.

In commentarium principis referre aliquem. Modeſt. in l. abeſſe. ff ex quibus cauſis maiores.

Regerere aliquid in commentarios. Quint. lib. 2. cap. 11. 5. Et lib. 1. cap. 6 43.

Rerum ſuarum commentarios relinquere. Sueton. in Cæſare, cap. 56.

Scribere commentarios Plin. epiſt. 139 b.

Voluere commentarios alicuius, Liu. 3. ab Vrbe, 37.

¶ Commentarios, *pro eo quod Inſtructiones vocamus.* Liuius: Quæri iuſſit ab eo, ecquem de ijs rebus à patre commentarium accepiſſet.

¶ Commentariolum. Profitentium commentariolis aliquid vulgatum eſſe. Quint. lib. 1 cap. 5. 5.

¶ Commentarienſis: Qui in commentarium cuſtodias refert, & veluti diarium cuſtodiarum conficit. Paulus in l. in fraudem § à debitore. ff. de iure fiſci. Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, vt meritò his vti liceat: eaq; manu cõmentarienſis adnotanda ſunt In l. ad cõmentarienſem. C. de cuſtodia reorum pro eo accipitur qui cuſtodiam & periculum reorum præſtat, ita vt reo elapſo talione ipſe puniatur. Et in l. fin. Commentarienſis ſingulis menſibus, de perſonis reorũ & numero, de qualitate delictorum, de clauſorum ordinibus, ad iudicem referre debet.

COMMINISTRO.] Idem quod Miniſtro. Plin. lib. 28. cap 8. 18, Super omnia eſt, quòd extremã fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant.

COMMINOR.] Idem quod Minari, vel valde Minari. Suet. in Cæſare, cap. 62, Vt aquilifero moranti cu pide ſit comminatus.

¶ Comminatio. Plin lib. 8 cap. 45. 6, Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat. de Tauris.

COMMINVO.] idem quod Minuo. Plin lib. 20. cap. 4. 2, Sati ui verò decocti manè poti, ad ternos cyathos, cõminuunt & eijciunt calculos.

Pondus argenti cõminuere, Horat. 1. Serm. Satyr. 1. 9.

Vires ingenij cõminuere, Ouid. 1. de Pont e eg. 3. 7.

Lacrymis comminui id eſt, flecti, mitigari. Ouidius Epiſt. 3. 27.

¶ Comminuendus, Ouid. de Medicamine faciei, 15,

Vtraq; da n gris comminuenda molis.

COMMINVS.] Vide COMINVS.

COMMISCEO.] Permiſceo. Plaut Perſa, 4. 7. Cõmiſce mulſum, ſtruthea, colluteaq; appara.

Commiſcere aliquid cum altero Plaut. Rud 13. 3,

Nam ſi quis cum illo quid rei commiſcuit.

Id eſt, ſi quid negotij eſt alteri cum eo.

Commiſcere conſilium cum aliquo. Plaut Mil. 8. 66.

¶ Commiſtus. Commiſta gemitu querela. Lucreius libro 6. 233.

Commiſtus alieno ſanguine, Virg 6. Aen. 153.

Fumus in auras cõmiſtus tenues fugit diuerſa. Id eſt, per diuerſa, Virg. 4 Georg. 100.

Commiſtus, *cum ablatiuo, loco datiui.* Virg. 2. Georg. 66,

Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

¶ Commiſcendo, Lucret. lib. 4. 243,

Et commiſcendo quum ſemen forte virile.

Fœmineum mulſit ſubita vi. Id eſt, dum commiſcentur.

COMMISERESCO] Idem quod Miſereſco. Terent. Hecyr. 1. 2. 54,

Ibi demum ita ægrè tulit, vt ipſam Bacchidem,

Si adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret.

COMMISEROR.] Idem quod Miſeror. Gell lib. 7. cap. 5.

¶ Commiſerans Gell lib 5. cap. 14, Ad eandem ſpecum venit hic leo debili vno & cruento pede, gemitus edens, & & murmura dolorem cruciatumque vulneris commiſerantia.

COMMISSVM, COMMISSIO, COMMISSVRA, COMMISSVS.] Vide COMMITTO.

COMMITIGO.] Idem quod Mitigo.

Cõmitigare ſandalio caput alicuius, Terent. Eunuch. 5. 8. 4.

COMMITTO.] Proprie (inquit Feſtus) eſt in ſimul mittere. Nunc eo vtimur & pro Facere, aut pro Delinquere, aut pro Incipere. Plin. epiſt. 258, Sed incertũ, vtrùm ad colligendũ humorem circumiacentium agrorum, an ad cõmittendum flumini lacum. Id eſt, coniungendum.

Animos cõmittere: Coniungere. Cat epigr. 57. 4.

Committitur ceruix per vitalia vincula primo artu. Valer. lib. 3. Argon. 63.

Noctes duas committere: Id eſt coniungere, excluſo die. Ouid. 1. Amor, eleg. 13, 10.

Furta committere latebris: id eſt Abſcondere. Stat. 2. Achil. 65.

Gemmas cõmittere mero: pro Merum cõmittere gemmis, id eſt gemmatis poculis Stat. 1. Theb. 30.

Cõmittere alicuius plagæ oras ſuturis. Celſ. lib. 7. cap. 10.

Committere ſemen ſolo, Col. lib. 2 cap. 8. 4.

Sulcis cõmittere ſemina, Virg. 1. Georg 45.

Terræ ſemina cõmittere, Tibul. lib. 1. eleg. 7 7.

Stirpes cõmittere ramis, Lucret. lib. 5. 274.

Vinum cõmittere venis, Horat. 2. Ser. Satyr. 4. 5.

Vitem tenui cõmittere ſulco, Virg. 2. Georg. 18.

Tecto ſe cõmittere, Ouid. 2. de Pont. eleg. 2 8.

¶ Cõmittere: *Tradere.* Terent. And. 1. 5. 61, Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Alendum aliquem cõmittere alicui, Ouid. 13. Metam 87.

Regendum aliquem cõmittere alicui, Ouid. de Arte 3. 105.

Arbitrio alicuius aliquid cõmittere. Horatius 2. Serm. Satyr. 5. 22.

Committere ſe in fidẽ alicuius, Terent in prolog. Hecyr. 51.

In tutelam, Plaut. Rud. 16, 11.

Commendare & cõmittere ſe fidei alicuius, Terent. Eunuch. 5, 2, 46

Curas ſuas cõmittere auribus alterius, Senec Hippol. 2, 4.

Habenas cõmittere: Permittere regendi poteſtatem. Seneca Medea, 1. 7.

Honores cõmittere alicui: id eſt, officia honorata. Claud. in laudibus Serenæ, 39.

Oſcula cõmittere linguæ, Ouid. epiſt. 21, 26.

Rem & vitam cõmittere alicui. Horat 2. Ser. Sat. 7, 14.

Suffragium & iuriſdictionem alicui cõmittere, Seneca de Benef lib. 2. cap 35.

Vices ſuas alicui cõmittere: Id eſt partes ſuas cum alio cõmutare, Senec Hercule Oetheo, 2. 10.

Caput cõmittere tonſori. Horat in Arte, 61.

Crus cõmiſit laqueo volucris Ouid. 11. Metam 15.

Amores ſuos cõmittere tabellis, Ouid 1 Amor. eleg. 12, 5.

Committere gnâtam ſuam vxorem alicui, Terentius Andr. 1. 5. 6.

Committere in diſcrimen, Liu. 8. ab Vrbe, 159.

Auſis magnis ſe cõmittere. Claud. 2 in Eutrop. 110.

Frigori cõmittere aliquid, Celſ lib 6. cap. 18.

Se labori cõmittere, Celſ. lib. 1. cap. 2.

Mari, Lucan lib. 5. 139.

Nocti, Ouid 12. Metam. 69.

Ponti: Per pontem tranſire, Virg. 3. Georg 16.

Pugnæ, Ouid. 14. Metam. 92.

Ratem cõmittere pelago, Horat 1. Carm. ode 3. 3.

Vento, Ouid. 3 Faſt. 116.

Rixæ ſe cõmittere, Ouid. ad Piſon. 40.

Portibus, Cæſar 3 bell. Ciuil. 100.

Soli, Celſus lib. 1. cap. 2.

Vitam cõmittere ventis, Virg. 10. Aen. 13.

Vnda ſe cõmiſit ventis, Ouid. 11. Metam. 103.

¶ Committere: *ad pugnam & ad concertationem exhibere.* Suet. de claris Gram 17, Ad exercitanda diſcentium ingenia, æquales inter ſe cõmmittere ſolebat.

Committere: *Mutuò irritare, & ad diſſidium impellere.* Suet. in Calig. Non ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, & inter ſe omnes committere.

Fratres cõmittere odijs, Claud, in Eutrop. 57.

Committere bellum: Suſcitare bellum inter duos populos. Liuius libro 1. ſecundi bell. Punic. Sed ita forſitan decuit, cum fœderum ruptore duce, deos ipſos, ſine humana ope, committere, ac profligare bellum nos autẽ qui ſecundum deos violati ſumus, commiſſum ac profligatum conficere.

Committere certamen, Liu. 3. bel. Pun. 191.

Committere manum alicui, Virgilius lib. 12. Aeneid. Id eſt, bellum inferre.

Prælium cõmittere: pro Incipere. Cæſar 2. bel. Gal. 297. Idẽ lib. 1. bel. Ciuil. 262, Cum equitatu Heluetiorum prælium commiſerunt.

Prælia, Valer lib. 6 Argonaut 7.

Prælia cõmittere verſu, Ouid. in Ibin. 9.

Pugnam, Sil. lib. 8. 123, & Virg. 5. Aen. 14.

Ludos cõmittere. Suet in Claud. Circenſes etiam frequenter in Vaticano commiſit.

Spectaculum, Liu. 2. ab Vrbe, 153.

Verba cõmittere cæcis modis: Aenigma proponere, obſcurè loqui Senec. Thebaid 1. 27.

¶ Committere aliquid: Peccare, Malè agere. Virgilius primo Aeneid.

Quid meus Aeneas in te committere tantum,

Quid Troës potuere?

Adulterium cõmittere, Quint. lib. 7. cap. 3. 8.

Cædem, Ouid. epiſt, 14. 12.

Multam: Aliquid quod multæ ſoluendæ ſit obnoxium. Varr. lib. 2. de Re ruſt.
Delictum. Cæſar 7. bell. Gall. 15. Facinus, Cæſar 3. bel. Ciuil. 231.
Fraudem. Horat. 1. Carm. ode 28. 7.
Iurgia. Plaut. Menæch. 17. 15.
Nerandum aliquid. Ouid. 9. Metam. 126.
Rixam Liu. 5. ab Vrbe, 113.
Magnum ſcelus. Senec. Thebaid. 2. 2.
Quia commiſi vt me defrudes, ad eam rem affectas viam. Plaut. Menæch. 15. 12.
Committere ſe in aciem. Liu. 7. ab. Vrbe, 119.
¶ Committere: *Fiſco attribuere* Plaut. in l. debitor meus. ff. negot. geſt. Veluti ſi periculum erat, ne prædia in publicum committerentur.
¶ Committi: Paſſiuum. vt, Mucronibus ſtrictis committi. Ouid. 3. Faſt. 47.
¶ Commiſſus: Participium.
Lætitia commiſſa. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Ludi commiſſi. Virg. 5. Aen. 23.
Piacula commiſſa, Virg. 6. Aen. 114.
Res inter ſe commiſſæ, Quint. lib. 7. cap. 1. 2.
Stipulatio commiſſa. In titulum iudicatum ſolui, per totum titulum.
Commiſſus: *Fidei traditus.* Catul. epigr. 97.
Commiſſus: *Coniunctus & Coagmentatus.* Virg. 3. Aen. 86,
Piſtrix
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.
Dextra commiſſa dexteræ, Ouid. epiſt. 2. 7.
Nocte commiſſa: Gemina. Senec. Hercul. Oeth. 13, 19.
Diſpoſitio digeſtas res atque inter ſe commiſſas deuicit. Quint. lib. 7. cap. 1.
Soluere commiſſas acies: Dirimere bellum. Propert. libro 4. eleg. 12.
¶ Commiſſum: Subſtantiuum.
Turpe commiſſum, Horat. 3. Carm. ode 27. 8.
Fateri commiſſa, Stat. 5. 1.
Luere commiſſa, Virg. 1. Aen. 28,
Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Negare commiſſa, Claud. 2. Paneg. 13.
Plorare commiſſum, Horat. 3. Carm. ode 27. 8.
Prodere commiſſa, Horat. 1. Serm. Satyr. 3. 19.
Punire, Sil. lib. 13. 74.
Tegere. Horat. in Arte, 41.
¶ Commiſſio: Exhibitio binorum poetarum vel oratorum ad ingenij oſtentationem. Suet. in Auguſto: Admonebat. Prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri. Plin. epiſt. 144 b.
¶ Commiſſorius. vt, l. ex commiſſoria: exceptio adiecta actioni, contra quam ſi quid commiſſum fuerit, conuentio reſcinditur. Vlpian. in l. ſi fundus. ff. de lege commiſſoria.
Lege cōmiſſoria emere. Paulus in l. Aemilius. ff. de minorib.
¶ Commiſſura: Iunctura.
Commiſſura verborum, Quint. lib. 9. cap. 4.
COMMODVM.] ſignificat vtilitatem, & emolumentum.
Vitæ commoda, Lucret. lib. 3. 1.
De communibus commodis. Tacit. lib. 1.
Publica commoda, Horat. 2. Epiſt. 2. 1.
Nil commodi capere, Catul. epigr. 56. 13.
Comparare ſua commoda ex incommodis alterius. Terent. And. 4. 1. 4.
Demere commoda aliqua alicui. Ouidius 1. Armorum, eleg. 2. 8.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum. Horatius in Arte, 36.
Habent paruæ commoda magna moræ, Ouid. 3. Faſt. 79.
Inhibere commoda alicuius, Ouid. 3. Amorum eleg. 9. 1.
Limare commoda alicuius. Horat. Epiſt. 14. 8.
Commoda, *pro Stipendijs.* Frontinus de aquæductibus. Vnde commoda militiæ, Iuuenali: & veteranorum commoda.
Dum commodum eſt. Terent. Adelph. 1. 2. 38, Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum.
Si commodum eſt, Terent. Eunuch. 3. 2. 47.
Commodum eſt illi Terent. Phorm 5. 9. 42, Quibus eſt cōmodum ire, iam tempus eſt. Idem Heaut. 1. 1. 109.
Quod erit mihi bonum atq; commodum.
Terent. Phorm. 1. 2,
Quæ mater, qui cognata tibi ſit, omnia hæc.
Confingam: quod erit mihi bonum atq; commodum.
Commodo, quæ cupio, eueniunt, Plaut. Trinum. 15. 18.
¶ Commodus: Vtilis aptus.
Sodalis commodus. Horat. 4. Carm. ode 81.
Capillus, Plaut. Moſtel. 4. 97.
Conuiua, Plaut. Mil. 10. 47.
Exilium commodius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8. 15.
Commodus homo. Terent. in And. 5. 2. 3,
Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi.
Locus commodior, Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9. 8.
Commoda & faceta eſt hæc meretrix. Terentius Heaut. 3. 2. 10.
Commoda Baccho ſeges, Virg. lib. 4. Georg. 26.
Stella homini commoda, Propert. lib. 2. eleg. 28. 1.
Non commoda terra Baccho. Virg. 4. Georg. 26.
Commoda valetudo. Celſus lib. 8. cap. 1.
Veſtis commoda ad curſum, Ouid. 2. Faſt. 58.
¶ Commodior. Plin. epiſt. 69. a, Quinimò & quoties cubiculum eius intraret, viuere filium, atq; etiam commodiorem eſſe ſimulabat.
Commodior valetudo. Quint. lib. 5.
Commoda ſtatura homo, Plaut. Aſin. 8. 20.
Commodius eſt, ſiue Commodiſſimum ſcribere, mittere, &c. Terent. Phorm. 4. 2. 13. Cæſar 1 bell. Gall. 204.
¶ Commodùm: Opportunè. Plaut. Merc. 4. 101,
—ſi iſthacibis,
Commodum obuiam venies patri.
Commodùm: *Aliter.* Plaut. Rud. 30. 31, Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena.
Commodùm: *Ipſo eodemque tempore.* Terentius Eunuch. 2. 3. 51.
Commodùm obſonare, Plaut. Milit. 10. 154.
Commodùm: *Tantum quod* Terent. in Phorm. 4. 3. 9,
G. Túne dixeras huic facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri? D. quum id agebam commodùm.
¶ Commodè. Plaut. Bacch. 2. 22,
Magis vnum in mente eſt mihi nunc, ſatis commodè
Pro dignitate obſonij hæc concuret coquus.
Commodè: *Benè vel Aptè.*
Commodè cogitare, Terent. in prolog. Heaut. 14.
Commodè dicere. Terent. Hecyr. 1. 2. 53,
Nunquam dices tam commode, vt tergum meum
Tuam in fidem committam.
Loqui. Terent. Heaut. 3. 2. 48.
Scribere. Plin. epiſt. 9 b.
Tractare. Plin. epiſt. 39.
Cogitatè & commodè verba facere. Plautus Pœnulo 18. 49.
¶ Commodiùs. Elimare aliquid commodiùs. Quint. lib. 2. cap. 7. 4.
¶ Commodulè. Plaut. Rud. 12. 11. Cōmodulè meliùs; tandem verò Serio. Idem Stich. 14. 8.
¶ Commoditas: Vtilitas. Terent. And. 3. 3. 38,
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide.
Commoditas hominis. Terent. Adelph. 4. 5. 77,
Itaque adeò magnam mihi iniecit ſua commoditate curam. Id eſt, Sua facilitate erga me, & manſuetudine.
Frui commoditate alicuius. Ouid. 15. Epiſt. 63.
Vti commoditate alicuius. Ouid. Epiſt. 16, 38.
¶ Commodo: Beneficium alicui impertio.
Perquàm commodatus ſtomacho ſuccus. Plin. lib. 22. cap. 22. 16. Id eſt, admodum vtilis & ſanus.
Commodare ſe: *pro Accommodare.* Colum. lib. 4. cap. 22. 4, Quoniam ferè plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulaſcant.
Commodare capillum: *pro Componere.* Plaut. Moſtel. 4. 97,
Suo cuiq; loco vide an capill⁹ cōpoſitus eſt cōmodè.
s. Vbi tu cōmodes, capillum cōmodum eſſe credito.
Commodare: *alicuius rei vſum ad tempus concedere.* Plaut. Aſin. 8. 39. Idem Plaut. Aſin. 12. 134,
Quid ego aliud exopte amplius; niſi cuius inopia eſt,
Viginti argenti commodes minas huius quidē matris?
Idem Rud. 11. 21.
Commodare poſſumus & alienam rem quàm poſſidemus, tametſi ſcientes alienam poſſideamus. Paulus in l. commodare. ff. commodati.
Aurem commodare alicui Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 12.
Aurem patientem cōmodare culturæ. Horat. 1. Epiſt. 1. 8.
Iras commodare alicui, Stat. 4. Thebaid. 15.
Commodare loquelam, loco dixit Plautus, in Ciſtel. 10. 84. pro Loqui.
Commodare operam ſuam alicui: pro, Iuuare opera. Plautus Rud. 11. 22, Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? Plin. epiſt. 35. 2.
Scelera commodare: Alicuius cauſa ſcelus admittere. Seneca Medea, 12. 6.
Seueritatem peccatis magnis commodare. Tacit. in vita Agricolæ.
Veniam paruis peccatis commodare. Ibid.
¶ Commoditò. Catul. de Varro & ſua amica, 10. 6,
Quæſo, inquit, mihi mi Catulle paulùm
Iſtos commodita.

COMMO-

COMMOLO.] Colum. libro 12, cap. 40, 17. ſi protinus illata de agro bacca, cõmolita & expreſſa erit. Hoc eſt, mola conculcata & ſubacta.

COMMONEO.] Terent. And. 4, 6, 17, Aliorum exempla commonent.
Amicè aliquid commonere. Quintil. libro 6, cap. 1, 37.
Commonere aliquem ſuarum miſeriarū. Plaut. Rud. 18, 35.
Commonere aliquem officium ſuum. Plaut. Pſeud. 4, 17.
Commonere aliquem vt ſeruet fidem. Terent. And. 1, 5, 45.
Commone tamen, ne quis quotidianū hoc habeat. Celſus.
¶ Commonitus. Liu. 4, bel. Maced. 189, Commonitosq; , in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, & in quo relinqueret, dimiſit.
Manes commoniti. Seneca in Hercule Oetheo, 8, 7.
¶ Commonitio. Quint. libro 4, cap. 2, 37.
Non inutilis erat in extrema parte commonitio.
¶ Commonefacio: Admoneo.
Commonefacere alicuius rei. Gellius: Nunc vtilitatis publicæ commonefacit.

COMMONSTRARE.] Idem quod Monſtrare. Terē. Heaut. 5, 4, 4, Parentes meos vt commonſtres mihi.

COMMORDERE.] Idem quod Mordere Plinius lib. 24, cap. 11, 9. Nomen accepit, quod à cane commorſos rabiem ſentire non patitur.

COMMORIOR.] Simul morior. Plinius libro 27, cap. 2, 3, Mirumq; exitialia per ſe ambo quum fuerint duo venena, in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit. Vlp. in l. quum hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de donat. inter virum & vxorem. de commorientibus oratio non ſenſerit.
¶ commorientes: Nomen fabulæ Plauti. Terent. in prolog. Adelph. 7,
Synapothneſcontes Diphili Comœdia eſt,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

COMMORO.] Tardo. Plinius libro 19, cap. 6, ad finem: Statimque quæ deuorauere aues ſtupentes manu capiuntur: & ſi paulum commorauere, ſopitæ.
¶ COMMORARI.] Detinere, & in mora tenere. Plaut. Pſeud. 20, 24. Idem. Merc. 22, 32.

COMMORTALIS.] Colum lib. 3, ca. 20, 4, Interdum, quod ait diuinus author Plato, rei nos pulchritudo trahit, vel ea conſectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ conſequi nequeamus.

COMMOVEO.] Simul moueo.
Corpus commouere. Lucretius libro 3, 30.
Theatrum. Quint. libro 6, cap. 1. 39.
Auis commouet alas, Virg. 5, Aen. 44.
Commouere ſedibus. Colum. lib. 9, cap. 12, 10.
Aes alienum commouere. Tacitus libro 5.
Commouere aliquem. Excitare ad aliquid agendum. Terent And. 2, 6, 25. Liu. bel. Pun. 83, Poſteaquam nihil commouebant.
Id eſt, nihil proficiebant ſuis verbis.
Aliquem percunctantem commouere. Tacitus libro 5.
¶ Commouere: *Rapere in ſtuporem.* Terent. Phorm. 1, 2, 51,
Virgo ipſa facie egregia: quid verbis opus eſt?
Commorat omnes nos.
Commouere: *Conturbare irritare.* Terent. And. 11, 66.
Neque commouetur animus in ea re tamen.
Animus ſe commouet. Lucretius libro 4, 179.
Magno alicuius honore commoueri. Val. lib. 4. Argon. 16.
Prora fretum commouet: quum linquitur portus. Valer. lib. 5, Argon, 15.
Aeſtus belli commouere. Lucretius libro 5, 288.
Arma. Silius libro 8, 80.
Miſerationem. Quint. lib. 6, cap. 1, 34.
Commorunt æquora venti. Lucretius libro 2, 154.
¶ Commotus: Participium.
Puluere commoto. Silius libro 4. 19.
Sacris commotis. Virg. 4, Aen. 61.
Tripodes commoti. Seneca Medea, 10, 10.
Commotus: *Perturbatus.* Terent. Phorm. 1, 4, 6, Quidnam ille commotus venit?
Grauiter commotus: Iratus. Virg. 1, Aen. 26.
Commotus mente. Plinius libro 23, cap. 1, 12.
Precibus. Stat. lib 9, Theb. 102.
Promiſſis ditibus. Silius libro 3, 104.
Vultu. Quint. libro 6, cap. 1, 29.
Ira commota. Ouidius 6, Metam. 110.
Mens commota metu. Lucretius libro 3, 31.
Pectoris commoti ignis. Claud. 1, in Ruff. 37.
¶ Commotio.
Alicui rei commotionem adijcere. Quint. libro 5, ca. 10, 20.

COMMVNICO.] Vide COMMVNIS.

COMMVNIO.] Circum munio Cæſar: Præſidia diſponit, caſtella communit.

COMMVNIS.] quaſi omnibus conſentiens.
Tribus dominis communis. Lucanus libro 1, 17.
Amicus communis. Proclus in l. ſocietatem mecum. ff pro ſocio.
Aura communis dicitur, quòd omnes illa ex æquo fruamur. Ouidius 7, Metam. 26.
Auram communem haurire. Quint. in procem. lib. 6, 11.
Bonum commune. Lucretius libro 5. 192.
Conditio communis. Horatius 2. Epiſt. 1. 31.
Emolumentum & damnum commune. Papinianus in l. ſi fratres. ff pro ſocio.
Filia. Quint. libro 3, cap. 11. 5.
Fuga. Senec. Med. 12, 25.
Gaudia communia. Ouidius, epiſt. 15. 64.
Hæreditas communis. Paulus in l. ea verò. §. de illo quæritur. ff. pro ſocio.
Intellectus communis. Quint. libro 2, cap. 16, 11.
Iura communia regni. Lucanus libro 10. 19.
Lecti communes. Cato cap. 10. 4.
Legem omnium communem leuitet adornabit. Quint. lib. 7, cap. 2, 33.
Locos communes dicere. Quint. lib. 2, cap. 1, 7.
Lucrum & compendium commune. Vlpianus in l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio.
Mare commune omnibus. Plaut. Rud. 23, 35.
Natus cõmunis: id eſt, vtriusq; coniugis. Virg. 2, Aen. 157.
Nati apum communes. Virg. 4. Georg. 31,
Solæ communes natos, conſortia tecta
Vrbis habent.
Nomine communi comparare aliquid Vlpian. in l. quum duobus. §. quidam ſagariam. ff. pro ſocio.
Odium alicui cum populo commune. Sen. Herc. fur. 6. 10.
Pactum commune. Paulus, l. ſi ſocius. ff pro ſocio.
Periculum commune. Vlpian. in l. planè. ff. pro ſocio.
Periculum commune propulſare. Tacit. in vita Agric.
Vnum & commune periculum ambobus. Virg. 2, Aen. 141.
Communis pernicies adoleſcentium, leno. Terentius Adelph 2, 1, 34.
Pignus commune Ouidius 5, Metam. 105,
Populus communis: Qui principium coniunctione in vnum coit Virg 4, Aen. 21.
Res communis. Horatius 2, Serm. Sat. 68.
Saluti communi deeſſe. Lucretius libro 1, 9.
Senſu communi carere. Horatius 1, Serm. Sat. 3. 14.
Sepulchrum commune plebi. Horatius 1, Serm. Sat. 8. 2.
Sermo communis. Quint. lib. 2, cap. 10. 9.
Communi ſtatione locum aliquem tenere. Virg. 9, Aen. 38.
Studia communia. Ouidius 3, Triſt. eleg. 7. 3. Claud. epigram. 45, 1.
Superos communes vocare. Valer. Flac. lib. 4, 151.
Terror communis. Seneca Troad. 6, 6.
Thorus. Seneca Medea, 12 25.
Communia vincla, vocat Lucret. complexus amantium, libro 4, 242.
Communis & remiſſus vir: pro Non ſingulari & exquiſito. Suet. in Claudio, cap. 21.
Vitium commune. Ouid. 2, de Ponto, eleg. 3, 5.
Voluptas communis, Lucretio dicitur voluptas ex re venerea. lib. 4. 243.
Vſus communis aquarum. Ouidius 6, Metam 70.
Vſus rerum aliquibus communis Senec. Octau. 7. 6.
Commune eſt cum ſupradictis. Plin lib. 2, cap. 8. 9.
Vtrique parti commune Quint. lib 4. cap. 1. 11.
Occupare communia. Ouidius 13, Metam 55.
Communis meus & tuus beneuolens. Plaut. Trinum. 17, 24 Et in Pſeud 8. 11.
Communi animo eſſe & leui Terent Heaut. 5, 1, 39.
Commune omnium vitium, quòd nimium ad rem attenti ſunt ſenes. Terent. Adelph. 5, 8, 31.
Communia inter nos. Terent. Adelph 5, 3, 18.
In commune metuere. Plaut, Aſin. 7. 20.
In commune congredi. Tacitus libro 18.
In commune conſulere. Tacitus libro 12.
In commune agrum colendum dare. Vlpianus in l. quum duobus. § ſi in cocunda. ff. pro ſocio.
In commune aliquid derogare. Tacitus libro 13.
In commune dicere de pluribus rebus. Plin. lib. 17, cap. 1, 9.
In commune emere. Vlpian. in l. & in conditionibus. ff. pro ſocio.
In commune aliquid profuturum. Quint. lib. 6, cap. 1, 6.
In commune redigere aliquid. Vlp. in l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio.
Cætera in communi ſunt. Tacitus libro 20.
Communia principis veſtigia & confuſa. Plin. in Paneg. 39.
¶ Communiter. Liuius 1. ab Vrbe, 42.
Deberi communiter. Papinianus in l. militis. ff. de teſtamento militari. Legata autem teſtamento data communiter debebuntur.

Vendere communiter cum aliquo aliquid, Pomponius in l. ſi Titius ff. pro ſocio.
Ira vtrunque communiter vrit. Horatius 1, Epiſt. 23.
¶ Communio: denominatiuum.
Sermonis communio: pro Communi confabulatione. Sueton. in Auguſto, cap. 74.
Acquirere communioni. Paulus in l. ea vero. ff. pro ſocio. Quum ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt, &c, quacunque ratione acquiſitum, communioni acquiritur.
In communionem incidere. Vlpian. in l. vt ſit. ff. pro ſocio. Communiter autem res agi poteſt, etiã citra ſocietatem: vtputa quum non affectione ſocietatis incidimus in cõmunionem.
¶ Communico.
Acta ſua communicare cum aliquo. Ouid. 13. Metam. 48.
Communicare ciuitatem. Liuius.
Commodum. Paulus in l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio.
Honores ſiue magiſtratus communicare cum plebeis. Plin. de Viris illuſtribus, 34. Id eſt, ex plebe creare magiſtratus.
Laborem. Plinius libro 11, cap. 30, 1.
Lucrum. Sueton. in Auguſto, cap. 75.
Menſa ſua communicare aliquem. Plaut. Milite, 3, 52.
Communica mecum hanc prouinciam: pro, Adiuua me. Plaut. Trinum, 4, 112.
Communicare cum altero: pro loqui. Cæſ. 5, bel. Gal. 136.
¶ Communicari, *in actiua ſignificatione*. Liu. ab Vrbe. Nec aduerſarũ rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint.
Communicato inter ſe conſilio. Liuius 8, ab Vrbe, 129.
¶ Cõmunicatio. Plinius libro 24. & cap. 14, 8, His ſubtexemus ea, quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere.
COMMVRMVRO.] Idem quod Murmuro. Plinius libro 10. ca. 23, 4. Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, vbi congregatæ inter ſe commurmurant.
Clauſo commurmurant ore. Silius libro 15, 162.
COMMVTO.] Muto, vel ſimul muto.
Animum commutare. Lucretius libro 3. 104.
Commutare coloniam, *per tranſlationem*. Plautus Aulul. 16, 40, Vt ne deponat vino, eam affectat viam:

Poſt hoc, quod habeo, vt commutet coloniam. Id eſt, ea mihi auferat, & deportet in domum ſuam.

Commutauit colorem hoc caput. Plaut. Moſtel. 4, 44.
Commutare conſilium. Cæſar, 1 bel. Gal. 92. Et 3, bel. Ciuil. 142.
Locum. Lucretius libro 3, 215.
Naturam. Varro 2, de Re ruſt. cap. 40. 2.
Nomen. Plaut. Amph. 4, 151.
Veſtem commutant inter ſe & nomina. Plaut. Capt. 2, 37.
Viam commutare. Lucretius libro 2, 26.
Vitam priorem commutare nouis rebus. Lucretius libro 5. (213.
Vxores commutare. Plaut. Trinum 4, 16.
Commutare quædam in libris. Plinius Epiſt. 140, 2, Librum tuum legi, & quàm diligentiſſimè potui, annotaui quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer.
Commutare alicuius contumeliam vita ſua. Salluſt. in oratione ad Cæſarem. de Repub. ordinanda.
Commutare verba cum aliquo: Litigare & iurgare. Terent. And. 2, 14, 7,

— credibile mihi hoc inquam, Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum eſſe verbum, ſi te dices ducere. Phorm. 4, 3, 33,
Vt eſt ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos.

¶ Commutatus: Participium.
Commutato tempore. Cæſar, 3, bel. Ciuil. 106.
¶ Commutatus: Verbale: Id eſt, commutatio ſeu alteratio. Lucretius libro 1, 163,

Quapropter quoniam, quæ paulò diximus ante,
In commutatum veniunt.

¶ Commutatio, Cæſar, 5, bel. Gal. 2.
Propter crebras commutationes æſtuum.
Commutatio voluntatum & animorum. Cæſar, 1, bell. Gall. 205.
COMO, COMOSVS.] Vide COMA.
COMOEDIA.] Poema, in quo humiles ferè perſonæ inducuntur, & amores, virginumque raptus deſcribuntur.
Actores comœdiarum. Quint. libro 3, cap. 8. 36.
Priſca comœdia. Horat. 1, Serm. Sat. 4, 1.
Vetus. Horatius 1, in Arte, 57.
¶ Comœdus: Qui repræſentat comœdias, ſiue comœdiarum actor.
Facere comœdum in pronunciando. Quin. lib. 2, cap. 12. 10.
¶ Comicus. vt, Comicus verſus. Plinius libro 14, cap. 14, 1.
Actores comici. Quint. libro 2, cap. 10, 9.
Dauus comicus: Id eſt, qui à comicis poëtis deſcribitur. Horat. 2, Serm. Satyr. 5. 19.
Res comica: Id eſt, res quæ in comœdijs tractatur. Horatius in arte, 19.
¶ Comœdicè. Plautus. Euge, euge, aſtitiſti & dulcè & comœdicè.
COMPACTVS, COMPACTIO, COMPACTILIS.] Vide COMPINGO.
COMPAGO, & *Compages*. Coniunctio, compoſitio, confixio. Virgil. 1. Aen. 60,

— compagibus arctis.
Claudentur belli portæ. Ouidius.
Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis, nomen tenuiſſe puellæ. Virgil. 1. Aeneid. 26,
— laxis laterum compagibus.

Compages lapidum. Ouidius 3, Metam. 3.
Arctæ compages. Virg. 1, Aen. 60.
Diſcuſſa compages. Lucanus libro 2, 98.
Humana. Lucanus libro 5. 24.
Laxæ compages. Virg. 1. Aen. 26.
Aluus curua compagibus. Virg. 2, Aen. 11.
Validis hærere compagibus. Lucretius libro 4, 243.
Hærere compagibus Veneris: id eſt, in amplexu amicæ. Lucretius lib. 4. 224.
Reuulſæ compages. Seneca Thyeſte, 12, 9.
Compagibus ruptus. Senec. Herc. Oeth. 9, 1.
Muri compagem ſoluere. Lucanus libro 3 99.
COMPAR.] Idem quod Par. Liuius 1. ab Vrbe, 36, Id enim demum compar connubium fore.
Compar conſilium. Liuius 8. bel. Pun. 230.
Funus compar morti. Liuius 8, ab Vrbe, 55.
Compar modus: id eſt, par & æqualis menſura. Celſ. libro 4, cap. 5.
Viri natura compar vxori. Lucretius libro 4, 253.
Compar, *cum genitiuo*. Gel. lib. 6, cap. 11, Quia tantiſper ſimilis & compar eorum fias.
Compar, *pro Socio ſeu coniuge*. Plaut. Caſ. 18, 18, Meus ſocer, compar, commaritus villicus. Id eſt, ſocius vel æqualis. Plinius libro 8, cap. 23, 2. Coniuga fermè vagantur: nec, niſi cum compare, vita eſt.
Aequare munia comparis. Horat. Carm. Ode 5, 1.
COMPARCO.] Idem quod Parco. Terent. Phorm. 1, 1, 10,

Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo
Suum defraudans genium, comparſit miſer.

COMPAREO.] Appareo. Plaut. Aulul. 20, 2, Qui modò nuſquam comparebas, nunc, quum compares, peris. Ouidius ad Liuiam, 82,

Lucifer in toto nulli comparuit orbe.

Comparent leges. Liuius 6, ab Vrbe, 4.
Comparebunt quæ imperas. Plaut. Amph. 7, 72, ſum, & diligens, vt quæ imperes comparcant.
Non comparet argenti ratio. Plaut Trinum, 8, 13.
Comparere, *pro Extare*. Liuius: Viſebantur excellentia eius generis ornamenta à Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet.
COMPARO.] Propriè eſt Paro. Plinius libro 11, cap. 10, 2, Aliæ cibum comparant ex eo quod allatum eſt.
Comparare canem ad rixam, ad pugnam, ad curſum. Columel. libro 7, cap. 12, 8.
Domicilium comparare. Liuius 1, ab Vrbe. 155.
Dolum comparare ad aliquem capiendum: per translationem. Liu. 3, bel. Pun. 163.
Comparare & confingere dolum alicui. Plaut. Capt. 2. 47.
Ferrum comparare in tutelam ſui. Quint. lib. 3, cap. 2, 2.
Annus hybernus Iouis imbres niuesq; comparat. Horatius Epod 2. 6.
Malum alicui comparare. Plaut. Caſina, 10, 69.
Comparare, *cum infinitiuo*. Comparare tecta vrere. Ouidius 2, Triſt. 54.
In oſtentationem comparare declamationem. Quintil. lib. 2, cap. 10, 7.
Comparare ſe. Terent. Eunuch. 1, 1, 2.
Alicui ſe ita comparare. Quint. libro 1, cap. 2, 14.
Comparare ſe ad iter. Liu. 8, bel. Pun. 171.
Comparare ſubſidia ad omnes caſus. Cæſ. 4, bel. Gal. 576.
Comparare vultum ſuũ è vultu alterius. Plaut. Amph. 11, 5.
¶ Comparare: *Acquirere*. Terent. And. 4, 1, 3, — atque ex incõmodis Alterius ſua comparent vt commoda? Idem Heaut. 2, 4, 17.
Comparare argentum. Plaut. Aſin. 6, 2.
Comparare ſibi authoritatem re aliqua bene geſta. Cæſar, 5, bel. Gal. 209.
Aere comparare homines ad aliquid. Catul. epigr. 10, 4.
Comparare: *Coniungere*. Comparare labella cum labellis. Plaut. Aſin. 12, 78.

Compa-

Comparare : *Emere.* Terent.Eunuch.2,3.63, Si ſcias quod donum huic dono contrà comparat. Cato de Re ruſt.

Prediũ cùm comparare cogitabis. Liu.2,ab Vrbe,40.

Animoſiſſimè comparare aliquid. Suet in Cæſ.cap.47.

Cariùs comparare. Sueton. in Calig. cap.27.

Magiſteria ſacerdotij comparare. Suet.in Calig.cap.22.

¶ Comparare: *Aſſimilare.* Plin lib. 12.cap.14,8, Ruſum thus exit, nec comparandum priori. Idem lib.7 cap.36 1.

Comparare aliquem ad alium. Terent.Eunuch.4.4.14.

Perſonam cum perſona comparare. Quint.lib.7,cap.3,18.

Comparere ſe alicui. Ouid.13. Metam.68.

Comparari cum aliquo. Catul.epig.40, 2.

Quis huic deo comparier anſit? Catul.epigr.56.13.

Diuinis auſis aliquod factum comparare. Silius,lib.15.100.

Argumenta vtriuſque partis inter ſe comparare. Quintilia. lib.7.cap.3,11.

¶ Comparatum eſt ita: Id eſt, conſtitutum. Terent.Phorm. 1,1.7,

Quàm iniquè comparatum eſt, hi, qui minus habent,
Vt ſemper aliquid addant diuitioribus?

Natura ita comparatum, vt. Liu.3,ab Vrbe,291.

Compara eſt ita hominum natura, vt. Terent.Heaut.3.1.93.

¶ Comparare inter ſe : *pro Conſtituere.* Liu. Cum Tribunis plebis actum, vt compararent inter ſe, qui duo cum legatis irent.

Sortiri & comparare inter ſe. Liu lib.4, ſecundi belli Punici, 44, Decretumq; omnium primum, vt Conſules ſortirentur compararentq; inter ſe, vter Cenſoribus creandis comitia haberet, priuſquam ad exercitum proficiſceretur.

¶ Comparatio : *Aſſimulatio* Plin.epiſt.1 ,0, Sed quum lego, ex comparatione ſentio, quàm malè ſcribam.

Similium comparatio. Quint.lib.1,cap,6 3.

Ducere comparationem vna via. Quint lib 7.cap.3,17.

Comparatio : *Conſtitutio.* Liuius. His Volcis ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data eſt.

Comparsit.] pro Compeſcuit. Terentius poſuit. Feſtus.

Compasco.] propriè dicitur de gregibus, aut armentis, dum ſimul paſcunt. Varro 1,de Re ruſt.cap.2,5, Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. Plin.lib.9.cap.54. 2. ne l s eſſet inter duos ſapores, nuper excogitatum, famem longæ aducctionis à Brunduſio, compaſcere in Lucrino.

¶ Compaſcor: Paſſiuum. Varro 1,de Re ruſt cap.53, Meſſe, facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci.

Ius compaſcendi habere. Scæuola in l.teſtatrix. §. plures. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

¶ Compaſcuus. vt Compaſcuus ager.

Ius compaſcuum, pro Compaſcendi. Scæuola in l. teſtatrix. §.finali. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

Compatronvs.] Vlpianus in l.1. ff. ſi quid in fraud. patr. Aduersùs compatronum, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem omiſit, Fauiana non competit.

Compendio, Compenditvs.] Vide Compes.

Compello.] Compellas: Alloqui.

Blandè compellare virum. Plaut.Pœnul.9,72.

Vltrò verbis amicis compellare. Virg.2. Aen.75.

Carminè. Catul epigr.59.5.

Dictis. Ouid.8, Metam.159.

Multo honore: Id eſt, honorificè. Virg.3, Aen.45.

Compellari nomine. Liuius 10, ab Vrbe.130. Idem 3.bel. Pun.216, Tauream nomine compellauit, congrediq; vellet, iuſſit.

Queſtu. Valer.libro 2, Argon.81.

Voce. Virg.5, Aen.33.

Notis vocibus. Id eſt (ait Seruius) amicabilibus. Virgil.6. Aen.100.

Compellare: *pro Probroſè appellare, inceſſere, euocare.* Quint. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto. Id eſt, infamando cauſam appellat.

Non ſatis dignè ab aliquo compellari. Gel.lib.19,cap 1.

Compello.] Compellis. Propriè eſt in vnum locum, vel diuerſorum animalia cogere, inquit Serui. Virg.7,eclog.

Compulerantq; greges Corydon, & Thyrſis in vnum,

Diſpellere, & Compellere : contraria. Plaut.Aſin.12.148,

— qui hoſce amores Noſtros diſpulſos compulit.

Compellere in lethargum, Id eſt, cauſam eſſe lethargi. Celſus lib.3,cap.18.

Compellere in plagas. Plaut Pœnul.9,35.

Compellere oſſa in ſuam ſedem. Celſus lib.8,cap.1.

Compellere lanam in auram. Celſus lib.6,cap.7.

Compellere : *Cogere vim facere.* Plaut, Bach.15,5, Compuli, & & perpuli, mihi omnia vt crederet.

Gregem compellere viridi hibiſco. Virg.2,eclog.5.

Ad bellum nos compulit regni cupido. Ouid.5, Metam.44.

Compellere aliquem ad laqueum. Plin.lib.36.5,2.



Ad mortem tyrannum compellere. Quint.lib.7,c.4,6, & 8.

Ad rapinas agmina compulimus, Lucanus libro 7.20.

Compellere in oppida, vel intra mœnia, Liu.3, ab Vrbe,13. Idem 4, ab Vrbe,247.

In eundem mecum, Liu.5,bel.Pun.167,

In mortem, Quint, lib. 7 cap.4,5.

In ſocordiam, Colum. libro 11.cap.1.10.

¶ Compulſus : Participium.

Ventis cumpulſus, Virg.1, Aen.116.

Compellvceo.] Vnde cumpellucidus, Plaut. Perſa,3, 40, Nihil eſt macrum, nihil è nigro compellucidum.

Compendivm,] Lucrum eſt temporis, pecuniæ, & operæ, Plin lib.17,cap..22,4, Subtilitas parſimoniæ compendia inuenit, quum vinea in paſtinato ſeritur, obiter ſeminarium faciendi.

Compendium, *pro Itinere abbreuiato.* Plin.li.5,cap.5.8, Compendium viæ quatridui deprehenſum eſt.

Compendium operæ, Plin.lib.17.ca. 23.15, Pampinari eam non eſt moris : & hoc compendium operæ eſt.

Syllabis nullum compendium eſt, Quint.lib,1, cap.1,21.

Timidæ compendia vitæ, Stat,libro 2,132..

Durum, arduumq; compendium, Quint.libro 4,cap.2,34.

Conferre verba ad compendium, Plaut.Mil.

Dictum compendio iter deſerit, Quint.lib.2,cap.13,11.

Compendium dictis facere, Plaut. Capt.17.12.

Compendio verba multa iam ſaciam tibi, Plaut.Bacch.4,6.

Compendium errationis facere, Plaut.Rud.4,89.

Compendium pultandi facere, Plaut.9,12.

Subtilitas parſimoniæ compendia inuenit, Plin.l.7, c.22,4.

Breuia docendi compendia monſtrare, Quint.lib.1,c.1,18.

Morari aliquem compendio, Quint.lib.1,cap.4,17.

Eſſe compendio : *pro, Eſſe lucro.* Africanus in l. videlicet. ff. quibus cauſis maiores.

Compendij facere : *pro Breuiter dicere.* Auuſonius Symmacho, non procul à fine ſectionis tertiæ: Hæc ad literas tuas reſponſa ſint, cætera, quæ noſcere habes, compendij faciam.

¶ Compendifacio, Plaut.Perſa,15,2, Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies. Idem Moſtel.2,57, Orationis operam compendifacito.

¶ Compendioſus : Vtilis, Colum.lib 1, Quod & per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen fit compendioſum.

¶ Compendiarius : Breuis, Plin.lib.35,cap.10,43.

¶ Compendiariò, Seneca epiſt. 120, Ad maximas diuitias te compendiariò ducam. Item 74, Te in cœlum compendiariò voco.

Compenso.] Quaſi ſimul pondero, retribuo.

Compenſare grauitatem ſupplicij, Valer.Max.libro 1, titul. 22, de Dionyſio tyranno : Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditateq; ſupplicij grauitate compenſat.

In cauſam iudicati compenſari. Vlpianus in l.eleganter.§. ſi poſt rem. ff. de condictione indebiti.

Dolus compenſandus ab vtraq; parte. Vlpianus in l.ex hoc edicto.§ ſed etſi ſtipulator. ff. De eo per quem factum erit, quominus in iuditio ſiſtat.

¶ Compenſare : *Contrahere, abbreuiare,* Seneca Hippol.1,14, Hac hac pergam, quia via longum compenſat iter.

¶ Compenſatio : Eſt (inquit Modeſtinus) in l.prima. ff. de compenſationibus, debiti & crediti inter ſe contributio.

Comperendino.] Procraſtino, differo in longum. Vnde ludos comperendinem.

Comperendinatio : Eſt mutua denuntiatio in perendinum diem, Plin.epiſt.libro 6,88,b, Nos legibus ipſis iuſtiores, quæ tot horas, quæ tot dies, tot comperendinationes largiuntur? Gellius libro 14,cap.2.1.

Comperio.] Inuenio. Terent.And.1,1,63.

— item alio die Quærebam : comperiebam nihil ad Pamphilum. Ouidius epiſt,5,26,

Vnde hæc compererim tam bène, quæris? amo.

Horam ſuam genitalem comperire, Tacitus libro 5.

Comperi certò, Terent.Eunuch.5.1,9.

Comperire de re aliqua, Terent.And.1,3,6, Primùm iam de amore hoc comperit.

Comperire ex. Terent.Heaut.1,1,69, Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conſcij.

Comperire per aliquem, Cæſar,4,bel Gal.531.

Comperire certis indicijs rem non eſſe vanam, Liuius 4, bell.Pun.110.

Diſpicere & comperire rem aliquam dicitur, qui primus obſeruauit. Catul epigr.61,2.

¶ Compertus.

¶ Non bene compertum eſt, Lucanus libro 2,65.

Compertum oculis, Liuius 9, bel. Pun.111. Id eſt, quæ ipſi vidimus.

Compertum,id maxime radicibus prodeſſe. Plinius libro 12,cap,1,5.

Compertus in ſtupro,Sueton.in Tib.Cæſare,cap,35.

Fine comperto Auguſti : id eſt,perſpecta & cognita morte Auguſti,Tacitus libro 2.

Iniuria comperta.Stat libro 2,Achil.48.

Vtilitas.Ouidius 1.Faſt.55.

Compertus ſtupri.Liu.2,bel.Pun 233. Tum quod duæ Veſtales eo anno,Opimia atque Floronia, ſtupri compertæ. Idem,Quum ſacrilegij compertos in vinculis Romam miſiſſet,Idem,Iuuenem nullius probri compertum.

Flagitij compertus homo,Tacitus libro 1.

Compertus, *cum infinitiuo.* Suetonius in Auguſt. Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coegit,compertum adulterare matronas.

Comperto,*abſolutè* : id eſt,quum compertum eſſet.Tacitus libro 3. Neque dum comperto , quos illa vis perculiſſet. Liuius libro 1,Decad. 4, Satis comperto, Herduæam petituros Romanos.Iabolenus in l. Pantonius. § pro hærede. ff, de acquirenda hæreditate. Pro hæreditate geſſiſſe filium placuit,qui moriens , comperto matrem ſuam inteſtatam deceſſiſſe.

¶ Comperior , Deponens : Eſt, ex opinione colligo,& pro explorato compertum habeo Salluſt.in Iugurtha : Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat,ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe.

COMPERNIS.] homo qui longis eſt pedibus,& genubus plus iuſto coniunctis. Luci. libro 17. Saty. Compernem aut varam fuiſſe Amphitryonis coniugem Alcmenam. Plaut.Milit.10.127,Aut varum,aut valgum , aut compernem,aut Petum.

COMPES.] Inſtrumentum quo pedes vinciri irretiri ſolent.Plautus Capt 12.64, Vbi ponderoſas, craſſas capiat compedes.Ibidem 19,28. Terent.Phorm.2,1,19, Molendum vſque in piſtrino,vapulandum,habendæ compedes. Mart.libro 1,75,in Zoilum :

Has cum gemina compede dedicat catenas.

Dura comPede peruſtus crura Horat.Epod.4,1.

Grata vinctus compede.Horat.4,Carm. Ode 11. 5,

Amplexus intelligit.& amoris vincula.

Niuali compede vinctus Hebrus : id eſt, aſtrictus glacie. Horat. 1.epiſt.3,1.

Exſoluta compede Saturnus : id eſt,liber & vacuus omnibus curis.Stat.1,Syl.6,1.

Tenere aliquem in compedibus.Horat.1,Epiſt.17.16.

Compedes,*geſtamina muliebria*.Plin.lib.33.cap.12,1,Argentum ſuccedit ex re aliquando & auro , luxu fœminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium quas induere aureas,mos triſtior vetat.

¶ Compeda. Varro Parmenone : Lepuſculi timentes hoc quadrangulum dedit Diana,rete,nexile, aut viſcum fugæ, lineamque compedam.

¶ Compedio : Pedes ligo,& vincio.Varro Flexabulis : Domo eò intro,& pedes corrigijs compedio.

¶ Compeditus.Plaut.Capt.16,22,In lapidicinas compeditum condidi. Cato.cap.56.

COMPESCO.] Coerceo.quaſi intra paſcua contineo , nec vagari permitto. Plin.lib.14,cap.20.3, E diuerſo crapula compeſci feritatem nimiam Idem lib.20,cap 7,9.

Ira leonum compeſcitur,Ouidius 4.Triſt eleg 5,8.

Auro aliquem compeſcere: Prohibere muneribus ab inſtituto,Valer.libro 1,Argon 69.

Catenis,Ouidius epiſt 19,17.

Animum catena.Horatius 1,Epiſt.2,13.

Compedibus,Ouidius epiſt,14,17.

Pœnis,Horatius 1,Serm.Sat.8,7.

Culpam ferro,Virg.de ouibus loquens.3,Georg 92,

Continuò culpam ferro compeſce : priuſqam
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Curas,Ouidius 1,de Remed.Amor 14.

Damna compeſcere cantu.Stat.libro 3,Sylu.3,9.

Impiam dextram,Senec.Herc.fur.6,37.

Dolores,Tibul.libro 1,eleg.2,1.

Equum celerem arcto fræno,Tib.libro 4 eleg.1,19.

Famem, Senec.Hippol.4,32.

Veneris faſtus,Propert.libro 3,eleg.17,1,

Flammam mero : id eſt,ebrietate venerem extinguere.Oui. epiſt.15,47.

Flammas amoris,nefasque,Senec.Hippol.2,17.

Fluctus compeſcere,dicitur Neptunus,& dij Marini. Ouid. 1,Triſtium,eleg 2,18.

Ripis compeſcere fluuium.Silius libro 3,121.

Frondes vere nouo: Remorari,retardare.Valer.libro ſexto, Argon.31.

Fugam alicuius,Claud.de bel.Get.64.



Furores,Ouidius 5,Triſt.eleg.7,9.

Gaudia lacrymis,Claud.2,in Eutrop.29.

Gemitus,Stat.libro 12,Theb.73.

Ignes compeſcuit igne Iupiter : id eſt, incendium fulmine ſedauit.Ouidius 2,Metam.63.

Compeſcere incendia,Plin.epiſt.250.

Digito compeſce labellum.Prouerbium,apud Iuu.Sat,1,17.

Luxuriantia compeſcere.Horat.2,Epiſt.2.25.

Mentem : id eſt, coercere cupiditatem. Horatius 1,Carm. Ode 16,5.

Minas,Silius libro 4,26,Valer.libro 1,Argon.22.

Mores rabidos Ouidius 3,de Arte,100.

Timor compeſcit officium , Ouidius 3,Triſt.eleg.4,13.

Pennas alicuius:id eſt,volatum inhibere,Ouidius.2,de Arte,20.

Tumentes populos,Plin.in Paneg.133.

Querelas Lucretius libro 3,194.

Ramos fluentes,Virg.2,Georg 74.

Riſum.Horatius 2,Serm.Sat.8,13,Ouidius epiſt,16.33.

Sitim vnda,Ouidius 4,Metam 21,

Triſtitiam,Ouidius 9,Metam,80.

Verba,Senec. Medea,3,12.

Vitem,Colum lib.4,cap.17,4.

Vndas remo.Lucanus libro 1,75.

Voces Senec.Herc.Oeth.11.2.

Compeſce in illum iniuſtè dicere.Plaut.Bacch.7,59.

COMPETO.] ſimul peto : re, vel, vt author eſt Nonius, honorem aut quiduis aliud aduersùs aliquem peto. Plin. de Viris Illuſtr.59,Et vnam ſpecioſam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit,

Si villæ ſitus ita competit,non eſt dubitandum. Colum.libro 9, cap.5, 1,Hoc eſt, ſi ita poſtulare & requirere videtur.

Aliquid cum exitu alicuius competere,Tacitus libro 18

¶ Competere : *pro Concurrere.* Sueton in Cæſare , cap. 40, Faſtos correxit,iampridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos , vt neque meſſium feriæ neque vindemiarum autumno competerent.

Competere : *pro Simul contingere ſeu accidere.* Seneca epiſt.76. Si tamen ita competit,vt idem ille,qui ſanare poteſt,comptè de ijs,quæ facienda ſunt,diſſerat,boni conſulet.

Competere : *Conuenire & par eſſe.* Colum libro 4, cap.10,2, At ſi cuncta competunt voto,iuſta eſt altitudo vineæ pedum quinque.Idem libro 2,cap.19.

Actio competit. Paulus in l.vſufructuario.ff.de vſufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur.

Competo : *Conuenio.* Plin lib 2.cap 18, Præterquam vbi recti angulorum competunt ictus : id eſt coeunt.

Competere : *pro Deberi.* Scæuola in l. qui habebat.§ ſcripti teſtamento.ff de manumiſſis teſtamento. Quæro an libertates in teſtamento datæ competierint ? Reſpondi : ſi teſtator fraudandi conſilium non habuiſſet,competere libertates.

Competo : *pro,In articulum temporis incurro.* Tranquil.in Auguſto. Adiurauit,ſi cuiuſquam neptium ſuarum competeret ætas,oblaturum ſe fuiſſe.

Competere : *Valere,& quaſi compotem eſſe.* Sall. Si verò quaſi formidine attonitus,neq; animo,neq; auribus, aut lingua competeret.

Competit in hanc rem. Colum.li.2,ca.2,7.vt in patentes ora hiantia cæcatum competant.

Competit in eum actio.Quint.lib.3,cap.6,8.

Iudex competens. Vlpianus in l.quum quædam puella. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.Tribunal competens. Vlpianus in l. ſed & hæ. §. non ſolùm.ff. de procuratoribus.

¶ Competentia : Conuenientia. Gellius libro 1, Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundùm debitam membrorum omnium competentiam modificatus eſt.Idem libro 14,cap.1.

*Competenter* : Mediocriter. Vlpianus in l. ſi quum dotem.ff. ſolut matrim. Quatenus filio & patri competenter conſulatur.Paulus in l. 16. ff. de teſtibus , à iudicibus competenter puniantur.

COMPILO ] Cogo,& in vnum condo.Plaut. Aſin,7.8,Illic homo ædes compilauit.Horatius 1,Serm.Sat.1,16.

Formidare malos fures,incendia,ſeruos,
Ne te compilent,fugientes.

Scrinia alicuius compilare.Horatius 1,Serm.Sat.1,24.

COMPINGO.] Compono.

Compingere ſolum axibus.Colum.lib. 6,cap.19.1.

Compingere : *Compellere,detrudere.* Plaut.Menæh.20,38, Et ob eam rem te in carcerem eſſe compactum ſcio. Plinius de Viris illuſtribus.Amulius ipſam in vincula compegit. Compingere in nauem,Plaut.Milit.4,33.

Compingere in oculos.Plaut.Menæh.15,17.

¶ Compactus : Participium. Plin.epiſt.144,2, Vſq; ad nouiſſimam ætatem viridis, atque etiam vltra matronalem modum compacto corpore & robuſto.

Crura compacta. Varro 2,de Re ruſt.5,7.

Fiſtula compacta ſeptem cicutis. Virg. 2,eclog.8.

Membra compacta, Lucretius libro 5,184.

¶ Compactum: *pro Conuentio, vel compromiſſo*. Sueton.in Iulio: Productusq; pro Roſtris authores ex compacto nominare.

Compacto, vel De compacto aliquid agere. Plaut. Capt.8, 25.Liuius 5, ab Vrbe,52, Vt multò veriſimilius ſit, compacto eam rem & communi fraude Patriciorum actam.

¶ Compactilis : Qui compactus eſt. Plinius libro 8. cap.16, 4.Idem lib. 11.cap.18,1, Optimæ apes breues, variæque, & in rotunditatem compactiles.

Trabes compactiles. Vitruuius lib.4 ca.7, appellat ſubſcudibus compactas. Et lib. 10, cap.17, Compactiles poſtes.

COMPITVM.] Quadriuium. Virg 2, Georg. 77.

Præmiaque ingentes pagos, & compita circum. Liu. 7, bel Pun.18.

Compitus : apud Varronem de Scenicis originibus : lib.3, Vbi compitus erat aliquis. Cæcilius Tyche : vbi adijcientem compitum.

Frequentia compita. Horat 2, Serm. Satyr.3,5.

Verbenis compita velare. Propert.lib.4.eleg.3,12.

Circùm compita currere. Horat 2, Serm. Satyr.3.56.

¶ Compitalis. Sueton.in Auguſt cap.31, Compitales lares ornare bis anno inſtituit vernis fl ribus & æſtiuis.

¶ Compitalia. Varro de Ling. Lat. author eſt, Compitalia eſſe dies attributos laribus. Cato cap.5,2, Rem diuinam, niſi compitalibus, in compito aut in foco ne faciat

COMPLACEO.] Bene vel vehementer placeo. Terent. And. 4,1,21, Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi.

Complacitum eſt. Plaut. Amph.3,104. Idem Ruden.5,2, Hoc deo complacitum eſt.

Conſilium complacitum & acceptum. Gellius lib.18,ca.3.

COMPLACO. Idem quod Placo. Cato apud Gellium, lib.7, cap.3, In principijs autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi & complacare iudices debent.

COMPLANO.] Idem quod Plano. Cato cap.151,2, Id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato.

Complanare opus : Perficere. Cæſar.

COMPLECTOR.] Simul vel totum includo. Terent. And. 1,1,102, Accurrit: mediam mulierem complectitur.

Floribus & vmbra dulci eum complectitur amaracus. Virg. 1, Aen 140.

Dextram complecti alicuius. Virg.8, Aen.100.

Gremio aliquid complecti. Virg 5 Aen 7.

Hoſtis hoſtem complectitur. Lucanus libro 3,138. Id eſt, complexu forti tenet.

Iuſtum, pium, religioſum, cæteraque his ſimilia, honeſto complectimur. Quint.li.2,cap.4,27.

Lacertis complecti membra alicuius. Ouid.10, Metam.82.

Manibus Ouidius 1, Amorum, eleg.13,8.

Nexu complecti omnia, Lucanus libro 4,39.

Pedes alicuius, Lucanus libro 10,18.

Complecti ſinu, Colum.libro 8,cap.17,9.

Aliquid carmine complecti. Quint. libro 3,cap.1,4.

Sententiam aliquam verbis. Quint.libro 3,cap.6,10.

Complecti preces : id eſt concipere. Ouid.10, Metam.96.

Complecti conſenſum alterius, & tenere, & in dies augere. Plin.in Paneg.153. Id eſt, aſſentiri.

Effigiem alicuius in auro complecti Ouid.1, Triſt.eleg.6,2.

Aſtra complexus eſt : Verſatur in cœlis. Senec. Octau.8,9.

Amore complecti aliquem. Claud.in laudibus Serenæ,27.

Aequo iure. Tacitus libro 2.

Charitate. Liuius 7.ab Vrbe, 194. Idem: Quibus ſtudijs proſequemur? qua beneuolentia complectemur?

Arcta familiaritate. Plin.epiſt.55.

Aliquem comite in omnes caſus complecti. Vir.9, Aen.58.

Bona fide complecti artes ingenuas. Ouidius 1.de Ponto, eleg.7.2.

Complecti intra ſe. Plinius libro 18. cap.29,1.

¶ Complector, *Paſſiuè etiam legitur*. Scæuola in l. ſi ſic ſtipulatus ſim. ff.de Verb.obligationibus. Nam ſicut & ipſius & hæredis caput, ita ipſius vis & hæredis, vel ſæpiùs facta, complectitur, vt condemnetur quanti intereſt.

¶ Complexus : Participium paſſiuè ſignificationis

Complexus eum Alcmena cubat. Plaut. Amph.4,136.

Res altera alteri complexa dicitur, apud Senec. 1, Natural. quæſt. pro Implicita.

¶ Complexus: Participium actiuæ ſignificationis. Martium complexa, telo incubuit Ouidius 12, Metam 86.

Gremio puerum complexa fouebat Stat lib 2.Sylu.1,25.

Centum complexa nepotes. Virg 6, Aen.157.

Oceanus vagis complexus vndis. Senec. Hippol.12,2.

Inter ſe complexi. Virg.5, Aen.152.

¶ Complexus : Nomen verbale.

Arcti complexus, Lucanus libro 8,14.

Auidus complexus. Lucretius libro 2,214.

Tenax. Ouidius 4, Metam.76.

Villoſi complexus vrſi Stat.lib.6, Theb.174.

Ambire aliquem complexibus. Ouidius 12, Metam.66.

Arcere hominem complexibus alicuius. Virg.5, Aen.147.

Auulſum eſſe complexu alicuius. Virg.3, Aen.124.

Dare complexus alicui. Ouidius 10, Metam.78 Et 3,58.

Artus alicuius complexu fouere. Claud. de bello Gild.46.

Lætis complexibus implere aliquem. Stat. 10. Theb.92.

Implicari in complexum alicuius. Catul. epigr.56,21.

Complexu luctari Plinius libro 9.cap.30.

Alicuius complexu colloque pendere. Virg. 1, Aen.144.

Expetitos complexus reddere. Seneca Thyeſte,6,4.

Tenere complexu aliquem. Virg.8, Aen.114.

In complexu liberorum & coniugum trucidare aliquos.

¶ Complexus : *pro comprehenſione & circunſtantia*. Quintil. libro 4,cap.4,26. Sunt hęc circa complexum perſonarum, temporm, cauſarum.

¶ Complexionem, vocat Quintilianus, concluſionem in argumento, lib.5,cap.vlt.

COMPLEO.] Cæſar, 5, bel. Gal. 148, Caſtra oppugnant, foſſam complent.

Orbem complet gloria, Ouidius 12, Metam.124.

Complere vſque ad ſummum. Colum. de Arbor. cap.4,5.

Complere cuncta ſono. Liu.5, ab Vrbe,169.

Aequora fremitu. Propert.lib.2,eleg.17,8.

Atria vlulatibus Ouidius 5, Metam.31.

Aut as vlulatibus. Ouid.6, Faſt.103.

Aures ſermonibus Claud.5, Paneg.7.

Cœlum clamore Seneca Herc. Oetheo 7.12.

Lunæ ſe cornua lumine complent. Virg.3, Aen.129.

Horrea complere meſſibus. Lucanus libro 3,14.

Littora complentur bello. Valer.lib.8, Argon.28.

Læto complerant littora cœtu. Virg.5, Aen 22.

Locum aliquem complere dicitur, quæ locum occupat ingens multitudo. Virg.3. Aen.135.

Magno agmine complere locum aliquem. Virg.6, Aen,143.

Late loca milite complent. Virg 2, Aen.99.

Querelis complere locum Lucretius libro 2,72.

Vagitu complere loca Lucretius libro 5,46.

Ingenti clamore mœnia Virg.9. Aen.8.

Nemus voce. Horatius Epod,6,2.

Sedilia. Claud.1, in Eutrop.94.

Flatu ſedilia, Hora.in Arte,42. id eſt, inflatione tibiarum.

Vox complet ſpatium antri. Lucanus libro 5,31.

Sydera, & manes, & vndas, ſcelere compleui meo. Seneca Hippol.12.

Clamoribus omnia complere. Lucretius libro 4,205.

Fletu, Cæſar, 5, bel. Gal.127.

Compleuiſſe fata ſua dicitur, qui mortuus eſt. Ouidius 4, Triſt.eleg.9,16.

Orbem Sol compleuit. Tibul.libro 2,eleg.4,4.

Seculum complere vitæ, Ouidius 15, Metam.79.

Complere tempus. Ouidius 3, Metam.31.

Venter maturus ſua compleuit tempora. Oui.11, Met 63.

Tempora ſua compleuiſſe : Id eſt mortuum eſſe. Ouidius 15, Metam.164.

Parcæ debita tempora complerant. Virg.9, Aen.23.

Annus exactis completur menſibus orbis, Virg.2, Aen.10,

Complere tres : Id eſt tantum præſtare, quantum tres alij. Claudian. de bel. Getico,29.

Complere hominem bona ſpe. Cæſar, 2 bel. Ciuil.88.

Complere aliquem terrore. Liuius 9 bel. Pun.18.

Complere, *cum genitiuo*. Complere aliquem flagitij & formidinis. Plaut. Menæh.20,3.

Compleuit illos erroris & dementiæ. Plaut. Amph.5,9.

Legio completa per maniplos Silius libro 8,92.

¶ Complementum. Tacitus libro 1,3.

COMPLEXVS.] Adiectiuum, ex Con & Plexus, non participium à verbo Complector. Lucret.libro 2,

Nec ſingillatim corpuſcula quæq; vaporis.
Sed complexa meant inter ſe.

COMPLICO.] Plaut Rud.23,2, Dum hac tibi rudentem, quam trahis, complico.

COMPLODO.] Aduerſas manus inuicem collido. Quin.libro 11, cap.3, Complodere manus, ſcenicum eſt, & pectus cædere.

Comploſæ ſæpiùs manus, Seneca libro 1, de Ira.

COMPLORO.] Simul ploro. Liuius 5, ab Vrbe,175. Complorati omnes pariter viui, mortuique, totam propè vrbem lamentis impleuerunt.

¶ Comploratus : Verbale. Comploratu iuſto proſequi mortuos. Liuius 5, bel. Pun.152.

Comploratus familiarum coërcere. Liu.2, ab Vrbe, 228.

¶ Comploratio: lamentatio. Liuius 6, belli Pun.149, Comploratio eorum, flebilesq; voces.

COMPLVRES.] idem quod Multi. Cæſar, 8, bel.Gal.170, Quod vbi accidit, complures hoſtium magno noſtrorum impetu pulſi vulnerantur. Terent. Hecyra, 1, 2, 110, Vbi illic dies eſt, complures accerſi iubet.

Complures alij. Horat. Ser. Sat. 10, 18.

¶ Compluria. Terent. Phorm. 4, 3, 6, Noua hic compluria. Cato. Originum ſecundo: Fana hoc loco compluria.

¶ Compluſculi Terent. Hecyra, 1, 2, 102,

— dies compluſculos
Bene conueniebat ſanè inter eas.

¶ Compluries. Plaut Perſa. 15, 68, Metuo hercle verò: ſenſi ego iam compluries. Cato: Contumelias mihi dixiſti compluries. Idem Originum lib.4.

COMPLVVIVM] Eſt (inquit Feſtus) quò de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Colum lib. 4, cap. 24, 12, At ſi longius quàm ritus agricolam permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachijs in aliena iugorum compluuia perrepſerit.

In compluuium transferre. Sueton. in Auguſto, cap. 92.

¶ Compluuius. Varro, de Re ruſt. cap. 13, Vna, vt interiùs compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat.

¶ Compluuiatus. Plinius libro 17, cap. 21, 12, Compluuiata copioſior vino eſt, dicta à cauis ædium compluuijs. Varro 1. de Re ruſtic. cap. 8, 1.

COMPLVTVS.] Participium, à Compluo. Solinus cap 15. Ita nautæ prodiderunt, compluti ſæpè ex illo caſu imbre ſaxatili.

COMPONO.] Diſpone, conſtituo. ſimul pono. Terent. Hecyra, 4, 3, 51, I ergo intrò & compone quæ ſimul tecum ferantur. Plaut. Milit. 19, 21.

Aciem per cuneos componere. Tacitus de Moribus Ger- (man.

Antidotum ex varijs & inter ſe contrarijs effectibus componere. Quint. lib. 1, cap 10, 5.

Singula argumenta cum ſingulis componere. Quint. libro 7, cap. 3, 17.

Comas componere. Ouidius 2, de Remed. Amor. 57.

Crines. Virg. 4, Georg Plau. Tru. 6, 32, Compoſitos, criſpos, cinnos tuos.

Exercitum pugnæ. Tacitus libro 13.

Labra labellis compono Lucilius Saty. lib. 8.

Latus ſuum alicui componere: pro, Concumbere cum viro. Propert. libro 2, eleg 2.3.

Leges componere. Lucretius libro 4, 295.

Manus manibus, atq; ora oribus, Virg. lib. 8, Aen.

Manus alicui componere: Id eſt, cum aliquo conſerere & congredi. Silius libro 6, 40.

Membra defeſſa componere. Vir. 4, Geor. 88. Id eſt reficere.

Mores. Ouidius 3, de Arte amandi 74.

Oculos componere: Claudere ſomno Valer. li. 7, Argo. 50.

Puluinar. Ouidius 1, de Arte amandi. 32.

Res ſuas. Salluſt. in epiſt. Mithridatis ad Arſacem.

Thalamis ſe componere apes, allegoricè dicitur. Virgil. 4, Georg. 38.

Se componere mediumq; locare in aliquo loco. Virgil. 1, Aeneid. 141.

Componi ad Senatus reuerentiam. Plin. in Paneg. 127.

Componere ſe alicui: Id eſt, cum illo cōgredi. Sil. li. 17, 111.

Togam Horatius 2, Serm. Sat. 3, 16.

Vitem in brachia. Colum. lib. 5, cap. 5, 8.

Vultus. Ouidius 13. Metam. 165.

Vultus ſuos ad alium. Ouidius 5. Faſt. 6, de Maieſtate dea.

Ad exemplum ſe componere. Quint. libro 2, cap. 6, 4.

Ad eorum, quos probant, mutationem. Quint. lib. 2, ca. 8, 2.

Ad imitationem veritatis. Quintil. libro 5, cap. 12, 16.

Aliquem componere: pro Sepelire. Tacitus libro 17.

¶ Concorditas : pro Concordia, apud Pacuuium, aliosque veteres. Concorditatem, inquit, hoſpitio adiuncta, perpetem probitatem conſeruetis.

¶ Concorditer.

Congruere concorditer inter ſe. Plaut. curcul. 6.

¶ Concordo Conuenio, Terent. Phorm, 2, 3, 86,

Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet. Ouidius 10. Metam. 30,
Et ſenſit varios, quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos,

CONCRATITIVS.] vt Paries concratitius, qui cratibus inſertis ſit. Papin. in l. ſi fratres, §. item Mela. ff. pro ſocio.

CONCREDO ]. ſeruandum do, & fidei alicuius trado. Plau. Aulu. 3, 6, Sed mihi anus huius obſecrans concredidit theſarum auri. Propert. lib. 1, eleg. 10, 3.

Concreduo, dixêre veteres. Plaut. Aulul. 16, 49. Ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo. Idem. Caſin. 10. 42.

Concredere aliquid taciturnitati alterius. Plautus Trinum, (4, 76.

Ventis aliquid concredere. Catul. epig, 59, 43.

Nugas alicui ſuas concredere Horatius 2, Serm. Sat. 6, 9.

Concredere vites teneriores calido ſolo. Colum. libro 3, cap. 1, 6.

Concredere aliquem in cuſtodiam alterius. Plau. Merc. 5, 9,

CONCREMO.] Idem quod Cremo. Plin. lib. 12, cap. 18, 1. Periti rerum aſſeuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouiſſimo Pompæ ſuæ die concremauit. Idem libro 7, ca. 25, 3, Concremaſſe ea optima fide. Liu. 5, ab Vrbe, 187.

Concremare igni. Liuius 6, ab Vrbe, 130.

Vrbs concremetur. Seneca Theb. 2. 6.

CONCREPO ] Terent. Hecyra, 4, 1, 6, Sed oſtium concrepuit. Idem. And. 4, 1, 59.

Concrepant arma, per translationem. Liu. 6, ab Vrbe, 90.

Cymbala Thebano concrepuêre deo. Propert. libro 3, elegia. 18, 2.

Concrepare digitis. Plaut. Milit. 5, 51, Concrepuit digitis: laborat cerebro: commutat ſtatus.

Concrepare gladijs ad ſcuta Liu. 8, bel. Pun.

Manus concrepuêre. Ouidius 3, Faſt. 148.

Concrepare, *actiuè poſitum.* Ouidius 5, Faſt. 88,
Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra.

CONCRESCO.] ſimul creſco : aliquando etiam Coniungor & conglutinor.

Induratus & concretus alta glacie. Liu. 1, bel. Pun. 136.

Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Vir. 3, Geor, 72, Id eſt, aquæ congelaſcunt fluentes.

Putres fungi concreſcunt. Virg. 1, Georg. 79.

Mare concreſcit glacie. Ouidius 3, Triſt. eleg. 12. 6.

Nubes concreſcunt in alto Lucretius libro 4, 27.

Mundi orbis concreuit primis ſeminibus : Id eſt, quatuor elementis. Virg. eclog. 67.

Radice concreta tenacius hærere. Claud. Paneg. 4, 16.

Sanguis concreuit frigore. Virg. 12, Aen. 180.

Terra concreſcit frigore. Lucretius libro 6, 170.

Concreſſe, *pro Concreuiſſe.* Ouidius 6, Metam. 84,

¶ Concretus : Participium.

Dolor concretus, vocatur ab Ouidio, quo ita obſtupeſcimus, vt nec gemitum edere, nec lacrymas emittere queamus lib 2, de Ponto, eleg. 11. 2.

Minus breuiter concretus in artus ſuos. Propert. libro 4, eleg 9, 3.

Concretus : *Coniunctus, conglutinatus.* Virg. 6, Aen. 148.

Multa diu concreta modis molleſcere miris. Plinius libro 17. cap. 21, 1.

Concretus & coalitus. Gel. lib. 12, cap. 1.

Aqua frigore concreta. Mart lib 4, 3.

Barba concreta ſanguine. Ouidius 14. Metam. 41.

Crines ſanguine concreti. Virgil. 2, Aeneid. 56. Valer. Flac. lib 3, 57.

Frigora concreta. Virg. 2, Georg. 76.

Imbres concreſcunt ventis. Ouidius 9, Metam. 45.

Concreta labes : Affixa & inhærens, Virg. 6, Aen.

Lac concretum. Virg. 3, Georg. 91.

Nix concreta. Lucretius libro 3, 4.

Concretius ſemen. Lucanus libro 4, 250.

Zonæ glacie concretæ. Virg. 1, Georg. 48.

Concretum, & Reſolutum, contraria. Claud. Epigr. 24, 2.

¶ Concretus : Nomen Plinius libro 12, cap. 16. 2, In plenum autem probatio eſt, minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis ſucci.

CONCRIMINOR ] Idem quod Criminor. Plaut. Mil. 5, 87,
Vt ſic illic concriminatus ſiet aduerùs militem meus
Conſeruus.

CONCRVCIOR.] Lucretius libro 3, 30,
Et quaſi quum caput, aut oculus tentante dolore
Leditur in nobis : non omni concruciamur
Corpore. Id eſt, non omnibus ſimul affligimur membris.

CONCVBO, & *Concumbo.*] Simul cubo, Coeo. Terent. Hecy. 3, 3, 33, Nam aiunt tecum pòſt duobus concubuiſſe eam menſibus. Ouidius 3, de Arte, 104.
Credere vix poſſum, niſi cogat credere partus,
Vos ego cum veſtris concubiſſe viris.

Concumbere, *datiuo iunctum.* Tibul. 1. eleg. 8, 8,
At Venus inuenit puero concumbere furtim.

¶ Concubitus : Coitus. Plinius libro 10, cap. 63, 1, Cæteris animalibus ſtati per tempora anni concubitus. homini, omnibus horis dierum noctiumque.

Nefandi concubitus. Senec. Agamem. 16.

Noui. Senec. Hippol 2, 118.

Vagus concubitus. Horatius in Arte, 81.

Vetitus. Ouidius 10 Metam 17.

Concubitus neq; nimis concupiſcendus, neq; nimis pertimeſcendus. Celſus lib. 1, cap. 1.

Fugere concubitus. Ouidius 14, Metam. 134.

Indulgere concubitu : pro, Concubitui. Virg. 4, Georg. 40.

Pati concubitus. Ouidius 3, de Arte, 153.

Petere concubitus. Ouid. 4, Metam. 42.

Turpes pecudum concubitus ſequi. Virg. 6, eclog. 10.

Voluptas ſolicitat concubitus. Virg. 3, Georg. 25.

¶ Concubinus, Quint. lib. 1, cap. 3, Noſtras amicas, noſtros concubinos vident. Plinius libro 8, cap. 45. 5. Catul. epi- (gram. 56, 26,
Neu nuces pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.

Concubinus iners. Catul. epigr, 56, 27.

Miſer. Catul. epigr. 56, 28. Plaut Pœn. 2, 102.
Illam minorem in concubinatum ſibi
Vult emere miles quidam. Suet. in Nerone, cap. 28.

¶ Concubium : Quum temqus agendi eſt nullum, dixerũt veteres, quod omnes ferè tunc cubarent. Plau, Trin. 13, 41,
Si ante luce ire occipias à meo primo nomine, cõcubium
Sit noctis, priuſquàm ad poſtremum perueneris.

Concubia nox, ſæpius apud Valerium noctem profundam ſignificat. Siſenna libro 4. Inſtit. Plinius libro 29, cap. 6, 5, Alij excoquunt ipſum, & nocte concubia in plumbeũ vas condunt.

CONCVLCO.] Idem quod Calco,

Pedibus conculcare aliquem. Ouid. 12, Metam 75.

¶ Conculcatio, Plinius libro 8, cap. 18, Obturbata conculcatione priùs aqua, aliter potu non gaudent.

CONCVPISCO.] Valde cupio. Plinius li. 3 epiſt. 2, Quamuis enim iſta non appetat : tam gratè tamen excipit, quàm ſi concupiſcat.

Nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur. Sueton. in Caligula, cap. 37.

Concupiui, *præteritum.* Horat. Epod. 3, 4,
At ſi quid vnquam tale concupiueris, Iocoſe Mecœnas.

¶ Concupiſcor : Paſſiuum Plinius libro 11. cap. 6. 3,
Id ſe facturas conſciæ, quod concupiſci poſcit.

¶ Concupitor. Firmicus libro 8, cap. 22. in fine : Viceſimanona pars Cancri ſi in horoſcopo fuerit inuenta, homines faciet illiberales, & faces, & rerum alienarum concupitores.

CONCVRO.] Simul curo. Plaut. Bacchid. 2, 23, Pro dignitate obſonij hæc concuret coquus.

CONCVRRO.] Simul curro, confluo.

Vndiq; concurrere. Lucanus libro 3, 65.

Concurrere alicui obuiam. Terent. Eunuch. 2, 2, 25.

Ad aliquem meritò concurrere. Quint. lib. 1, cap. 2. 13.

Concurrere ad arma, Cæſar, 5, bel. Gal. 145. & lib. 7, 11.

Aequore concurrere. Vale. lib. 1. Argon. 127. Liu. 6, bel. Pun. 197, Concurrunt equites inter ſe, neque verò primum impetum noſtrorum Numidæ ferre potuerunt.

Concurrere alicui. Virg. 1, Aen.

Concurrere animis, quantis confligere par eſt. Sil. l. 15, 106.

Frontibus aduerſis concurrere. Lucretius libro 6, 24.

Forti concurrere campo. Propert. lib. 4, eleg. 11, 7.

Bello concurrere alicui. Virg. 10. Aen. 2. Id eſt, contra aliquem bella ſuſcipere.

Concurrere dicitur quis alteri, quum ambo idem ius prætendunt. Hinc Concurſus in eadem ſignificatione, in l. 1, §. interdum in duobus locus. & l. 2. ff. de vſufruct. accre. Et ij quoq; concurrere dicuntur in l. 2. §. vlt. ff. quibus mo. vſufr. amit.

Ferro concurrere. Stat. 6, Theb. 182. Ouid. epiſt, 13, 17.

Furtis. Valer. lib. 2. 153.

Hoſti. Ouid. 12, Metam. 119.

Monſtris : Id eſt, inire certamen cum monſtris. Valer. libro 3, 103.

Imparibus concurrere fatis. Virg. 12. Aen. 30.

Aduerſis ſignis. Tibul lib. 4. eleg. 1, 20.

Paribus telis inter ſeſe concurrere. Virg 1,Georg 97.
Prælia concurrunt. Lucanus libro 1.8.
Concurrere cum. Salluſt Maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt.
Nudos concurrere armatis. Ouidius 3,de Arte,1.
In ſua funera concurrere: cum fortiſſimis & crudeliſſimis hoſtibus congredi. Valer. Flac. lib.6,83.
Sydera concurrunt ſyderibus. Lucanus libro 1,15.
Concurrunt venti in meſſem. Plinius libro 18,cap.35,1.
Ventorum prælia concurrunt Virg.1,Georg.64.
Concurrere, *ad inanimata translatum*. Terent Heaut.2,2,3, Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Id eſt, conueniunt & congruunt.
Cyaneæ inſulæ ponto concurrere dicuntur, Valer. lib.2, Argon.133.
Credas montes concurrere montibus altos. Vir.8. Aen 136.
Orbis Europæ atque Aſiæ concurrit, Virg.7,Aen.45.
Concurrit os ad rogandum, Senec. de Benef. lib. 2, cap.1, Cum homini probo ad rogãdum os concurrat, & ſuffundatur rubor.
Concurrere ad auxilium. Lucanus libro 3,132.
Concurrere cum ſumma. Vlpianus in l. quid ergo ſi maiorem. ff. de legatis 1. Quod concurrit cum ſumma ſuperioribus inſcripta, inde debebitur.
In hæreditatem legitimam fratri concurrere. Papinianus in l. filio qui. ff. de inofficioſo teſtamento.
In pignore concurrere. Vlpianus in. l. idemque §. ſi tibi. ff. qui potiores in pignore habeantur.
Per plures emptores mancipium concurreret. Paulus in l. ſi quis. ff. de contrah. emp.
¶ Concurrere: *Confluere*. Celſus libro 2,cap.12, Si in ſtomachum quædam biliosa concurrunt.
Concurrit materia. Celſus lib.3,cap.10, Celſus lib.7,cap.2.
¶ Concurrere: *Euenire, contingere, conſequi*. Proper lib 3,eleg. 9,4, Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ.
¶ Concurritur: *pro, Committitur prælium*. Horatius 1, Serm. Sat.1,2,
Militia eſt potior: quid enim? concurritur, horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
¶ Concurrens: Participium: vt, Concurrentes cautes Oui. 2, Amorum, eleg.11,1.
¶ Concurſus.
Ingens concurſus, Virg.1.Aen.94.& 5.121.
Gratantum concurſus. Tacitus libro 5.
Subiti concurſus, Ouidius 14, Metam.109.
¶ Concurſo: Frequentatiuum.
Concurſare nunc hinc, nunc illinc, Lucretius libro 2,44.
Concurſare. & Diſſultare, contraria, Lucretius libro 3, 81, Concurſare, coire, & diſſultare viciſſim.
Concurſare vltrò citroque, Hirtius libro 1,322.
¶ Concurſans, Plinius libro 37,cap.9,15, Habere intus concurſantem ſtellam.
¶ Concurſator. Liu 1,bel. Maced.150, Ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam, nec pedes concurſator.
Concurſator hoſtis, Liu.7,bel. Pun.109.
Concvtio, Commoueo, Teren. Eunuch.3,42, At quem deum? qui templa cœli ſummo ſonitu concutit.
Arcu aliquem concutere, Propert. lib.1,eleg.7,3.
Baliſta concutit arces, Ouidius 11. Metam.102.
Arma concutere, Ouidius 12, Metam.44.
Sonitus ruinæ, & fragor concuſſit aures Cæſaris, Lucanus libro 6,33.
Cæſariem concutere, Ouidius 1, Metam.37. de Ioue.
Caput, Ouidius 2, Metam.10.
Corpus multa geſtatione. Celſus libro 3,cap.21.
Acres equos, Virg.8, Aen.1.
Fræna concutere furenti, Virg.6, Aen 20.
Boreas freta concutit, Ouidius 6, Metam,138.
Haſtam concutere, Silius libro 10,22.
Aurigæ lora concutiunt Virg.5, Aen.30.
Mentes concutere Val. Flac. libro 6,96.
Monſtrum belli concutere, Belli ſignum efferre, Val. Flac. libro 6,2.
Orbem nutu concutit Iuppiter, Ouidius 2, Metam.170.
Metus oſſa concutit. Ouidius epiſt.3,17.
Pectora planctu concutere, Stat. libro 5, Sylu.1,16.
Hyems concutit plebem grandine, Stat. libro 1, Sylu.6,5.
Tumultu bellorum ingenti cõcutitur Roma, Luc lib 1, 62.
Serena cœli concutere ſonitu dicitur deus, Lucr. lib.2,221.
Tela concutere, Ouidius 12, Metam.16.
Fortuna luctu concutit vrbem, Virg.12, Aen.120.
¶ Concutiens: Participium. vt, Concutientes ſe corui, Plin. lib.18,cap.35,19.
Sceptra concutiens: Obtinens regnum, Senec. Her. fur.5,5.
Singultu concutiente ora ſonant. Ouidius lib.3,eleg.8,3.

¶ Concuſſus: Participium,
— furit mugitibus æther Concuſſus, Virg.3, Georg.30.
Animus concuſſus caſu amici, Virg 5, Aen.173.
Animi concuſſi fletu, Virg.9. Aen.103.
Carina concuſſa, Ouidius 2, de Ponto, eleg.3,12.
Cautes concuſſæ, Virg.5, Aen.41.
Coma concuſſa, Ouidius 2, Faſt.169.
Corpus concuſſum vulnere, Stat. libro Sylu.4.14.
Fides concuſſa: id eſt, labefacta aut inuerſa. Lucan. lib.1,37.
Fores concuſſæ patuêre, Ouidius 2, Metam 154.
Inhorruit concuſſus vndarum globus, Senec. Hipp.10,9.
Humo concuſſa ſaxum moliri, Valer. lib.6, Argon.131.
Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis, Virgil.4, Georgic.17.
Mens concuſſa metu, Virg.12, Aen 94.
Mons concuſſus ſpargit niues. Propert. libr.3, eleg 13,11.
Ora concuſſa riſu, Lucretius libro 1,188.
Pectus concuſſa crebris verberibus, Lucanus libro 2,68.
Concuſſaque famem in ſyluis ſolabere quercu, Virg.1, Georg.32.
Remo concuſſo ratem tollere, Valer. lib.1, Argon.69.
Tonitru concuſſu tremunt omnia, Lucretius libro 6,25.
Agmine virorum concuſſa tellus, Silius libro 8,70.
Concuſſa motu terra, Liu.3, ab Vrbe.43
Vndas concuſſa exaſperare, Ouidius 2, Amor. eleg.11,6.
Vrbs concuſſa. Virg 4. Aen.114.
¶ Concuſſus: Commotio, Plin. lib.35, cap.16,2, Coquitur in calicibus crebro concuſſu.
Condalivm] Annuli genus, teſte Feſto: dictum ab eo, quòd digitum concludat, Plaut. Trinum.14,6.
— ſat in thermopolio condalium Es oblitus.
Condecet.] Plaut. Pſeud.14.28,
— ſed vide an ornatus hic
Me ſatis condecet? Idem Amph.8,88, Ob iſtuc omen ominator capies, quod te condecet.
¶ Condecenter, Gellius lib.6, cap.12. Commodè hæc quidem omnia, & condecenter.
Condecoro.] Exorno, expolio, Plinius libro 3,5,ca.10. 47, Dignis digna loca picturis condecorauit.
Condecorare ludos, Terent. in prol. Hecyræ,45. Gellius lib. 14, cap 4, Condignè mehercule & condecore Chryſippus.
Condemnare dicitur accuſator reum, pro Vincere, ſiue cõdemnari facere, Sueton in Tibul. Cæſare, cap.8, Fannium Cepionem, qui cum Varrone Muræna in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis apud iudices fecit. & condemnauit, Vlpianus in l.2. ff. de Adminiſtratione tutorum. Si tutor condemnauerit, ſiue ipſe condemnatus eſt, pupillo & in pupillum potius actio iudicati datur.
Condemnare ex reliqua pecunia: id eſt, in reliquam pecuniam. Paulus in l.1. ff arborum furtim cæſarum.
¶ Condemnare: *pro Liberare*. Titinnius Veliterna: Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret, nunc eius voti condemnatus eſt, immolauit hoſtiam.
¶ Condemnatus: Participium. vt, Furti condemnatus. Vlpianus in l. furti. ff. de his qui notantur infamia.
Mandati condemnatus. Ibidem.
Nomine alieno condemnari. Ibidem.
Summa condemnatus alicui. Scæuola in l. Titius Seiæ. ff. qui potiores in pignore habeantur.
¶ Condemnator: pro accuſatore, qui reum peregit, Tacitus libro 4. Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudiæ pulchræ, quum antè retuliſſet, fuiſſe ab eo accuſatam.
¶ Condemnatio, Vlpianus in l. pen. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. Aliter de libero vindicta ſumitur, vel condemnatio pecuniaria.
Condenso.] Cogo, ſpiſſo. Colum. libro 7, Torrido ſale contingitur, rurſusq; ponderibus denſatur. Cato ca.40,2, Hæc vnà bene condenſato, quammaximè vti lutum fiat.
Condenſant ſe in vnum locum oues. Varro libro 2, de Re ruſt. cap.3,7.
¶ Condenſeo: Denſum facio. Lucretius libro 1,80.
Quòd ſi fortè aliquis, quum corpora diſſiluêre,
Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aer, Errat.
¶ Condenſus. Plin. libro 10, cap.7, 33, Inſidunt in eadem Africa pardi condenſa arbore.
Condenſa acies, Liuius 6, bel. Pun 26.
Condenſæ columbæ, Virg.2, Aen.103.
Corpus condenſum, Lucretius libro 2.20.
Condenſa arboribus vallis, Liuius 5, bel Pun.218.
¶ Condenſum: Subſtantiuè. Plinius libro 12, cap.73, Inſidunt in eadem Africa pardi condenſa arborum.
Condepso.] Commiſceo. Pomponius Nuptijs: Partem inſipui, concluſi, condepſui. Cato cap.76,3, Poſtea farinæ L.II. conſpergito, condepoſitoque.
Condico.] Eſt duorum aut plurium, inuicem denuntiancium aliquid. Iuſtinus: Hi per epiſtolas inuicem ſe confirman-

confirmantes, locum tempuſq; coëundi condicunt, bellum communibus viribus inſtruunt.
Condicere ad cœnam, Plautus Sticho,7,38.
Condicere cœnam, Sueton. in Tibul. cap.42,
Cœnam ea lege condixit, nequid ex conſuetudine immutaret.
Condicere ſymbolum ad cœnam. Plaut. Sticho,7,28.
Condicere operam. Plin. in præfat.3.
Nummos tibi condicere: pro, Repetere abs te. Vlpianus in l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. ff. ſi certum petatur. Et paulò poſt: Quod ſi ſine dolo malo conſumpſiſti, condicere tibi potero.
Condicere aliquarum rerum, litium, aut cauſarum alicui: Eſt, ei denuntiare eas res, lites, aut cauſas, Liuius 1, ab Vrbe.144.
¶ Conductus: Participium. Sueton. Velut ad ſubitam, conductamq; cœnulam inuitaret populum.
Status condictus dies cum hoſte. Plaut. Curcul.2,5. Gel. lib. 16, cap.4.
¶ Condictio: Eſt eius rei, qua de agitur, in diem tertium denuntiato, autore Feſto.
Actio in perſonam, Condictio appellatur. Vlpian. in l. actionum genera. ff. de actionibus, & obligationibus.
¶ Condictitius: vt, Actio condictitia, qua aliquid condicimus & repetimus. Vlpianus in l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff de iureiurando.
CONDIGNVS.] Plaut. Amph.6,39,
Ecaſtor condignum donum qualis eſt qui donũ dedit.
M. Imò ſic condignum donum, qualis eſt cui dono datum eſt.
Pulchrum facinus, Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum, Gellius libro 3, cap.7.
¶ Condignè. Plaut. Caſin.17.14. Condignè autem nimis lepide huc conducti coqui. Ibidem 2,42.
CONDIO.] ſapidum facio, compono. Plaut. Pſeud.13,21,
Non ego item cœnam condio, vt alij coqui.
Ambiguitate condire vrbanitatem, Quint libro 6. cap.3,66.
Voluptatibus aliquid condire. Quint. libro 5, cap.14,27.
¶ Conditus: Nomen ex participio.
Ius malè conditum. Horatius 2. Serm. Sat.8.14.
¶ Conditus: Verbale. Colum. libro 2, cap.22, Vuas itemq; oliuas conditui legere licet.
¶ Condimentum: Quod ad condienda obſonia fit. Plaut. Caſin.5,4.
— coquos equidem nimis
Demiror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo
Condimento vno non vtier, quod præſtat omnibus.
Sapientiæ ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus eſt. Plaut. Trinum,6,80.
¶ Condimentarius. Plinius libro 19, ca.8,33. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, ſatureta dicta, in condimentario genere. Ibidem. cap.6,6.
¶ Conditaneus: qui condi, vel condiri rectè poteſt. Varro 1, de Re ruſt. cap.24,1, In agro craſſo & calido oleam conditaneam, radium maiorem, &c.
¶ Condititius, Colum. lib.8, cap.8, Condititia cibaria.
¶ Conditura: Idem quod Condimentum. Colum. lib. 12, cap.4,4, Prout conditio conditurae exegerit, Seneca libro 3, de Ira: Liberos illi epulandos appoſuit, & ſubinde interrogauit, an placeret conditura.
CONDISCO.] Idem quod Diſco. Plaut. Pſeud.14.40,
Ego iſtuc alijs dare condidici. mihi obtrudere non poteſt Palpum. Plinius epiſt.141, Paulatim lucem ferre condiſco.
Crimen condiſcere. Ouidius epiſt.4,5,
Ars fit, vbi à teneris crimen condiſcitur annis.
¶ Condiſcens. Plinius lib. 21, ca.5.2, Ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis.
¶ Condiſcipula. Martial. lib.10,35,
Hac condiſcipula vel hac magiſtra
Eſſes doctior, & pudica Sappho.
¶ Condiſcipulatus. Iuſtinus libro 12, Multùm profuere & Calliſthenis philoſophi preces, condiſcipulatu apud Ariſtotelem familiaris illi.
CONDITIVVS, CONDITVRA] Vide CONDIO.
CONDO.] quaſi in interiorem locum do. Plaut. Trucul.13, 6, Condo in crumenam. Virg.2. Aen. Et nota conduntur in aluo. Plin. Si libeat credere, vt ſub vna ficu turmæ condantur equitum.
Condere humo, Ouidius 1, de Ponto, eleg.6,7.
In humo condi, Ouidius 3, de Ponto, eleg,1,2.
Condere Acherontis plagis: Imprecatio eſt & execratio, qua Phędra Theſeum deuouet, apud Senec. in Hipp.12,9.
Tonantis ſinu condi, Senec. Herc. furent.11,24,
Quàm multa in ſyluis auium ſe millia condunt. Virg.4, Georg.95.
Rupta condi tellure premiq;. Val. lib.7, Arg.60.
Terra condere. Plinius libro 7, cap.54.



Oſſa terræ condere. Virg.5. Aen.10.
Condere aliquem in piſtrinum, Plaut. Pſeud.7.120.
Condere captiuos in cuſtodiam, Liuius 1, bel. Maced. 86, Item, in carcerem, vel carcere, Liuius 6, bel. Pun.84. & libro 9,113.
In aliquam materiam aliqua condere, Quint. li.3, cap.1,13.
Furto aliquid condere, Horat.1, Carm. Ode 10,2.
Cœlum conditur vmbra, Virg.7. Aen.55.
Fama caput inter nubila condit, Virg 4, Aen.36.
Orion caput inter nubila condit. Virg.10, Aen.152.
Cibos condunt formicæ, Plin. lib.11, cap.30,1.
Condere corpora. Plinius libro 26, cap.17,1.
Corpus condere ſepulchro, Ouidius 8, Metam.47.
Stymphalides pennis condunt obductis diem, Senec. Herc. fur.4,8.
Vota diem condiderant: Id eſt, conſumpſerant diem votis & precibus, Stat.10, Theb.11.
Referre, diem, & Condere relatum, Sol dicitur. Virg.1, Georg.91.
Digitos condere in lumina alicuius: Eſt, oculos eruere alicui, Ouidius 13, Metam.114.
Enſem in alicuius ore aduerſo condere, Virg.9. Aen.92.
Ferrum condere ſub aduerſo pectore: Aduerſarium interficere, Virg.12, Aen.189.
Condere fructus, & Promere, contraria. Varro de Re ruſt. lib.1, cap.62.
Condere fructus in cados, Plin. lib.13, cap.4,17.
Frumentum conditum dicitur, quod in horreis repoſitum eſt Horatius 2, Epiſt.2,1.
Vuę ſuccos condere: Id eſt vinum. Tibul.1. eleg.10,10.
Semina arroſa condunt formicæ. Plin. libro 11, cap.30,1.
Nox condit lucem, Seneca Medea.11,6.
Scuta latentia condere, Virg.3, Aen.48.
Longos ſoles condere, Virg.9, eclog.11. Id eſt, æſtiuos dies finire, & vſque ad occaſum ducere.
Vocem condere auribus, Ouidius epiſt.19,10,
Vultus condere. Sol dicitur, Ouidius 2, Faſt.157.
Luna condit vultus, Valer. lib.7, Argon.79.
Seſe condere in aliquid, Virg.4, Georg.14.
Imis aquis ſe condere, Valer. Flac. lib.2,62.
Lacu fluuius ſe condidit alto, Virg.8, Aen.13.
Ferro & ære ſe condere: Armis ſe circundare, Propert. lib. 3, eleg.18.5.
Portu ſe condidit alto, Virg.5, Aen.49. Id eſt, vſque ad interiora peruenit.
Vmbris noctis ſe condere, Virg.2, Aen.124.
Sol condit ſe in vndas, Virg.1, Georg.87,
Condere in animum aliquid, Sen. epiſt.7, pro, Memoriæ mandare.
Iram condere, Tacitus libro 2.
Stimulos alicui cõdere in pectore. Id eſt, inſtigare aliquem, Ouidius 1, Metam.145.
Mente aliquid conditum tenere. Virg.3, Aen.78.
Mentem condunt obliuia. Claud.5, Paneg 33.
Condere monumento corpus. Plinius.
¶ Condere: *Aedificare, inſtruere.*
Pallas condidit artes, Virg.2, eclog.12. Idem 7, Aen.13.
Apes examina condunt, Virg. Georg.91.
Mauortia mœnia condere. Ciuitatem fortium virorum. Virg.1, Aen.56.
Muros condere, Ouidius ad Piſonem,19.
Nouam vrbem. Virg. Aen.106.
Noua fata, Virg.10, Aen.7.
Gentem. Virg.1, Aen.8.
Iura, Ouidius 2, de Remedio amo.14.
Nomen memorandum. Silius libro 4,7.
Aurea ſecula, Virg.6, Aen 159,
Auguſtus Cæſar diuum genus aurea condet. Secula.
Secula multa condere viuendo: Viuere multa ſecula. Lucretius libro 3.221.
¶ Condere: *Componere.* vt, Condere carmen. Liu.7, bel. Pun. 202, Horatius in Arte,90.
Numeris aliquid condere: carmine aliquid conſcribere. Ouidius 6, Faſt.5.
Hiſtoriam. Plinius libro 12, cap.4,1.
Laudes alicuius. Plinius libro 22, cap.13,4.
Omen, Propert. lib.2. eleg.19,8.
Præcepta medendi, Plinius libro 26, cap.2,1.
Prælia. Stat.1, Theb.2.
Condere Iuſiurandum. Plau. Rud.31,18. Hoc eſt, inſtituere.
¶ Condens: Participium. vt, Nubila cõdentia cœlum tenebris. Claud. epig.6,1.
¶ Conditus: Abſconditus. Plaut. Pſeud.14,35,
— teneo, omnia in pectore condita ſunt.
In alta caligine conditus, Senec. Herc. furent.1,19.
Antro conditus, Ouidius 3, Metam.7.

Memori tibi condita corde Hæc vigeant mandata,nec vlla oblitteret ætas.Catul Argon.47.

Tumulo conditus.Valer.lib.5,Argon.40.

Enſis conditus.Horatius Epod 7,1. Subaudiēdum,vagina.

Iurgia ſub tacita condita lætitia.Propert.lib.2,eleg.6,7.

Meſſis condita.Tibul.lib 1,eleg 19.

Præcordia condita aperit Liber.Horat.2,Serm.Sat.4,18.

Telum patenti iugulo conditum imprimere. Senec. Oedip.14,8.

Carmina condita : *Compoſita.* Virg.10,eclog.10.

Fila condita à dextro colo.Propert.lib.4,eleg.1,15.

Conditum aliquid ſeruare. Virg 3,eclog.8.

¶ Conditor:Qui aliquid componit,vel rei alicuius author. vt,Conditor legum.Plaud.Epid.10.86.

Aeui redeuntis conditor CHRISTVS.Claud.epig.9,1.

Argumenti alicuius conditor.Ouidius 2,Triſt.eleg.1,2.

Artis alicuius.Ouidius 2,de Ponto,eleg.11,1.

Diſciplinæ militaris Plin.epiſt.246.

Hiſtoriæ alicuius.Ouidius 2,Triſt.83.

Conditor Peripateticæ ſectæ Ariſtoteles. Colum. libro 9, cap.3,1.

¶ Conditorium.Quintil.declam.8,Non quidem licuit mihi in illud cubiculum,cōditorium tuæ mortis, irrumpere. Plin.epiſt.96,Tam parata obliuio mortuorum,vt ipſi nobis debeamus conditoria extruere , omniaque hæredum officia præſumere. Plinius libro 7,cap.15,7. Senecæ etiam Conditiuum dicitur, epiſt 8,3, Multum intereſt inter otium & conditiuum.Item epiſt.61.

¶ Condititius : Quod abſconditur & ſeruatur in aliquo loco. Colum.lib.8, cap.8,1. de columbis : Duobus tamen aut tribus menſibus acceptant condititia cibaria,cæteris ſe ipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

¶ Conditiuus : Qui ſeruari poteſt ſine læſura. Cato de Re ruſt.cap.9,2,Conditiua mala muſtea,& Punica. Varro de Re ruſtic. lib.1,cap.59.1.

Conditiuus cibus.Colum.lib 8.

¶ Conditio : Ipſe condendi actus.

Loci alicuius conditio.Ouidius 2,de Ponto,eleg.5,4.

Metri. Quint.libro.1,cap.5,18.

Perſonarum.Quint.lib.3,cap.10,8.

Regionis : hoc eſt,temperatura & diſpoſitio.Colum.libro 11,cap.12,34.

Sortis.Ouidius 3,Triſt.eleg.14.11.

Temporum conditione aliquid mutari. Quint.lib.4, capite 1,40.

Viuendi conditio.Horatius 2,Serm.Sat.8,13.

Communis conditio.Horatius 2,epiſt.1,31.

Dulcis.Horatius 1.epiſt.1.11.

Fœda.Horatius 3,Carm Ode 5,3.

Triſtis.Claud.Paneg.7.123.

Excutere conditionem alicuius : Id eſt , expendere & conſiderare penitus.Ouidius 3,Triſt.14,11.

¶ Conditio : oblata poteſtas aliquid eligendi. Terentius Heaut.2,3,85.
Harum duarum conditionum nunc vtram malis,vide.

Controuerſiæ conditio.Quint.lib.4,cap.1,18.

Præſentis diſcriminis.Quint lib.2,cap.13,3.

Audire conditionem : &,Audita conditio. Ouidius epiſt. 20,27.

Ferre conditionem : Id eſt, offerre. Terent.Phorm.4,1,13,
Nam hanc conditionem ſicubi tulero extrario.

Mutare conditionem Quint.lib.1.cap.5.

Offerre conditionem pacis.Liuius.

Iniquam conditionem recipere.Quint lib.5.cap.6,2.

Conditionibus accipere populos in ſocietatem Liuius.

Conditione tua non vtar. Verba ſunt repudium mittentis. Caius in l.2.ff.de diuortijs & repudijs.

¶ Conditionalis.Pars conditionalis. Martianus in l.quum hæres.ff.de acquirenda hæreditate.

¶ Conditionaliter.In Inſtitutionibus, tit.de legatis.§.longè magis,Sed ſi conditionaliter enunciata fuerit cauſa,aliud iuris eſt.Paul.in l.qui ſtipulator.ff.de verb.oblig.

¶ Condus : Qui condit,& ſeruat bona domini ſui. Plautus Pſeud.9,16,Condus,promus,procurator peni.

CONDOCEO.] Hirtius lib.5,69,Equoque frænato, vti condocuerat.

¶ Condoctus. Plaut. Pœnulo : Fac modò vt condocta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam. M. Quin ædepol condoctior ſum,quàm tragœdi aut Comici.

CONDOLEO.] Plaut.Trucu.10,2,Nam mihi de vento miſerè condoluit caput.

Caput condolet.Tibul.lib.1,eleg.6,8.

Corpus condoluit tentatum frigore.Hor.1,Serm.Sat.1,16.

CONDONO.] Idem quod Dono.Plaut.Menæh.14,83,
Ego illam nōn condonaui,ſed ſic vtendam dedi.

Condonare alicui munuſculum.Plaut.Amph.6,38.



Condono te.Plaut.Perſa,13,37, — ne tibi hoc
Scipione malum magnum dem. P. te condono.

Condonare aliquem pecuniam,debitum,&c.Teren.Phor. 5,8,54,Argentum quod habes ? condonamus te.

Condonare peccatum.Salluſt.Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.Hirtius libro 4,287.

Condonatus eſt hæc.Terent.in prol.Eunuch.17,
Habeo alia multa,quæ nunc condonabitur.

¶ Condonatus : pro eo cui parcitum eſt. Plin.de Viris Illuſt.4,6, vbi patris lachrymis condonatus, ab eo expiando gratia ſub Tigillum miſſus Id eſt,patri lachrymanti.

CONDORMIO.] Simul dormio.Plaut.Moſt.7,55,
Abimus omnes cubitum : condormiuimus.

¶ Condormiſco.Plaut.Rud.14,13, Obſecro hoſpes,da mihi aliquid loci, vbi condormiſcam parum. S. Iſtuc vbi vbi vis,condormiſce : nemo prohibet,publicum eſt.

CONDRYLLON,ſiue *Condrylle.*] Herba , de qua Plin.lib.22, cap.22,23.

CONDVCO.] Simul duco.Plaut.Menæh.4,13. Hodie ducā ſcortum ad cœnā,atq; allò conducam foras. Idē Epid.

Diſperſas cohortes in vna caſtra conducere, Tacitus libro 4,& libro 20.

Eexercitus in vnum conducere.Tacitus libro 4.

Partes conducere in vnum : Id eſt,contrahere in vnum corpus.Lucretius libro 1,81.

¶ Conducere, *pro Emere.* Plaut.Amph. 14,53, Credo ,iam, quæ volebat ſacrificia, ad epulum conduxit, Idem, Cædendum conduxi ego illum.

Conducere aliquem : *precio accipere.* Plaut. Aulul.9,1, Poſtquam obſonauit herus,& conduxit coquos.Idem,Pſeud. Quantulo argenti te conduxit Pſeudolus ?

Conducere nauem.Plaut.Rud.2.57.

Nauigium Horatius 1,epiſt.1,19.

Conducere *etiam dicitur is,qui precium accipit pro re aliqua facienda.* Iulianus Iureconſult. Siquis vitulos paſcendos , vel ſarciendum quid , polendúmve conduxit , culpam eum præſtare debere.Vlpianus: Si quis ſeruum docēdum conduxerit,cumque peregrè.

Ad pecuniam numeratam conducere. Caius in l.ſi merces §.Vis maior.ff.Locati.

Propoſito conducere res dicitur , quæ conuenit cum propoſito.Horatius in Arte,40.

Conducunt hæc ad ventris victum.Plaut.Capt.14,6.

Conducit in rem tuam.Plautus Capt.7,26. Idem Ciſtel.8, 4,Vt illud,quod tuam in rem bene conducat,conſulam.

Conduci non poſſum. Plautus Aſina.16,36, Non ædepol conduci poſſum vita vxoris annua. Id eſt, non poſſum adduci , vt credam vxorem meam poſſe viuere intra annum.

¶ Conductus : Participium.Plaut.Aulu.Nummo ſum conductus.

Conductus ſum coctum.Plaut.Aulul.13,8.

Conductus mercede diurna : pro mercenario. Horatius 2, Serm.Sat.7,4.

Auxilia regum in vnum conducta,Tacitus libro 15.

In vnum conducta : Id eſt,coacti & congregati. Tacit.lib.2.

Bella conducta , dicuntur bella militum mercenariorum, Silius lib.5,3,9.

Conducta nauis.Terent.Adelph.2,2,17.

Nummi conducti.Horat 1,Serm.Satyr.2,2.

Conducta opera alicuius.Plaut.Aulul.13,6.

Telæ conductæ.Tibul.lib.1,eleg.6,16.

Serere tellure conducta.Virg.12,Aen.105.

Teſtes conducti Ouidius 1,Amorum,eleg 10,8.

Torus conductus.Ouidius 1,Amorum,eleg.10,9.

Conducta dicta ad fallaciam.Plaut.Pœnulo,8,3.

¶ Conductor. & Qui pecuniam alicui dat, vt aliquid fiat, & qui pecuniam accipit,Cato cap.14,2, Conductor verò lapidem, calcem, arenam, aquam, paleasque parabit. Ouid 1,Amorum,eleg.10,9.Omnia conductor ſoluit.

¶ Conducibilis : vtilis.Plutus Epid.
Reperiamus aliquid callidi conducibilis conſili.

¶ Conductitius.vt,Fidicina conductitia. Plaut.Epid.6,8.

Conductitiæ operæ.Varro 1, de Re ruſt cap.17,2.

CONDVLVS.] Idem qud annulus teſte Feſto.Plinius libro 33.cap.1.

CONDVPLICO.] Quaſi ſimul duplico,& duplicem facio.

Conduplicare beneficium.Terent.Phorm.3,2,31.

Diuitias Lucretius libro 3,15.

¶ Conduplicatio Plautus Pœnul.18,17,Quid eſt hoc conduplicationis ? quæ hæc congeminatio ?

CONDVRDON.] Herba ſolſtitialis,flore rubro,quæ è collo ſuſpenſa comprimit ſtrumas. Vide Plinium libro 26, cap.5.

CONDVRO.] Durum reddo.Lucretius libro 6,
Humor aquæ porrò ferrum condurat ab igni:

At coria & carnem mollit durata calore.

CONDVS.] Vide CONDO.

CONDYLOMA.] Tuberculum, quod ex inflammatione, præſertim circum ſedem anumque conſiſtit. Plin. lib. 21, cap. 20, 6, Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore excreſcentia ſanat.

CONDYLVS.] Iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ac ſtricta in pugnum palma. Mart. lib. 5, 129, Parui tibia condyli ſonabit.

CONFABVLO, & *Confabulor*.] Plaut. Moſt. 7, 77, Hiſce hodie hanc confabulabunt fabulam.

Confabulari: *Colloqui*. Plaut. Ciſtel. 10, 88,
Saluam eccam: ſed ego rem meam magnam tecum
Cōfabulari volo, ſociam te mihi opto ad meam ſalutem.

CONFARCIO.] Vide CONFERCIO.

CONFARREO.] A' quo Confarreatus, & Confarreatio, Genus ſacrificij, quod fiebat inter virū & vxorem, in ſignum coniunctionis Plinius lib. 18, cap. 1, 2, Quin & in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat: nouæq; nuptæ farreum præferebant. Tacitus libro 4, Nam Patritios confarreatis parentibus genitos tres ſimul nominari, ex queis vnus legeretur vetuſto more, neque adeſſe vt olim, eam copiam, omiſſa confarrendi aſſuetudine, aut inter paucos retenta.

CONFECTVS.] Vide CONFICIO.

CONFERCIO.] Denſo Varro de Re ruſt. Quo facto, non modo deſiſtunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes. Plinius libro 12, cap. 15, 3, Myrrham paſſim à vulgo coemptam in ſoles conferciunt. Lucretius libro 6, 32,
Ventus enim quum confercit, franguntur in vnum
Concreti montes nimborum, & grandine miſti.

¶ Confertus: Participium. Cæſar: Neq; à tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterunt. Liuius de bel. Pun. Virgil. 1, Aen. 70, Quos vbi confertos audere in prælia vidi.

Conferti & Rari, contraria. Cæſ. Vt nunquam conferti, ſed rari, magniſq; interuallis præliarentur. Liu. de bel. Pun.

Agmen confertum. Virg. 3, Georg. 74,
— confertoq; agmine cerui Torpent.

Arma conferta. Silius libro 4, 32.

Legio conferta maniplis. Silius libro 7, 79.

Confertior: Confertiſſimus Liuius 9. ab Vrbe, 144, Prȩterquam quòd confertiores ſteterant. Ibid. lib. 2, 53, In confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit.

¶ Confertim Liuius. Qui confertim Romani, vt ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis. Idem de bel. Pun. Quò acriùs & confertim magis vtrinque pugnabatur. Idem de bello Maced.

CONFERO.] Simul fero. Plaut. Capt. 13, 26, Neu quis in hac platea negotij conferat quicquam ſui. Columb. lib. 1, Sitq; vtriq; proximum horreum, quo conferatur ruſticum inſtrumentum. Plinius de Viris illuſtribus, 70.

Conferre: *Dare*. Plaut Moſtel, 16, 39, Nos dabimus, nos cōferemus noſtro ſumptu, non tuo. Plin. lib. 6, epiſtol. 118, Et tanquam parens alter, puellæ noſtræ confero quinquaginta millia nummum. Cæſar 2. belli Gallici, 285.

Conferre: *Colloqui*. Plaut. Rud. 10, 7, Melius ominare: verum omnes ſapientes decet conferre, Et fabulari.

Conferre ad aliquem ſiniſtram diligentiam. Plin. epiſt. 148.

Conferre cum aliquo, *pro Certare*. Ouidius 10, Metam. 120.
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer, ait.

Conferre, *pro Mutare*. Ouidius 4. Metam. 56,
Vulgatos taceo, dixit, paſtoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis ira
Contulit in ſaxum.

Aes conferre. Ouidius 4. Faſt. 71.

Amorem. Plaut. Curcul. 2, 28. Propert. lib. 2, eleg. 25, 10.

Animum aliò. Terent. Heaut. 2, 4, 10.

Animum ad fodiendos puteos. Hirtius de bel. Alex. li. 4, 30.

Caſtra caſtris: pro, E' regione caſtrametari. Cæſar.

Certamina belli inter ſeſe conferre. Virg. 10, Aen. 29.

Certamina pugnæ manu conferre. Lucretius libro 4, 170.

Ore ſuo cibos conferre. Quint. lib. 2, cap. 6, 5.

Conſilia Terent. Heaut. 3, 1, 64,
— conferunt
Conſilia adoleſcentes.

Conſultatum in eundem annum. Plin. in Paneg. 149,

Copiam verborum Quint. lib. 1. cap. 8, 6.

In medium ſingulos denarios in ſingulos talos conferre. Sueton. in Auguſto, cap. 71.

Diem ſoluendæ pecuniæ pacto conferre. Papinianus in l. quum ſoluendæ. ff. de diſtractione pignorum.

Dona conferre alicui. Plau. Menæch. 4, 18.

Exempla aliorum conferre. Plaut. Pœnul. 4, 75. Terent. Adelph. 1, 2, 14,
— denique
Si conferendum exemplum eſt, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium?

Faciem & mores conferre duarum. Id eſt, inuicem comparare. Ouidius 7, Metam. 142.

Fructum alio. Terent. Eunuch. Metuet ſemper, quem ipſe nunc capit fructum, nequando iratus tu aliò conferas.

Gradum conferre. *Conuenire*. Virg. 6, Aen 98. Plau. Menæch. 12, 30, Propera Menæhme fer pedem, confer gradum. Idem 6, Aen.
— iuuat vſque morari,
Et conferre gradum, & veniendi diſcere cauſas.

Gradum conferre cum hoſte: Hoſtiliter inuadere & pedem conferre infeſtis armis. Liuius 7, ab Vrbe.

In carmen rem aliquam: pro, Carmine componere. Colum. lib. 9, cap. 16, 2,

In educationem aliquid conferre. Quint. lib. 1, cap. 17.

In pauca verba: id eſt. paucis dicere. Plaut. Aſin. 3, 76. Idem Menæch. 2, 6, Quàm potero, in verba conferam pauciſſima.

In vnum conferre plurium inuenta. Quint. libro 3, cap. 1, 16.

Lites conferri. Rixari cum aliquo. Horat. 1, Serm. Sat. 5, 11.

Manum cum aliquo. Virg. 12, Aen. 97.

Fiſus manus conferre. Silius libro 7, 121.

Manum, Virg. lib. 9, 9.
— etſi conferre manum pudor, iraq; monſtrat.

Munera. Propert. lib. 2, eleg. 3, 5. Claudian. epigr. 20, 3.

Nutus. Tibul lib. 1, eleg. 1, 5, de Venere loquens.
Illa viro coram nutus conferre loquaces.
ſubaudi docet,

Magnam partem. Celſus lib. 6, cap. 6, Ingentibus verò & varijs caſibus oculi noſtri patēt, qui quum magnam partem ad vitæ ſimul & vſum & dulcedinem conferant, ſumma cura tuendi ſunt.

Pedem: pro Accedere. Plaut. Merc. 22, 41.

Pedem conferre cum ſingulis. Quint. lib. 5, cap. 13, 10.

Collato pede præliari. Liu. 6, bel Pun. 198.

Conferre pedem dicuntur Oratores, quum argumenta aduerſariorum confutare aggrediuntur. Quintilian. libro 5, cap. 13.

Peſtem hominibus hȩc conferunt. Colum. lib. 1, 5, 5, 4.

Pietatem ſtudio conferre. Quint. lib. 2, cap 9, 1.

Rationem belli aliquò Cæſar, 3, bel. Ciuil. 342.

Rem in pauca: pro Rem accelerare. Plaut. Pœn. 18, 52.

Conferre ſe dicuntur, qui ſe conglomerant, vel in cumulum colligunt. Plin. epiſt. 159.

Seria conferre cum aliquo. Ouidius de Ponto, eleg. 4, 2.

Seditionem in tranquillum. Plaut. Amph. 5, 16.

Sermonem: pro Colloqui Plaut. Amph. 10, 25.

Conferunt ſermones inter ſe. Plaut. Curcul. 7, 11.

Signa. Liuius 1, ab Vrbe, 148, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis ſigna contulerat.

Inter ſe ſtudia conferre. Quint in prooem. lib. 4, 1.

Stipendium ſtudio alterius. Colum. lib. 1, cap. 1, 8.

Tempus in rem aliquam. Plin. Paneg. 1, 116.

Tributum in militare ſtipendium. Liu. ab Vrbe, 261.

Verba ad rem conferre: Aggredi agere quod dicebamus. Terent Eunuch. 4, 6, 4.

Vires in vnum. Liu. 7, bel. Pun. 211.

Ad ſtudia. Suet. de claris Gram. 24.

Conferre ſe ad vmbram arboris: pro Ire. Ouidius 4, Metamorph. 24.

In pedes Plaut. Bacch. 6, 7.

¶ Conferre: *Comparare*.

Præſentia conferre præteritis. Lucretius libro 2, 234.

Nominibus magnis ſe conferre: Id eſt, cum viris magnis. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 1, 5.

Non illi quiſquam bello ſe conferet heros. Catu Argon 69.

Conferre timorem ſuum, aut rem aliam in aliquid. Cæſar: Qui ſuum timorem in rei frumentariæ ſimulationem anguſtiasque itineris conferrent. Id eſt, cauſam timoris eam afferrent.

Retro ſe conferre. Claud. 7, Paneg. 80.

Confert ſe pituita in ſtomachum. Celſ. lib. 2, cap. 12.

¶ Confert: Conducit, vel prodeſt.

Comœdia plurimum ad eloquentiam confert. Quint. lib. 1. cap. 8, 5.

¶ Collatus: Participium, vt, Collata omnium vota in vnius ſalutem. Plin in Paneg.

Caſtris collatis. Silius lib. 4, 12.

Curſibus collatis: Commiſſa acie. Valer, lib. 6, Argon. 55.

Collata dextra mouere prælia, Ouidius 1, Faſt. 114.

Marte collato interimere aliquem, aut letho dare. Id eſt, cominus interficere aliquem. Ouid. 12, Metam. 76.

Collatis viribus. Plin. epiſt, 167, h. Collato pede præliari, Liu. 6, bel. Pun. 198.

Arma vndiq; collata. Lucanus libro 5.145.
Color roſeo collatus Eoo. Propert. lib. 3, eleg, 242.
Puella leuibus collata figuris: Id eſt, aliarum comparatione non egregia forma. Propert lib. 1. eleg. 4, 2.
Non ſimilis alijs collatus. Propert, lib. 1. eleg. 5, 2.
Dolere aliquem ſibi collatum. Propert. lib. 2, eleg. 29, 2.
¶ Collatus: Nomen. Hirtius de bel. Hiſpan. li. 6, 129 In collatu pari erant conditione.
¶ Collatio. Plin in Paneg. 66, Nam mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuū reddidiſſe, congiarium obtuliſſe. Liuius 4, ab Vrbe, 261, Patres bene cœptam rem perſeueranter tueri, conferre ipſi primi: & quia nondum argentum ſignatum erat, æs graue plauſtris quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant.
Collatio: *Comparatio* Plaut. Milit. 12. 67,
Vbi facta erit collatio noſtrarum malitiarum.
In Collatione. Plinius libro 37, cap. 99.
¶ Collator. Plaut. Curcul 9, 13.
Symbolorum collatores apud forum piſcarium.
¶ Collatitius, Seneca in conſolatione ad Martiam. Collatitijs & ad dominum redituris inſtrumentis ſcena adornata eſt. Quint. decla. 6, Collatitiam vocat ſepulturam, quæ à pluribus confertur.
¶ Collatiuus: Idem quod Collatitius. Collatiuum ventrem vocat Plautus, magnum & turgidum, eò quòd in eum edulia multa conferantur.
CONFERTVS.] Vide CONFERCIO.
CONFERVA.] quid ſit, declarat. Plinius libro 27, cap. 9. Peculiaris, inquit, eſt Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando, ſpongia aquarum dulcium veriùs, quàm muſcus aut herba, villoſæ deuſitatis atque fiſtuloſę.
CONFERVEO.] Idem quod Feruco, vel ſimul ferueo.
Conferuere ira. Celſ. lib. 8.
Conferuent oſſa. Celſ. lib. 8, cap. 10, Si quando verò oſſa non conferbuerunt, quæ ſæpe ſoluta, ſæpe mota ſunt,
Ira conferbuit. Horatius 1, Serm. Sat. 2, 15.
¶ Conferueſco. Colum. libro 12, cap. 23, 2, Et tunc demum prædictæ piſcis ſextans, & ſemuncia in ſextarios quinque & ſexaginta adijcitur, & rutabulo ligneo permiſcetur, nec poſtea tangitur dum conferueſcat. Plin. lib. 18, cap. 30, 6.
¶ Conferuefacio. Lucretius libro 6, de fulmine.
Diſſoluit porro facilè æs, aurumq; repentè
Conferuefacit.
CONFESSIO.] Vide CONFITEOR.
CONFESTIM.] Eueſtigiò, ſubitò. Cæſar 5, bel. Gal. 69. Cęſar, præmiſſo equitatu, confeſtim legiones ſubſequi iuſſit.
CONFIBVLA.] Cato cap, 12, Fibulas quadraginta, vectes quadraginta, cōfibulas ligneas, quæ arbores comprimat, ſi dehiſcent, & cuneos ſex.
CONFICIO.] idem quod facio vel perficio Terent. Adel. 4, 5, 59, Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Conficere nucem. Plinius: Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere Hoc eſt, maſticando conterere, & comminuere.
Conficęre hominem: Eſt ſauciando vulnerare. Liuius 1, ab Vrbe, 105.
Ignes conficiunt ſyluas: Id eſt, conſumunt. Lucr. lib. 1, 185.
Pauor attonitos confecerat hoſtes. Lucanus libro 6, 27.
Conficere: *per translationem, pro Grauare, opprimere, & vehementer afficere.* Plin. epiſt 169, Confecerunt me infirmitates meorum.
Conficere aliquam virginem. Terent. Eunuch. 5, 4, 6,
—virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia.
Aequor ſpatijs immenſum conficere. Virg. 2, Georg. 109.
Argentum alicuius. Terent. Phorm. 5, 5, 11, Ne, quum hìc non videant me, conficere credant argentum ſuum.
Cibos. Id eſt, concoquere. Plin. lib. 11, cap. 37, 51, Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos. Idem lib. 26, cap 8, 1.
Conficere etiam cibos: pro Commanducare, vel ſubigere. Liuius libro 2.
Diem. Plaut. Trinum, 11, 57, Longo ſermone vtimur, diem conficimus.
Flagitium Terent. Phorm. 5, 2, 5.
Funera iuſta. Cæſar 6, bel. Gal. 74.
Iter. Cæſar 4, bel. Gal. 477.
Ligna ad fornacem, Cato cap. 16,
Malum alicui. Terent. Heaut. 5, 3, 1.
Negotium. Cæſar 3, bel. Gal. 411.
Nuptias. Terent. Phorm. 2, 1, 18, Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. Idem Heaut. 5, 1, 22.
Officium legationis. Cæſar 3, bel. Ciuil. 408.
Pacem alicuius in leges ſuas Terent. Heaut. 5, 2, 45.



Namq; adoleſcens quàm minima in ſpe ſitus erit,
Tam facilimè patris pacem in leges conficiet ſuas.
Peculium grande. Plaut. Merc. 3, 9, 6.
Penſum. Plaut. Merc, 7. 75, Ea molet, conficiet penſum, pinſetur flagro.
Penſum, *aliter*. Plaut. Perſa, 8, 1, Peſum meum, quod datum eſt, confeci: nunc propero domum. Conficere opus. Idem Capt. 12, 67.
Prandium. Plaut Menæch. 11, 4.
Rem. Cæſar 1, bel. Ciuil 265, Cæſar in eam ſpem venerat, ſe ſine pugna & ſine vulnere ſuorum rem conficere poſſe.
Solicitudines alicui. Terent. And. 4, 1, 26.
Tabulas. Plinius epiſt 10, c.
Tunicas hybernas Plaut. Milit. 10 93. Veſtem. Colum. li. 12.
Celeritate incredibili longiſſimas vias conficere. Sueton. in Cæſare, cap. 57.
Vulnus acerbum. Virg. 11, Aen. 165.
¶ Confectus: Participium.
Confectus cæde: Interfectus. Seneca Herc. furen. 13, 5.
Acuo. Virg. 11. Aen. 17.
Dolore aſſiduo. Catul. epig. 60.
Flammis confecta. Valer. lib. 6, Argonaut. 77.
Senecta confectus. Ouidius 6, Metam. 8.
Senio. Claud de bel. Gild. 90.
Confecta annis ætas. Colum. lib 1, cap. 8, 15. Et Cæſar 6, bel. Gal. 111, Confectus ætate.
Artus confecti languent. Lucretius libro 3, 193.
Curſus confecti. Virg. 5, Aen. 72.
Fata confecta Stat. lib. 9, Theb. 28.
Forma confecta macie. Virg. 3, Aen. 118.
Munus confectum carmine. Catul. epigr. 63, 30.
Magno confecta labore pectora Tibul. lib 1, eleg. 7, 8.
¶ Confectura. Plinius libro 13, cap 12, 1, Proximum amphitheatricæ datum fuerat à confecturæ loco. Colum. lib. 9, cap. 14, 5, Confectura mellis.
CONFICTVS. Vide CONFINGO.
CONFIDEIVSSOR.] Qui cum alio fideiubet. Modeſtinus l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. & mandat.
CONFIDO.] Credo & exiſtimo Liu. lib. 4, Decad. 5, Nec tam mœnia modo, ſed agros etiam confiderunt ſe à populationibus tueri poſſe.
Confidere & Metuere contraria. Ouidius epiſt. 16, 35,
De facie metuit, vitæ confidit & illum
Securum probitas, forma timere facit.
Num confidit? Plaut. Pſeud. 20, 98.
Timidè confidere alicui. Ouidius de Arte amandi, 29.
Bono fragili. Senec. Hippol. 6, 8.
Figuræ ſuæ: Id eſt, pulcheritudini. Ouidius 10, Metam, 14.
Formæ ſuæ. Lucanus libro 10, 17.
Rebus afflictis. Virg. 1, Aen 92. Id eſt, de afflictis rebus.
Suis regnis. Iuppiter de Colare mortuo, apud Valerium libro 6, 126.
Virtuti. Cæſar 3, bel. Ciuil. 93.
Confidere animo & ſpe. Cæſar: Tamen non deterrebantur, animo & ſpe confidebant.
Confidere de ſalute. Cæſar 2, bel. Ciuil, 18.
Confidere in aliquo Hirtius de bel. Africano, lib. 5, 65.
¶ Confidens: Nomen ex participio: Audax, nihil timens: *tam in bonum, quàm in malum accipitur.*
*In bonum.* Plaut. Merc. 22, 15,
—Cupido quantus es?
Nam quemuis confidentem facilè tuis factis facis?
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuò. Idem Capt. 12, 8.
*In malum.* Terent. Phorm. 1, 2, 72,
Homo confidens qui (illum dij omnes perduint)
D. Quid is fecit? Plaut. Amph. 4, 1, Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior?
Homo durus, confidens, tumidus, amari ſermonis. Horat. 1, Serm. Satyr. 7, 2.
Confidens: *Conſtans.* Terent. And. 5, 2. 14,
Neſcio quis ſenex modò venit, ellum confidens, catus,
Confidentiſſimus. Virg. 4, Georg.
Nam quis te, iuuenum confidentiſſime, noſtras
Iuſſit adire domos?
¶ Confidentia. Plaut. Mil. 5, 74,
Tute vnus ſi hoc recipere ad te dicis, confidentia eſt
Nos inimicos profligare poſſe.
Confidentiam habere in ventre. Plaut. Cap. 13, 43.
¶ Confidentia, *in malum.* Terent. Eunuch. 5, 1, 22,
Vide amabo, ſi non, quum aſpicias, os impudens
Videtur. T. non eſt. P. tum quæ eius confidentia eſt?
Confidentia ſcapularum: id eſt duritia. Plautus Aſin. Nonius.
¶ Confidentiloquius: Dictio à Plauto conficta in Trinum. 4, 121.

— nihil

— nihil eſt profectò ſtultius,
Neq; ſtolidius mendaciloquius, neq; argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque periurius.

¶ Confidenter. Plaut. Capt. 12,6, At vt confidenter mihi contrà aſtitit Idem Pſeud. 7,44.

Confidenter facere. Plaut. Milit. 8,53.

Reſtare in aliqua re. Terent Heaut. 5,3,6.

¶ Confiſus: Participium vt, Ruſticus confiſus plenis agris. Tibul. 2, eleg. 1,5.

Nimiùm cœlo ſereno confiſus: Cœli deceptus fraude ſereni. Virg 5, Aen. 173.

Flore primæuæ iuuentæ. Silius lib. 16,82.

Pelago ſereno. Virg. 5, Aen. 173.

Cymba confiſa remis minutis. Propert. 1, eleg. 11,2.

Confiſus amari: Credens ſe amari. Tibul. lib. 1. eleg. 9,9.

CONFIGO.] Idem quod figo: Configere tabulam aculeis. Colum libro 7, cap. 3,5. Liuius 4, bel. Pun. 191.

Configere tabulas inter ſeſe. Cato, cap. 21,2.

¶ Confixus: Participium. vt, Confixus cuſpide. Lucanus libro 3,121.

Pereunt confixa à ſocijs. Virg. 2, Aen. 86.

Sagittis confixus. Seneca Herc. Oeth 7,33.

Telis. Ouidius 1, de Ponto, eleg. 7,3.

Ferrea ſeges telorum confixum tegit. Virg. 3, Aen. 9.

CONFIGVRO.] Colum lib. 4, cap. 20,1, Ne prauitas ſtatuminum ad ſimilitudinem ſui vitem configuret.

CONFINGO.] Plinius libro 10. cap. 33,2, Hirundines eadem materia nidos confingunt Idem li, 11, cap. 5,1, Apes fauos confingunt & ceras. Id eſt, formant vel cōponunt.

Confingere: *Comminiſci & commentari.* vt, Confingere rationes. Colum. lib. 1, cap 8,3. Terent. Phorm. Omnia hæc confingam, quòd erit mihi bonum atq; commodum.

Dolum inter ſeſe. Plaut. Capt. 2,35.

Inſidias alicui paratas confingere Iuſtinus lib. 32.

¶ Confictus: Participium. Confictæ lachrymæ. Terentius And. 3,3,27.

CONFINIS.] Qui eodem loco finit. Liuius 4. ab Vrbe. 212, Excurſiones indè in confinem agrum Labicanum factæ erunt. Plinius libro 12, cap. 20,2, Tarum inuehitur per Nabathæos, Troglodytasq; confines.

Caput confine collo. Ouidius 1, Metam. 145.

Confinibus oris. Valer. lib. 2, Argon. 128.

Confinis meus. Martial. lib. 2.32.

Confinis, *datiuo iungitur.* vt, Confinis Aethiopiæ eſt. Plinius libro 8, cap. 10,5. & lib. 6, cap. 53, Confines ſunt ijs.

Confinis, *per tranſlationem: Qu propè idem eſt & ſimilis.* Quint. lib. 6, cap. 4, Et confine eſt, quod dicitur per ſuſpicionem.

¶ Confine: Subſtantiuum. Valerius libro 6, Argonaut. 75, Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ, Inde Thoën.

In confinibus hoſtis arcendus eſt. Sen. lib. 1, de Ira.

¶ Confinium: Terminus agrorum. Colum lib. 3, cap. 5, Mediocritas in lectione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni malique poſita eſt. Plinius libro 6, cap. 9,3, Confinium Caſpij maris.

Confinium artis & falſi, apud Tacitum libro 4. pro ſimilitudine vel affinitate.

Terræ alicuius confinia: Id eſt, loca, vel oppida adiacentia. Lucanus libro 3,55.

Ad confinia alicuius loci. Val. lib. 8, Argon. 38.

Ponere in confinio arbores. Vlpian. in l. 2. ff. de iudicio finium regundorum.

CONFIO.] paſſiuam habet ſignificationem. Cæſar 7, bel. Gal. 227. Poſtquam id difficiliùs confieri animaduertit.

Res confit vtroq, modo. Lucretius libro 4,59.

¶ Confore. Terent. And.
— reſtat Chremes,
Qui mihi exorandus eſt: & ſpero confore.
Sic in Adelph Verùm quid ego dicam? hoc confit quod (volo.

¶ Confieri, *id eſt perfici* Virg. 4, Aen. 24,
— nunc qua ratione quod inſtat
Confieri poſſit, paucis (aduerte) docebo.

CONFIRMO] Firmum facio.

Confirmatur cicatricula Celſus lib 2, cap. 10.

Confirmare corpus. Celſus lib. 4, cap. 4.

Inteſtina. Celſus lib. 4, cap. 19.

Membrum. Celſus lib. 8, cap. 10.

Confirmare aliquem. Cæſar 5, bel. Gal. 195, Milites conſolatur & confirmat.

Dictis confirmare aliquem. Claud de bello Gildon. 85.

Confirmare animum. Plaut Aulul. 13,1.

Confirmare animos verbis. Cæſar 1, bel. Gal. 133.

Confirmare amicitiam vel pacem cum aliquo Ceſar 1, bel. Gal. 11.

Opinionem. Plinius libro 37, cap. 1,5.

Auſim confirmare: Id eſt. affirmare Lucretius libro 2,36.

¶ Conſcius, *genitiuo aliquando iungitur; frequentius datiuo.*

*Genitiuo*. Plaut. Merc. 13 11, Quum amico homini, tuiq; cõſcio, ita ſuccenſeas miſerè.

Aether conſcius connubij, Virg. 4. Aen. 34.

Curarum coniugalium interpres & conſcia Iuno, Virg. 4. Aeneid. 121.

Fibra conſcia deorum: Extiſpicium Tibul. lib. 1. eleg. 8, 1.

Futuri conſcius, Lucan lib 5. 18.

Religio alicuius conſcia ſacri pacti. Valer lib 8. Argon. 81.

Signa conſcia alicus rei, Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 2.

Numina conſcia veri, Virg. 2. Aen. 20.

*Datiuo*. Virg. 1. Aen. 122,

—& mens ſibi conſcia recti.

Terent. Phorm. 1. 3. 4, Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis? & Adelph. 3. 2, 50, Poſtremò, quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul.

Verbis conſcius, Tibul lib. 1. eleg. 9. 9.

Mens bene conſcia, Horat. in Odis.

Conſcium facere aliquem, Plaut Trucul. 3, 28.

Conſciam facere rem aliquam Plaut. Ciſtel. 7. 47.

¶ Conſcius: *Contagione criminis aſtrictus*. Tacitus: Accenſis iudicibus ad probandum ſenem Rufium, quem eunde conſcium conquiſitoremq; non tolerabant.

Animus conſcius, Plaut. Moſtel. 8. 12, Nihil eſt miſerius, quã animus hominis conſcius. Iuuenal. Satyr. 1.

Animus conſcius remordet. Lucret. lib 4. 229.

Mentis conſciæ pauor. Seneca Hippoly. 2. 16.

Vultus conſcius. Senec. Herc furen. 9. 15.

Commiſſi alicuius, Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 6.

Audacis facti, Virg. 11. Aen 162.

Manus conſcia facti, Ouid. 8 Metam. 107.

Peccati conſcius, Ouid 2. Amor. eleg. 7. 2.

Pectus conſcium ſcelerum omnium, Senec. Thebaid. 1. 44.

¶ Conſcientia: Eſt certiſſima ſcientia, eius rei, quæ animo noſtro ineſt

Aſcitus in conſcientiam facinoris. Tacit. lib. 17.

Sceleris conſcientiam ferre non poſſe. Sueton. in Nerone, cap. 34

Suſpicionem conſcientiæ alicui præbere, Tacit. lib. 17.

Conſcientia bona. Plin. epiſt 129.

Infelix, Quint. in Proœmio lib 6. 8.

Arguere conſcientiam, Tacit. lib. 19. & 20.

Conſcientia eminet in vultu. Sen. de Benefi lib. 2. cap. 25.

Conſcientiam habere conditionis ſuæ. Plin. epiſt. 247.

Exonerare conſcientiam ſuam, Curtius lib. 6.

Ex conſcientia infirmitatis ſuæ hærere. Quint. lib. 1. cap. 2. 8.

Ad fatendum conſcientia impelli. Quint. lib. 5. cap. 13. 37.

Simulata conſcientia adeant. Tacit. lib. 2.

Spreta conſcientia, Tacit. lib. 15.

In conſcientiam aſſumere aliquem, Tacit. lib. 13. Id eſt, facere participem conſiliorum, & conſcium. Dicitur & Sumere ab eodem, lib. 4.

Ob conſcientiam ſtupri accidere aliquid, Marcellus in l. Mariti lenocinium. §. quod ait. ff. ad legem Iuliam de adulterijs.

CONSCRIBELLARE.] pro Conſcribere, veteres dixerunt. Varro Colũna Herculis: Itaque eas in cerâ conſcribellauit Herculis ad litẽ. Idẽ Marcipore: Aſtrologi nõ ſunt, qui cõſcribellarunt pingentes cælum. Catul. epigr. 22. 3,



Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent.

CONSCRIBO.] Multa ſimul ſcribo, inquit Sipontinus: aut Scribere ſolùm ſignificat, hoc eſt Componere.

Parietes conſcribere, Plin. lib. 28. cap. 2. 10.

Syngraphum, Plaut. Aſin 13 1.

Milites, vel legiones. Plaut. Milit. 3. 77. Cæſar. 2. Bel. Gal. 236.

¶ Conſcriptus: Particip. Conſcriptæ literæ. Plautus Pſeud. 3. 26.

Epiſtolium conſcriptum lachrymis. Catul epig. 63. 1.

Menſa conſcripta vino. Ouid. 2. Amor. eleg 54.

Tela conſcripta imagine quadam. Stat. 3. Sylu. 1. 24.

Conſcripti milites, Cæſar 3 bel Ciuil. 235.

¶ Conſcripti, inquit Feſtus, dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus aſcribebantur; vt numerus Senatorum expleretur. Liu. 2. ab Vrbe, 5. Traditum indè fertur, vt in Senatum vocarentur qui patres, quique conſcripti eſſent. Conſcriptos videlicet in nouum Senatum appellabant lectos.

Officium conſcripti: Id eſt, Senatoris. Horat in Arte, 64.

Virorum veterum conſcripta, Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 11.

CONSECO.] Idem quod Seco. Plin lib. 36. cap. 26. 4, Acies tanta quacunq;, vt citra vllum ſenſum ad oſſa conſecet, quicquid afflauerit corporis.

Membra conſecare. Ouid. 3. Triſt. eleg 9. 7.

Conſecare minutatim. Varro 3. de Re ruſt. cap. 10. 5.

In tenues membranas. Plin. lib 30 cap. 4. 2.

CONSECRO.] Sacro, quod eſt deo dico, & ſacrum facio. Plin. de Viris illuſt. lib 2. b, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio conſecrauit. Horat. 4. Carm. ode, 8 6.

Conſecrare ſtatuam alicui, Cæſar. 3. bel. Ciuil. 416.

Origines ſuas. Liuius in præfatione: Et ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, & ad deos referre authores.

¶ Conſecraneum: Idem quod Conſecratum. Iulius Capitolinus, in concione quadam Maximini Cæſaris: Commilitones, inquit, ſacrati, imò vero conſecranei.

CONSECTANEVS, CONSECTARIVM, CONSECVTIO.] Vide CONSEQVOR.

CONSEDO.] Vide CONSIDEO.

CONSEMINEVS.] vt, Conſemineæ vineæ, in quibus aceruatim multa ſemina vitium confuſa ſunt, nec proprijs generibus diſtincta. Colum lib. 3 cap 21. Idem lib. 11. cap 2. 63, Syluam ſiquis barbaricam, id eſt, conſemineam, velit facere. Hoc eſt, varijs arborum generibus conſitam.

¶ Conſeminalis Idem. Colum libro 12. cap. 45. 5, Propter quod etiam conſeminalium vinearum non tam eſt firmum vinum.

CONSENESCO.] Senex fio. Plaut. Capt. 4. 31, Maceſco, cõſeneſco, & tabeſco miſer. Idem Rud 30. 15.

Carinà conſenuit, Propert. lib. 3. eleg 7. 8.

Nemus, Claud epig. 2. 4.

In armis conſeneſcere, Horat. 3 Carm. Ode 5. 2.

In commentarijs Rhetorum conſeneſcere. Quint. lib. 3. cap. 8. 46.

Conſeneſcere in exilio. Liu. 5. bel. Maced. 133. Sic apud Plinium, lib 33. cap. 1. 15.

In patria conſenuiſſe placuit, Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 3.

Conſeneſcere ſub armis, Liu. 2. bel. Maced. 9.

CONSENTIO.] Conuenio.

Conſenſit Senatus bellum. Liuius.

Studijs alicuius conſentire, Horat. 1 Epiſt. 19. 13.

Conſentit vultus cum oratione. Cæſar.

Aſtrum noſtrum conſentit incredibili modo. Horat. 2. Carm. ode 17. 5.

Conſenſum eſt. Quint. lib. 9. cap 1.

¶ Conſenſus: Verbale.

Conſenſus æu Plin. lib. 14. cap. 6 11.

Conſenſus & Diſſenſus. Claud. de bello Gildon. 61,

—diſſenſus acerbus;
Et grauior conſenſus erat.

Conſenſus in eo mortalium. Plin lib. 2. cap. 2.

Se tueri conſenſu ſignantium, Quint. lib. 5. cap 7. 23.

Pius conſenſus. Seneca Octau. 8. 10.

Omnium conſenſu ad eum defertur imperium. Cæſ 7. bel. Gall. 14.

Defendere aliquid conſenſu, Quint. lib. 1 cap. 5. 10.

Merere omnium conſenſum, Quint. lib. 5, cap. 1. 4.

In conſenſum vertere, Tacit. in lib. de German. moribus.

¶ Conſenſio. Aperta conſenſio ciuitatum, Tacit. lib. 3.

¶ Conſentaneus: Conueniens.

Diuiſio conſentanea, Quint. lib. 6. 3 73.

CONSEPIO.] Vnde conſeptum. Colum. lib. 1. cap 4, Difficiliora enim conſepta, non ſolùm pluris ædificabimus, ſed etiam impenſis maioribus tuebimur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 13. 7, Conſeptum etiam fori dixit Quint. lib. 8. 12. pro ipſis cancellis.

CONSE-

CONSEQVOR.] Cominus ſequor. Cæſar 8. bell. Gall. 101, Conſequuntur equites noſtri, vt erat præceptum. Terent. Heaut. 2.3.36.
Continuò conſequi. Plaut. Amph. 9.20.
Conſequi propè. Plaut. Rud. 23.11.
Conſequi, *datiuo iunctum*. Plaut. Pœn. 16.19. Idem Amph. 8.4, Ita dis placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur.
Conſequi gradu vocem, Plaut. Rud. 6.18.
Curſu feras, Senec. Hipp. 2.6.
Pedibus aliquem conſequi, Ouid. 9 Metam. 26.
Aliquem certamine conſequi: Virg. 5. Aen. 98.
¶ Conſequi: *euenire & procedere*. Terent Heaut. 1.2.34,
Verùm vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
Neceſſe eſt, Clitipho, conſilia conſequi conſimilia.
Conſequuta eſt mors matrem ex ægritudine. Terent. Phor. 5.1.23.
¶ Conſequi: per translationem, Adipiſci, & Conficere.
Dictis omnia conſequi, Ouid. 15. Metam. 84.
Studio, Quint. lib. 1. cap. 1.3.
Commodum, Quint. lib. 7. cap. 3.
Famam malignitatis, Plin. epiſt. 182.
Præmium aliquod ſtudio, Ouid. 5. Triſt. eleg. 8.14.
Vitium, Quint. lib 8. cap. 2.
Conſequi aliquem in Prætura. Plin epiſt. 136.
¶ Conſequens: Participium.
Eſt conſequens. Vlpian. in l huic ſcripturæ. ff. ad legem Aquiliam. Huic ſcripturæ conſequens eſt dicere, vt ſi, &c. Africanus in l. qui vſumfructum. ff. de vſufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur. Cui illud quoq; conſequens eſt, vt, &c.
¶ Conſequentia. Per conſequentias aliquid facere Vlpian. in l. quod dicimus. ff. de auth. & conſ. tut. Et l. moris, poſt princip. ff de pœnis.
¶ Conſequiæ: Sequelæ. Apul lib. 10, Nouiſſimis trahebantur conſequijs.
¶ Conſequenter. Vlpian. in l. ſed & ſiquid. §. vltimo. ff. de vſufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur. Quibus conſequenter fructuarius quidem acquirere ſundo ſeruitutem non poteſt, retinere autem poteſt.
¶ Conſequus: Idem quod Conſequens. Lucret. lib. 5,
Conſequa natura eſt iam rerum ex ordine certo.
¶ Conſector: Frequentatiuum. Plaut. Pſeud. 20.129. Angiporto hoc certum eſt conſectarier. Cæſar. 6. bell. Gal. 221, Redeũtes equites, quos poſſunt, cõſectatur, atq; occidũt.
Conſectari ſylueſtria ſecla ferarum, Lucret lib. 5. 194.
Etiam minutiſſima, Plin. lib. 5. epiſtol. 101, Vides vt Aratus minutiſſima etiam ſydera conſectetur, & colligat?
Conſectari ſingula & colligere, Plin. in Paneg. 125.
Conſectari aliquid. Plin in Paneg. 71, Eadem iſta, quibus alios artibus aſſequutos vident, conſectantur.
Conſectari aliquem. Terent. Eunuch. 2.2.18,
Eſt genus hominũ, q eſſe primos ſe omniũ rerũ volũt,
Nec ſunt: hos conſector.
Conſectari: *Paſſiuè*. Laberius: Vxorem tuam & meam nouercam à populo lapidibus conſectari video. Ex Priſciano, lib. 8.
¶ Conſectatio. Plin. lib. 14. cap. 16. 10, Manifeſtum eſt, ſuperuacuam generum conſectationem in numerum.
¶ Conſequuta: pro Impetrata, paſſiuè. Varro: Veſtales inceſti compertas anſa petuntur incognita, conſequuta negliguntur. Ex Priſciano, lib. 8.
CONSERENAT.] Serenum eſt tempus. Liu. Decad. 4. lib. 9, Tabernacula paulò pòſt, quum vndique conſerenaſſet, ſublata.
CONSERO.] Planto ſiue ſemino, Virg. 1. eclog. 15,
—en queis conſeuimus agros.
Conſerere agrum generibus pomorum, aut oleis. Colum. lib. 2. cap. 2.20.
Lupino aut faba, Colum. lib. 2. cap. 2.
Sol lumine conſerit arua, Lucret. lib. 2.43. Id eſt, perfundit.
Baccho aliquem locum conſerere, Virg. 2. Georg. 7.
¶ Conſitus: Particip. Cæca mentis caligine conſitus. Catul. Argon. 42.
Conſitus ſenectute: pro Sene. Plaut. Menæch. 17.3, Nam pernicitas deſerit: conſitus ſum ſenectute.
¶ Conſitio: Ipſe conſerendi actus. Col. lib. 5. cap. 3.8, Quod ſi inter quinos pedes conſitio fuerit. Idem lib. 4. cap. 3, de Vitibus: A' primo ſtatim die conſitionis formanda.
¶ Conſitor, Ouid. 4. Metam. Et cum Lenæo genialis conſitor vuæ.
¶ CONSERO.] Miſceo, Conſerere prælia: id eſt, præliari, & exercitus committere. Virg. 2. Aen.
Multaq; per cęcã cõgreſſi pręlia noctẽ Conſerimus.
Liu. 5. ab Vrbe, 162, Accenſis vtrinque animus, ad arma diſcurritur, & prælium conſeritur.
Bella conſerere. Val. lib. 3. Argon. 7. Liu. Et haud ignoras belli artes inter ſeſe, ſed expertas, primo Punico conſerebant bello.
Conſerere certamen. Liu. 5 bel. Maced. 11.
Dextras, Stat. lib. 1. Syl. 6.12. Val lib. 6. Argon. 108.
Diem nocti, Ouid. 3. Amorum, eleg. 5.2.
Femur femori, Tibul. lib. 1. eleg. 8.6.
Latus lateri, Ouid epiſt. 18, 28.
Manu cum hoſtibus conſerere. Plin de Viris illuſt. 31.
Socias manu conſerere. Valer. lib 3. Argon. 7.
Pugna conſeritur, Valer. lib. 6. Argonaut. 71.
Conſerere pugnam inter ſe, Liu. 2. bel. Maced. 38.
Conſerere pugnam ſeni: *per translationem*. Plautus Bacch. 20. 43.
Puppes conſertæ, Lucan. lib. 5, 142.
Tela conſerere. Valer. lib. 3. Argon. 25.
Telis conſertis agmina iungere, Valer. lib. 6. Argon. 37.
Verba conſerere. Stat. lib. 2. Syl. 1, 2.
¶ Conſertus: Participium. Fab. lib. 5. cap. 10. Vt ſunt tria tẽpora; ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. Id eſt, contextus.
Conſertus & intextus alicui rei, Liu. 1. Decad. lib. 7.
Arua conſerta gentibus: Culta & habitata. Valer. libro 2. Arg. 125.
Bella conſerta bellis, Lucan. lib. 2. 89.
Hoſtes conſerti, Claud. 81. Paneg 39.
Tegmen conſertum ſpinis, Virg. 3. Aen. Id eſt, illigatum.
¶ Conſertor: Verbale. Plin lib. 33. cap. 1. 8. Quòd ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiam conſertoris vſu, argumentum eſt, maius in læua fuiſſe, qua ſcutum capitur.
CONSERRATVS.] in modum ſerræ factus. Plin. lib. 11. cap. 37.2, Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis, corpore cõſerratum.
CONSERVO.] Plin. lib. 15. cap. 30.9, Conſeruari alitem & ſobolem iuſſère Aruſpices.
Conſeruare genus, Lucret. lib. 2. 142.
Pudicè conſeruare puerum alicui, Catul. epig. 15. 1.
Conſeruare ſe, Terent. Heaut. 4.1.45.
Vires, Plin lib. 11 cap. 54.1.
Rem ſuam, Terent. Adelph. 5.2.27,
Eandem illam rationem antiquam obtine,
Conſerua, quære, parce.
¶ Conſeruatio Bonorũ conſeruatio. Quint lib. 5. cap. 10. 24.
CONSERVVS.] Qui cum alio eidem domino ſeruit. Terent. Adelph. 3. 3.70, Conſeruis ad eundem illis præcipio modum. Vlpian. in l. ſed ſi damnum tit. de peculio. Planè ſi conſeruus dederit damnum, vel ſurripuerit, in peculium videbitur haberi.
¶ Conſerua. Terent. Eunuch. 2.3.74,
—ſumma forma ſemper conſeruam domi Videbit Varro 2. de Re ruſt. cap. 10.5.
Conſeruabus, Scæuola in l. prædia. §. 1. ff. de inſtr.
¶ Conſeruitium. Plaut. Capt. 5.52, Perq; conſeruitium commune, quod hoſtica euenit manu.
CONSIDEO.] ſimul ſedeo & ſine motu eſt. Virgilius eclog. 9.37,
Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba.
Conſidere inter vlmos, Virg. eclog. 5.1.
Sub ilice, Virg. 7. eclog. 1.
Conſedit terra. Liu. de bello Maced. pro Deſedit.
¶ Conſedo; Conſeſſor. C. Hemina Annal. lib 4, Nemo vicinus conſedo.
¶ Conſeſſor: Qui vnà cum alio ſedet. Liu 4. bel. Maced. 198, Cur diues pauperem conſeſſorem faſtidiret.
¶ Conſeſſus. Caueæ conſeſſus, Virg. 5. Aen. 67.
Implere conſeſſum clamoribus, Virg. 5. Aen. 67.
Luſtrare conſeſſum in equis, Virg. 5. Aen. 115.
CONSIDERO.] Vide CONSYDERO.
CONSIDO.] ſimul ſedeo: Cum motu, de loco ad locum. Colum. lib. 8, Neque aut recumbat, aut conſidat. Plin lib. 34. cap. 10 6, adiecta largiore aqua teritur, & dum conſidat, relinquitur.
Conſidere & regnare in aliqua ratione. Sil lib. 15. 104.
Aruis aliquorum conſidere, Virg 4. Aen. 8.
Ignis conſedit, Ouid. 13. Metam. 82.
Vbi ira conſedit, Liu. 8. bel Maced. 71.
Conſidere aula, Valer. lib. 8. Argon. 34.
Conſidere Cretæ, Virg. 3. Aen. 33.
Perpetuis menſis, Virg. 7. Aen. 36.
Portu, Virg. 3. Aen. 75.
Regno, Stat. 11. Thebaid. 31.
Regnis cum aliquo, Virg. 1. Aen.
Saxo, Ouid. 1. Metam. 137.
Scamnis, Ouid. 6 Faſt. 61.
Sedibus, Virg. 4. Geor. 13.

Solio medius cōſedit auito. Virg.7. Aen.35. Ouid.3. Faſt.72.
Diui conſidunt tectis bipatentibus, Virg.10. Aen.1.
Terra, id eſt, in regione aliqua, conſidere, Virg.4. Aen.70.
Tranſtris, Virg.4. Aen 115.
Conſidere in aliam partem, dixit Senec. epiſt. 118 pro, Deſcendere in diuerſam opinionem.
Regia tota conſedit in cinerem. Id eſt, conflagrauit. Stat. 3. Thebaid 37.
In ignes conſidere, Virg. 2. Aen.125.
In vmbra conſidere, Ouid.5. Metam.68.
CONSIGNIFICO.] Vnde Conſignificatio. Apuleius: Eâ furoris conſignificatione perterriti omnes.
CONSIGNO.] aliquam rem ſigno noto. Plaut. Trinum 11.32, Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint à patre. Idem Perſa, 13.12.
Legem conſignare. Vlpian. in l. Iulianus. §. Idem Iulianus. ff. de actionibus empti.
Conſignare pecuniam inter aliquos. Suet in Claud.
¶ Conſignationes: quas vocamus documenta, vel chirographa, Quint. lib.12 cap.8, Promittit enim litigator omnia; teſtem, populum, paratiſſimas conſignationes.
CONSILESCO.] conſileſcis, conſileſcere. Gell lib.12. cap.1, impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit.
CONSILIGO.] Herbæ genus, Colum. lib.6. cap.5.3. Plin. li.25. cap.8.7.
CONSILIO.] Idem ferè quod Inſilio, & inſulto. Tacit. lib.3. Imbelles Aeduos euincite, & fugientibus conſilite. Idem lib.5. non ita procul à fine; Igitur Sinnaces, patrem Abdagaſem, alioſq; occultos conſilit.
CONSILIVM.] Feſtus: Conſilium vel à conſulendo dicitur; vel quòd in vnam ſententiam plurium mentes in vnum conſiliant & conueniant. Sed à ſilentio credibilius dictū putatur, quo maxime inuenitur.
Conſilium, Animus, Mens, eadem ſunt, Lucret. lib.3.28.
Conſilium, & Fortuna, opponuntur, Virg 2. Aen.131,

Nam quod conſilium, aut quæ iam fortuna dabatur.

Ambiguus conſilij, Tacit. lib.20.
Vis conſilij expers mole ruit ſua, Horat.3. Carm. ode 4.13.
Improuidus conſilij, Tacit. lib.19.
Inopes conſilij, Ouid.9. Metam.150.
Opportunus conſilijs, & aduerſus, Quint. lib.5. cap.19,27.
Viridis conſilio, Sil. lib.3,52.
Conſilium arcanum. Horat.2. Carm. ode 21.3.
Grandæuum, Valer. Flac. lib 7.70.
Intimum conſiliorum: pro, Intimū conſilium, Tacit. lib.15.
Lene conſilium dare alicui, Horat.3. Carm. ode 4 9.
Libera conſilia, Horat Epod.115.
Præſentiſſimum conſilium, Quint. lib.2. cap.13,10.
Prima conſiliorum: id eſt, prima conſilia, Tacit. lib.18.
Sana conſilia expetere, Senec. Hippol 2,20.
Sapiens conſilium, Ouid.13, Metam.87.
Turbidum, Curtius lib.7.
Adminiſtrare conſilium, Quint. lib.5 cap.14,8.
Afferre in templum conſilium furti, Quint. lib.4. cap.2.50.
Amouere conſilia caſſ, Senec. Troad.6.33.
Cogere, Quint lib.7. cap.3.15.
Dare conſilium ſecundùm mores, Quint. lib.3. cap.8,9.
Dictare conſilia, Senec. Agamem.4.13. Id eſt, exponere.
Conſilium dominatur in toto corpore, Lucret. lib.3,28.
Expeditum conſilium, Tacit. lib.18.
Animus conſilia expedit, Senec. Agamem.3.1.
Tuta conſilia expetere, Senec. Agamem.3.1.
Facere aliquem certum ſui conſilij, Ouid 11. Metam.84.
Fracta, & impulſa fatis conſilia, Stat.4. Thebaid.1.
Gerere aliquid conſilio, Quint. lib.5. cap.14,8.
Habere conſilium de. Virg.9. Aen.46,

Conſilium ſummis regni de rebus habebant.

Scelera non habere conſilium vulgò dicitur. Quint. libr.7. cap.3.34.
Iuncta conſilia, Senec. Agamem.4.17.
Miſcere cum aliquo, Tacit. lib.15.
Miſcere ſe conſilijs, Stat.12. Theb.95.
Mouere conſilium, Valer. lib.6, Argon.5.
Muſſare, Stat 3. Theb.19.
Parére conſilijs, Virg.5. Aen.145.
Quærere conſilium, Catul. Argon.35.
Regere conſilia, Quint. lib.1. cap.10.3.
Seneſcunt conſilia, Liu. lib.5. Decad.4.
Tegere vultu conſilium, Virg.4. Aen.96.
Tenere obſtinatum conſilium alicuius rei, Seneca Hippol. 7 4.
Verſare pectore conſilia, Virg.1. Aen.133.
Regnum viget conſilijs, Virg. 2. Aen.18.
Conſilium eſt, ita facere, Plaut. Milite, 6.70.
Conſilio, *in ablatiuo: pro, Arte, vel De induſtria.* Liuius libro 4. bel. Maced. Sequutum tamen ſua ſponte eſt, velut conſilio petitum eſſet, vt vilior ob ea regi Annibal ſuſpectiorq; eſſet.
Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu, Virg 11. Aen.141.
Conſilio hanc omnes animiſq; volentibus vrbem Afferimur. Virg.7. Aen 43.
¶ Conſilio: Cōſilium do, vel peto. Horat.3. Carm. ode 3 4,

—hac Quirinus,
Martis equis Acheronta fugit
Gratum elocuta conſiliantibus
Iunone diuis.

¶ Conſiliator. Plin. epiſt. 82, Ille in gerendis meis honoribus conſiliator & rector.
¶ Conſiliarius: Adiectiuum (βουλευτικός) Plaut. Trucul. 5.6,

—magiſq;
Adeò ei conſiliarius hic amicus eſt, quàm auxiliarius.

Idem Epid.3.5 56,

Iam Senatum conuocabo in corde conſiliarium.

¶ Conſilioſus: à Catone dictum, teſte Gell. lib.4. cap.9.
¶ Conſulere: ſinè adiecto, idem quod Conſultare. Cæſar.7. bell. Gall. 335, Bis magno cum detrimento repulſi Galli quid agant, conſulunt. Terent. Adelph.5.9.25, Age pater. M. pòſt conſulam.
In longitudinem conſulere, Terent. Heaut.5.2.10. Id eſt, prouidere in poſterum.
In commune conſulere: Id eſt, in publicam vtilitatem. Terent. And.3.3.16, Oro te in commune vt conſulas.
In publicum: Idem Plin. epiſt. 190.g.
In medium, Lucán. lib.5.10.
Conſulitur in medium, Liu.5. bel. Pun.58.
In vnum, Tacit. lib.20.
Conſulere de Propert. lib 4. eleg 5 4.

Conſuluitq; ſtriges noſtro de ſanguine.

Conſulere de aliquo bene vel malè, Eſt, bene vel ſecùs eum accipere & tractare. Liuius: De perfugis grauiùs, quàm de fugitiuis, conſultum.
Acerbè de aliquo conſulere. Liuius: De nullis enim, quàm de vobis, acerbiùs conſuluerunt.
Ex re conſulere: Hoc eſt, prout occaſio tulerit, Tacit. lib.1.
Conſulere in aliquem: Idem quod malè eum accipere & tractare. Liu. In humiliores crudeliter, libidinoſeque conſulebatur.
Conſulere aliquid in ſe & in alterum. Terent. Heaut.3.1.28,

Quia peſſimè iſtuc in te atq; in illum conſulis,
Si te tam leni & victo eſſe animo oſtenderis.

Boni conſulere, Plin in proœm. li 33.4 Id eſt, Bonum iudicare: vt exponit Quint lib.1. cap.17.
Boni conſulere aliquid, Ouid.1. Triſt. eleg.1.21.
Laborem alicuius boni conſulere. Quintil in proœmio, libro 6.14.
Conſulere aliquid mali, quod facias alteri. Plaut. Perſa, 23.65, Certò ibi homines mihi neſcio quid mali conſulunt, Quod faciant.
Conſulere alicui: Prouidere. Terent. Heaut.4.3.36.
Longè conſulere, Virg.9. Aen.68.
Conſulere male alicui, Plaut Aſin.16,88.
Optimè illi conſultum vult eſſe, Terent. Phorm.1.3.1.
Concordiæ conſulere, Liu.4. bel Maced.185.
Conſulere infirmitati, Plin. epiſt.141.
Conſulere ius: pro, Petere conſilium de iure. Liu.9. bell. Maced.
Labori alicuius conſulere, Quint lib 3. cap.1.15.
Natis conſulere, & thalamis. Senec. Medea, 7 3.
Saluti ſuæ, Cæſar 5. bel. Gal.104.
Supremis ſuis: hoc eſt, Ad finem vitæ reſpicere; Tacitus libro 15.
Coniectorem conſulere, Plaut. Amph.7.76.
Conſulere aliquid alterum. Plautus Menæch.15; 26 Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeant.
Conſuluit Apollinem de bello. Plin. De viris illuſt.35.
Deos conſulere, Ouid.2. Faſt.48.
Conſulere deum augurijs. Liu.1. ab Vrbe, 84.
Spirantia exta conſulere, Virg.4. Aen.13.
Lucos, Virg 7. Aen.17.
Oracula Phœbi, Ouid.3. Metam.2.
Speculum, Ouid.3 de Arte, 28.
Viam: Inire rationem viæ, Tibul. lib.2. eleg.6.5.
Conſultum non eſt, Plaut. Rud.6.7.
¶ Conſul: Maior magiſtratus erat Romæ, inquit Feſtus.
Aequus Conſul, Sil lib.13,54.
Relatio Conſulum, Tacit. lib.1.
Syluæ ſint Conſule dignæ, Virg.4 eclog.1.
Conſulem, pro anno poetæ dicebant, quoniam ſingulis quibuſque annis noui Conſules creabantur. Martial. lib 1 99,

Bis iam penè tibi Conſul triceſimus inſtat,
Et numerat paucos vix tua vita dies,

Conſule primùm, facto Conſule iterum. Catul.epig.108.
Te Conſule: Temporibus Conſulatus tui, Virg.4.eclog.3.
¶ Conſulatus: Officium vel dignitas, ſiue tempus quo Cõſul in officio eſt, Plin.lib.14.cap.15.1, Epulo verò in tertio Conſulatu ſuo Falernum.
Ingredi Conſulatum, Quint.lib.6.cap.1,27.
¶ Conſularis: Qui Conſul fuit, Plin.lib.7.cap.44,1.
Conſularis cognitio, Quint.lib.3.
Fœmina Conſularis Suetonius in Auguſto: Obiecit ei Cõſularem fœminam è triclinio viri coràm in cubiculum abductam.
Lictor Conſularis, Horat.2.Carm.ode 16,2.
¶ Conſulto. Cæſar 5.bel Gall.199, Omnes ferè Galliæ ciuitates de bello conſultabant.
Conſultare aliquid & procurare. Liu. Ad hæc conſultanda procurandaq; multitudine omni à vi & armis conuerſa.
De tempore futuro conſultare, Quint.lib.3.cap.8.4.
Conſultare Reip. Salluſt. Id eſt, Beneficium in Remp. conferere.
Conſultare ex re ſua, Plaut. Aſin 10,35.
Conſultare conſilio, Plaut. Trucul.4.7.
Malè corde conſultare, Plaut. Trucul.5.15.
Conſultare aliquem, Plaut. Milit.15.4. Id eſt, conſilium petere.
Conſultare, *cum infinitiuo*. Sil.lib.6.70, Conſultant mandare duci.
¶ Conſultatio, Terent. Hecyr.4.4.28, Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt.
Apud C. Cæſarem conſultatio de pœna Theodori ponitur. Quint.lib.3.cap.8.38.
Propoſita conſultatio. Quint.lib.3 cap.8.40.
¶ Conſultus, adiectiuum: à quo iure conſilium petas, Horat.1.Serm.Satyr.1.4.

—eris tu, qui modò miles,
Mercator: tu conſultus, modò ruſticus.

Conſultus eloquentiæ: Eloquens. Liu.lib.10. Plin.de Viris illuſtrib.72.
Conſultus iuris, & actor cauſarum mediocris, Horat.in Arte, 75.
Conſultus vniuerſæ diſciplinæ, Colum.lib.11.cap.1.11.
Conſultiſſimus iuris, Plin.de Viris illuſt.44.
Conſulta verba: Prudenter & conſultè dicta, Ouid.1.de Arte amandi.
¶ Conſultum: Decretum, ſtatutum, Horat in Epiſt. Qui conſulta patrum, qui leges iuraq; ſeruat. Salluſtius: Oportere quinquennij conſulta & decreta reſcindi.
In manibus conſulta alicuius eſſe, Sil.lib.7.7.
Petere conſulta. Virg.6.Aen.30.
Belli conſulta non ſtant, Sil lib.4.9.
¶ Conſultor: qui dat conſilium. Salluſtius in Iugurtha: Simul ab eo petijt, vt fautor conſultorq; ſibi adſit. Varro 3. de re Ruſt cap.2.1, Opinor, inquam, non ſolùm quod dicitur, Malum conſilium, conſultori eſſe peſſimum: ſed etiam bonum conſilium, qui conſulit & qui conſulitur, bonum habendum.
¶ Conſultè: Prudenter. Plaut. Rud.27.14, Ille qui conſultè, doctè, atq; aſtutè cauet.
¶ Conſultò: cum conſilio. Plaut. Pœn.11.43, Conſultò hoc factum eſt, mihi vt inſidiæ fierent. Pro eodem Gellius dixit, Conſulta opera, lib 6.cap.17.
¶ Conſulto: *Ablatiuus, qui vice infinitiui vſurpatur*. Salluſtius: Nam & priuſquam incipias, conſulto, & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt.
CONSIMILIS.] Plautus. Amph.3.289, Tam conſimilis eſt atque ego.
Carmen conſimile, Ouid.3.de Ponto, eleg.7.1.
Cauſa conſimilis, Lucret.lib.4.47.
Color, Lucret lib.148.
Ludus, Terent. Eunuch 3.5.38.
Ratio. Lucret.lib.1.169.
Conſimilis, *genitiuo iunctum*. Terent. Heaut.2.4.13, Cuius mos maximè eſt conſimilis veſtrûm.
Conſimilis, *datiuo*. Terent. Heaut.2.4.2, Iſti formæ, mores vt conſimiles forent.
Conſimilis moribus, Terent Heaut.5.3.16.
CONSISTO.] Sto. Plautus Aulul.14.15, Iam nunc non auſim præterire, quin cõſiſtam & colloquar. Terent. Adelph. 2.1.2,

Otioſè nunc iam illicò hîc conſiſte.

Vires prohibent conſiſtere me, Ouid.7.Metam.117.
Obuia duci conſtitit, Lucret.lib.3.17.
Conſtitit cum altero hoc loco, Plaut. Ciſtel.10.31.
Ante oculos conſtitit, Ouid.epiſt.15,13.
Ante pedes alicuius conſiſtere, Lucan.lib.2, 102.
Ante vultus, Ouid.epiſt 19,14.
Propius, Ouid.3.de Arte amandi, 93.
Contrà, Virg 12.Aen.55.
Ex diuerſo, Quint lib.4.cap.1,29.
In aliquo loco, Cæſar.4.bel.Gal.562.
In acie, Tacit.lib.2.
In choro aliquo, Senec. Medea, 28.
In medio conſpectu, Virg.2.Aen.14.
In humo quadam, Ouid.1.Faſt.98.
Oris placidis, Propert.lib.1.eleg.19.5.
Pontibus crebris, Virg.4 Georg 6.
Tectis, Stat.lib.1.Thebaid.56.
Terra aliqua, Virg.1.Aen.6.127.& 6.162.& 8.2. Latio conſiſtere Teucros.
Prima terra, Virg.1.Aen.109, Id eſt, littore.
Patria terra, Virg.19.Aen.15.
In thalamo, Propert.lib.1.eleg.14,4.
Super ripam, Ouid.6.Metam.75.
Ad anchoram, vel in anchoris. Cæſ.3.bel.Ciuil.401, Idem libro eodem.
Ad terga alicuius, Ouid.5.Faſt.106.
Intra ea quæ profitentium commentariolis vulgata ſunt. Quint lib.1.cap.5.5.
Inter ſe diſſimili ſumma, Lucret.lib.2.140.
Acies conſiſtit in agmen quadratum, Tibul.lib.4.eleg.1.21.
Vertice celſo aëriæ quercus conſiſtunt, Virg 3.Aen.135.
Conſiſtere ad aliquã rem dicitur, qui eius inſpiciendę cauſa moratur. Seneca de Vita beata.
Ad ſonitum, Seneca Herc fur.7.11.
Aluus conſiſtit, Cato cap.125. Hoc eſt, compreſſa eſt.
Morbus, Celſ.lib.3, Videndus eſt etiam morbus an conſiſtat, an minuatur.
Curſus pituitæ, Celſus lib.6 cap.6.
Stomachus, Celſus lib.4.cap.5.
Aqua, Varro 1.de re Ruſt.cap.51.1.
Frigore conſiſtere dicuntur fluuij. Ouid.5.Triſt.eleg.11.1. Id eſt, glacie aſtricti & congelari.
Mare conſtitit vndis, Tibul.lib 4.eleg.26.
Pontus conſiſtit glacie, Ouid.3.Triſt eleg.10.8.
Vento conſiſtere, Virg.4.Georg 97.
Fides conſtitit vtrinq;. Liu.2.ab Vrbe, 61.
Conſiſtit ſpes eorum in ea re, Cæſar 3.bel.Gal 407.
Salus conſtitit, Cæſar 3.bel.Ciuil.55.
Rhetorica in actu conſiſtit. Quint lib.2.cap.18.2.
Ira infracta conſtitit, Ouid. Metam.126.
Mens conſiſtit, Virg.1.Aen.130.
Conſiſtere pectore nequit conſilium, Terentius Adelph. 4.4.4.
Conſiſtit authoritas Cerretano vino, Plin.lib.14.cap.6.8.
Conſiſtit tibi omnis cauſa familiæ, Plaut. Aſin.10.16.
Legatum conſiſtere: pro Valere. Africanus in l. ſeruum filij. ff. de legatis primo. Et paulò pòſt in §. ſi pocula, Iulianus lib.22. Digeſtorum, ſcribit, legatum in omnibus ſupraſcriptis conſiſtere, & deberi quod extat.
Sine re aliqua non conſiſtere. Papinianus in l. denique. ff. ex quibus cauſis maiores.
Conſiſtere cum aliquo in iudicio. Martianus in l. nullo modo. ff. ad l. Corn. de falſ. Nullo modo ſerui cum dominis conſiſtere poſſunt. Plaut. Curcul.10.16, Nec vobiſcũ quiſquam in foro frugi conſiſtere audet. Papinianus in l ſi bonæ fidei poſſeſſor. ff. de petitione hæreditatis.
Aduerſus aliquem conſiſtere ex re aliqua. Hermogenianus iuriſconſultus in l. vix certis ex cauſis. ff. de iudicijs.
Legitimè conſiſtere aduerſus aliquem. Martianus in l. grege. §. & in ſuperficiarijs. ff. de pignoribus.
Ex vtraq; parte conſiſtere. Vlpian in l. athletas. §. item præuaricator. ff. de his qui notan. infam.
Conſiſtere in haſta. Valer.lib.8.Argon.27.
¶ Conſiſtere: *Actiuè poſitum*. Conſiſtere vitam tutam: id eſt, parare & conſtituere vitam tutam, Lucret lib.6.3.
¶ Conſtitio. Gellius lib.16.cap.5. Ab illa ergo grandis loci conſtitione, & quaſi quadam ſtabulatione veſtibula appellata ſunt. Macrobius tamen libro 6.capite 8, Legit Cõſiſtione.
CONSITIO, CONSITVRA, CONSITVS.] Vide CONSERO.
CONSOBRINI.] qui ex duabus ſororibus editi ſunt, quaſi conſororini. Terent Hecyr.3.5 9.

—cedò quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter?

CONSOCER.] Vlpianus: Donec ſocer nurui vel contra, vel gener ſocero, vel ſocer genero, vel conſocer conſocero, qui copulatos matrimonio in poteſtate habent.
Conſoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Suet. in Claud. Appium Syllanum conſocerũ ſuum crimine incerto, nec data defenſione occidit,
CONSOCIO.] Simul ſocio. Plaut Rud.3.67,

Vel conſociare mibi quidem tecum licet:
Aequas habemus partes. Lucret.lib.2.23.

Conſociari arma cum populo aliquo, Liuius 8. ab Vrbe,76.

Conſociare conſilia cum aliquo. Liu.5 bel.Pun.154,Patria quid de vobis meruerat, quam cum Mandonio & Indibili conſociando conſilia prodebatis.

Imperium, Liu.8.ab Vrbe,16.

Rem inter ſe conſociarent: hoc eſt,ſocietatem rei contraherent, Apud Liuium.

¶ Conſociatus: Participium, Ouid.ad Liuiam,6.

CONSOLIDO.] redintegro, & in vnum congero. Vlpianus de vſufruct. accreſc. l. idem Neratius Etſi duobus vſufructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus, ius accreſcendi non petit.

¶ Conſolidatio.§.item finitur.de vſufructu.in Inſtit.Si vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit: quæ res conſolidatio appellatur. In alia autem ſignificatione vſus eſt.Vlp. in l.idem Neratius.§. non ſolùm. ff. de vſufruct. accreſc. Et ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem,iiſdem & nunc amittit.

CONSOLOR.] Amore fido alicuius ſeſe conſolari, Catul. Argonaut. 37.

Iacentem conſolari,Ouid.3.de Pont.eleg.3.16.

Conſolari miſeriam & calamitatem. Senec.3.de Ira.

Inquirendo,ſcribendoq; talia,conſolemur otium noſtrum. Quint.lib.2.cap.12 8.

¶ Conſolo: *Actiuum*. Varro Oedipo Thyeſte: Per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui conſolaret.

¶ Conſolans:Partic.Verba cõſolantia. Ouid.15.Metam.99.

¶ Conſolor:paſſiue. Aſinius: Sed quum ob ea,quæ ſperaueram,dolebam; conſolabar ob ea quæ timui.

CONSOMNIO. Plaut. Moſtel.9.61, Quid is conſomniauit? TR. Ego dicam tibi.

CONSONO.] Reſono. Plaut.Amph 4.74,
Poſtquam id actum eſt,tubæ vtrinq; canunt:contrà
Conſonat terra,clamorem vtrinq; efferunt.

Conſonat clamor.Liu.6.bel.Maced.132.Id eſt,concordat.

Nemus, Virg.5.Aen.30.

Conſonare ſibi: *pro Conſtare*. Seneca epiſt. 31, Vt perfecta virtus, ſit æqualitas, ac tenor vitæ per omnia conſonans ſibi.

Sibi conſonare in faciendis, ac non faciendis. Quint.lib.2. cap.20,4.

Reſcripto conſonare. Vlpian.in l.ſi peculium legetur.§.vlt. ff.de peculio legato.

¶ Conſonans: Adiectiuum.

Eſſe conſonans. Vlpianus in l.iuſiurandum & ad pecunias. §.non ſemper.ff.de iureiurando. Non ſemper autem conſonans eſt,per omnia referri iuſiurandum tale, quale defertur.

Aſpirari conſonantibus, Quint.lib.1 cap.5.14.

Frangere conſonantem. Quint.lib.1.cap.4.9.

¶ Conſonus:adiectiuum: Plangor conſonus. Ouid.13.Metamorph.134.

Vox conſona, Silius lib.5.40. Idem lib.17. 90,Armorumq; habitus noti & vox conſona linguæ.

CONSOPIO.] ſomnum induco. Lucr lib.6.159,
Nocturnumq; recens extinctum lumen,vbi acres
Nidore offendit nares,conſopit ibidem.

CONSORS.] Soſtratus & Numenius & Nympbodorus eiuſdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent,quòd iis plus frumenti imperabatur, &c. id eſt, particeps,Conſors conſilij publici, Plin epiſt.167.b.

Generis conſortes:id eſt,conſanguinei & propinqui. Ouid, epiſt. 3.10.

Imperij conſors, Claud.in Nupt.Honorij,56.

Operum conſortes,Ouid.1.Faſt.135.

Periculorum. Plin.in Paneg.101. Senec. Agamemn, 13.6, Conſors pericli pariter ac regni mei, Aegiſthe, gaudes?

Thalami conſors, Ouid 10. Metam.50.Id eſt, vxor.

Accite conſortem, Silius lib.8.67.

Conſors caſus:pro Simili, Propert.lib.1.eleg.20.1.

¶ Conſortium: Societas. Celſ.lib.7,Cum eo ne ignoremus orto in veſica cancro, affici ſtomachum, cui cum veſica quoddam conſortium eſt

Initum conſortium. Papinianus in l.ſi fratres.§. idem Papinianus. ff. pro ſocio.

Sarcire conſortio collationis, damnum nauis amiſſę. Hermog. in l.amiſſę nauis. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

¶ Conſortio Idem. Liu.lib. 6, Quænam iſta ſocietas? quænam conſortio eſt?

Conſortio ſociabilis. Liu.10,bel.Maced.

CONSPERGO.] Idem quod Spargo. Plautus Curcul.2.80. Stich.6.30,



—vbi vino has conſperſi fores.

Conſpergere ante ædes; ſubaudi iuncum aut herbam viridem. Plaut.

Tempora conſpergunt viridantes floribus herbas. Lucan. lib.2.7.

Aras conſpergere ſanguine, Lucret.lib.2,249.

CONSPICIO.] Cerno. Plaut.Amph 8.121, Qui ipſus equidem nunc primùm iſtanc tecum conſpicio ſimul.

Lumine cupido aliquem conſpicere, Catul.Argon.17.

Conſpicere corde, Plaut.Pſeu.12,3.

Conſpicere ſibi, quę ſint in rem ſuam, Plaut.Trinum.10.11.

Locum inſidijs conſpicere, Virg.9 Aen.49.

Conſpicere, *cum infinitiuo*. Catul. Argon.78,
Conſpexit terra centum procurrere currus.

¶ Conſpicior. Plaut.Pſeu 7.130.
—ſi ſumus Conſpectu.

Bonis animi conſpici: Id eſt, virtute & ſcientia illuſtrem eſſe. Ouid.1.Triſt eleg.5.7.

Chlamyde & pictis cõſpectus in armis, Virg.8.Aen.116.

In oſtro Tyrio conſpectus, Virg 3. Georg 4.

¶ Conſpiciendus. Tibul.lib.1.eleg.2.15, Inſideat celeri cõſpiciendus equo.

Aurato conſpicienda ſinu, Ouid.2. Faſt.62.

Signa veteri cõſpicienda metallo, Valer.lib.1. Argon.54.

¶ Conſpectus: Nomen ex participio. Liuius 6. ab Vrbe,70, iam nihilo mea turba, quam vllius, conſpectior erit. Ibid. lib.2.20.

Mors conſpectior, Tacit.lib.20.

Pars nulla conſpectior capillis, Ouid.4.Metam.59,1.

Turba, quàm dignitate conſpectior plebis. Liu. lib, 2. belli Punici,172.

Platano conſpectior, Ouid.13.Metam.170.

¶ Conſpectus: Verbale. Virg.1.Aen.8.
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

In conſpectu, Virg.1.Aen 38.

In medio conſpectu conſiſtere, Virg.2.Aen.14.

Fugatus ex hominum conſpectu, Lucr.lib.3,10.

Ire ad conſpectum chari genitoris, & ora Contingat. Virg. 6.Aen.22.

Prodire in conſpectum alicuius, Plaut Moſtel.16.33.

Reddere conſpectum alicuius, Virg 9.Aen.55.

Quæ eſt in oppidi conſpectu. Varro 1.de re Ruſt.cap 7.4.

Conſpectum alicuius vereri, Terent. Phorm.2.2.1.

Venire in conſpectum, Celſ.lib.7.cap.26.

Vitare alicuius conſpectum, Quint.lib.6.cap.3,64.

Conſpectum tumultum pro Conſpicuo, poſuit Liu.2. belli Macedonici.

¶ Conſpicuus: Qui ab omnibus conſpicitur: vel, qui circunſpicitur. Martial.lib.1.2,
Hic vbi conſpicui venerabilis amphiteatri
Erigitur moles.

Occultus & conſpicuus, contraria. Ouidius 4. Triſt. eleg. 9.22.

Præſens & Conſpicuus, Ouid.2. Triſt.11.

Decus conſpicuum, Ouid.ad Liuiam,68.

Loci conſpicui, Ouid.3.de Arte amandi,79.

Opus conſpicuum, Ouid.5.Triſt.eleg.15,5.

Vertex latè conſpicuus, Horat.3. Carm.Ode 16.4.

Conſpicuus alicui, Plin.lib.36.cap.12.2.

Conſpicuus albo colore, Col.lib.7.cap.12,3.

Conſpicuus longè fulgentibus armis, Ouid. 4. de Ponto, eleg 7 7.

Inſignis clara conſpicuuſq; domo, Tibul.lib.3.eleg.3.1.

Manu conſpicuus, Tacit.lib.19.

Toris conſpicuus. Valer.lib.1.Argon.51.

Conſpicuus fons in planicie, Plin.lib.6.cap.27,1.

Conſpicuus forma, Plin epiſt 144.2.

Conſpicuus homo, Liu.1 ab Vrbe,156.

Fide conſpicuus, Ouid.epiſt.5.28.

Laude, Plin.epiſt.37.2.

Magnitudine, Plin lib.11.cap.42.2.

¶ Conſpicor: Idem quod Conſpicio. Terentius Eunuch. 5. 9. 32, Cur ergo in his ego te conſpicor regionibus? Idem Terent. Heaut. 1. 1. 16, Quin ego te in fundo conſpicer. Cæſar. 2. bell. Ciuil. 93, Hunc conſpicatæ naues.

¶ Conſpicilium: eſt vnde conſpicere poſſit. Plaut. Medico: In conſpicilio obſeruabam.

Conſpicilium etiam dicitur, quod adhibemus oculis, vt res meliùs videantur. Plaut. Vitrum cedo; neceſſe eſt conſpicilio vti.

¶ Conſpicillum: Idem. Plaut Ciſtel.2.82,
—dum redeo domum,
Conſpicillo conſecutus eſt clanculũ me vſq, ad fores.

CONSPIRO.] Simul ſpiro, vel flo.

Conſpirare omnibus partibus ad aliquid faciendum. Col. lib. 3. cap. 13,6.
Conſpirare: *pro Coniurare & conſentire*. Plaut. Merc. 18.28, Mirum ni ſenes vicini in vnum nidum conſpirauerint.
Conſpirare in commune in malum. Columel. libro 12. in præfat 7.
Conſpiratum eſt in eum à LX. ampliùs, Suetonius in Cæſare, cap. 80.
¶ Conſpirans. Ardor mutuus conſpirans. Lucret. libro 4. 245.
¶ Conſpiratio: Inceſſere conſpirationem. Quint. lib. 5. cap. 7, 15.
¶ Conſpirati: Qui conſpirauerunt & coniurarunt. Sueton. in Cæſare, cap. 82, Aſſidentem conſpirati, ſpecie officij circunſteterunt.
Conſpiratæ res: quæ velut conflatæ ſunt in vnum corpus. Seneca epiſt. 85.
¶ Conſpiratus: concentus. Gellius lib. 1. cap. 11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarumq; concentu, verùm conſpiratu tacito nitibũdos.
CONSPIRO.] Id eſt, conuoluo. Plin. de Viris illuſt. 22, Anguis ſe in Volumnij tabernaculo conſpirauit.
CONSPISSARE.] Plin. lib. 35. cap. 6. 7, Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta conſpiſſataque. Col. lib. 2. cap. 18. 5, Prius quàm conſpiſſatum, & herbis colligatum fit ſolum.
CONSPVO.] ſputo aliquem fœdo. Plaut. Ab omnibus deriſus, atque conſputus.
¶ Conſputo: Frequentatiuum. Plaut. Curcul. 10, 17.
CONSPVRCO.] Commaculo. Col. lib. 8. cap. 3. 8, Nam ſuperſiliens auis proluuie ventris cibos & aquã conſpurcat.
Sapore tetro conſpurcare omnia. Lucr. lib. 6, 5.
CONSTABILIO.] Stabile & firmum facio. Terent. Adelph. 5. 1. 9,

----dis quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes.

Subſidijs al cuius conſtabilitus. Lucr. lib. 2, 9.
CONSTANS, CONSTANTIA, CONSTANTER.] Vide CONSTO.
CONSTELLATIO.] Firmicus lib. 1. cap. 1, Hæc vitia mala, Mercurij cum Marte perficit conſtellatio. Idem lib. 4. cap. 2, Iſtis calamitatis laqueis implicatur, qui ſub tali natus fuerit conſtellatione.
CONSTERNO.] conſternas quum mens turbata eſt, & de ſtatu mota, & quaſi humi ſtrata. Salluſtius primo hiſtor. Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucij conſternãtur. Liu. 6. ab Vrbe, 10, Ita conſternauit hoſtes, vt minor moles ſuperantibus vallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit.
Conſternare animos. Liu. 8. ab Vrbe, 138.
Pauida & conſternata multitudo. Liu. 3. ab Vrbe, 65.
Conſternari animo. Salluſt. Qua victoria elati hoſtes noſtri territi, atq; animis conſternati diſceſſere. Cæſar 7. bel Gal. 124.
Conſternati, *etiam dicuntur, commoti & perturbati, atq; tumultuantes*. Liu. lib. 4. Decad. 4. in Catonis oratione: Volo tamen audire quid ſit, propter quod matronæ conſternatæ procurrant in publicum.
Equi conſternantur. Ouid. 2. Metam. 63. Et Equi conſternati. Idem 5. Faſto. 62.
Mœnia conſternata. Sil. lib. 11, 17.
Timores conſternati. Ouid. 12. Metam. 12.
¶ Conſternatio. Liu. 7. bel. Maced. 172, Auxilia enim ſubſidiaria quæ proximè locata erant, pauore & conſternatione quadrigarum territa. Idem 9. bel. Pun. 33.
Conſternatio dicitur à Valerio lib. 9. cap. 7, *pro Seditione vel tumultu*.
CONSTERNO.] conſternis: Idem quod Sterno. Virgil. 4. Aeneid. 89, ----it ſtridor, & altæ
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes.
Terrã conſternere tergo: Supinum iacere. Virg. 12. Aen. 110.
Campi conſternuntur milite. Lucan. lib. 1. 25. Sil. lib. 1, 25.
Conſternere contabulationem lapidibus lutoq;. Cæſar 2. bel. Ciuil. 33.
Conſternere cubilia gallinarum. Col. lib. 8. cap. 5, 9.
Conſternere ſcrobes perticis ſalignis & lapide. Plin. lib. 17. cap. 11. 6, Area optima eſt ſilice conſtrata. Col. lib. 1. Idem lib. 7. cap. 6. 5, Ipſum verò caprile vel naturali ſaxo, vel manu conſtratum eligi debet.
¶ Conſtratus: Participium.
Conſtratæ naues: quæ cataſtromata habebant. Hirtius de bello Alexandrino: Magnoque impetu quatuor ad eam conſtratæ naues, & complures apertæ contenderunt.
Conſtratæ naues tempeſtatibus. Cæſar 3. bel. Ciuil. 106.
Conſtrata pontium Liu. lib. 10. bel. Pun.
CONSTIPO.] condenſo. Cæſar 5. bel. Gal. 180, vt ſe ſub ipſo valio conſtipauerant, receſſumq; primis vltimi nõ dabat.
CONSTITVO.] colloco. Cæſ. 2. bel. Gal. 299, Intra ſyluam aciem ordineſq; conſtituerant.
Taurum ante aras conſtituere. Virg. 5. Aen. 48.
Conſtituere coràm. Vlpianus in l. prima §. 1. ff. de procuratoribus.
Conſtituit in ordinem elephantes. Hirtius lib. 5, 102.
Conſtituit horrea certis locis. Cæſar 3. bel. Ciuil. 168.
¶ Conſtituere, *Statuere, proponere, decernere*. Terent. Phorm. 4. 3. 71, Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Virg. 1. Aeneid.

Qui teneant (nam inculta videt) hominesne, feræne,
Quærere conſtituit.

Conſtituere alicui ſe venturum. Terent. Eunuch. 1. 2. 125.
Dixit, & conſtituit ſe venturum. Terent. Heaut. 4. 4. 4.
Conſtitueram vt irem rus. Plau. Pſeu. 7, 137.
Conſtituere cum. Terent. Heaut. 1. 2. 120,

----nam conſtitui cum quodam hoſpite Me eſſe ilium conuenturam.

Conſtituere: *quod Aſſignare vulgus dicit*. Terent. Eunu. 3. 4. 3, Dati annuli: locus, tempus conſtitutum eſt.
Ad conſtitutum venire: Sub diem. Varro 2, de Re ruſt.
Conſtituere in diem. Salluſt. in Iugurtha.
Conſtituere in vel cum re præſenti. Quint. lib. 7, Illa enim potentiſſima eſt, quæq; verè dicitur totius cauſæ diſpoſitio, quę conſtitui, niſi velut in re præſenti, non poteſt. Traianus ad Plin. Epiſt. 257, Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenſes eſt, in re præſenti optime deliberabis & conſtitues.
Conſtituere æra militantibus. Liu. 5. ab Vrbe, 10.
Conſtituere diem colloquio, nuptijs, aut alicui alij rei. Plautus Trinum. 8, 139. Cæſar. 1. bel. Gal. 203.
Titan medium conſtituit diem. Senec. Hipp. 6, 9.
Documentum conſtituere. Cæſar.
Domos. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9, 1.
Iudicium. Quint. lib. 3. cap. 12, Rarum eſt autem vt in foro iudicia propter id ſolum conſtituantur.
Iura. Lucr. lib. 5, 230.
Metam. Virg. 5. Aeneid. 26.
Mœnia. Virg. 12. Aeneid. 39.
Conſtitutæ nuptiæ in hunc diem. Terent. And. 1. 5. 34.
Conſtituere oppidum, & exædificare. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 57.
Pœnam in aliquem. Cæſar 5. bel. Gal. 6.
Reditum ex mari: piſcinas faciendo. Col. lib. 8. cap. 17, 6.
Regem populis. Cæſar 4. bel. Gal. 541.
Seminaria. Colum. de Arboribus, cap. 1. 3.
Stipendium militi. Quint lib. 3. cap. 8, 13.
Summam totius litis in re aliqua. Quint. lib. 7. cap. 5.
Templum. Ouid. 1. Faſt. 130.
Tempus alicui rei. Cæſar 3. bel. Ciuil. 76.
Tumulum. Virg. 6. Aeneid. 101.
Vrbem. Ouid. Epiſt. 7, 24.
Conſtituere: *Erigere*. Virg. lib. 6. 44,

----& ferales ante cupreſſos Coſtituunt.

¶ Conſtitutor: Qui ſtatuit aliquid. Legis conſtitutor, apud Quintilianum, lib. 3. cap. 6, 32.
¶ Conſtitutorius: Adiectiuum. Actio conſtitutoria. l. neque enim. ff. de conſtitutoria pecunia.
CONSTO.] Simul ſto. Plaut. Cap. 7, 11. Conſtant, conferũt ſermones inter ſe.
Non conſtat ei color neque vultus. Liu. 9. bel. Maced. 140.
Non conſtare auribus & oculis. Liu. 5. ab Vrbe, 188.
Conſtat mens. Celſus lib. 3. cap. 19.
Conſtare ſibi. Plin. lib. 35. cap. 8. 1, Non conſtat ſibi in hãc parte Græcorum diligentia.
Ille ſibi conſtat: id eſt, conſtans permanet. Horatius lib. 1. Epiſt. 13.
Conſtant. ſententiæ. Plin. lib 23. cap. 1, 20.
Conſtitit fides. Liuius: Fides conſtitit Prætoris. Id eſt, conuentis ſtetit.
Militibus etiam pietatis ratio in parentes conſtare debet. Vlpian. in l 1. ff. De obſequijs à liberis & libertis parentibus & patronis præſtandis.
¶ Conſtare: *Valere*. Plin. lib. 33; Et omnibus penè annis mutari, prout nauigationes conſtiterint. Varro 2. de Re ruſt. cap. 1. 14, Conſtat quadringentis milibus.
Conſtar auro. Plaut. Trucul. 10, 57.
Viliſſimè conſtat. Col. lib. 9. cap. 1, 6.
Tanto nobis deliciæ & fœminæ conſtant. Plin. lib. 12. ca. 18.
¶ Conſtaturus: Participium. Conſtaturus minimo impendio fructus. Plin. lib. 18. cap. 5. 4. Lucan. lib. 2, 4.
Conſtatura fides ſuperũm. Martial. lib. 12. 41, Conſtatura fuit. Megalenſis purpura centum.
¶ Conſtare: *Compoſitum eſſe & factum*.
Conſtat experimentis medicina. Quint. lib. 2. cap. 17, 7.
¶ Conſtare: *Eſſe*. Agri conſtant camp s, vineis, ſyluis. Plinius in Epiſtolis.
Conſtat temporis modus. Plin. Epiſt. 56.

Ratio conſtat. Plin. Epiſt 5.g, Paulus Iuriſconſultus in l.ex cauſa. ff de re militari Quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe apparuerit, omnia ſtipendia circa temporis finem redduntur.
Si conſtat principibus gratia, manet pax incruenta Colum. lib.9 9 6.
Conſtat magiſtratibus reuerentia. Plin. in Paneg 10,1.
Quæ animo ſententia conſtet. Virg. 5 Aeneid. 149.
Vita conſtat ſine crimine. Ouid. ad Piſonem. 24.
Conſtat omnia. Virg 3. Aeneid. 104. Iuuenalis Saty. 6. 17,
Quis feret vxorem, cui conſtent omnia?
Non ſatis certum conſtat apud animum. Liuius 10. bel. Pun. 124.
Non ſatis conſtat animis. Liu. 7. bel. Pun. 235.
Conſtat de hac re. Plininus lib. 11. cap. 5,2. Quintilian. lib. 7. cap. 3,1.
Conſtat de eius innocētia. Id eſt, manifeſta eſt. Quint. lib. 7.
¶ Conſtans: Tenax propoſiti, ac firmus.
In leuitate conſtans. Ouid 5. Triſt eleg. 9,4.
In vitijs conſtantior. Horat. 2. Serm. Sat. 7,4.
Fdei conſtans. Tacit. lib. 19.
Animus conſtans. Ouid. 2. de Remed. Amoris, 65.
Animus conſtantior annis. Ouid. ad Piſ 53.
Faſtus conſtans. Propert. lib. 1. eleg. 1,1.
Fides conſtans Ouid. 2. de Pont. eleg. 4,7.
Manere conſtantem in amore Ouid. Epiſt. 16,40.
Mente conſtanti tenere aliquid. Catul. Argon. 42.
Pectore conſtanti corpus. Sil. lib. 11, 49.
Pietate conſtanti tueri aliquem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12, 9.
Voce conſtanti negare aliquid. Ouid. 1. Amor. eleg. 4,14.
¶ Conſtantia: Animi firmitudo.
Conſtantia amicitiæ. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3,14.
Animi Ouid. 11. Metam. 59.
Notabilis conſtantia. Tacit. l b. 19.
Eximere conſtantiam. Tacit. lib. 1.
¶ Conſtanter. Conſtanter iniquus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2,6.
Conſtanter laudari ab aliquo. Ouid. Epiſt. 16,34.
Studium aliquod conſtanter ſeruare. Ouidius, de Ponto, eleg 6,9.
CONSTRATUS.] Vide CONSTERNO.
CONSTREPO.] Idem quod Strepo. Gellius libro. 4. cap. 1, Atque omnium horum & teſtimonijs & exemplis conſtrepebat.
CONSTRINGO] Arcto. Conſtringere ſarcinam. Plautus Trinum. 10,92.
Galeam conſtringere: Capiti aptare. Valer. lib. 3. Argon. 16.
Conſtringere manus. Plaut. Milit. 10, 11.
Quadrupedem. Terent. And. 5.2.24.
Mentem conſtringere: coercere affectus. Lucan. lib. 5,52.
Pectora. Stat. 2. Sylu. 1,26.
Zona expeditos conſtringit ſinus Senec. Hipp 4,7.
¶ Conſtrictus: Particip. Oratio conſtricta frænis. Seneca Hippol. 10,18.
Habere aliquem conſtrictum in ſuis vinculis. Quint. lib. 7. cap. 4 11.
Pedes conſtrictos aluta cogit. Tibul lib. 1. eleg. 8,3.
Ira cæca conſtricti. Valer. lib. 6. Argon. 85.
CONSTRUO.] Adifico. Aggerem conſtruere. Lucan. lib. 20, 50.
Fauos. Plin. lib. 11. cap. 6,2.
Nidum ſibi conſtruit ore. Ouid. 15. Metam. 60.
Vias conſtruere. Lucan. lib. 2,133.
¶ Conſtructus: Particip. Arces conſtructæ. Sil. lib. 8,29.
Aceruus conſtructus. Horat. 1. Serm. Sat. 1,9.
Menſæ conſtructæ dape multiplici. Catul. Argon. 61.
¶ Conſtructio. Plin. Epiſt. 257, Conſtructionem eius aggreſſi ſunt.
CONSTUPRO.] Idem quod Stupro. Conſtuprare matronas. Liu. 9. bel. Pun. 86.
¶ Conſtuprator. Liuius 9. bel. Maced. 56.
CONSUADEO.] Idem quod Suadeo. Plaut. Merc. 4.32, Sin ego ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo.
CONSUDO] Idem quod Sudo. Plaut. Pſeud. 9, 73. Iube ſis te opperiri: beatus ſi conſudaueris. Col. lib. 12. cap. 7.2, Et ſale conſperſa, biduo ſub vmbra, dum conſudant, reponuntur. Cato. cap 96, Sinito biduum aut triduū conſudēt.
¶ Conſudaſco Col. lib. 12. cap. 48.2, Sicq; triginta dies pati conſudaſcere.
CONSUEFACIO.] Vſu doceo Terent. Adelph. 3.3.60, Nihil prætermitto, conſuefacio. Ibidem 1.1.29 Varro 2. de Re ruſtic. cap. 9.10, Conſuefaciunt quoque vt poſſint alligari primùm leuibus numellis.
CONSUESCO.] Quaſi applicor ad aliquid, vt conſuetudinem faciam.
Conſueſcunt libero victu aues. Col. lib. 8. cap. 15,6.
Conſueſcere alicui. Terent. Adelph. 4.5.32.
Adeò in teneris conſueſcere multum eſt. Virg. 2. Georg. 55.
Conſueſcere dolori. Plin. Epiſt. 176 b.
Conſueſcere ſtagno. Col. lib. 2.
Conſueſcere cum aliqua muliere. Terent Hecyr. 4.1.41,
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere,
Qui cum tot conſueſſet annos, non eum hominem ducerem.
Conſueſcere iuuencum aratro. Col lib. 6. cap. 2,7.
Conſuemus: pro Conſueuimus. Propert. lib. 1. eleg. 7. 1,
Nos vt conſuemus, noſtros agitamus honores.
¶ Conſuetus. conſuetus puer. Plaut. Capt. 13,98.
Conſueta petens e fluctibus antra. Virg. 4. Georg. 87.
Conſuetus amor. Terent. And. 1.1.108.
Fata conſueta. Valer lib. 4 Argon. 89.
Lectus conſuetus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3.8, Et. 11. Metam. 52. Cubile conſuetum.
Vigor conſuetus. Sil lib. 6,55.
¶ Conſuetiſſimus. Ouid. 11 Metam. 128,
Adijcit, & veſtes, & conſuetiſſima quæq; Verba.
¶ Conſuetudo. Plaut Merc. 24.41, Conſuetudine animus rurſus te huc inducet.
Secundùm conſuetudinem præcedētium temporum. Plin. Epiſt. 299.
Supra conſuetudinem aliquid facere. Celſ. lib. 2. cap. 2.
Conſuetudo morbi facta eſt. Celſ. lib. 4 cap. vlt.
Aſſidua conſuetudo. Quint. lib. 1. cap. 1,10.
Longa. Quint lib. 2. cap 5.2.
Mala Horatius 1. Serm. Satyr. 3.8.
Vulgaris. Quint. lib. 2. cap. 15,7.
Inualeſcit quotidie magis conſuetudo. Quintilian lib. 2. capite 1.1.
Orthographia conſuetudini ſeruit. Quint. lib. 1 cap. 7,6.
Tenuit conſuetudo. Quint. lib. 2. cap. 1, 1.
In conſuetudinem vertere. Tacit. in Dialogo de Orat.
¶ Conſuetudo: *Conuerſatio familiaritas*. Terent. And. 3.3.29,
----ſpero conſuetudine &
Coniugio liberali deuictum Chreme.
Conſuetudo quotidianæ vitæ. Terent. Heaut. 2.3.42.
CONSUI., CONSULO.] Vide CONSILIUM.
CONSUMMO.] Perficio. Plin. Epiſt. 156, quoquo modo conſummare opera, vt inchoata ſunt.
Munus conſummare: Exſequi Senec Hipp. 8,18.
Sacrum conſummare: Peragere. Senec. Hercul. fur. 11,29.
¶ Conſummatus: Perfectus, abſolutus.
Conſummata ars. Plin lib 14. cap 4,3.
Conſummata eloquentia. Quint. lib. 1. & alibi: Conſummatus vndique.
Conſummatus homo. Martial.
Quod magni Thraſeæ, conſummatiq; Catonis.
Prælia conſummata Lucan lib. 1.69.
Conſummata ſapientia. Colum.
¶ Conſummatio: Perfectio. Col. lib. 2, Hac conſummatione operum, colligitur poſſe agrum. Plinius libro 26. capite 8, 2.
Conſummatio profeſſionis. Colum. lib. 9. cap. 2,1.
Conſummationem, Singulorum preciorum collectā ſummam, vocat Pomponius in l. ſi plura. ff de ædil. edicto.
CONSUMO.] In nihilum redigo.
Hoſtem conſumere plagis. Horat. 2. Epiſt. 2,20.
Vetuſtas conſumit ferrum. Ouid 4. de Ponto, eleg 8.10.
Aeſtatem conſumere in loco aliquo. Cæſar. 5. bel. Gal. 15.
Aeuum in curis. Lucret. lib. 5,287.
Aeuum bellis. Lucan. lib. 5,56.
Aurum omne in ludos. Liu. 9. bel Maced. 17.
Conſilium. Terent. And. 1.1.133.
Curam in re vna Horat. 2. Serm. Satyr. 4,10.
Diem in apparando. Terent. Adelph 5 7.2.
Famem tenera conſumere in agna. Stat. 8. Theb. 116.
Fidem. Salluſt. Ego non rem familiarem modò, verumetiam fidem conſumpſi.
Menſas Virg. 7. Aeneid. 24. & 25.
Nocte conſumpta. Virg. 3. Aeneid. 158.
Operam in re aliqua conſumere. Terent. Heaut. 1.1.21.
Preces conſumere: fruſtra diu precari. Ouid. 7. Metam, 21.
Longa tempora. Propert. lib. 1. eleg 3,8.
Vbera in dulces natos. Virg. 3. Georg 35.
Verba in diſſuadenda rogatione. Liu 4. bel Maced. 21.
¶ Conſumor: Paſſiuum. Conſumor. ſiti. Cæſar. 8. bel Gal. 147.
Conſumi incendio. Liu. 7. bel. Pun. 65, ſenio & mœrore. Liu. 10 bel. Maced. 209.
Ab annis longis. Ouid. in Ibin, 30.
Hic ipſo tecum conſumerer æuo. Virg. 10. eclog. 9.
¶ Conſumptus: Participium. Conſumptus a peſte. Plinius lib. 11. cap. 18.4.

Morte. Tibul.lib.1.eleg 3.11.
Annus conſumptus. Sil.lib.15,81.
Conſumpta oratio. Saluſt. in Iugurt.
CONSVO.] Simul ſuo. Plaut.Pſeud.4.14, Conſutaq; tapetia. Plin.lib.20.cap.9.16, Conſutum ſuſpenditur lino modicis interuallis.
Conſuere dolos. Plaut Amphit.4.212, Huc aduenisti audaciæ columen, conſutis dolis.
¶ Coſutura. Suet.in Vitellio, ca.2, Cuius filius ſectionibus & conſuturis vberius compendium nactus.
CONSVRGO.] Simul ſurgo. Salluſt. Conſurrexère omnes, ſimulq; in eum impetum fecerunt.
Conſurgunt geminæ quærcus, intonſaq; cœlo.
Attollunt capita. Virg.9.Aeneid.
Charybdis fluctu imo ſublimis conſurgit. Tibul.lib.4.eleg. 115.
Stratis conſurgere. Sil.lib.13,84.
Languida conſurgit. Ouid.3.Faſt.5.
Conſurgere ex inſidijs. Cæſar.3.bel.Ciu.l.148.
In altitudinem. Colum.lib.7.cap.9,10.
Ad bellum. Liu.3. bel.Maced.13.
In arma. Virg.10.Aeneid.18.
In iras truces. Valer.lib.1. Argon.135.
In venerationem. Plin.in Paneg.89.
Carmine Mæonio. Ouid.3.de Ponto, eleg.3,7.
Bellum conſurgit. Virg.8.Aeneid.125.
Fama alicuius operis magni in aliqua regione. Valerius lib. 10.Argon.15.
Ingens pontus in vaſtum aggerem. Senec.Hipp.10.5.
Terno conſurgunt ordine remi. Virg.5.Aeneid.24.
Venti conſurgunt. Virg.5.Aeneid.4.
CONSYDERO.] A' ſyderum contemplatione videtur appellari, inquit Feſtus.
Conſyderandum eſt, vt ſolum pingue ſit. Col.lib.2.cap.2.
Conſyderare ſecum in animo vitam ſuam. Terent. Heaut. 2.4.5.
CONTABVLO.] à Tabula ductum verbum. Plin.lib.15.ca. 16.1, Pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari præcipitur. Suet.in Cal.cap.19, Aemulatione Xerxis, qui non ſine admiratione aliquantò anguſtiorem Helleſpontum contabulauerit.
Contabulare murum turribus. Cæſar 7.bel.Gal.84.
Contabulare turres. Cæſar 5.bel. Gal. 149. Liu.4. bel. Pun. 154.
¶ Contabulatio. Cæſar 2.bel. Ciuil.29, Vbi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem.
CONTAGIVM.] Mala contagia. Virg.1.eclog.10.
Ignaua contagia. Claud.1.in Eutropium,98.
CONTAMINO.] Manus contaminare: Manu ſcelus aliquod perpetrare. Senec. Oed.4. 20.
Contaminare ſe ſtupro. Senec.Hipp.5,21.
Contaminare fabulas. Terent.in prologo Andr. 16. Id eſt, ex multis Grecis vnam Latinam facere. Idem in prologo Heaut. 17.
Torum alicuius contaminare. Ouid.Amor.eleg.7,4.
¶ Contaminatus: Participium.
Grex morbo contaminatus. Horat.1.Carm.ode,37,2.
CONTECHNOR.] Commachinor, & fallaciam aliquam compono. Plaut.Pſeud.19.34, Vide modò ne illic ſit contechnatus quidpiam.
CONTEGO.] Plin.lib.15 cap.18.5, Paruarum genus arborum poſt Autumnum fimo contegunt.
Contegere tumulo. Liu.6.bel.Pun.132.
Humo contegi. Ouid.Epiſt.15,58.
Membra ſepulcro contegere. Valer.lib.1.Argon.164.
Oſſaq; nec tumulo, nec ſepare contegat vrna. Valer. lib.5. Argonaut. 12.
Amictu contegere caput. Virg.12.Aeneid.176.
Iniuriam factam contegere. Terent. Hecyr.3.3.41.
¶ Contegens Participium. Martialis, lib.12.epigram.45.
Hœdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, verticemq; caluæ.
¶ Contectus. Caſa contecta ſtramine. Ouid.5.Metam.90.
CONTEMERO.] Polluo. Martial.lib.1.10,
Læſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum:
Auſus tam notas contemerare manus.
CONTEMNO.] Deſpicio, ſperno. Plaut.Aſin 9,10,
Tu verbero imperium meum contemſiſti?
Contemnere aliquem præ ſe. Terent. Eunu.2.2.8.
Honores. Horat.2.Serm.Satyr.7,17.
Laborem bene dicendi. Quint. Proœm.lib.1,11.
Famam. Senec. Hipp.2,38.
Murmura famæ. Propert.lib.2.eleg.5,6.
Ventos. Virg.2.Georg.72.
Vitam cōtempſit, mori. Qui concupiſcit. Senec.Theb 1.40.
Apes contemnunt fauos, quæ facere mel ceſſant. Virgil.4. Georg.21.
Pinus vndas contemnit. Tibul.lib.1.eleg.3.8,
Nondum cęruleas pinus contemſerat vndas. Id eſt, nondum erant naues.
¶ Contemptor: Deponens. Plautus: Mirari noli, neque me contemptarier.
¶ Contemptus: Participium. Dolor contemptus. Propert. lib.1.eleg.12,2.
¶ Contemptus: Nomen ex participio. Plaut.Pœn.6,15.
Contemptiores mage erunt, atque auidi minus.
Contempta relinquor. Ouid.Epiſt.3.17.
¶ Contemptus. Verbale. Liu.6.ab Vrbe, 7, Appareretq; omnibus, non odio ſolùm apud hoſtes, ſed contemptu etiam inter ſocios nomen Romanum laborare.
Corporis & formæ turpitudinem, quibuſdam contemptū adferre. Quint.lib.3.cap.7,14.
Turpis famæ contemptus. Lucret.lib.3,13.
Armat mentem contemptu necis. Sil. lib.4,50.
Exire è contemptibus: paulatim in precio haberi. Lucret. lib.5.257.
¶ contemptibilis. Vlp. l. emptori. ff. de euict. Si margarita forte, aut ornamenta preciosa, vel veſtis ſerica, vel quid aliud non contemptibile væneat.
¶ Contemnificus: Idem quod Contemptibilis. Lucilius, lib.36, Ego enim contemnificus fieri & faſtidire Agamemnonis.
¶ Contemptor. Contemptor gratiæ, diuitiarum. Liuius 9. bel.Maced.170.
Aequi. Ouid.3.Faſt.10.
Animus lucis contemptor: Id eſt, vitæ. Virg.9.Aen.42.
Deûm contemptor Mezentius. Virg.8.Aen.2.
Famæ contemptor. Claud.in Eutrop.87.
¶ Contemptrix. Plin.lib.19.cap.8.25, Eruca pręcipuè frigorum contemptrix. Idem lib.37.cap.4.3, Ferri ignisq; contemptrix.
Pericli contemptrix, turba. Sil.lib.17,83.
¶ Contemptim. Plaut.Pœn.7.32,
----ne nos tam contēptim conteras. Liu.2. ab Vrbe,150.
Contemptim deijcere aliquem. Lucret. lib.3,227.
Vagari contemptiùs. Tacit. lib.19.
CONTEMPLOR.] Conſpicio, & diligenter intueor. Teren. Phor.1.4.34, ----voltum contemplamini.
Nummos contemplari. Horat.1. Serm.Satyr 1,14.
¶ Contemplo: Actiuum. Plautus Amphit.4.287,
----quum illum contemplo, & formam agnoſco meam.
Idem in Perſa, 16,97.
¶ Contemplatio. Frui ſui contemplatione. Quint.lib.2.cap. 18,3.
Dare pecuniam, alicuius contemplatione. Iulianus in l.ſi pupilli.§.item ſi procuratori.ff. de negotijs geſtis.
Gerere negotia alicuius, non contemplatione eius, ſed ſui lucri cauſa. Iulianus in l.ſi pupilli.§.ſed & ſi quis.ff. de negotijs geſtis.
Arborum contemplatione fundum comparare. Papinianus in l.arboribus. ff. de contrahen. empt. & vendit.
Contemplatio: *pro intenta cogitatione*. Plin.Epiſt.25, totus animus in hac vna contemplatione defixus eſt.
¶ Contemplatrix. Celſus in proœmio, lib.1.
¶ Contemplatus: verbale. Ouid.5.Triſt. A contemplatu ſummoueoq; mali.
¶ Contemplatiuus. Seneca Epiſt.96, Ars nulla contemplatiua ſine decretis ſuis eſt: philoſophia autem contemplatiua ſimul eſt & actiua.
CONTENDO.] Intendo.
Contendere poplitem. Horat.2.Serm.Saty.7. vincla. Virg. 4.Georg.83, Ilia riſu. Ouid. 3.de Arte, 57.
Animum. Ouid.1.de Ponto, eleg.6.6,3.
Curſum aliquo. Plaut. Ciſtel.5,58.
Curſum ad aliquem. Virg.5.Aeneid.166.
Contendit Romam. Saluſt.in Iugurt.
Contendere magnis itineribus in Italia. Cęſar 1.bel.Gal.37.
Magnis itineribus ad exercitum Afranij contendit. Cæſar 1.bel.Ciuil.146.
Contendere agmen: *pro, Feſtinanter ducere*. Curt.lib.3.
Contendere: *Vehementer niti*. Virg.1.Aeneid.33,
----quę proxima litora curſu. Contendunt petere. Cæſar 1.bel.Gal.
Viribus contendere. Lucret. lib.3.
In orbem diuerſum fama contendere. Ouid. de Ponto, lib. 1.eleg.6,14.
Fruſtra contendere. Virg.7.eclog.14.
¶ Contendere: *pro, Defendere, & affirmare*. Celſus in præf.lib. 1, vt Aſclepiades contendit. Idem paulò pòſt: Sed ne ad hæc quidem aditum fieri potuiſſe, niſi ab aliqua ratione contendunt.
¶ Contendere. Certare. Contendere nobilitate. Lucr.li.2.3.
Cauſam contendere contra aliquem. Lucret.lib.4,96.

Conten-

Contendere bello cum aliquo. Virg.4.Aeneid.
Curſu. Ouid.4.Metam.61.
Lite de re aliqua Quint lib.3.cap.4.5.
Ludo contendere cum aliquo. Virgil.6.Aeneid.129.
Marte.Virg.9.Aeneid.109.
Muneribus.Mart.lib 7.41.
Pedibus.Ouid.10 Metam.114.
Pignore aliquo.Catul epig.41,1.
Verbis. Ouid.13. Metam.2.
Verſibus alternis. Virg.eclog.7,4.
Amori alicuius. Propert lib 1.eleg.13,2.
Hirundo contendit cycnis:id eſt, indoctus cum docto.Lucret.lib.3,2.
Contendere. *pro, Componere ad certamen.* Tacit. lib. 4. Nemo noſtros Annales cum ſcriptura eorum contenderit, qui veteres Pop.Rumani res compoſuêre.
¶ Contentus. Intentus.
Arcus contentus. Ouid.6 Metam.59.
Tela contenta arcu parato. Virgil. lib.5. Aeneid.102.
Contentus & laxus, contraria. Horat.2.Serm.Satyr.7,4.
Ceruix contenta.Virg.3.Georg.106.
¶ Contentio.Conatus ad aliquid agendum.
Non mediocris contentio.Quint lib 5.cap.13,45.
Vitiorum contentio. Plin.in Paneg.136.
¶ Contentioſus. Plin Iunior,lib.2.Epiſt.19, Oratio,de qua loquor,pugnax & contentioſa eſt.
Contentioſus:*paſſiuè* Quint. 5, Declamat. non procul ab initio. Auidiſſimam moriendi cupiditatem contentioſa mendicitate fallebam.
CONTENEBRARE.] Varro 2.de Re ruſt.cap 2.9, Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, & rurſus paſcunt,quo ad contenebrauit. id eſt,vſque ad veſperum.
CONTENTE.] Vide CONTINEOR.
CONTERMINVS.] Finitimus & vicinus.Colum.lib.1 ca.3.6, Niſi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus.
Pellere conterminos. Plin.lib.2.cap 68.
Contermina Indis gens Ariana. Plin. lib.12.cap.8,1.Et lib.3.cap.26.1, His contermini Rhæti.
Stabula ripæ contermina. Ouid.8.Metam.111.
CONTERO.] In puluerem redigo. Varro 2. de Re ruſtic. cap.7.7, Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcyllæ modicum conterunt cum aqua.
Conterere radicem in puluerem.Plin.lib 26.cap.11,8.
Conterere:*p Cõſumere.* Aetatẽ in piſtrino.Plaut.Bacch.17,11.
Boues Id eſt,conſumere laboribus.Lucret.lib.2,233.
Diem conterere.Terent Hecyr.5.3.17,Ita curſando, atque ambulando totum hunc contriui diem.
Diem conterere in arte aliqua. Propert.lib.2.eleg.1.10.
Ferrum vſu. Ouid.3. de Arte,19.
Maiorem partem æui ſomno conterere. Lucret.lib.3,213.
Opera.Plaut. Moſtel.8.56, Quid ego huc recurſem, aut operam ſuam,aut conterãm? Id eſt, perdam.
Operam fruſtra. Terent. Phorm.1.4.33.
Quæſtum. Plaut. Moſtel.13.46.
Vitam in quærendo. Terent. Adelph.5.4.15.
Apud pauperes ambitioſos pluribus & diuerſis officijs ſupellex conteritur. Quint.lib.2.cap.4,22.
Conterere aliquem oratione. Plaut. Ciſtel.5.58.
¶ Contritus:Particip.Plin.lib.20.cap.13.13,Datur & dyſentericis cum caſeo in vino contrita.
¶ Contritor:Verbale.Plaut. Perſa, 12.15, Contritor compedũ.Id eſt, frequenter ob malefacta cõpedibus detritus.
CONTERRANEVS.] Qui ex eadem terra eſt Catullum conterraneum ſuum Plin.in præfatione.1, vocat.
CONTERREO.Liu.10. ab Vrbe, 137. Nouum pugnæ conterruit genus.
Conterret latratu canis aduenientem. Col.lib.7.cap.12,7.
Pectora conterrere metu Lucret lib.2.126.
Aſpectu conterritus hæſit. Virg.3.Aen.119
Conterritus corporis cruciatu. Vlp.in l. 3. ff. ex quib. cauſ. maio.
CONTESTOR.] Conteſtari litem: Feſto dicuntur duo, aut plures aduerſarij: quòd, ordinato iudicio, vtraque pars dicere ſolet, teſte aſtante.
Lis conteſtata in aliquẽ.Paulus in l.ſeruus.ff. de his qui notantur infamia.
¶ Conteſtatò:Teſtibus adhibitis. Vlp. l. 1.§.7 ff. de agnoſ. & alend. liber.
¶ Conteſtatio litis. Vlpian. in l. Pomponius ſcribit. ff. de procuratoribus. Ratihabitionis autem ſatisdatio ante litis conteſtationem à procuratore exigitur.
CONTEXTO.] Simul texto.
Lilia contexere amaranthis.Tibul.lib 3.eleg.4.7.
Cõtexere:*Coniungere.* Plinius lib.5, epiſt.101.b, Sub his per latus omne, vineæ porriguntur, vnamq; faciem longè lateq; contexunt.
Amores contexere. Catul in Argon.67.
¶ Contextus: Participium.
Argento & auro contextus vir. Tibul.lib.1.eleg.2.15.
Contextus equus trabibus acernis. Virg. 2. Aeneid.23.
¶ Contextus: Verbale.
Contextu longiore loqui.Plin.lib.10 cap.42.5.
Contextus & continuatio ſermonis. Quint.lib.8.cap.2.
Contextum aliquem diſſoluere. Lucret lib.1.50.
Recto contextu ſcribere Quint.lib.1.cap.19.& lib.1, Complexus vel contextus orationis.
Vno contextu:pro Vno temporis articulo, non diuertendo ad alios actus. Vlpian. in l. hæred.palam. in fine.ff.de teſtamentis.
¶ Contextio. Macrob. in Somnium, lib.1.cap.2, Cetextio narrationis.Ibidem cap.5,ſub finem, Quum ergo & contexio ipſius, pari æqualitate procedat.
¶ Contextim. Plin.lib.10 cap. 53.2, Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, pene contextim in ſeceſſu generant.
CONTICEO.] Omnino taceo.Virg.2.Aen.
Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.
Repente conticere. Sil.lib.1.28.
Hiatu muto conticuit. Lucan lib.5.27.
Molæ vacuæ conticuere. Ouid. 6. Faſt.70.
¶ Conticeſco: Idem quod Conticeo.
Conticeſcebatq; paulatim tumultus Liu.5.bel.Pun.51.
Ad caſus aliquos conticeſcere. Quint. lib. 6.cap.1.32.
¶ Conticinium.Nonius:Conticinium noctis primum tempus,quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. Plaut.Aſin.12.95, Redito huc conticinio.
CONTIGNO.] Tigna coniungo. Plin.lib.9. cap. 3.3, oſſibus tecta contignare,ex quibus multa quadragenũm cubitorum longitudinis reperta. Cæſar 2. bel. Ciuil.60, Et quicquid eſt contignatum,cratibus conſternitur.
¶ Contignatio:textura trabium ac tignorum.Colum.lib.1. cap.6. 2, Vt & contignatio careat incendij periculo.
Tegere vna contignatione binas ædes. Papinian.in l. binas quis.ff.de Seruitutibus vrbanorum prædiorum.
CONTINEO.] Idẽ quod Teneo, & quodãmodo arripio. Plau.Rud.13.26, Perij animo malefit,cõtine queſo caput.
Continere:*pro Cohibere.* Traianus Plinio, 237, Nihil opus ſit, ad continendas cuſtodias plures commilitoces conuerti.
Continere canes catenis per diem.Col.lib.7.cap.12.10.
Ciuitatem in officio. Cæſar 5. bel.Gal.14.
Clauſtris aliquem.Claud.7.Paneg.47.
Equos frænis. Senec Hippol.10.13.
Exercitum vel equitatum caſtris. Cæſar 2. bel. Gal. 271, Et lib. 1. 209.
Oppida metu. Liu.10.bel. Pun.95.
Suos ſilentio. Liu.7.bel.Pun.89.
Aluum. Plin lib 14.cap.6, 6.
Audita.Terent.Eun.1.2.23, Quæ vera audiui,taceo,& contineo optime.
Corpus profluuio laborans.Celſus lib.1.in procem.
Tacitum dolorem. Liuius 10.bel.Maced.
Gaudium. Liu lib.10.bel Pun.78.
Gradum. Virg.3. Aeneid 119.
Impetum militum.Liu.7.ab Vrbe,179.
Lacrymas.Plaut.Moſtel.10,37.
Manus. Terent.Adel 4.2.27.
Manus ab aliquo. Ouid.Epiſt.11,16.
Vocem non continere.Plin.lib.14. cap 22.4.
In ieiunio continere aliquem Celſus lib.7.cap 26.
Continere ſe: *Idem quod Abſtinere.* Terent.Eunuch. 5.2.20, Vix me contineo,quin inuolem in capillum.
Malè ſe continere. Ouid.4. Metam.71.
Continere ſeſe in occulto. Cæſar 2.bel. Gal.196.
Continere ſe domi aut ruri. Terent. Phorm. 2.3.13, tectis. Plin. lib.11.cap.10.1.
Mœnibus vrbis. Ouid.13. Metam 42.
Domi atque intra priuatos parietes. Quint.lib.1.cap 2.1.
Continet me tempeſtas. Plaut. Amphit.8.56, Cæſar 1.bel. Ciuil.Hos omnes flumina continebant.
Continet epiſtola tertia. Plin. Epiſt.205.
Continetur publica ſalus incolumitate illius. Plin. Epiſt. 252.Id eſt,retinetur & conſeruatur.
Philoſophorum libris aliquid cõtinetur.Quint.in Procem. lib.1.9.
Continens:Contiguus,coniunctusq;. Liu. Continens imperium vſque ad nos habebitis.
Longum agmen,nec continens.Liu 10.ab Vrbe,173.
Labore continenti omnia ſuperare Cæſ.7.bel.Gal.100.
Biduo continenti. Sueton.in Caligula.
Curſu continenti ſequi fugientem. Liu.2.bel Pun.70.

Imber continens.Liu.3.bel.Pun.206.
Velut continenti incendio omnia ardere viſa. Curtius.
Iuga continentia, Liu.7. bel.Pun.99.
Continentia ædificia. in l. eo iure, §. 1. ff. in quibus cauſ. pign.
Punicum bellum continenti ſcriptura expoſitum. Sueton. de clar.Gram.2.
Somnus continens. Celſus lib.3.cap.20. de Lethargo.
¶ Continens: Qui abſtinet, maximè à mulieribus. Terent. Eunuch 2.1.21,

----hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens.

Parcus & continens.Plin.lib.5.Epiſt.114.b.
In continenti:Sub tempore. Vlpian.in l. quod ait lex.ff.ad legem Iuliam de adulterijs.
¶ Continens:Subſtant. Eſt terra,quę non eſt inſula.Plin.lib. 5. cap. 29, 13. Alexander idem per duo ſtadia continenti adnexuit.
¶ Continenter: id eſt, coniunctè continueque. Cæſar 1. bel. Gal. 3, Belgæ cum Germanis continenter bellum gerunt.
¶ Contentè:Continenter. Plaut. Aſin.3, Volo amori obſequutum illius, volo amet me patrem. Quanquam illum Mater arctè contenteq; habet.
¶ Contentus: qui continet quod animo ſatisfacit. Plautus Merc.28, Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro.
Honeſto paruo contentus. Claud.1.in Ruffinum,41.
Modico.Iuuen.Sat.9,1.
Paucis Horat.1.Serm. Satyr.3,4.
Viuit ſua ſorte contentus. Horat.1.Serm.Satyr.1,1.
Contentus fueram hoc ſolum ſcribere. Plinius Epiſt.223. Quintilian lib.5.cap.12, Hæc breuiter demonſtraſſe contentus.
Contentum abire.Virgil.5.Aeneid.63.
¶ Continuus. vt, Continuus ſpiritus. Plinius libro 10.cap. 29,5.
Dentes continui. Plin.10.cap.73,2.
Continuus,& Intermiſſus,contraria.Plin.Epiſt.41.b.
Amor continuus.Proper.lib.1.eleg.19,1.
Continuum triduum: Continuus dies. Plaut. Mil. 10, 146. Idem Stich. 4. 61, Quæ inter continuum perdidi triennium? Idem Ciſtel. 5, 15.
Humum continuum diducere. Ouid. 8.Metam.118.
Ictu continuo vulnerari. Ouid. 2.de Ponto,eleg.7,19.
Labor continuus.Ouid.1.de Ponto.eleg.5.2.
Continuos labores dare deſidiæ. Plin.in Paneg.132.
Montes continui.Horat.Epiſt.17,1.
Continua laus. Plin.Epiſt.151.2.
Contiuui Conſulatus:Continuum regnum. Plin.in Paneg. 97.Liu.1.ab Vrbe, 206.
¶ Continuo. Plin.lib.14.cap.22. 7, Biduo duabusq; noctibus perpotationem continuauit.
Venti continuant. Celſus lib.2.cap.1.
Continuare agros. Liu.4 bel.Maced.16.
Continuantur anni. Plin.lib.17.cap.2,3.
Pleno fauore gaudia continuare. Claud.1. Paneg.1.
Continuare domos mœnibus:pro, Coniunctim exſtruere. Liu.lib.2.Decad.1.Ouid.4.de Ponto, eleg.15, 4. Domus continuata foro.
Continuare nocte & die iter. Cæſar.3.bel.Ciuil 42.
Continuare diem & noctem opus aliquod. Cæſar 1. bel. Ciuil. 231.
Hyems continuatur. Ouid.1.de Ponto,eleg.2,6.
Latus lateri continuare.Ouid.1.de Arte, 100.
Dapes. Horat.2.Serm.Saty.6,22.
Somnos.Ouid.21.Epiſt.18.
Fletus continuati. Celſus lib.6 cap.6.
Continuari: *pro Finitimum eſſe.* Tacit. Sictionibus Sitonum gens continuatur.
¶ Continuatio. Cæſar 3.bel.Gal.461.
¶ Continuò:Confeſtim,ſtatim. Virg.4.Georg.110;

----continuò matris præcepta faceſſit.

Continuò exeo.Terent.Eunuch.3.2.40.
Continuò hîc ero,vel adero.Terent.Heaut.3.1.91.
Haud mora continuò perfectis ſanguine votis. Virgilius 3. Aeneid.110.
¶ Continuè:Aſſiduè. Quint.lib.2.cap. Qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa in acum continue & ſine fruſtratione inſerebat.
¶ Continuitas:Idem quod Continuatio.Plin.lib.8,cap.30. 1,Collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur.
CONTINGO.] Virg.Aeneid.48,

----funemq; manu contingere gaudent. Columella lib.5. cap.6.6.

Contingere ſe inter ſe: & Contingere inter ſeſe.Plin. li. 17. cap.10,11.Colum.lib.5.ca.10. 5, Curato ne inter ſeſe contingant.
Heluij fines Aruernorum contingunt. Cæſar 7.bel.Gal.25.
Infamia temporis contigerat noſtras aures. Ouid.1. Metamorph 43.
Contingere dextras victrices cupiunt, Liu.8.bel.Pun.46.
Contingere quenquam calce. Col.lib.6.cap.2,7.
Auem contingere ferro. Virg.5 Aeneid.101.
Limen contingere alicuius. Ouid.4. de Ponto,5.4.
Metam.Horat in Arte,37.
Nox mediam cæli metam contigerat.Virg.5.Aeneid.166.
Pietas contingit finem ſuum.Ouid.4.de Ponto,eleg.8,8.
Portum contingere. Ouid.3.Metam.127.
Saltu terram.Stat.5. Thebaid.35.
Terram oſculo.Liu.1 ab.Vrbe,248.
Viſu aliquid. Silius lib.13,102.
Contingere alicui rei:*pro, Contiguum eſſe.* Cæſar lib. 1, Ita vt radices montis ex vtraque parte ripæ fluminis contingant.
Contingunt corpus amurca:*Id eſt vngunt, tingunt.* Virgil.3. Georg.89.
Sale aliquid contingere:*Salire.*Virg.3.Georg.80.
Pocula circum oras contingere melle. Lucret.lib.4,3.
Contingi crimine.Vlpian.in l.1.§ hoc autem. ff. de ſer.fug. quum dicitur.
Contingere exiſtimationem. Vlpian.in l. abſentem. §. aduerſus.ff de pœnis.
Contingere regiam propinquitate.Liuius 4.bel.Pun.103.
Contingere aliquorum familias. Sueton.in Nerone,ca.32.
Nullo gradu contingere aliquem.Sueton.in Galba,lib.2.
Propiùs contingere aliquem.Horat.2.Serm.Sat.6,11.
Animum cura contingere.Valer.lib.7. Argon.35.
¶ Contingit:*Euenit accidit.*
Connubia contigerant illi tuæ matris. Ouidius 12.Matamorph.2.
Gaudia contingunt mihi. Ouid.2.de Ponto, eleg.4,2.
Honor contigit tibi ex merito. Ouid.4 de Ponto,eleg 7,4.
Abundè contigit illi valetudo, fama gratia. Hor. Epiſt 4,2.
Quod vix euenit, contigiſſe dicitur: inquit Donatus. Terent.And.4.2.13,Hanc mihi expetiui:contigit:
Nihil contingitur eo facto cauſa mea. Liuius 10. bel.Macedon.61.
¶ Contingens:Pars precij contingens alicui. Caius in l.domino.ff de ſenatuſconſulto Syllano.Precij autem partem ſibi contingentem ſocium conſequi oportet.
¶ Contactus:Participium.
Colore croci contactum aliquid:id eſt,tinctum.Lucret.lib. 6, 239.
Sale modico contactum. Celſus lib.2.cap.24.
Contacta halitu animalis res.Plin.lib.11.cap.53,1.
Cupidinibus nullis contactus. Propert.lib.1.eleg.1,1.
Contacta ciuitas rabie.Liu.4.ab Vrbe,44.
Contactus ſocietate. Liu. lib.1. Decad.4. Idem lib.8. eiuſd. Decad. Vt omnia contacta ſocietate peculatus viderentur.
Contactus religione dies. Liu.6. ab Vrbe,112.
¶ Contactus:Nomen. Col.lib.11.cap.3 41, Contactus eius langueſcunt incrementa virentium. Plin.lib. 10. cap.59.3.
Pullis anſerum vrtica contactu mortifera.
Viriles contactus refugere. Ouid.7.Metam 50.
Dominationis contactus. Tacit.in Vita Agric.
Immundo contactu fœdare aliquid. Virg.3. Aeneid.46.
Infecti quaſi valetudine & contactu. Tacit.lib.5.
¶ Contagium:*pro contactu.* Plin.lib.4.Epiſt.31.76. c, fœdum contagium quaſi planè à caſto puroq; corpore nouiſſima ſanctitate reiecit.
Contagium:*Genus morbi, qui ex contactu contrahitur.* Virgil.1. eclog. 10,

Ne mala Vicini pecoris contagia lædant.

Lucri contagia.Horat.1 Epiſt.12,3.
Ignaua contagia.Claud.in Eutropium.
Dira fœdi morbi contagia manant in omnes populos. Sil. lib.11. paulò pòſt initium.
Scelerum contagia.Lucan.lib.3,65.
Morbi contagio penetrant in aliquem. Lucret. lib.3,96.
Fugere contagia. Ouid.15. Metam.39.
Vitare contagia.Ouid. 2.de Remed.Amor.44.
¶ Contagio: Idem Plaut. Amphit.3.31, Contagione mea matris mutuo malum.
¶ contages. Lucret.lib.4 64,

Multaq; ſunt oculis in eorum deniq; miſta,
Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt. Idem.lib. 6. 250,
Qui fuerant autem præſtò,contagibus ibant.

¶ Contagioſus. vt, Contagioſa febris, Contagioſus morbus, & Peſtis contagioſa, à Celſo dicuntur, quibus qui labo-

laborant, ſolo contactu alios inficiunt.

¶ Contiguus. Gellius lib 9. cap. 1, Vſu venit, vt contigui magis directioresq; ictus fiant. Plin. lib. 2. cap. 9. 2, Sed alias admota cælo, alias contigua montibus.

Contiguæ domus. Ouid. 4. Metam. 12.

Contiguus loco mihi erat. Ouid. 4. Faſt. 76.

CONTINVO, CONTINVVS.] Vide CONTINEO.

CONTOLLO.] Plaut. Aulul. 27. 6, Contollam gradum. Id eſt, conferam gradum.

CONTORQVEO.] Circum torqueo. Plin. lib. 11. cap. 14. 5, Iuba tradit arborem thuris, contorti eſſe caudicis. Virg. 1. Georg. 97.

Proluit inſano contorquens vertice ſyluas
Fluuiorum rex Eridanus.

Fræna contorquere. Valer. lib. 1. Argon. 2.

Freta contorquet Nereus. Sil. lib. 3, 10.

Gubernaculum contorquere aliquò Lucret. lib. 4, 183.

Haſtam contorquere. Virg. 2. Aeneid. 11.

Proram contorſit ad læuas vndas. Virg. 3. Aeneid. 112.

Spicula lacertis contorquent. Virg. 7. Aeneid. 33.

¶ Contortus: Participium: vt, Crinis contortus. Seneca Hipp. 5, 24.

Cuſpis contorta lacerto. Ouid. 8. Metam. 70.

¶ Contortor. Terentius Phorm. Act. 2. ſcen. 3, Bonorum extortor, legum contortor.

CONTORTVPLICARE.] Plaut. Perſa, 18, 25.

Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina
Contortuplicata habemus. Hoc eſt, adeò dura, & quaſi confragoſa, vt vix efferri poſſint.

CONTRA.] Præpoſitio accuſatiuo caſui ſeruiens. Virg. 8. Aeneid. 138.

Contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam.

Contra diſciplinam meam te geſſiſti. Plautus.

Contra exſpectationem omnium. Cæſar 8. bel. Gal. 138.

Contra opinionem omnium. Cæſar 6. bel. Gal. 105.

Contra ſpem. Liu. 4. bel. Pun. 202.

Obniti contra aliquid. Virg. 5. Aeneid. 5.

Contra aliquem ſtare: id eſt, è regione. Plaut. Perſa, 6. 27, Quid agis? p. fœminam ſceleſtam te aſtans contra contueor.

Aſpice contra me. Plaut. Moſtel. 15, 55.

Contendere contra aliquem. Virg. 5. Aeneid. 73.

Stare contra aliquem. Virg. 5. Aeneid. 82.

Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1, 14.

Munire ſe contra pudorem. Tacit. in Vita Agric.

¶ Contrà Aduerbium: id eſt, Viciſſim. Terent. Adelph. 1. 1. 25, Ille vt item contrà me habeat, facio ſedulò. Plaut. Mercatore, 22. 41, Sapis ô Charine: contrà pariter fer gradum.

Contrà: *Ex aduerſo.* Terent. Eunuch. 2. 3. 63, Imò enim, ſi ſcias quod donum huic dono contrà comparet.

Contrà tibi euenit. Horat. 1. Serm. Saty. 3, 6.

Contrà: *E' regione.* Iuuenalis. Stat contrà, ſtatiq; iubet. Virg. 6. Aeneid. 5, Contra elata mari reſpondet Cnoſia tellus.

CONTRACTVS.] Vide CONTRAHO.

CONTRADICO.] vnde Contradictum. Quintil. in procem. lib. 4. 5, Diſſoluere contradicta

¶ Contradictio. Quintil. lib. 2. cap. 18, Ponuntur hæ quandoque in ſecundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones.

CONTRADO.] Idem quod Trado. Lucr. lib. 1. 82,

Multaq; præterea tibi poſſum commemorando
Argumenta, fidem dictis contradere noſtris.

CONTRAHO.] Colligo Virgil. 3. Aeneid. 1,

----contrahimusq; viros. Liu. 8. bel. Pun. 68, Contrahere auxilia. Plin. Epiſt. 311, Contrahere pecuniam.

Contrahere perſonas ad aliquod negotium. Plinius Epiſt. 305.

In vnum omnes. Liu. 6. bel. Pun. 220.

In aceruum. Plin. lib. 10. cap. 20, 1.

CRVRA. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2, 5.

Ad colloquium. Liu. 8. bel. Pun. 94.

Ad colloquia gentes feras. Plin. lib. 3. cap. 5, 2.

Aeruginem Plin. lib. 34. cap. 11. 5, Mucorem, Colum. lib. 12. cap. 4. 3. Et ibidem, cap. 17. 1, Contrahere ſitum.

Animus contrahitur formidine Lucret. lib. 5. 245.

Bellum temeritate. Liu. 5. ab Vrbe, 166.

Cauſam mortis ſibi contrahere. Plin. lib. 11. cap. 19, 2.

Certamen. Liu. 7. ab Vrbe, 116, Ibi circa inceptis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur.

Cicatrices vulnerum. Plin. lib. 12. cap. 17. 6.

Cladem. Liu. 5. bel. Pun. 109.

Culpam. Pomponius in l. liberto. §. vltimo. ff. de Nego. geſt.

Culpam. Pap. in l. liberto §. litem. ff. de neg. geſt.

Frontem. Plaut. Amphit. 3. 52, Quid contraxiſti frontem? Plin. Epiſt. 55. b. Tunc enim frons corrugatur, id eſt, in rugas contrahitur.

Inimicitias. Quint. lib. 7. cap. 2, 37.

Iram alicuius Ouid. 2. Metam. 132.

Iter. Propert. lib. 3. eleg. 20, 3.

Iura. Stat. 11. Theb. 137.

Litigium inter aliquos. Plaut. Caſin. 13, 31.

Malum contrahitur. Celſus. lib. 2. cap. 1.

Morbum. Plin. lib. 30. cap 8. 1, Contrahere aduerſam valetudinem ex re alqua. Plin. Epiſt. 139. a. & 154.

Neuas. Liuius 5. ab Vrbe, 73. Contrahere piaculum ſibi & Reipublicæ. Liu. 5. ab Vrbe, 235.

Noxam. Colum. lib. 6 cap. 27, 8.

Opus ingens contrahere in minores gyros. Stat. 4. Sylu. 7. 1.

Periculum. Liu. 2. ab Vrbe, 100.

Pituitam. Celſus libro 4. cap. 5.

Pœnam ſibi Cæſar 8. bel. Gal. 83.

Præcepta in vnum. Ouid. 2. de Remed. Amor. 6.

Tempus. Plin. in Paneg. 80, Num ipſum tempus epularum tuarum quum frugalitas contrahat, extendit humanitas?

Triſtitia contrahitur largiore potu. Plinius libro 24 cap. 6, 3.

Triſtitiam contrahere dicitur bilis atra. Celſus lib. 3. cap. 18.

Vela. Horat. 2. Carm. ode 10. 5,

----ſapienter idem
Contrahes vento nimiùm ſecundo
Turgida vela.

Ventrem. Plin. lib 22. cap. 10. 1, Ipſi nucleo viuunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem.

Dies medius rerum contraxit vmbras. Ouidius 3. de Arte, 144.

Vultum contrahere: auſteriùs intueri. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3, 2.

¶ Contrahere: *Coagulare.* Plin. lib. 23. cap 7, 2, Itaq; coaguli modo lac contrahit.

¶ Contractus: Participium. Contractus exercitus, Liuius 7. bel. Pun. 221. Plin. lib. 18. cap. 2, Contractis ad medium digitis.

Contractus: *Compreſſus.* Horat. 2. Serm.

----an turpi clauſus in arca
Contractum genibus tangas caput.

Bellum contractum degunt cum ventis nautæ. Lucret. lib. 4, 196.

Cupido contracta. Horat. 3. Carm. ode 16, 8.

Piger contracto frigore. Virgil. 3. Georg. 52.

Frons contracta. Horat. 2. Serm. Saty. 2, 25.

Paupertas. Horat. 1. Epiſt. 5, 4.

Veſtigia contracta alicuius ſequi. Horat. 2. Epiſt. 2, 16.

¶ Contractus: Nomen ex participio.

Exiguus atque contractus locus. Virg. 4. Georg. 59.

Spatioſum & contractum: contraria. Colum. lib. 5. cap. 5, 3.

Spatio breui contracta. Ouid. 6. Faſt. 99.

¶ Contractio. vt, Contractio neruorum. Plin. lib. 20. cap. 14. 9.

¶ Contractura. Vitruu. lib. 3. cap. 2.

¶ Contractus: Idē qđ contractura. Vitruu. lib. 3 c. 3. Quint. lib. 4, Dicam quæ acta ſunt ante ipſum rei contractum.

Contractus, apud Iuriſconſultos, eſt negotium inter duos pluréſue data opera geſtum, vt vel vterq; inuicem, vel alteruter obligetur. l. Labeo. ff. de verb. ſignific. l. rogaſti. ff. de præſcrip. verb.

¶ Contrecto: Frequenter tango. Plin lib. 18. cap. 1. 15, Tabesq; animi contrectata adurit culpantium omnia. Col. lib. 14. cap. 4, Ne contrectentur pocula.

Oculis vulgi aliquid contrectandum permittere. Tacitus lib. 3.

¶ Contrectabiliter. Lucret. lib 4. 133,

----læuiſſima corpora debent
Contrectabiliter cauſas intractare palati.

CONTRALICEOR.] Cæſar 1. bel. Gal 70, Propterea quòd illo licente contraliceri audeat nemo.

CONTRAPOSITVS.] Quintilianus. De æquo, vero, iuſto, bono, deq; ijs quæ ſunt contrapoſita, diſputat.

CONTRARIVS.] Oppoſitus, & repugnans.

Arma contraria. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4, 9.

Flumina contraria claſſi. Ouid lib. 13, 37.

Humor ignibus contrarius. Ouid. in Ibin, 7.

Ictus contrarius. Liu. 2. ab Vrbe, 27.

In contraria vitia currere. Horat. 1. Serm. Saty. 2, 5.

Ire vitæ priori contrarium. Iuuen. Saty. 9, 3.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Virgilius 2. Aeneid. 8.

In contrarium cadere. Plin. in procem. lib 14. 5.

¶ Contrarietas. Macrob. lib. 7. Satur. cap. 9. Poteſt'ne excuſari huius contrarietatis auſum?

CONTRASTO.] Repugno Næuius: Contraſtat ſemper, nec me ſinit loquier.

CONTRAVENIO.] Cæſar 7. bel. Gallici, 114, Hoc animo, vt, ſi

vt, ſi qua ex parte contraueniretur, acie inſtructa depugnaret.

CONTRAVERSVM.] E' contrario: è diuerſo. Solinus cap. 15. Deniq; recentem natum fletu parens accipit: contrauerſum in læta ſunt funera.

CONTRECTO.] Vide CONTRAHO.

CONTREMO.] Idem quod Tremo.

Aequora contremuerunt. Catul. in Argon. 41.

Periculum contremuit domus. Horat 2. Carm. ode, 12, 2.

¶ Contremiſco. Horat. 2. Carm. ode 12 2,

----vnde periculum
Fulgens contremuit domus Saturni veteris.

Senec. Epiſt. 66, Fortes ſimus aduersùs fortuita: non contremiſcamus iniurias, non vulnera, non egeſtatem.

CONTRIBVO.] Simul tribuo & confero. Ouid. 7. Metam. 47. Triphonius in l. ſi verò. ff. de teſtamento militari, Et quoniam ſi adhuc miles hæc quoque legaſſet, contribuebantur omnia.

Contribuere alterum alteri: *pro, Alterum altero penſare.* Senec. de Benefic 6.

Contribuere: *pro, Attribuere.* Colum. lib. 2. cap. 2. 12, Quibus ferè contribuuntur prædicti colores. Plin. lib. 32. cap. 4. 11, Sed hoc vtilius eſt, vitæ attributa habere remedia.

Contribuere Medicam leguminibus. Columella. Idem lib. 2. cap. 9.

Contribuere in regna: *id eſt, diuidere.* Plin. lib. 5. cap. 18, 2.

Contribuuntur in eam oram Icoſitani. Plin. lib. 3. cap. 3. 3. Contributi Megarenſibus. Plin. lib. 4 cap. 7, 1.

Contribuere ſe alicui. Liu. 8. bel. Maced. 13.

¶ Contributio. Papinianus in l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu.

CONTRISTO.] Col. lib. 5. cap. 9. 14, tota arbor contriſtabitur. Hoc eſt, malè afficietur.

Auſter contriſtat cælum frigore pluuio. Virg. 3. Georg. 55.

Iupiter mœſto contriſtat ſydera vultu. Valer. lib. 6. Argon. 125.

CONTROVERSIA.] certarum perſonarum de re propria contentio. Plaut. Rud 19, 45.

In controuerſia inuentionis deducta herba. Plin. lib. 25. cap. 4, 6.

Dicere controuerſias. Quint. lib. 3. cap. 8, 35.

Ducere aliquid in controuerſiam. Quint. lib. 3. cap. 8, 36.

Controuerſia mihi eſt tecum. Plaut. Aulul. 7, 83.

Multæ quæſtiones habent controuerſiam. Quintil. lib. 3. cap. 11, 2.

Mouere controuerſiam. Paulus in l. ex ſextante. §. Latinus. ff de excep. rei iud.

Sine controuerſia: Facilè & ſine dubio. Terent. Phorm. 5. 6. 14, Nam ſine controuerſia à Dis ſolus diligere Antipho.

¶ Controuerſioſus: Idem quod controuerſus. Liu. 3. ab Vrbe, 310, Quem enim hoc priuatæ rei iudicem feciſſe, vt ſibi controuerſioſam adiudicaret rem?

CONTRVDO.] Simul trudo, compingo.

Raptim contrudere corpus in flumen. Lucret lib. 4, 86.

Contrudi in dolia plena vinaceorum. Varro 1. de Re ruſtic. cap. 54, 2.

In vnum contrudere. Lucret. lib. 6, 43.

¶ Contruſus: Participium. Nubes contruſæ coguntur ad altos montes. Lucret lib. 6. 148.

CONTRVNCARE.] Idem quod Truncare. Plaut. Sticho, 9. 48, Dum equidem, hercle, quod edant, addas, meum ne contruncent cibum. Id eſt, ne imminuant.

CONTVBERNIVM.] vocabatur Vegetio, lib. 2. cap. 13, Manipulus, ab eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant. Cæſar 5. bel Ciuil. 272, Depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant.

Inire contubernium alicuius philoſophi. Suetonius in Auguſto, cap. 89.

Contubernium: *Cohabitatio, conuictus & ſodalitas.* Plinius iunior lib. 3. Epiſt. 3, Adhuc filium pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit.

¶ Contubernalis domeſticus & familiaris. Plin lib 36. cap. 12. 7, Aeſopi fabularum philoſophi conſerua quondam & contubernalis hæc fuit.

Præclaræ contubernales. Quint. lib. 4. cap. 2, 87.

CONTVEOR.] vnde contuens: Qui aſpicit. Plin. lib. 29. cap. 6 24, Scarabei viridis natura contuentium viſum exacuit. Idem lib. 7. cap. 1. 12, Contuentes Solem immobilibus oculis.

¶ Contuitus. Aſpectus. Plin lib. 11. cap. 37. 23, Oculi contuitu multiformes.

CONTVMAX.] Propriè (inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Martialis lib. 2. 67, Me ne dixeris eſſe contumacem.

Contumax amomum fricanti. Plin. lib. 12 cap. 13. 3.

Contumaces boues. Col. lib 6. cap. 2. 8.

Populus contumax regibus ſuis. Seneca in Thyeſte, 8. 5.



Contumax emori: Quod non facile moritur. Plin. lib. 16. cap. 10, 5.

Contumax, *etiam in bonum.* Corn. Tacitus. Contumax etiam aduerſus tormenta ſeruorũ fides, ſupremæ clarorum virorum neceſſitates.

¶ Contumacia Inobedientia.

Contumacia in vultu. Liu. 2. ab Vrbe, 263.

¶ Contumaciter. Liu. 2. ab Vrbe, 253, ſegniter, ocioſe, negligenter, contumaciter omnia agere.

Contumaciter ſpernere imperia validiorum. Colum. lib. 6. cap. 2, 8.

Contumaciter reſiſtere ſcalpturæ, dicitur lapis vel gemma. Plin. lib. 37. cap. 7, 12.

CONTVMELIA.] Conuitium. Terent. And. 1. 5. 2, Prò deum atq; hominum fidem, quid eſt, ſi non hoc cõtumelia eſt?

Verborum contumelia. Suetonius: Omnibus verborum contumelijs mortuum inſectatus eſt. Cæſar 3. bel. Ciuil. 252, magna verborum contumelia interrogans.

Graues contumeliæ. Horat. Epod. 11, 6.

Dicere contumeliam. Plaut. Pſeud. 20, 68.

Incendere aliquem contumelia Tacit. lib. 1.

Contumeliæ debilitatis. Plin. Epiſt. 171. d.

¶ Contumelioſus: Qui contumeliam facit. Quint. lib. 10. cap. 7, Tam contumelioſos in ſe ridet inuicem eloquẽtia.

Verbum contumelioſiſſimum Quint lib. 2. cap. 12, 8.

Contumelioſæ voces Cæſar. 1. bel. Ciuil. 253.

¶ Contumelioſe, contumelioſe facere iniuriam. Terent. Phorm. 2. 3. 1.

CONTVMVLO.] Tumulo vel terra tego Martial lib. 8. 51,

Collegitq; ſinu fragmenta nouiſſima fracti
Oris, & aggeſta contumulauit humo.

Humo patria contumulari. Ouid. 3. Triſt eleg 3, 7.

Contumulare, *datiuo iunctum.* Plin lib. 10. cap. 33. 7, Perdices ouis ſtragulum molli puluere contumulant.

CONTVNDO.] Frango, percutio. Contundere in pila, Varro 3 de Re ruſt. cap. 16, 11. Et apud Colum lib. 7. cap. 7. 12, Contundere ferreis pilis.

Aſper equus duris contunditur ora lupatis. Ouid. 1. Amorum, eleg 2, 3.

Chiragra contundit articulos. Horat. 2. Serm. Saty. 7, 4.

Nares contundere alicui Ouid. 14. Metam. 20.

Contundere aliquem pugnis. Plaut. Amphit. 4. 253.

Facta alicuius contundere: *pro, Superare & vincere.* Plautus Stich. 5, 30. Hydram. Horat.

Speratum meritis, diram qui contudit hydram.

Impetum alicuius. Horat 2. Carm. ode. 6, 2.

Contudit ingenium patientia longa malorum. Ouidius 5. Triſt.

Iras contundere. Col lib. 6 cap. 2, 3.

Populos feroces. Virg. 1. Aeneid. 54.

Sæuitiam alicuius. Propert. lib. 1. eleg. 1, 2.

Virtutem. Valer. lib. 3. cap. de fortitudine.

Crebro ictu contundi. Claud. 3. de raptu Proſer 86.

¶ Contuſus. Participium. Salluſt. Noſtræ opes contuſæ, hoſtiumq; auctæ erunt.

Animi contuſi: Id eſt. confracti. Virg. 4. Georg. 48.

Corpora contuſa labore. Lucret lib. 4 191.

¶ Contuſio. Plin. lib. 17 cap 24. 11, Eſt & quædam contuſio falcis hebetioris. Col. lib 12. cap. 47. 3, Quia hæc candidior eſt oliua, quàm ea quæ contuſione liuorem contrahit.

CONTVOR.] Diligenter video & aſpicio. Plaut. Aſin. At hercule ipſum adeò contuor quaſſanti capite incedit. Idem Merc 17. 15, Quid Periſtratam hic Demiphonis contuor?

Figuras miras contuimur in ſomnis. Lucret. lib. 4. 7.

CONTVRBO.] Baſia conturbare. Catul. Epigram. 5. 3.

Corpora conturbare magno labore. Lucret. lib. 4. 194.

Vox conturbatur. Lucret. lib. 4. 114.

¶ Conturbare & pecuniam ſuam diſſipare. Vlpianus de inſtitoria actione l. quicunq;. Deinde pecunia accepta preſenti, vt per dies ſingulos ei panes præſtaret, conturbauerit. Sic Alphenus in l. quidam. ff. de in rem verſo.

Conturbabit Atlas, apud Martialem in nono, epigram. 4. Id eſt, cœlum totum ipſe tibi decoquet. Sic in decimo, 96, Hîc precioſa fames, conturbatorq; Macellus, & in 7. 26,

----noſter te non capit ignis,
Conturbator aper, vilius eſurio.

Conturbare rem. Salluſt in Iugurtha.

CONTVS.] Sudes eſt ſiue haſta longior, durior & acuta, ſine ferro, ad percutiendum apta.

Duris contis detrudere aliquid. Virg. 9. Aeneid. 106.

Acuta cuſpide conti. Virg. 5. Aeneid. 42.

Ratem regere longo conto. Seneca in Hercul fur. 9. 31.

Ratem ſubigere conto. Virg. 6. Aeneid. 61.

CONTVSIO, CONTVSVS.] Vide CONTVNDO.

CONTVTOR.] Quaſi cum al o tutor. Iulian. in l. ex facto. ff. de negot. geſt. Valerius Seuerus reſpondit aduerſus contutorem negotiorum geſtorum actionem tutori dandam. Vlpianus in l ſi procuratorem. §. ſi tutores. ff. mandati, Si tutores mandauerint contutor..

CONVADOR.] Vadimonio obſtringo Plautus, Curcul.4.6.
Vbi tu es, qui me conuadatus es Veneris vadimonijs?

CONVALEO, ſiue CONVALESCO.] Salutem recupero. Martial.lib.10,96.
Hæredem me ſcripſit Numa, conualuit.
Conualuit flamma. Quintil.lib.5.cap.13.
Ignis conualuit: id eſt, vires aſſumpſit. Ouidius 8. Metamorph.96.
Mala conualuère per longas moras. Ouidius 1.de Remed. Amor.19.
Mens conualuit. Ouid.Epiſt.15,15.
Conualeſcunt opes. Liu.1.ab Vrbe,58.
Conualuit opinio. Col.lib.3.cap.7.2.
Pignus conualeſcit. Marcellus in l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur.
Senſus mei conualuère. Ouid.1.Triſt.eleg.3,3.

CONVALLIS.] Planities ex omni parte montibus collibusq; comprehenſa. Liuius 1.ab Vrbe, 171, Et infima vrbis loca circà forum aliasq; interiectas collibus conualles. Ibidem,53, Romani Sabiniq; in media conualle duorum montium redintegrant prælium.
Abrupta conuallis. Lucanus lib.7,36.
Caua. Virgil.2.Georg.38.
Depreſſa. Virgil 3.Georg.56.
Obſcura. Virgil.6.Aeneid.28.
Virens. Virgil.6. Aeneid.38.

CONVASO.] Furtim colligo. Terentius Phormione. 14,13.
Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

CONVEHO.] Comporto: Conuehere æs Plauſtris ad ærarium, Liu.4.ab Vrbe,261.
Conuehere camelis aliquid. Plin.lib.12. cap.14,10.
Conuehere ex diuerſo. Plin.lib.11.cap.30,2.
Conuehere ex Hiſpania merces. Plin. lib.8. cap.14,17. & 57. Et apud Liuium 3. ab Vrbe, 99, Conuehere prædam ex caſtris.
¶ Conuecto: Frequentatiuum. Virg.9.Aeneid.
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto,
Idem de Formicis, 4. Aeneid.81.

CONVELLO.] Idem quod Vello vel Auello. Plaut.Amph. 14.2, Quis tam vaſto impete has fores toto conuulſit cardine?
Conuulſa ſedibus domus. Plin.Epiſt.139.b.
Clauſtra portarum conuellere. Stat.11.Theb.59.
Glebam vomere. Catul.in Argon.8. Fundamenta. Col.lib. 1.cap.4,9. Cæſ.2.bel.Ciuil.44, Conuellere ſaxa infima, quibus fundamenta continentur.
Dapes auido dente. Ouid.11.Metam.25.
Diſcordia aliquem conuellere. Tacit.lib 4.
Turres & culmina domorum. Virg.2.Georg 89.
Ferro conuellere aliquid. Virg.6.Aeneid.30.
Flabra & imbres conuellunt æſculum. Virg.2.Georg.59.
Syluam viridem ab humo conuellere. Virg.3.Aeneid.5.
Vexilla. Tacit.lib.1.
Pectus alicuius verbis conuellere. Ouid.Epiſt.16,23.
Conuellere vires, id eſt, eas infimas facere. Celſus lib.3.c.4.
Conuellere gratiam alicuius. Cæſar 4.bel.Gal.178.
Conuellere funem à terra. Virg.1.Georg.91,
----non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem. Id eſt, nemo mihi ſuadeat nauim tũc è portu ſoluere. Periphraſis poetica.
Conuellere aliquid alteri: *Subducere, ſuffurari*. Plaut, Curcul. 8,5.
¶ Conuulſus: Participium. Plin.lib.20.cap.7, Conuulſa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniũt.
Aequor conuulſum remis. Virgil.5.Aeneid.29.
Domus conuulſa. Tacit.lib.12.
Loca conuulſa vaſta ruina. Virgil.3.Aeneid.83.
Vi dominationis conuulſus. Tacit.lib.5.
Conuolſum, pro, conuulſum, Artus conuolſi pereunt, apud Lucretium, lib.3.69.
¶ Conuulſio. Plin.lib.20.cap.15.6, Liguſticum aliqui panacem vocant, ſtomacho vtile eſt: item conuulſionibus, & inflammationibus.

CONVELO.] Idem quod Velo. Plin.lib.17. cap.22.23, Plagam omnem obliquam fieri, vt facilè decidant imbres, & ad terram verti, quàm leuiſſima cicatrice acie falcis exacta, plagaq; conuelata.

CONVENIO.] Simul venio Congrego. Plautus Pſeud. 4,45.



Facite hodie vt mihi munera multa huc ab amatoribus
Conueniant.
Ambo conuenimus. Virg.eclog 5.1.
In ædem conueniunt. Ouid.1.Faſt.41.
Conuenire ad aliquem. Cæſ.1.bel. Ciuil.49.
Ad dapes. Ouid.6.Faſt.135, Conueniuntq; ex alto etiam ad quoſdam odores: de piſcibus, Plinius libro 10.cap 70,2.
Conuenire: *pro Venire*. Plaut. Trucul.14.10, In vrbem crebrò conuenio.
¶ Conuenire: *de re venerea etiam dicitur*. Plin.lib.11.cap.24.6, Coniugio aranei conueniunt clunibus.
Conuenit inter eos ratio accepti & expenſi. Plaut. Moſtel. 4,147.
Inter aliquos conuenire, ne. Vlpianus in l.ſi conuenerit.ff. pro ſocio.
Conuenit inter nos. Plaut.Capt.7.18,
Nunc ita conuenit inter me, atque hunc Tyndare,
Vt te æſtumatum in Alidem mittam ad patrem.
Inter vtrunq; conuenit. Horat.1. Serm.Satyr.7,2.
Conuenit hoc fratri mecum. Terent. Adelph.1.1.34.
Nec locus nec ſermo conuenit mihi cum eo. Plaut. Pſeud. 20,8.
Conuenit mihi cum eo de hac re Plaut. Cap.36.
Pulchrè conuenit illis. Catul.epigram.53,1.
Conuenit mulier viro in manum. Quint.lib 5.cap 10,44.
¶ Conuenit: *abſolutè, pro eo quod eſt, Pacto firmatum eſt*. Plaut. Amphit.4.71, Conuenit: victi vtri ſint eo prælio. Terent. Heaut.4.8.23, Dic conueniſſe, egiſſe te de nuptijs.
Pacto conuenit, vt. Liu.4.bel. Pun.26.
Conuenit parum de hoc. Quintil.
Conuenit inter. Iuuenalis Saty.15. non procul à fine:
----ſæuis inter ſe conuenit vrſis.
Id conuenerat ſignum. Liuius 9.ab Vrbe,122.
Conuenit pax. Liu.10 bel. Pun.204.
Conuenit ita pax, vt. Liu.1.ab Vrbe,12.
Conuenit pax in has conditiones. Liu.9.bel. Pun.61.
Conuenire de re aliqua. Plaut.Pſeud.7,131.
De precio conuenire. Quint.lib 4. cap.2,30.
Conueniunt mores. Terent.And.4 2.13.
Non conuenit nomen. Terent.And 5.4.37.
Tempus & locus conuenit. Liu.1.ab Vrbe,97.
Conuenit numerus, quantum debui. Terent. Phor.1.2.3.
Conueniunt vtriuſq; verba. Plaut Trucul 17,17.
Non conueniunt hæc nuptijs. Terent. And.2,2.29.
Voto conuenit res. Ouid.2.Amor eleg 4.8.
Conuenit hæc ætas ludo. Plaut. Bacchid.2.21.
Conuenit aliam ætatem aliud factum. Plaut.Merc.24.24.
Conuenit in me quiduis harum rerum. Terent.Heaut 5.1.3.
Magna petis, quæ non conueniunt iſtis viribus. Ouid.2.Metam.11.
Conueniunt hæ vites ad, vel in quemuis agrum. Cato cap. 6.4 Varro 1.de Re ruſt.cap.19,1.
Conuenit in eam rem. Cato cap.21.1. Plaut. Pſeud.20.76,
Conueniebatne in tuam vaginam machera militis?
¶ Aliquem conuenire: *pro, in Ius vocare*. Vlpianus in l. Neratius. ff. de religioſis & ſumptibus funerum. Si verò alius funerauerit, poſſe eum maritum conuenire.
Conuenire aliquem in ius. Plaut.Moſtel.15,39.
Conueniri: In ius vocari. Papinian.in l. capitis.ff. de fideiuſ.
Actione conueniri. Vlpian.in l.3.§. quacunque. ff. de iureiurando.
Teſtato conuenire debitorem. Vlpianus in l. ſi procuratorem.§ ſi ignorantes.ff.mandati.
Pro re aliqua conueniri. Paulus in l. ſi mandato §. Paulus reſpondit vnum ff.mandati.
¶ Conuenire & colloqui, Terent. Eunuch.3.2.14.
Conuenibo iſtam: *in futuro antiquè dictum*. Plaut. Caſina, 12,18.
¶ Conuenit: Imperſonale: Id eſt, decens & conueniens eſt. Terent Eunuch.3.2.41,
----haud conuenit
Vnà ire amica cum, imperatorem in via.
¶ Conueniendo: Gerundium. Inter ſe conueniendo gignũt armenta. Lucret.lib.2.182.
¶ Conueniens: Participium. Copia agricolarum conueniens ex omni parte. Lucret.lib.6.254.
Sonus conueniens ad formam. Ouid.in Ibin.88.
Tempus operi conueniens. Ouid.de Ponto, eleg 9,8.
¶ Conueniens: Nomen ex Participio. Conuenientiſſima nemora. Colum.lib.7.cap.4.5. Et Plin.in Paneg 142, Ciuile hoc erat, & conueniẽtiſſimum, nihil cogere. Plin lib.34. cap.7.3, Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plaſticen Græci vocant, dici conuenientius erit.
¶ Conuenienter: conuenienter loqui ad ſtatum præſentem. Liu.3. bel.Pun.17.

Mores

Mores conuenienter eunt ſtudio. Ouid.3.de Arte,109.
¶Conuenæ:qui ex diuerſis populis gentibusq; in vna mœnia conueniunt,ſimulq; coaleſcunt. Plin.de viris Illuſt.2.a.
Romulus aſylum conuenis patefecit. Plin. lib.5. cap. 17.1,
In diem ex æquo conuenarum turba renaſcitur.
¶ Conuentio. Vlpianus de pactis l. 1. Conuentionis verbũ generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi tranſigendiq; cauſa conſentiunt, quum inter ſe agunt.
¶ Conuentus:Participium.Salluſtius in Iugurtha:Sæpè antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam fruſtra.
¶ Conuenta:Subſtantiuè. Conuenta frangere.Silius libro 1.2.
Pacta conuenta. Vlpianus in l.iuris gentium.§. quinimo.ff. de pactis.Solemus enim dicere, pacta cõuenta ineſſe bonæ fidei iudicijs.
¶Conuento:frequenter conuenio. Solin.cap.40. Externos in ea plurimos conuentaſſe, argumentum de vrbibus & locis dabimus.
¶ Conuentus: verbale. Sunt (inquit Valla lib. 4.) homines qui in vnum locum conuenerunt.
Conuentus & turba. Virg.6.Aeneid.151.
Honeſtiſſimus conuentus. Quint.lib.1.cap.2.8.
In medios conuentus trahere aliquem. Virg 6.Aeneid.151.
Conuentus agere. Cæſar 6.bel.Gal.162.
Indicere. Liu.8 bel.Mac.127.
Inſtituere. Quint.lib.3.cap.8,7.
¶ Conuentus : *Pro eo quod Reſortitum vocant.* Plin. lib. 5.cap. 29.1. Conueniunt eo. XXV. ciuitates, celeberrima vrbe Laodicea.
Conuentus:*pro Conuentione.* Iuuen.Saty.6.3,
Conuentum tamen,& pactum, & ſponſalia,noſtra
Tempeſtate paras.
CONVERBERO.] Idem quod Verbero. Plin. lib.13. cap.22. 7. Nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens.
CONVERRO.] Idem quod Verro. Plautus Sticho 64,
---reuerram hercle hoc,quod conuerri modò. Columlib 7.cap.6.5,Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuerrit,nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere.
Conuerrere aliquem:*pro Percutere.* Plaut. Rud. 20.7, Conuerret iam hic me totum cum puluiſculo.
¶ Conuersè:Nitidè.Cato cap.143.1.Villam conuersè mũdeq; habeat.
CONVERSOR,& CONVERSATIO ]Vide CONVERTO.
CONVERTO.] de re & homine dicitur.
Conuertere ſe domum:*pro Reuerti.* Plaut.Sticho,7.1,Quum bene re geſta ſaluus conuortor domum. Terent. Adelph. 2.4.22, Ego iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio.
Conuertere homines in admiratione͂. Liu. 2. bel.Pun.131.
In amicitiam. Plaut.Sticho,7.13,
In amicitiam atque in gratiam conuortimus.Sub. nos.
Animum ad crudelem ſuperbamq; vim. Liuius 3. ab Vrbe,
Animos ad agrum colendum. Liu.6 bel.Pun.207.
Animum ad labores alicuius. Valer.lib.4.Argon.107.
Animum ad negotia vrbana Liu.1.ab Vrbe,239.
Animum alicuius in ſe Liu.4.bel.Pun.22.
Caſtra caſtris:Id eſt,commutare.Cæſar 1.bel.Ciuil.307.
Conuertere ſe ad dolos. Plin. de viris.Illuſt.14.
Exercitum conuertere. Gellius,lib 5.cap.5.
Ferrum conuertere in aliquem. Virg.9. Aeneid.88.
In fugam conuerſus. Liu.10.bel.Pun.87.
Conuertunt clamore fugam.Virg 12.Aeneid.51.
Conuertere gaudia in diuerſum. Plin. Epiſt.176.b.
Greſſus conuertere.Retrò cedere, Pedem referre.Silius lib. 13.50.
Conuertere in ſerium, quod per iocum dictum eſt. Plaut. Pœnulo,19,41.
In iram ſubitam conuerti.Ouid.10.Metam.136.
Iter conuertere ad vrbem.Lucan.lib.3.75.
In prouinciam. Cæſar 7.bel.Gal 221.
Conuertere malum aliquod ad ſalutem. Terent. And.4.1. 48.
Martem ad aliquos.Lucan.lib.2.125.
Mentes hominum oratione.Cæſar.1. belli Gallici,172.
Conuertit mentes militum terror & crudelitas ſuppliciorum.Cæſar 1.bel. Ciuil.283.
Minas in melius conuertere. Seneca Hippol,4.11.
Conuertere ordinem.Plin.in Paneg.121.
Os ad aliquem. Cæſar 6.bel.Gal.143.
In melius conuertere querelas.Propert lib 1.eleg.16,2.
Conuertere ſe ad verum. Plaut.Rud.24,107.
Ad ſapientiora ſe conuertere.Tacit.lib.3.
Conuertere ſigna.Cæſar. 1. bel.Gal. 99. Romani conuerſa ſigna bipartito intulerunt.
Conuertere terga:Fugere.Cæſar 1.bel. Ciuil.305.
Viam:Eſt viam repetere, per quam nunc primum veneras. Virg 5.Aen.116.
Conuertere in belluam:*Hoc eſt,tranſmutare, & transformare.* Terent. Eunuch.3. 5. 40, Deum ſeſe in hominem conuertiſſe.
¶ Conuerſus: Participium.
Lintea conuerſa domum, dare non pigeat: Id eſt, redire. Horat. Epod.16.6.
Numina conuerſa:id eſt,contraria. Virg 5. Aen.93.
Studia conuerſa.Hor.in Arte,34.
Timor conuerſus in iram.Lucan.lib.4,54.
Via vitæ conuerſa.Horat.1. Epiſt.18.6.
Conuerſus:*pro Emendatus.* Quint.lib.11, Poteſt enim videri emendatus,qui in odium eorum in quibus errauerat,ipſe conuerſus eſt.
Conuerſus in pœnitentiam. Sueton.in Claud.Cæſ cap.13.
¶Conuertor,*pro Conuerto:* dici Plautus Amphit.4 84,Fugam in ſe tamen nemo conuertitur.
¶ Conuerſus:Verbale.Macr.lib.7.Saturn.cap. 9, Qui gyros efficit,crebro conuerſu turbat.
¶ Conuerſio.Plinius libro 8.cap.42.13, Et vuluarum conuerſio, Idem libro 20. cap.22.2.
Conuerſio ſuppurationis. Col. lib 6. cap.17,ſi antè,quàm tumor diſcutiatur,in ſuppurationem conuertitur.
Conuerſio malorum.Quint.lib. 5. cap.10.
Conuerſim.Firmicus.lib.2 ca. 32, Per graduum numerum, numeralem retrogrediens deſcenſum,ad deſcenſum perducamus.
¶ Conuerſatio:Conſuetudo.Plin.lib.10.cap.33.7,Neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta.
Tutior conuerſatio Quint.lib.1.cap.2.5,Conuerſatio inter ſeruos malos.
Conuerſatio:*pro Conuerſione.* Seneca Epiſtol. 75, Sciatq; illa ipſa quibus lędi videtur,ad conuerſationem vniuerſi pertinere.
Conuerſatio:*pro habitatione.* Vlp.l.12.§ 1. de relig.& ſumpt. funer.
CONVESTIO ]Idē quod Veſtio & Exorno. Lucr.lib.2.30.
Quam ſubitò ſoleat Sol ortus tempore tali
Conueſtire ſua perfundens omnia luce.
CONVETERANVS.] Modeſtinus lib. de excuſat. tutor in Pandectis,Gordianus Imperator in l quod placuit. C. de excuſat.veteran.
CONVEXVS.]Feſtus: Conuexum eſt ex omni parte declinatum:qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram verſus declinatum eſt. Virgil.in Buc.
---nutantem conuexo, cardine mundum.
Idem 4.Aeneid.91,
---tædet cæli cõnuexa tueri.
Cælum conuexum. Ouid.1. Metam.6.
Pondere conuexo nutans mundus. Virg.4.Eclog.10.
Supera conuexa.Virg.6.Aeneid.48.
Conuexa ſydera.Virg.1.Aeneid. 123.
Conuexum nemorum.Virg.1.Aen.93.
Conuexæ in maria terræ.Plin lib.12.cap.22 4.
¶ Conuexitas.Plin.lib.18.cap.25.4, Super omnia eſt mundi conuexitatis terrarumq; globi differentia. Idem lib.31. cap.3.13,Reperiuntur in conualibus maxime, & quodam conuexitatis cardine,aut montium radicibus.
¶ Conuexio. Gel.lib.14.cap.1.
CONVICTVS.]Participium.Vide CONVINCO.
CONVICTOR,CONVICTVS ] Vide CONVIVO.
CONVINCO.] Conuincere facta alicuius turpia. Plaut. Amphit.15,43.
Falſum conuincere refutatu ancipiti. Lucr.lib.3.106.
Conuincere falſi Plaut.Trucul. 105,Qui & conuicti & condemnati falſi de pugna ſient.
¶ Conuictus:Participium.vt, Manus conuictas dare. Ouid. Epiſt.16.81.
CONVINCTIO.] Verbale, à Conuincio. Quint.lib.1.cap.
CONVISO.] Lucret.lib 5.29, Res quibus occultas penitus conuiſere poſſis.
Loca omnia oculis conuiſere.Lucret.lib.2,72.
CONVITIVM.] male dictum cum contumelia. Vlpianus de iniurijs & famoſis libellis.l.item apud Labionem.
Linguæ ſtolidæ conuitia. Ouid.3. de Met.62.
Quotidianum conuitium. Quint.Tryphon.1.
Ruſtica conuitia. Ouid.14 Metam.104.
Stridula conuitia cicadarum. Ouid. ad Piſonem,16.
Abſtinere conuitio. Quint lib.7.cap.3.18.
Addere conuitia.Ouid.6.Metam.73.
Adijcere conuitia facto.Ouid.6 Metam.42.
Dicere conuitium Plaut.Aſina.16.49.
Facere.Terent. Adelph.2.1.26.

Deformia conuitia facere ac mereri. Quint.lib.6.cap.4.8.
Honeſtus vir inferioris conuitium fert. Quintilian.libro 6. cap.2.13.
Fundere conuitia in aliquem. Ouid.3.Metam.62.
Ingerere conuitia alicui.Horat.1.Serm.Saty.5.3.
Proſcindere aliquem conuitijs. Plin.lib 33.cap.1,1.
¶ Conuitior. Conuitium dico. Quint. lib. 3, Contrà ſentientibus inhumane conuitiabantur.
Convivo.] ſimul viuo & comeſſor. Plaut. Amphit. 15.45, Miſiſti ad nauim Soſiam, vt hodie tecum conuiueret? Quint.lib.1.cap.12, Lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine.
Conuiuere cum adoleſcentibus. Quint.lib.5.cap.9.
Conuiuere alicui. Quint.lib.19 cap.1.
¶ Conuiuor. Conuiuium facio. Terent.Heaut.1.2.32, Scortari crebrò, nolunt crebrò conuiuarier.
Convivium.] Arcta conuiuia.Horat.1.Epiſt.5.6.
Fœda.Ouid.1.Metam.34.
Regalia.Quint.lib.1.cap.10.11.
Vinoſa.Ouid.3.Amorum eleg.1.4.
Acceſſere in conuiuium.Terent.Eunu.4.1.12.
Conuiuij ſat eſt: modò noſtra huc amica accedat. Plautus Sticho,14.25.
Agitare conuiuia. Ouid.7.Metam.89.
Celebrare.Silius lib.11,55.
Mutua inter ſe conuiuia curare. Virg.1.Georg.61.
Ducere conuiuia Baccho. Tibul.libro 1.eleg.9.13.
Ducere aliquem in conuiuia. Ouid.3.de Arte, Aman.149.
Facere lauta conuiuia. Catul.Epig.44.2.
Fiunt conuiuia plena menſa. Proper.lib.2.eleg.17.1.
Hilarare conuiuia Baccho. Virg.5.eclog.14.
Implere conuiuia dictis.Ouid.13.Metam.147.
Inire conuiuium, hoc eſt, ingredi. Tacit.lib.15.
Inter ſecreta conuiuij.Tacit.lib.18.
Obſcœnis canticis conuiuium obſtrepit. Quintilian. lib.1. cap.2,7.
Parare conuiuia.Virg.1.Aen.125.
Retrahere ſe à conuiuio.Celſ.lib.5.cap.9.
Repetita conuiuij lætitia. Tacit.lib.13.
Ad conuiuium ruere. Tacit. lib.18.
Struere conuiuia. Tacit.lib.15.
Turbare conuiuia.Ouid.12.Metam.45.
¶ Conuiua. Qui ad conuiuium vocatus eſt. Terent. Heaut. 1.1.120, ----egomet conuiuas moror.
Auidi conuiuæ.Horat 1. Serm. Saty.5.15.
Comis conuiua.Horat.2.Serm.Satyr 8.16.
Ebrius. Ouid.5. Faſt.68.
Frequens. Ouid.2. Amorum, eleg.5.5.
Gratus.Horat.2. Serm.Saty.2.24.
Plenus. Lucr lib.3.191.
Satur.Horat.1. Serm.Satyr.1.24.
Abducere ſibi aliquem conuiuam. Terent. Eunuch. 3.1.17, Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.
Agere conuiuam lætum.Horat.2.Serm.Sat 6.23.
Soluere conuiuas. Ouid.6.Faſt.125.
Vocare conuiuam. Plaut. Aſin.13.23.
¶ Conuiuator. Qui ad conuiuium inuitat, vel qui conuiuium facit & apparat.Liu.5.bel.Maced.188.Horat.2.Serm. Satyr.8.15.
¶ Conuictor: Qui comedit & bibit nobiſcum familiariter. Sueton. in Tiberio, cap. 56, Nihilo lenior in conuictores Græculos.
Conuictorem eſſe alicui. Horat.1.Serm. Satyr.6.10. Ouid. 4.de Ponto, eleg.30,3.
Ille ego conuictor, denſoq; domeſticus vſu.
¶ Conuiualis: pertinens ad conuiuium. Liu.9.bel. Maced. 23, Tunc Pſaltriæ, ſambuciſtriæ, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Idem multaq; conuiualia ex auro & argento vaſa.
Fabulæ conuiuales. Tacit.lib.5.
¶ Conuictus: Conuerſatio & commercium. Colum. libro 11.cap.1.12, Inprimis conuictum domeſticum, multoque etiam magis externum vitet.
Conuictus: *pro ipſo viuendi & epulandi ritu.* Mart. lib. 10.47, Conuictus facilis, ſine arte menſa.
Conuictum habere cum aliquo. Colum. lib.1. cap.8, Hoc eſt, commercium.
Convoco.] Simul voco, congrego. Plaut. Moſt.15.8, Capio conſilium, vt Senatum congerronem conuocem.
Conuocare in animum conſilia. Plaut. Milit.5.43.
Conuocare in corde conſiliarium de re argentaria. Plautus Epid.3.56.
Conuocare conſilium. Cæſar 3.bel.Gal. 363, Concilio celeriter conuocato, ſententias exquirere cœpit.
Conuocare in concionem, & ad concionem. Liu.7.ab Vrbe,173. Cæſ.7.bel.Gal,48.



Convolare.] pro Feſtinare, per tranſlationem. Terent. in prol. Hecyr.40.
Convolvo.] Simul voluo. Plin lib. 12. cap. 17.4, Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri.
Conuoluere in offas. Plin.lib.12.cap.9.1.
Conuoluuntur in ſemet dracones. Plin.lib. 10.cap.72.1.
Serpens conuoluit lubrica terga. Virg.2.Aen.95.
Mare conuoluit gentes. Lucan lib.5.125.
Conuoluere verba magno curſu: Eſt profundere, ita vt cōglomeres. Senec.Epiſt.40.
¶ Conuoluolus: Vermiculus corrodens vites. Plin.lib.17. cap.28.3.
Conuoluolus: *Eſt etiam herba.* Plin.lib.21.cap.5.2.
Conus.] curuatura quę in ſummitate galeæ prominet, ſuper quam criſtæ ſunt: inquit Seruius. Virg 3.Aen.94,
Et conum inſignis galeæ, criſtaſq; comantes.
Acumen coni. Lucret lib.4.87.
Decus coni. Sil.lib.4.3.
Picto cono mutantia capitum tegmina. Ouid.3.Metam.22.
Anguſtus conus. Lucr.lib.4.87.
Gloria ardua coni. Stat lib.8.138.
¶ Conifer: qui conos fert. Virg.3 Aen.136, Conifera cypariſſus.
Apices coniferi. Claud.3 de Raptu Proſerpinæ, 80.
¶ Coniger. vt, Pinus conigera. Catul. in Argon.21.
¶ Coniſco: Frontem fronte percutio arieto. Quintil. lib.8. cap. 3, Caput opponis cum eo coniſcans. Lucr. lib.2.65, Et ſatiati agni ludunt, blandeq; coniſcant.
Convulnero.] multis vulneribus afficio. Plin. in Paneg. 56, Neq; vt antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis. Plin. lib. 11.cap.37.55, Ipſe conuulneratus, & captus ſemel per cauernam latomiarum euaſit. Idem lib.28.cap.17.8, Et Col. lib.4. cap 24.16.
Convulsio, Convulsus.] Vide Convello.
Conyza.] Herba, quæ & Cunilago dicitur. Plinius lib.21. cap.9,3.
Coolesco.] Concreſco & conglutinor. Lucr.lib.6,
Saxa vides primùm ſola cooleſcere calce.
Coonero.] Simul onero. Tacit. in lib. de moribus. German. Omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoq; & copijs coonerant.
Cooperio.] tego: Coopertum telis corpus. Liuius 8.ab Vrbe, 53.
Coopertus terra. Plin.lib. 16.cap.54.3.
Pannis cooperta membra. Lucr lib.6.255.
Cooperire aliquem lapidibus: pro Lapidare. Liu.4.ab Vrbe,220.
Coopertus miſerijs. Salluſt. in Iugurtha.
Coopertus famoſis verſibus. Horat.2. Serm.Saty.1.14.
¶ Cooperculum: Quo quid cooperitur. Cooperculum doliorum. Plin lib.14.cap.21.3.
Coopto.] eligo inter pares aut ferè pares. Liuis lib.6. Decad.1.
Cooptari in locum alterius. Liuius 10. belli Macedon.173. Triumuir epulo Qu. Fuluius M.F. in locum eius Triumuir cooptatus.
Cooptare ſibi colegam. Sueton. in Auguſto.
¶ Cooptatio. Cooptatio in partes. Liu.4.ab Vrbe,20.
Coorior.] Simul orior. Coorta tempeſtas. Cæſar 1. bel. Ciuil.186.
Bellum coortum. Liu.9.bel. Pun.7.
Febris coorta eſt ſuperante bili. Lucret. lib. 4.134.
Fulgore coorto fulſerunt flammæ. Lucret.lib.1.184.
Mare coortum ſæuit. Lucr.lib.5.201.
Coorta peſtilentia. Liuius 4.ab Vrbe, 225.
Seditio coorta eſt in populo. Virg 1.Aeneid.31.
Ventis coortis commiſerat ſe vnda. Ouid. 11. Metam.103.
Cooriri: *inuadere in hoſtem.* Plin.lib.8.ca.16.9. Cooritur non tanquam periculo coactus, ſed tanquam amentiæ iratus. De leone.
Procella cooritur Plin.lib.11.cap 10.4.
Coorti ad bellum. Liu.4.ab. Vrbe,241.
Coorti in pugnam. Liu.1.bel Pun 119.
Cophinus.] Vas ruſticum vimine contextum. Iuuenalis Saty.6,
Quum dedit ille locum cophino, fœnoq; relicto. Idem Satyr.3. Columnella, libro 11.cap.3.42, Confecta bruma ſtercoratam terram inditam cophinis obſerat.
Copia.] Abundantia Pro copia. Plaut. Trucul.4.44,
----nunc viciſſim volo habere
Aratiunculam pro copia apud vos. Idem Merca.9.8,
----facere certum
Pro copia & ſapientia, quæ te velle arbitrabor.
Copia argumentorum. Lucret.lib.1.85.

Auxilij.

Auxilij. Terent. And. 2, 1, 22.
Cordis. Plau. Epid. 9, 4.
Lactis. Virg. eclog. 1, 16.
Rei frumentariæ copiam aduectare. Tacit. lib. 5.
Vitæ copia deſit illis. Lucr. lib. 6, 164.
Ex copia rerum conſilium trahere. Salluſt. in Iugurth.
Beata copia pleno cornu. Hor. in Carm. ſecul. 12.
Bona copia librorum. Hor. 1. Epiſt. 19, 22.
Caſſa copia verborum. Lucr. lib. 4, 104. Id eſt, vana.
Facilis copia. Proper. lib. 1. eleg. 9, 3.
Faſtidioſa. Hor. 3. Car. Ode 29, 2.
Mala. Hor. 2. Serm. Satyr. 2, 9.
Opulenta copia manabit benigno cornu. Horat. 1. Carm. Ode 17, 4.
Stipata copia rei alicuius. Lucr. lib. 2, 60.
¶ Copia: *pro Commeatu ſeu annona.* Tacit. lib. 15, Contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum.
Copia, *ſignificat etiam Multitudinem vel exercitum.* Terent. Eunuch, 4, 6, 16. Militem ſecum ad te quantas copias adducere? Liu. 1. ab Vrbe, 9, Copias in aciem educere.
Copiæ in arctum coarctæ. Terent. Heau. 4, 2, 2.
Naualis copia. Tacit. lib. 4.
Diſpoſita claſſiariorum copia. Tacit. lib. 4.
Expedire copias. Tacit. lib. 13.
Parare copias. Tacit. lib. 19.
¶ Copiæ: *pro Rebus neceſſariis.* Plin. epiſtol. 41, Suggerunt affatim ligna proximæ ſyluæ; cæteras copias Oſtienſis, colonia miniſtrat.
Copiam aliam quærere. Terent. Heaut. 5, 1, 54.
Ne quam aliam quærat copiam ac te deſerat.
Hoc copiarum. Liu. lib. 2. Decad. 5, Hoc copiarum cum Prætore nouis in Hiſpanias portatum eſt.
¶ Copia, *Facultatem etiam ſignificat, & poteſtatem aliquid faciendi.*
Copiam dare alicuius rei: Terent. in prol. Heaut. 24. Tacit. lib. 14, de Nerone: Vetus, illi copia erat curriculo quadrigarum inſiſtere.
Data copia fandi. Virg. 1. Aen. 105.
Dare copiam exiſtimandi aliquid. Terent. Heaut. 2, 3. 41.
Copia eſt quæ volumus. Sub. eorum. Plaut. Capt. 5, 24.
Copia eſt, vt pedem efferamus ex ædibus. Plaut. Bacch. 8, 19, Terentius in Heaut. 2, 3, 87, Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu vt ſit, copia eſt.
Copia eſt illi in otio viuere. Salluſt. in Catil.
Copia vix fuit eum adeundi. Plaut. Milit. 18, 10.
Copia eſt mihi. Terent. Phor. 1, 3, 24, Vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia. Plaut. Trinum. 17, 7.
Rara copia videndi aliquem. Tibul. lib. 2. eleg. 3, 17.
Cunctandi copia non eſt. Plaut. Epid. 3, 59.
Copiam facere conueniendi alterum. Plautus Capt. 12, 90, Liu. libro 4. ab Vrbe. 80, Poſtero die iam militibus caſtra vrbemque ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat. Plinius, epiſt. 147. f, Ne ego quidem indignus, cui copiam ſcientiæ tuæ facias.
Copiam facere argenti. Plaut. Cur. 7, 51.
Copiam efficere alicui ad aliquam amicam. Plaut. Mil. 10, 173.
¶ Copi, pro Copioſo, à veteribus dictum; vt annotat Nonius ex Plauti Pſeudolo: Atq; ego nunc vt glorioſum faciam & copi pectore. Idem Bach. 5, 115, Vt amantem herilem copem facerem filium. Pacuuius Periboea: O' multimodis variè dubium & proſperum copem diem.
¶ Copioſus: Abundans, diues.
Copioſum Senatuſconſultum. Plin. epiſt. 159. a.
Copioſiſſimum ingenium. Plin. epiſt. 179.
Copioſus caprarum. Solinus.
Copioſus re cibaria. Gel. lib. 7, cap. 1.
¶ Copioſe: Abundanter.
Copioſiſſimè naſci dicitur herba. Plin. lib. 19, cap. 5, 26.
¶ Copior: Copiâ inſtruor & augeor. Gell. lib. 17, cap. 2, Romani multis armis & magno commeatu prædaq; ingenti copiantur.
COPO] Caupo. Martial. lib. 13, 11, Hæc ego coponi, non tibi dona dedi.
COPREVS] Stercorarius. Suetonius: Interdum ferula flagróue velut per ludum excitabatur, à copreis ſolebant & manibus ſtertentis ſocci induci.
COPTA] videtur eſſe genus placentæ. Martial. lib. 14, 73,
Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam, quam tibi miſit, edat.
COPVLA] Nexus ſiue vinculum. Plaut. Epid. 13, 11, Quæritant me, in manibus geſtāt copulas ſecum, ſubueni. Ouid. Copula detrahitur canibus.
Dura copula. Ouid. 5. Triſt. eleg. 10, 6.
¶ Copulo: Colligo, vincio, coniungo. Plin. libro 17, capite 19, 1. Plautus Pœnul. 4, 121, Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas?
Copulare vno vinculo. Liu. 8. bel. Pun. 63.
Copulare concordiam. Liu. 4, ab Vrbe, 186, ſermonem cum alijs. Plaut. Pœn. 9, 42.
Societatem cum deo. Plin. lib. 2, cap. 7, 12.
¶ Copulor: Deponens. Plaut. Epid. 9, 21,
—caue ſis cum filia mea
Hanc copulari, neq; conſpicere.
Copulari dexteras. Plaut. Aulul. 5, 38, Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras.
¶ Copulatè. Aduerbium. Gellius lib. 10, cap. 24, Diequinti, pro aduerbio copulatè dictum eſt.
COQVO] Plin. lib. 3, cap. 1, 20, Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec deſinat olêre.
Cibum coquere. Lucret. lib. 5, 222. ex oleo. Celſus libro 5, capite 17, lateres in fornacem. Cato cap. 39.
Coquere fructus dicitur Sol. Varro 3. de re Ruſt. cap. 14, 2, Plin. lib. 12, cap. 27, 1.
Coquuntur fructus, quando perfectè matureſcunt. Plin. libro 15, capite 24, 3. Idem: Ante quàm fici coquantur autumno.
Aeſtas coquit glebas. Virg. 1. Georg. 14.
Radij Solis coquebant caua flumina. Virg. 4. Georg. 86.
Coquere bellum & conſilia: Parare & moliri clanculum Liuius 8. ab Vrbe. 1... Idem 3 ab Vrbe, 147.
Iras coquere. Silius lib. 7, 82.
¶ Coquito Feſtus: Coquitare pro coctitare, id eſt, frequenter coquere, Plaut. poſuit.
¶ Coquinor: Vnde Coquinatum, pro Ad coquendum, legimus apud Plautum in Aulul.
¶ Coctus: Participium. Coctus ſolibus fructus. Plin. lib. 12, cap. 5, 2.
Gramina cocta per manus Medeæ. Propert. lib. 2. eleg. 4, 1.
Agger coctus. Propert. lib. 3. eleg. 11, 5.
¶ Coctio. Coctionem facere: pro Concoquere & conficere cibum in ventriculo. Plinius lib. 20, cap 9, 19.
¶ Coctor: pro decoctore. Senec. de Benefic. 4, Quis coctori pecuniam credet?
¶ Coctura: Idem quod coctio. Col. lib. 12, cap. 18, 5, Si quinta pars picis Brutiæ in vniuerſam cocturam adijciatur, vtiliſſimum ſit omni vindemiæ.
Coctura, *dicitur cæli temperies, à perfecta fructuum decoctione.* Plin. lib. 14, cap. 4, 10, ea cæli temperies fulſit, quam cocturam vocant, Solis opere.
Coctiuæ caſtaneæ, dicuntur nigræ, quæ magis iu vſu ſunt. Plin. lib. 15, cap. 2., 3.
¶ Coctilis. Muri coctiles. Ouid. 4. Metam. 12.
¶ Coctilitius. Iulius in Pertinace: Pater eius coctilitiam tabernam in Hetruria exercuerat.
¶ Coctibilis. Plin. lib. 16, cap. 6, 7, Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem, & vtilem ſtomacho.
¶ Coquina: Locus in quo dapes coquuntur. Plaut. Moſtel. Exi è culina.
¶ Coquinarius, vt, Coquinaria vaſa. Plin. lib. 33. cap. 11, 1.
¶ Coquinus, vt, Coquinum forum. Plaut. Pſeud. 13, 2.
¶ Coquulum: Vas æneum coctionibus aptum. Plautus: Aeneis coquulis excocta mihi eſt omnis materia.
¶ Coquula: vt Varro ait apud Nonium, quæ coquebat panem, primùm ſub cinere, poſtea in forno.
COR] Cordis curæ. Lucret. lib. 3, 24.
Globus. Lucret. lib. 4, 24.
Acria corda. Lucret lib. 3, 60.
Acri corde tumere. Valer. lib. 6. Argonaut. 1.
Aegrum cor. Valer. lib. 6. Argon. 27, Senec. Oedip. 4, 14.
Aliena corda, Statius lib. 3. Theb. 56.
Alto de corde, Ouid. 2. Metam.
Alto corde vri. Stat. lib. 11. Thebaid. 39.
Anhela corda. Senec. Agamem. 7, 25.
Anxia. Lucret. lib. 6, 3.
Aſpera. Virg. 10. Aeneid. 37.
Attonito gemitus à corde trahuntur. Ouid. 11. Metam 42.
Capax cor multorum ſcelerum. Sen. in Thebaid. 1, 32.
Cupidum cor. Lucret. lib. 4, 229.
Diſcordantia corda. Silius lib. 16, 4.
Effera corda. Valer. lib. 1. Argon. 160.
Exſatiata cruore. Silius lib. 16, 109.
Sacra fides agitat virum fallacia corda. Silius lib. 13, 57.
Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. Claud. libro 1. de Raptu Proſerpinæ.
Ferum cor ſatiare. Ouid. 6 Metam. 57.
Equi fera corda fatigare. Silius lib. 13, 29.
Flammatum cor. Virg. 1. Aeneid. 11.
Fortiſſima corda. Virg. 5 Aeneid. 145.
Hebes cor. Lucret. lib 4, 11.
Importuna corda luxu. Silius lib. 11, 78.
Inertia corda. Virg. 9, Aeneid. 11.

Monſtris languida corda. Sil. lib. 3, 102.
Leuiſomna corda canum. Lucret. lib. 5, 175.
Maculoſa bidentum corda. Stat. 3. Theb. 92.
Noxia. Ouid. 10. Metam. 71.
Patrio corde dolorem ferre. Ouid. 11. Metam. 66.
Perfida corda. Ouid. in Ibin, 35.
Purum cor vitio Horat. 2. Serm. Satyr. 3, 43.
Ruſtica corda. Propert. lib. 4, eleg. 1, 3.
Sagax cor. Silius lib. 8, 93.
Sedatum. Virg. . 2. Aeneid. 4.
Triſte. Virg. 6. Aeneid. 37, & 8, 102.
Tumefactum. Seneca in Agamem. 13, 2.
Tumidum. Horat. 2. Serm. Satyr. 3. 43.
Acuere curis corda mortalia. Virg. 1. Georg. 25.
In imo corde pudor æſtuat. Virg. 10. Aeneid. 172.
Concipere metus corde. Stat. 3. Theb. 62.
Domare dura corda. Ouid. epiſt. 4, 31.
Cordi eſſe. Horat. 1. Carm. ode 17, 3. Terent. Phorm. 5, 3, 17, Quia vterq; vtriq; eſt cordi. Idem And. 2, 1, 30, Aut tibi ſi nuptiæ hæ ſunt cordi. Liu. 3, bel. Pun. 148, Id deis cordi non eſſe.
Forma cordi eſt virginibus Ouid. de Medicam. faciei, 7.
Exulentia corda pauor pulſans haurit. Virg. 3 Georg. 21.
Cor meum cœpit artem facere ludicram, locus eſt Plautinus in Aulularia, 19, 3.
Longo ſudore corda ſatiſcere. Stat. lib. 11. Theb. 19.
Pacem indignantia corda. Stat. 3. Thebaid. 120.
In corde inſtituere aliquid. Plaut. Moſtel. 3, 2.
Labant corda. Valer. lib. 3. Argon. 15.
Paruo cor vulnere læſum. Ouid. 12, Metam. 85.
Corde & animo atque viribus aliquid perſequi. Plaut. Captiuis, 7, 27.
Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda. Virgilius 4. Georg. 94.
Micat cor timore. Ouid. Faſt. 3, 8.
Oblita corda laborum. Virg. 9. Aeneid. 49.
Permulcere corda. Sil. lib. 13. 69.
Pauor corda raptat Valer. lib. 1. Argonaut. 160.
Riguerunt corda. Lucanus lib. 8, 12.
Sepulta corda multo mero, Ouid 2. de Remed. amor. 82.
Merum corde ſoluere. Virg. 1. Aeneid. 114.
Stupefacta conda. Virg 5. Aeneid. 128.
Bello trepidantia corda. Virg. 4. Georg. 14.
Rabie fera corda tument. Virg. 6. Aeneid. 10.
Cordis copia: & cor ſapientiæ. Plaut. Epid. 9, 3.
¶ Corculum. Plautus: Meum corculum, meus molliculus caſeus. Blandientis vox. Sic in Caſina, 20, 15.
¶ Cordatè: Sapienter, prudenter. Plaut. Pœnulo, 3, 3, Quas tu ſapienter, doctè, & cordatè, & catè Mihi reddidiſti certas.
¶ Cordolium: Cordis dolor. Plaut. Ciſtel. 2, 56, At mihi cordolium eſt. Idem Pœnulo, 6, 476.
CORALIVM.] Lapis eſt rubri coloris. Plin lib. 32, cap. 29, Quantum apud nos Indicis margaritis precium eſt, tantum apud Indos in coralio. Vide item, lib. 36, cap. 19, 1, Ouid. 15. Metam. 83,

Sic & coralium, quo primùm contigit auras
Tempore, dureſcit, mollis fluit herba ſub vndis.

*Interdum productionis cauſa ll geminat.* Auſonius in Moſella:

Quum virides algas, & rubra corallia nudat Aeſtus.
Claudianus in Nuptijs Honorij & Mariæ:
Mergit ſe ſubitò, vellitq; corallia Clotho.

*Corallum quoq; nonnunquam legitur.* Sidon. in epithal. Ruricij:

Lectea puniceo ſinuantur colla corallo.

CORALLIS.] Gemma eſt ſimilis minio. Plin. lib. 37, ca. 10.
CORALOACHATES.] Gemma ex Achatæ generibus, ſimilis coralio aureis guttis diſtincto. Plinius lib. 37, capite 10.
CORAM] Præpoſitio ablatiuo caſui ſeruiens: *ſuo caſui aliquando poſtponitur.* Tacit libr. 1, Multaq; eo coram. Idem lib. 3, Senatu coram. Ibidem: Patribus coram.
¶ Coràm, *aliquando eſt aduerbium.* Plaut. Pſeu. 20, 35, Quia tu ipſus coràm præſens præſentem vides. Terent. Eunuch. 4, 7, 24. Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxit tuum?
Coràm in os aliquem laudare. Terent. Adelph. 2, 4, 5.
Adeſſe coràm. Virg. 1. Aeneid. 120.
Aliquid coràm agnoſcere. Virg 3. Aeneid. 35.
Cernere coràm. Virg. 2. Aeneid. 108.
Oſtendere coràm. Virg 6. Aeneid. 143.
Recitare coràm quibuslibet. Horat. 1. Serm. Satyr. 4, 15.
Venire coràm. Horat. 1. Serm. Satyr 6, 12.
Coràm huc adducere aliquem. Terent. Adel. 5, 3, 29.
¶ Coràm: *pro Hic, hoc loco.* Terent. Phorm. 5, 8, 22,

—fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum coràm me incuſaueras.

CORAMBLE, *Coramble.*] Herba quæ oculorum aciem retundit, & hebetem facit. Col. in Horto, lib. 10, 18,

Nunc veniat quamuis oculis inimica coramble.

CORAX.] vnde Coracinus: Id eſt, Coruinus.
Coracinus color: niger, qualis eſt coruorum, quem tamen à pullo diſtinxiſſe videtur Vitruuius, libro 8, capite 3, ex eo quamuis ſint alba, procreant alijs locis leucophea, alijs locis pulla, alijs coracino colore.
¶ Coracinus: Genus piſcis, Nilo peculiaris, vt teſtatur. Plin. lib. 32, cap. 5, 11. Mart. lib. 13, 85,

Princeps Niliacis raperis coracine macellis.

CORBIS.] Vas eſt viminibus contextum. Plautus, Bach. 15, 63.

—geritote amicis noſtris aurum corbibus.

Propertius libro 4, eleg. 2, 6, Corbis & impoſito pondere meſſor eram.
Corbis pabulatoria: Col. lib. 6, cap. 3, 4.
¶ Corbula: Diminutiuum à Corbis. Varro 1, de re Ruſt. ca. 15, 1, Cogit aliquot corbulas vuarum, & frondem iucundiſſimam miniſtrat ouibus. Col. lib. 12, cap. 50, 7. Et Cato, cap. 11, 4, & 23, 1. Plaut. Aulul. 12, 4.
¶ Corbulum: in neutro poſuit Sueto. in Nerone, cap. 19. Primus raſtello humum effodit, & corbulo congeſtam humeris extulit.
CORBITA.] Feſtus: Corbitæ, dicuntur naues onerariæ, quòd in malo earum ſummo, pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi. Plaut. Pœn. 7, 4, Tardiores multò, quàm corbitæ inſunt tranquillo mari.
Corbitam dare, videtur Plautus vice prouerbij protuliſſe; pro negligenter aliquem iuuare: in Pœnulo, 7, 40, Obſecro hercle opera hac celocem mihi, non corbitam date.
¶ Corbito: In corbitam immitto. Plautus, Caſina, 17, 21.

Ego noui illas ambas eſtrices: corbitant,
Vbi comeſſe poſſunt.

CORCHORVS, vel Corchoron.] Herba paſſim creſcēs. Plin. lib. 25, cap. 13, 1, Anagallida aliqui corcheron vocant.
CORDVS.] Feſtus: Corda frumenta dicta ſunt, quæ ſerò matureſcuntur. Col. libr 12, capite 13. olus cordum, quod quidam ſatiuum battim vocant. Plin. lib. 18, cap. 28, 5, Rurſus rigari deſecta oportet, vt ſecetur autumnale fœnum, quod vocant cordum.
Cordi agni: Qui poſt tempus debitum naſcuntur. Plin. li. 8, cap. 47, 1, Varro de re Ruſt. lib. 2, cap. 1, 20.
CORDYLA, ſiue *Cordylla.*] Piſcis minutus, qui partus thynnorum dicitur. Plin lib. 9, cap. 15, 3, Mart lib. 13, 1,

Ne toga cordylis, & penula deſit oliuis.

Idem libro 3, 2.
CORIACESIA.] Herba, qua magi tradiderunt aquā congelari. Plinius. lib. 24, cap. 17.
CORIAGO.] Morbus eſt, quo boues laborant. Col. li. 6. cap. 13, 2. Eſt & infeſta peſtis bubulo pecori: coriaginem ruſtici appellant: quum pellis ita tergori adhæret, vt apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſſit.
CORIANDRVM.] herbæ genus. Plin. li. 20, ca. 20, 5, Coriandrum inter ſylueſtria non inuenitur. Et Plaut. Pſeu. 13, 25.
CORIAS.] genus piſcis. Plin lib. 32, cap. 11, 4.
CORINTHAS.] Herba, quæ Menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24, cap. 17, 1.
CORION.] Herba, quæ & Chamæpitys dicitur. Plin. lib. 26, cap. 8, 18.
CORIS.] Altera hyperici ſpecies. Plin. lib. 26, cap. 8.
CORISCVS.] Leue miſſile in modum ſagittarum. Virg. 10, Aeneid. 33,

Coriſciq; leues humeris, & læthifer arcus.

Sic Nonius. Verùm apud Virgilium legimus:

Coritiq; leues humeris, & læthifer arcus.

Vbi Seruius: Coriti propriè ſunt arcuum thecæ.
CORIVM.] Ponitur pro quacunq; pelle, etiam rerum inanimatarum. Cæſar 2. bel. Ciuil. 41, Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres dilueret poſſet. Plin. lib. 28, cap. 16, 4, Perniones verò corium combuſtum. Sub. ſanat.
Canis aſſuetus corio: Prouerbium, de illis, qui, quum ſemel illecebras vitiorum deguſtarint, nullo modo auocari amplius poſſunt Horat. 2. Serm. Satyr. 5, 17.
Corium hominis. Plaut. Ciſtel. 10, 38, piſcium. Plin. libro 6, capite 24, 2.
¶ Corius: maſc. gen. apud Plautum in Pœnulo, 3, 11, Tres facile corios contriuiſti bubulos. Idem alibi: Iam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt.
Coria, *in ſtructuris.* Vitruuius: Græci non ita: ſed plana collocantes corijs alternis in craſſitudinem inſtruentes, non media farciunt, ſed è ſuis frontatis perpetuam, & in vnam craſſitudinem parietum conſolidant. Cato capite 18, 5, Fundamenta primùm feſtucato, poſtea cæmentis minutis,

nutis, & calce arenato ſemipedem vnumquodque corium ſtruito.

Perficere coria. Plin lib.13, cap.9, 3, Semen in ſiliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Sic lib.16, cap. 6, ad finem: Sed gallam hemeris optimam & corijs perficiendis aptiſſimam.

Corium caſtaneæ. Plin.lib.15, cap.28,4.

¶ Coriarius: Qui coria concinnat. Plin. lib.17, cap.9,3. In coriariorum officinis pilo madefacto.

Coriarius, *frutex eſt rhus herbæ.* Plin.lib.24,11,6.

CORNESCO, CORNICEN.] Vide CORNV.

CORNICOR, CORNICVLA.] Vide CORNIX.

CORNICVLARIVS.] Ordinis nomen in militia. Aſconius: Accenſi dicebantur attributi Decurionibus, hoc eſt, miniſtri eorum, quaſi ad cenſum additi, quos nunc Commentarienſes & cornicularios appellant. Valer Maximus lib.6, Cui Cominius Tribun. plebis diem ad populū dixit, quòd cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Frontinus, lib. 3, Tribuni cornicularius vigiles quoſdam excitauit.

CORNICVLO, CORNIGER, CORNIPES.] Vide CORNV.

CORNIX.] Auis inauſpicatæ garrulitatis, quæ aliarum auium dux eſſe dicitur. Plaut. Aſin.6,12, Picus & cornix eſt ab læua; coruus porrò ab dextera.

Annoſa cornix. Horat.3, Carm. ode 17,3,

Garrula. Ouid. 2. Metamorph. 54.

Improba. Virg.1. Georg.78.

Raucæ cornices. Lucret.lib.6,151.

Siniſtra cornix. Virg.9, eclog.2.

Vaga. Horat.3, Carm. ode 27,4.

Vetula. Horat 4, Carm. ode 13,5.

Cornicibus ſuperſtes, & Cornicibus viuacior: de vehementer annoſis. Mart.lib.10,67, Et cornicibus omnibus ſuperſtes. Horat.1, Carm. ode 13,5.

¶ Cornicula. Horat.1, epiſt.3,4,

Ne, ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

¶ Cornicor: Ineptè garrio. Perſius Satyra 5,2,

Neſcio quid tecum graue cornicaris ineptè.

CORNV,] & hoc Cornum, & hic Cornus, ſecundùm Priſcianum Plin.lib.28, cap.11,14, Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Idem lib.11, 37, 6, Omnibus autem caua, & in mucrone demum concreta ſunt cornua: ceruis tantùm ſolida, & omnibus annis decidua. Hor.1. Sermon. Fœnum habet in cornu, longè fuge.

Aeria cornua Ouid. 5, Faſto. 24.

Arborea. Virg.1. Aeneid 39.

Camura, curua. Virg.3, Georg.10.

Flexum circum caua tempora cornu. Ouid.7, Metam.63.

Latis cornibus vti. Seneca Hippol.1,12,

Prælonga cornua. Lucret.lib.3,122.

Cornua ramoſa dedit natura capreis. Plinius, libro 11, capite 37,2.

Ramoſa cornua cerui. Virg.7, eclog.6.

Recurua. Ouid.5, Metam 66.

Rigidum cornu. Ouid.9, Metam.17.

Summis cornibus extare. Virg.3, Georg.74.

Terribili cornu petit irritamina ſua taurus. Ouidius.12, Metamorph 21.

Frons hœdo turgida cornibus primis. Hor.3, Car. ode 13,1.

Curuare bima cornua fronte. Virg.4, Georg 60.

Flexile cornu curuare. Ouid.5. Metam.77.

Decernere inter ſe cornibus. Virg.3, Georg.43.

Ductus cornu hircus. Virg 2, Georg.79.

Exectum cornu. Horat.1, Serm. Saty 5,12.

Explorare cornua in truncis. Lucan.lib.2,120.

Lenta flectere cornua. Ouid.5, Metam.12.

Gerere cornua fronte, Ouid.15, Metam.120.

Lacerare cornua. Horat.3, Carm. ode 27,13.

Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hœdi. Virgil.2, Georg. 106.

Profert iam cornua vultur. Claud.lib.2, in Eutrop 71.

Trahere taurum prenſis cornibus. Stat.2, Thebaid.124.

Taurum cornu tenere. Virg.5. Aeneid.76.

Verſa in obnixos vrgentur cornua. Virg.3, Georg.44.

Vires in cornua ſumit taurus. Ouid.8. Metam.178.

Sicciora corpora cornu. Catul. epig.20,3.

Coactum cornu Phœbes. Lucan.lib.1,107.

Circuitis cornibus orbem alligat Phœbe. Senec. in Medea, 2,9.

Aurata cornua Tauri ſyderis. Virg.1, Georg.44.

Cornua lunaria. Ouid.2. Metam.45.

Obtuſa Lunæ cornua. Virg.1, Georg.87.

Obſcurum Lunæ cornu. Virg.1, Georg.86.

It Luna rupta nube cornibus puris. Seneca Hippol.4,13.

Tenuius Lunæ cornu, Stat.12, Thebaid,1.



Velatis cornibus Luna. Valer.lib.8, Argonaut.7.

Coeunt tota cornua, efficiuntq; orbem. Ouid.7, Metam.36.

Tertia iam Lunæ ſe cornua lumine complent. Virg.3, Aen. 129.

Euaneſcunt cornua Lunæ Ouid.2, Metam. 24.

Iunctis cornibus impleat orbem Luna. Ouid 2, Metam.69.

Luna ſuos ignes coeunte cornu iungit. Seneca Hipp.6,3.

Reparat noua cornua Phœbe. Ouid.1, Metam.3.

¶ Cornua fluminum, dicuntur flexus, & curuitates alueorū.

Anguſtis incluſum cornibus æquor. Ouid.5, Met.82.

Gemina cornua. Virg.4, Georg 74.

Elatis cornibus amnes. Valer.lib.1, Argon.22.

Terrificis vndans cornibus Hebrus. Valer.6, Argon.124.

Truncatum cornu. Claud. de Laude Serenæ, 6.

¶ Cornua, *in prælio, pro vtraque parte exercitus.* Terent Eunuch. 4, 7, 5,

—in medium huc agmen cum vecti, Donax:
Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum.

Cæſar 1, bel. Gal.221.

Equites pro cornibus locare. Quint.lib.2, cap.13,3.

Vtrinq; cornua promouere. Quint.lib.2, cap.13,3.

Equites cornibus affundi. Tacit. in Vita Agricolæ.

Acies inclinato cornu rueba. Sil.lib.10,7.

¶ Cornua antennarum: *pro Vtraque parte antennæ.* Virgilius 3, Aeneid.110.

Ardua cornua: *pro Antennarum extremitatibus.* Virgilius 5, Aeneid.165.

Ardua cornua demittere. Ouid.12, Metam.97.

Extendere cornua. Lucan.lib.4,109.

¶ Cornua obuertere alicui in re ſecunda. Plaut. Pſeud.16,5.

Lycium cornu: Arcus Lycius. Virg.11, Aeneid.155,

Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.

Parthum cornu. Virg.10, eclog.12.

Lentare cornua Stat 3. Theb.117. De arcu.

Vngula ſolido cornu. Virg.3. Georg.17.

¶ Cornua *dicebatur, quæ nunc Tubæ vocantur: eo quod ea, quæ iam ſunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu.* Varro de Lingua Latina.

Rauco ſtrepuerunt cornua cantu. Virg 8, Aeneid.1.

Inflexo tibia cornu Ouid.4, Faſt.36.

Tibia inflato cornu Ouid.11. Met.4.

Torua cornua. Perſ. Satyr.1,10.

Magna cornua ſonare ac vincere tubas. Hor.1, Ser. Sat.6,9.

Occanere cornua, ac tubas Sentius iuſſit. Tacit.lib.2.

Benignum cornu Horat.1, Carm. Ode 17,3

¶ Cornucopiæ: Quum affatim omnia ſupereſſe ſignificamus. Plaut. Pſeud.10,5, Nam hæc illa ea cornucopiæ eſt, vbi ineſt quicquid volo. Plin. in præfat.10, Alij κέρας ἀμαλθείας libros ſuos inſcripſerunt, quod eſt copiæ cornu: velut lactis gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. Ouid. Cornucopiæ dicit id fuiſſe, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato cōgreſſus, ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitijs refertum, Copiæ conſecrarunt Ouid.9, Met.17.

Copia diuite cornu. Seneca Medea, 2,2.

Aurea fruges Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Horat.1, Epiſt.12,6. Idem in Carm. ſecu.12,

—apparetq; beata pleno Copia cornu.

¶ Corneſco: Dureſco in cornua. Plin lib.11, cap.49,1, Vrſo quoq; ſimul vt exſpirauerit, corneſcere aiunt genitalia.

¶ Corniculum. Plin.lib.11, cap.28,5, Alijs cornicula ante oculos prætendunt ignaua.

Corniculis armillisque argenteis donari. Liu.10, ab Vrbe, 220.

¶ Cornicen: Qui cornu ſonat: Iuuenal. Satyr.2,12,

Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem
Cornicius, ſiue hic recto cantauerat ære.

Liuius 2, ab Vrbe, 271.

Cornicines atq; tubarum concentus. Iuuen. Satyr.10,32.

¶ Cornifrons. Liuius: Tu paſcere cornifrontes armenta ſoles.

¶ Corniger. Plin.lib.11, cap.37,37, Camelus vna ex ijs, quæ non ſunt cornigera.

Cerui corrigeri. Ouid.7, Met 143.

Caput cornigerum. Ouid. epiſt.5,288.

Caput Liberi cornigerum: quòd vinum inermi cornua & audaciam det. Senec. Hippol.6,5.

Fluuius corniger. Virg 8. Aeneid.16.

¶ Cornipes. Ouid.2. Faſt.71, Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Et 1, de Arte 55. Equus cornipes. Vir.7, Aen 156.

Cornipedes, ſubſtantiuè, etiam dicuntur equi tantùm. Silius libro 7,138.

¶ Cornuarij ſunt, vel qui cornua conficiunt, vel qui cornu canunt, quos Aeneatores à priſcis dictos. Feſtus lib.1, ſcribit De his fit mentio in L. vltima ff. de iur. immunit. Vegetius lib.2, cap.22.

¶ Cornuta: cornua habens. Varro 2.de re Ruſt. cap.7, 2, Aetas cognoſcitur equorum, & ferè omnium qui vngulas indiuiſas habent,& etiam cornutarum.

Cornutam beſtiam petis, inquit Plaut. Id eſt, laceſſis eum qui paratus ſit retaliare iniuriam.

¶ Corneus: Qui ex cornu eſt.

Arcus corneus. Ouid.1.Metam.140.

Corneus homo. Plin.lib.7,cap.19.ad finem: Quibus natura concreta ſunt oſſa, qui ſunt rari admodum, cornei vocantur.

Corneus color.Plin.lib.36,cap.8,2.

Ora cornea.Ouid.8.Metam.110.

Porta Somni cornea. Virg.6.Aeneid.179.

CORNVS.] quartæ & ſecundæ declinationis: Arbor ramos habes duritie & rigiditate cornibus ſimiles. Virg.2.Georg. 90,& bona bello Cornus. Id eſt,apta haſtilibus.

Cornus Itala: pro Telo ex cornu facto. Virg.9.Aeneid.

Leuis cornus: Sagitta ex corno arbore.Senec.Hipp.4,38.

Armata ferro gracili cornus. Senec.Hipp.4,38.

Sonans cornus.Sil.lib.13,47.

Validam cornum torquere.Sil.lib.13,41.

¶ Cornum: Fructus corni.

Autumnalia corna.Ouid.8.Metam.134.

Lapidoſa.Virg.3.Aeneid.129,& 2.Georg.7.

Rubicunda.Horat.1.Epiſt.17,2.

Syluestria.Horat.Satyr.2,12.

¶ Corneus. Qui eſt ex corno.Plaut.Durā ac corneam virgā.

Cornea pyxis. Plin.lib.21,cap.20,2.

Venabula cornea. Ouid.epiſt.4,17.

Virgulta cornea.Virg.Aeneid.5.

¶ Cornifer: Qui cornos fert: Rami corniferi. Claud.libr.1. de Raptu Proſerp.

CORONA.] Plin.lib.21,cap.2,1. Plaut.Aſin.13,58,Tum ſi coronas, ſerta, vnguenta iuſſerit. Ancillam ferre Veneri, aut Cupidini.

Cornæ floreæ & roſeæ. Plaut.Aul.13,15. Martial.libro 13, 127. Gel.libro quinto, capite ſexto,& Plinius libro 21,capite 2,& 3.

Duplex gemmis auroq; corona.Virg.1.Aeneid.132.

Faſta corona. Ouid.10. Metam.118.

Florente corona cinctus. Ouid.2.Metam.6.

Gemmifera corona Valer.lib.5.Argon.90.

Graciles coronæ.Iuuenal. Satyr.12,9.

Herculea corona. Virg.2,Georg.14.

Hybernæ coronæ. Plin.lib.21,cap.2,1.

Inſignis gemmis corona. Virg.7.Aeneid.15.

Marcentes coronæ. Claud. in Epith.20.

Muralis corona. Silius lib.13,73.

Muralis corona Cybeles.Lucret.lib.2,123.

Naualis corona. Virg.8.Aeneid.135.

Nexæ, vel nexiles coronæ. Horat.1. Carm.ode 38,1.Senec. Agamem.6,11.

Pactilis corona. Plin.lib.21,cap 3,5.

Populea. Horat.1.Carm.ode 7,5.

Querna. Ouid.1.Faſt.123.

Roſeæ coronæ.Claud.1.Paneg.18.

Roſacea corona.Plin.lib.21,cap.3,3.

Socia.Claud.2.de Raptu Proſerp.12.

Spiſsâ coronâ mœnia vallata: Id eſt, multis cauſis circundata. Silius lib.13,28.

Spiſſa corona. Horat.in Arte poet.77.

Sutiles coronæ. Ouid.5.Faſt.67.& Plin.lib.2,cap.3,5.

Virides. Virg.5.Aeneid.22.

Capere coronam inſigni cum laude. Lucret.lib.6,20.

Detracta capillis corona. Ouid.1.Amor.eleg.6,14.

Donari coronâ. Horat.in Arte,57.

Donare Cererem ſpiceâ coronâ. Horat.in Carm.ſecul.6.

Exornare aliquem tenui coronâ.Iuuenal.Satyr.9,14.

Fuſæ per colla coronæ. Ouid.2.Faſt.148.

Puppibus coronas imponere.Virg.4.Aeneid.84.

Induere cratera corona.Virg.3.Aeneid.105.

Inumbrare ora coronis. Lucret.lib.3,187.

Primam coronam laude merere. Virg 5.Aeneid.70.

Regni coronam cum ſceptro mittere. Virg.8.Aeneid,100.

Nectere alicui coronam. Horat.2.Epiſt.2,20.

Inſignem coronam petere ſuo capiti. Lucret.lib.4,1.

Pingere tempora coronis. Ouid.5.Faſt.67.

Premere crinem coronâ. Stat.1.Sylua.2,46.

Plexis coronis redimere caput. Lucret.lib.281.

Scindere hærentem coronam crinibus. Horat.1. Carm.ode 17,6.

Vincire tempora coronâ.Horat.1.Carm.ode 7,5.

¶ Corona: *Conuentus hominum circunſtantium, & veluti in circulum congregatorum.* Plin.Epiſt.19 a.lib.6.

Clamor coronæ.. Horat.1.Epiſt.19.11.

Muros rarâ coronâ cingere, Virg.10.Aeneid.24.

Corona cingere aliquem: pro Circunſtare aliquem.Lucan. lib.1,66.

Interlucet corona ſpiſſa viris.Virg.9.Aeneid.105.

¶ Corona, *Signum erat ſeruorum vænalium: ideoque ſub coronis vænire dicebantur.* Cæſar 3,bel.Gal.414, Itaq; omni Senatu necato,reliquos ſub corona vendidit.

¶ Corona, *pro Signo cæleſti ponitur.* Virg.libro 1.Georg.45,

Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ.

Plin.libro 18, cap.31,4, Cæſari corona exoriri incipit. Et Colum.lib.11 cap 2,38.

Dictæa corona.Claud.7.Paneg.42,

Seu tibi Dictææ placuerunt aſtra coronæ.

Dotalis Claud.de Nupt.Hon.& Mar.45.

Gnoſiaca.Statius 1.Sylu.7,18.

¶ Coronæ, *ſunt Prominentiæ & veluti ſupercilia quædam parietum, arcendis ſtillicidijs inuenta.* Vitruuius libro 2, Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubijciatur, altitudine circiter ſeſquipedali, habeatque proiecturas coronarum.

¶ Corolla. Plin libro 21, capite 2,3, Paulatimque & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracillitatem nominatis: mox & corollarijs, poſtquam e lamina ærea tenui inaurata & inargentata dabantur. Plautus Pſeud.12,16,

—corollas dari dapſiles.

Indiſtinctis corollis flores plexos ferre. Catul.in Argon.57.

Floridis corollis redimita domus. Catul.de Berecyn. & Aty.14.

Soluere de ſua fronte corollas. Propert.lib.1.eleg.3,5.

¶ Corollarium: autore Varrone, lib.1, de ling. Lat.ſignificat id,quod additum eſt præterquam quod debitum, tanquam auctarium quoddam, & id quod ſupra menſuram vel pondus iuſtum adijcitur. A' corollis nomen deductum, quòd hæ, quum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ ſint. Plin.epiſtol.144.c, qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede, qui non ſpectabat. Plin.lib.9,cap.35,17.

Corollaria, *etiam dicebantur præmia, quæ corollarum vice populo, qui ludis aſtabat, & conuiuis donabantur.* Sueton.in Auguſto, capite 45, Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, ac crebra & grandia de ſuo offerebat.

¶ Corono. Plin. lib.15, cap.4, 1, Athenæ quoque victores oleâ coronant. Ibidem capite 29,8, Laureâ coronatus inceſſit.

Aditum cuſtode coronare. Virgil.9,Aeneid.8.

Cratera coronare.Virg.2.Georg.106.

Collum coronat pluma.Lucret.lib.2,161.

Pyram fronde funera coronare.Virg 4.Aeneid.102.

Sylua coronat aquas cingens latus omne. Ouidius 5.Metamorph.78.

Victoria coronat fronde aliquem. Horat.1.Epiſt.19,13.

Vina coronare.Virg.1.Aeneid.146. Et 7,30,

—magnum cratera corona
Induit impleuitq; mero.

Coronare: In coronamenta venire, Coronis faciendis adhiberi. Plinius lib.21, cap.9,3, Folio coronat & trifolium. Ibidem cap.10,4.

¶ Coronans.Horat.3,Carm.ode 23,3,

—te nihil attinet
Tentare multâ cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore deos,fragiliq; myrto.

¶ Coronatus, Amantes coronati. Propert.lib.3.eleg.3,10.

Aurum coronatum, vocat auream pyxidem, Statius lib.3, Sylu.4,1.

Capilli coronati. Ouid.epiſt.20,33.

Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos, Horat.2, Carm.ode 7,2.

Boues capite coronato.Tibul.lib.2.eleg.1,2.

Frons coronata.Ouid.5.Faſt.69.

Ignes coronati.Stat.10.Theb.120.

Manes coronati.Claud.2.de Rapt.Proſerp.66.

Nauis coronata.Ouid.15.Metam.140.

¶ Coronarius: Qui coronas conficit. Plin.libro 21,cap.2,2, Florum inuicem odores coloresque accedere Sicyonij, ex ingenio Pauſiæ pictoris,atque Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi.

¶ Coronarius: ad coronas attinens.

Coronariæ herbæ. Plin.lib.21,cap.23,1.

Coronarium opus: In modum coronæ factum. Plin.lib.15, cap.30,4.

¶ Coronamentum: Violæ,roſæ,& alij flores,quibus corollæ fiunt & ſerta nectuntur.Plin.lib.21,cap.1,1,In hortis ſeri & coronamenta iuſſit Cato inenarrabili florum maxime ſubtilitate. Cato cap.8, Coronamenta omne genus,

In coro-